# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

## OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

## SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES, SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD BESSARIONEM

## ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ**

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS II.*

---

S. CLEMENS ROMANUS, S. BARNABAS, S. MATTHIAS, S. BARTHOLOMÆUS, APOSTOLI, ANACLETUS PAPA, S. HERMAS, ANONYMUS AUCTOR TESTAMENTI XII PATRIARCHARUM, ANONYMUS AUCTOR EPISTOLÆ AD DIOGNETUM, CLERI ACHAIÆ EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREÆ

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ, PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1886

SÆCULUM I.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ,

ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

# S. CLEMENTIS I,

PONTIFICIS ROMANI,

# OPERA OMNIA

*I GENUINA, TUM DUBIA ET ALIENA, QUÆ GRÆCE IN PROPRIO IDIOMATE, VEL, DEPERD TEXTU GRÆCO, SYRIACE ET LATINE TRANSLATA TANTUM EXSTANT ET EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR;*

ACCEDUNT

S. BARNABÆ APOSTOLI *EPISTOLA CATHOLICA*, S. HERMÆ *PASTOR*,

**ET ALIÆ ÆVI APOSTOLICI RELIQUIÆ.**

ACCURANTE J.-P. MIGNE

**BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ**

SIVE

URSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOI

TOMUS SECUNDUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

N VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFE* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1886

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO II CONTINENTUR


S. CLEMENS I PONTIFEX ROMANUS.

Homiliæ viginti. Col. 1

Epitome de gestis S. Petri. 64

Liturgia. 69

S. BARNABAS APOSTOLUS.

Epistola catholica. 727

S. MATTHIAS APOSTOLUS.

Fragmenta. 783

S. BARTHOLOMÆUS APOSTOLUS.

Sententia brevis. 785

ANACLETUS PAPA.

Epistolæ et decreta. 789

SANCTUS HERMAS.

Pastor. 892

ANONYMUS.

Testamenta duodecim patriarcharum. 1025

ANONYMUS ALTER.

Epistola ad Diognetum. 1167

PRESBYTERI ET DIACONI ACHAIÆ

Epistola de martyrio S. Andreæ 1187

# ΤΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙΑ.

# CLEMENTINA.

Βίβλος ἔχουσα ὁμιλίας διαφόρους ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, συγγραφεῖσα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος· ἡ λεγομένη Κλημέντια, τουτεστιν Κλήμεντος συγγράμματα. Περιέχει δὲ ἡ αὐτὴ βίβλος τάδε· προλόγους τρεῖς, ὁμιλίας εἴκοσι. — *Liber continens multos diversosque sermones, a sancto Petro apostolo prolatos, conscriptus per beatum Clementem, et* CLEMENTINA *appellatus, hoc est* Clementis Scripta *Complectitur autem ista : Prologos tres atque Homilias viginti.*

J. B. Cotelerius e tenebris eruit, Latine vertit notisque illustravit.

—

## TESTIMONIA VETERUM DE CLEMENTINIS.

(COTELERIUS, *Patres apostolici*, I, 605.)

—

I.

S. ATHANASIUS, *sive quis alius, in* Synopsi sacræ Scripturæ, *sub finem.*

Τῆς Νέας πάλιν Διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα, κτλ. Κλημέντια. Ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα· ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Iterum volumina Novi Testamenti quibus contradicitur, sunt hæc, etc. *Clementina.* Ex quibus veriora et a Deo inspirata, electa atque translata sunt Hæc sunt quæ leguntur, etc.

II.

*Chronicum quod* Alexandrinum *vocant, Editionis Raderi p.* 64.

Λέγει δὲ περὶ τούτου Πέτρος ὁ ἀπόστολος εἰς τὰ Κλημέντια, *et cætera quæ posuimus supra* (t. I) *in testimoniis veterum de Recognitionibus : ubi etiam vide alium locum.*

Dicit autem de hoc (Nembrodo) Petrus apostolus in *Clementinis*, etc.

III.

NICEPHORUS CALLISTI, Historiæ Ecclesiasticæ *lib.* III, *cap.* 18.

Παραγράφεται δὲ ὁ Παμφίλου καὶ τὰ μικρὰ (l. μακρὰ) τούτου συγγράμματα. ἃ φησι Πέτρου καὶ Ἀπίωνος διάλογον εἶναι, ἃ μηδὲ σώζειν τὸν ἀκριβῆ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας χαρακτῆρα, φησίν. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τὰ νῦν παρ' ἡμῖν Κλημέντια ὀνομαζόμενα λέγει, οὐ πείθομαι ταῦτα γὰρ τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ εὐπαράδεκτα· εἰ δὲ ἕτερά εἰσι παρὰ ταῦτα, λέγειν οὐκ ἔχω.

Reprobat autem Eusebius Pamphili etiam longa hujus (Clementis) scripta, quæ Petri et Apionis ait esse dialognm ; quæ nec servare accuratum apostolicæ orthodoxiæ characterem dicit. Ego vero, si quidem ea intelligit quæ nunc apud nos *Clementina* nominantur, non assentior : ea enim Ecclesiæ multum accepta sunt : si vero præter ea sint aliqua alia, non habeo dicere.

IV.

*Auctor* Collectaneorum de dogmatibus fidei ex scriptoribus ecclesiasticis, *ms. in celeberrima bibliotheca Claromontana, etiam memoratus a doctissimo viro Philippo Labbe, in conspectu novæ editionis S. Damasceni ; caput* I, « Περὶ τῆς ἐν τριάδι καὶ ἓν μονάδι θεολογίας » *inchoat per testimonium Clementinorum, hoc pacto :*

Τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐκ τῶν Κλημεντίων.

Ἐπειδὴ δὲ φθάσας εἶπον χειραγωγίαν εἶναι τῶν νοητῶν, τὰ αἰσθητὰ, πρὸς τὸ οἷον ὁδῷ χρησαμένους ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν τὴν τῆς θεολογίας ἔκθεσιν ποιήσασθαι· φέρε διαβάθρᾳ χρησώμεθα τῇ εἰκόνι πρὸς εὕρεσιν τοῦ ἀρχετύπου. Ὁ λογικὸς ἄνθρωπος κατ' εἰ-

*Sancti Petri principis apostolorum ; ex Clementinis.*

Quandoquidem vero jam dixi, sensibilia manuductionem esse ad intelligibilia, ut quasi via usi, tutam firmamque theologiæ expositionem faciamus ; age, obiter utamur imagine ad inveniendum archetypum. Rationalis homo, factus ad imaginem et similitudinem Dei, fert in seipso symbolice factoris

sui imitationem. Habet enim in se Patrem et Filium, et Spiritum. Et aio quo modo. Mens quidem locum Patris obtinet; Filii vero, qui ex mente gignitur sermo *interior;* at quæ auditur vox prolationis, Spiritum repræsentat. Et sicut nunquid existit ante sermonem internum mens quæ illum gignit: ita nec ante Deum Verbum, qui genuit illud, Pater. Et iterum, sicut sermo sensibilis non existit ante sensibilem nostrum spiritum, ita nec Deus Verbum, ante divinum ac vivificum Spiritum; sicut et superius exemplum demonstravit. *Paucisque interjectis:* Si enim, lux quidem, cum sit solis progenies; similiterque splendor, oculi; aut fons, id quod fluvium producit, nunquam tamen exstitit, neque sol ante lucem, neque oculus ante splendorem, neque ante fluvium fons; simul enim ac intellexeris solem, simul et cum illo intelliges ex eo progenitam lucem; et simul ac intelliges oculum, simul et cum eo intelliges ex ipso procedentem splendorem; quemadmodum et fluvium una cum fonte intelligimus: eodem quoque modo cogitandum est de Patre, Filio, et Spiritu sancto.

A κόνα γεγονὼς Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν, φέρει ἐν ἑαυτῷ συμβολικῶς τοῦ ποιήσαντος τὴν μίμησιν. Ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα. Καὶ λέγω πως· Ὁ μὲν νοῦς, Πατρὸς τόπον ἐπέχει· Υἱοῦ δὲ, ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος λόγος· καὶ ἡ ἔνηχος φωνὴ τῆς προφορᾶς, τὸ Πνεῦμα παρίστησι. Καὶ ὥσπερ οὐ προϋπάρχει ποτὲ τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου ὁ γεννήσας αὐτὸν νοῦς, οὕτως οὐδὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ. Καὶ πάλιν ὥσπερ οὐ προϋπάρχει τοῦ αἰσθητοῦ ἡμῶν πνεύματος ὁ αἰσθητὸς λόγος, οὕτως οὐδὲ τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος ὁ Θεὸς Λόγος. καθὼς καὶ τὸ πρότερον ἀπέδειξε παράδειγμα. Καὶ μετ' ὀλίγα· Εἰ γὰρ φῶς μὲν ἡλίου γέννημα, ὁμοίως καὶ ὀφθαλμοῦ αὐγὴ, ἢ πηγὴ ποταμοῦ πρόβλημα, οὐ προϋπῆρχε δέ ποτε, οὔτε τοῦ φωτὸς ἥλιος, οὔτε τῆς αὐγῆς ὀφθαλμὸς, οὔτε τοῦ ποταμοῦ ἡ πηγή· ἅμα γὰρ ἐπενόησας ἥλιον, ἅμα συνεπινοήσεις αὐτῷ καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενον φῶς· καὶ ἅμα ἐπινοήσεις ὀφθαλμὸν, ἅμα συνεπινοήσεις αὐτῷ καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν αὐγήν· ὡς καὶ τῇ πηγῇ τὸν ποταμὸν συνεπινοοῦμεν· οὕτως νοητέον καὶ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος.

B

*Reliqua vide in Notis. — Cotelerii judicium de Clementinis præmittit Gallandius Dissertationi suæ quæ sequitur.*

---

# DE CLEMENTINIS

## GALLANDII DISSERTATIO PROŒMIALIS.

(*V. et. Patrum Bibliotheca*, t. II. Venetiis, 1766, in-fol., Proleg., p. LV.)

I. CLEMENTINORUM *opus non incelebre : quippe antiquis Ecclesiæ scriptoribus memoratum atque excerptum. Varia hujus operis partitio.*

II. *Licet erroribus scateat, fructu tamen haud caret ejus lectio, multiplicis in primis doctrinæ causa, atque ad primarum hæreseon dogmata melius cognoscenda. In multis similia sunt Recognitionibus Clementina; quæ interpolationem quoque passa esse videntur. Quid* Ομιλίαι..

III. *Auctor Recognitionum et Homiliarum Clementinarum, unus et idem esse videtur. Erat ex secta Nazaræorum. Longe aliter sentit de Filio Dei ac Ebionitæ.*

IV. *Duplicem in Christo naturam agnoscit.*

V. *Omnia per eum creata esse docet.*

VI. *Illius cum Ebionitis pugna, ex pluribus aliis principiis perspicitur.*

VII. *De tempore quo scriptum Homiliarum opus existimatur. Quo pacto adornata isthæc editio.*

---

I. Hoc est *de Clementinorum* opere JOANNIS BAPTISTÆ COTELERII judicium (*Patres apostolici*, I, 606): « Inter multa apocrypha quæ Clementi Romano veteres tribuerunt, quorumque causa eum videtur primum historicorum ecclesiasticorum constituere Sozomenus (1), non incelebre istud est: excerpitur enim a Joanne Damasceno: nominatim vero memoratur in *Synopsi* Athanasiana, *Chronico Alexandrino*, *Historia ecclesiastica* Nicephori, Anastasii presbyteri vel alterius *Collectaneis*, et Niconis *Pandecte* inferius citanda ad Homil. XII, cap. 25, atque in Epitomen per Metaphrastem redactum est. Conspectum autem fuisse ab Epiphanio (2), Anastasio Antiocheno (3), Maximo (4) et Cedreno (5) colligitur, si cum *Clementinis* nostris (6) citata eorum loca conferuntur. Quin etiam *Clementina* forte nominaverat Nicephorus CP. in *Stichometria* seu Canone Scripturarum: et ubi nunc legitur, apud Scaligerum et Croium, Κλήμεντος λϐ', in *Criticis* autem *sacris* tom. VIII: Κλήμεντ. λϐ', hoc est, Anastasio Bibliothecario interprete, *Clementis* (XXXII), ibi primitus scriptum erat Κλημέντια λϐ', aut Κλημέντια κϐ'. Etenim *Synopsis* dicta, quam Nicephorus sequitur, Κλημέντια habet. Si autem retineas λϐ', vel dices variam olim fuisse hujus operis, ut *Recognitionum*, divisionem; fretus au-

C

(1) Sozom., *Hist.* lib. I, cap. 1.
(2) Epiph., *Hær.* XXVI, n. 16.
(3) Anastas., *Quæst.* XX, pag. 242.
(4) Max., Serm. 53 et 55.
(5) Cedren., *Compend. hist.*, pagg. 170-173.
(6) *Clement.*, hom. IV, n. 16; hom. II, 32; hom. IV, 4; hom. XI, 8, 11; hom. III, 38 et seq.

ctoritate Francisci Turriani (qui illud nactus manuscriptum in epistola ad Hosium cardinalem præliminari *Defensionis pro canonibus apostolorum et epistolis pontificum*, citat ex libro VIII locum quem hic leges homil. XVII, 15, et *Defensionis* lib. V, cap. ult., e libb. VI et VIII loca homil. XI, 22, et hom. XVI, 12; in Explanationibus vero ad *Constit. apost.*, lib. II, cap. 36, laudat e lib. VII locum hom. XVIII, 4), vel dices, cum hocce volumine conjunctum fuisse alium ejusdem farinæ librum, verbi gratia illum qui Petri et Apionis disputationes complectebatur.

« Quod si malis corrigere κδ', intelligere poteris viginti homilias, epistolam Petri et Jabobum cum contestatione, ac epistolam Clementis ad eumdem Jacobum. Poteris etiam epistolam Petri separando a contestatione, credere omissam fuisse epistolam Clementis. Certe ex Epiphanio (7), Rufino (8), Photio (9) et Sylloge hac nostra constat, Clementi ascripta apocrypha de peregrinationibus, sermonibus, actibus et disputationibus Petri; deque recognitione Clementis ejusque parentum ac fratrum, varie conscripta fuisse, interpolata, corrupta atque permista; et quibusdam libris præfigi solitam epistolam Petri ad Jacobum, aliis Clementis ad eumdem aliis utramque; cum tamen idem opus sequeretur, incipiens, Ἐγὼ Κλήμης. Quo etiam fit, ut triginta duo Nicephoriani libri complexi forsan fuerint libros decem *Recognitionum*.

II. « Et vero quæ damus Clementina, licet nugis, licet erroribus scateant, a semichristiana philosophia, et hæresi, præcipue Ebionitica, profectis; non sine fructu tamen legentur, tum propter elegantiam sermonis, tum multiplicis doctrinæ causa, tum denique ad melius cognoscenda primarum hæreseon dogmata. In multis autem similia sunt *Clementina* Recognitionibus: unde probabiliter existimatum Turriano, ea esse aliam editionem Ἀναγνωρίσεων, de qua Rufinus in præfatione; quanquam auctor Synopseos *Periodos* Petri a *Clementinis* distinguit. Sed et interpolationem factam esse in homiliis istis, idque non semel, conjicio ex his: 1. e simili sorte congenerum apocryphorum; 2. quod ea quæ in *Chronico Alexandrino* et a Maximo proferuntur, non parum diversa sint, nec non quæ a Damasceno interdum; 3. ex hac Eunomianorum corruptela: Ἐν ἀρχῇ κτίσας ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἔκτισε καὶ τὸν υἱόν· quæ Turrianus in præfatione Græca ad *Constitutiones apostolicas* adducit ex Ammonio; 4. quia locus e ms. bibliothecæ Claromontanæ relatus inter testimonia veterum, alium a nostro scriptorem magisque pium sapit; eum forte cujus fragmentum *De Spiritu sancto* habes infra, in Appendice monumentorum ad *Recognitiones* Clementis, num. 1; 5. denique Nicephorus dicit (10), Κλημέντια esse τῇ ἐκκλησίᾳ εὐπαράδεκτα· id vero laudis nequaquam tribuisset Κλημεντίοις, nisi incidisset in ea repurgata. Idem judicium fero de scholiaste vetere, cujus mentio fit in adnotationibus V. C. Henrici Valesii ad Euseb. *Hist.* lib. III, cap. 38. Sed fortassis Nicephorus et scholiastes ille viderant tantum Simeonis Metaphrastæ *Epitomen*, aut aliam ei similem. Cæterum quod in *Synopsi* Athanasii, *Clementina* referantur cum libris Novi Testamenti quibus contradicitur, apud Nicephorum vero CP. cum apocryphis, ratio est lacuna manifesta Athanasiani codicis. Eam tu et ex contextu facile agnosces, et per Nicephorum ac Anastasium complebis.

« Ὁμιλίαι idem sunt atque κηρύγματα et διαλέξεις, *colloqnia*, *sermones*, *prædicationes*, *dissertationes*, Epist. ad Jacobum, cap. 2; Epitom., num. 145; *Clementinorum* I, 20. » Hactenus Cotelerius.

III. Verum quo plenius dignoscatur *Clementinorum* auctor, simulque in primis ab impia Ebionismi labe purgetur, qua ipsum fuisse inquinatum perhibent nonnulli cum veterum tum recentiorum, operæ pretium fuerit disquisitiones hac de re a viro docto perscriptas hic in medium adducere, quas inspexisse studiosum lectorem haud pœnitebit. Sic igitur præstantissimi operis auctor (11): « Homiliarum et *Recognitionum* Clementinarum tanta est similitudo, ut nonnullis unum et idem esse opus, sed non semel editum videatur. Hunc scriptorem circumcisum fuisse, et Mosaicæ legis in ipsa religione Christiana observantem, nemini dubium esse arbitror. Nam cum in *Recognitionibus* tum in Homiliis Petrus plurimis in locis inducitur lustrationes Judaicas aut ipse usurpans, aut aliis præcipiens, nec cum ethnicis baptismo nondum initiatis comedens. Post epistolam Petri ad Jacobum, inducitur Jacobus graviter sanciens, ut libri *Prædicationum Petri*, nisi fideli circumciso, nemini committantur. Vide *Recognit.* lib. IV, cap. 3; lib. V, cap. 36, et lib. VIII, cap. 1, et homil. I, cap. 19; X, capp. 1 et 26; XI, capp. 28, 29, 30, 31; XIII, capp. 4 et 9.

« Citavit hos libros Origenes (12): quod quidem eorum antiquitatem demonstrat. Scripti sæculo secundo exeunte, ac post annum 170, si eorum parens ex Bardesane mutatus est, quæ ab Eusebio (13) ex libro Bardesanis deprompta, totidem verbis leguntur lib. IX *Recognit.*, cap. 19.

« Epiphanius, qui hos libros Clementi omnino suppositos non videbat, ab Ebionitis corruptos existimavit (14); eorumque perfidis manibus tribuit

(7) Epiph., *Hær.* XXX, n. 15.
(8) Rufin., præfat. ad libb. *Recognit.* et lib. *De adulter. libb. Origen.*
(9) Phot., codd. CXII, CXIII.
(10) Niceph., *Hist. eccl.* lib. III, cap. 18.
(11) Maran., *Divinit. D. N. J. C.*, lib. II. cap. 7, § 4, pagg. 250-254.
(12) Origen., tom. III, *in Gen. Philocal.* cap. 22, et *in Matth.* XXVI, 6.
(13) Euseb., *Præp. evang.*, lib. VI, cap. 20.
(14) Epiph., *Hær.* XXX, § 15.

quæcunque parum congruere cum Clementis doctrina videbantur. Cotelerius homilias Clementinas hæresis Ebioniticæ notis signatas existimat. Tillemontius nullam ad rem utiles putat, nisi forte ad cognitionem Ebionitarum doctrinæ. Videtur eorum opinioni favere, quod sæpe auctor Homiliarum, præsertim vero homil. II, cap. 38, falsa veris permista fuisse in sacris Scripturis pronuntiat: quod quidem de Scripturis judicium Ebionitis usitatum et solemne fuit, ut recte observat Cotelerius. Sed cum ipse Philo de formatione Evæ ex Adami costa pronuntiare non dubitet (15), *Quod ea de re dictum est, fabulosum esse;* licet hanc temeritatem Ebionitarum propriam non fuisse,sed dudum a Judæis excogitatam, quo facilius Scripturæ loca quorum subabsurda species videbatur, expedirent. Quanquam fatendum est multo audacius et ineptius loqui auctorem Homiliarum, quam Philonem. Sed quod evidenter probat hunc scriptorem, etsi circumcisus et legis retinendæ studiosus fuit, minime tamen Ebionitam fuisse ; ea de Filio Dei in Homiliis et in *Recognitionibus* statuit, quæ ab Ebionitarum hæresi prorsus abhorreant.

« Nemo est qui non perspiciat immanem hujus scriptoris ab Ebionitis discrepantiam, si legat quæ homil. I, cap. 7, a pseudo-Clemente narrantur, audisse se Romæ sub Tiberio, cum quidam publice clamaret: *Viri Romani, audite: Filius Dei adest in Judæa.* Addit se his auditis moleste tulisse neminem ex tanta hominum multitudine, tam magno accepto nuntio dixisse : In Judæam proficiscar, ut cognoscam,utrum iste hæc proferens vera loquatur ; nempe ὅτι Υἱὸς θεοῦ ἐπιδεδήμηκεν τῇ Ἰουδαίᾳ, « *Filium Dei in Judæam advenisse.* » Tanta admiratio ob nuntiatum Filii Dei in Judæam adventum, cum ejus præexistentiam præclare exprimit (nemo enim dixerit Isaiam prophetam advenisse in Judæam), tum magnum aliquod mysterium animo observari demonstrat, quod a Socinianis et Arianis commentis longe discrepet.

Cum hac Filii Dei notione mirifice quadrat quod verus Propheta (quo nomine Christum designat) visus esse Abrahæ dicitur lib. I *Recogn.*, cap. 33. Similiter Mosi apparuisse narratur cap. 34. Quicunque verum ab eo non didicerunt, hi illud non invenisse et quærentes obiisse dicuntur, homil. II, cap. 6 : Ὅσοι ποτὲ ἀλήθειαν γνῶναι ἐπεθύμησαν, παρὰ δὲ τούτου μαθεῖν αὐτὴν οὐκ εὐτύχησαν, μὴ εὑρόντες, ζητοῦντες ἐτελεύτησαν.

Simon Magus homil. XVII, cap. 4, ut probet Deum ante incognitum a Christo nuntiatum, his verbis utitur : *Nemo novit Patrem, nisi Filius:* tum addit : Εἰ οὖν αὐτὸς Υἱὸς ἦν ὁ παρών, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, οἷς ἐβούλετο τὸν πᾶσιν ἄγνωστον ἀπεκάλυπτεν. « *Si ergo qui advenit, ipse Filius erat, post suum adventum, quibus voluit, eum qui cunctis incognitus erat, revelavit.* » Hæc Simonis Magi ratiocinatio, e Christianorum principiis petita, argumento est Christus ab eis, non ut simplicem hominem, qui Filius Dei nominetenus dicatur, sed ut ipsum Dei Filium, qui in hunc mundum e cœlo venerit, adoratum fuisse.

IV. « Duplicem Christi naturam demonstrant quæ Petrus huic Simonis argumento respondet homil. XVIII, cap. 13 : Πρῶτον μὲν γὰρ δύναται ὁ λόγος εἰρῆσθαι πρὸς πάντας Ἰουδαίους, τοὺς πατέρα νομίζοντας εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν Δαβίδ· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν Υἱὸν ὄντα, καὶ Υἱὸν θεοῦ μὴ ἐγνωκέναι. Διὸ καὶ οἰκείως εἴρηται· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα· ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ θεοῦ, τὸν Δαβὶδ πάντες ἔλεγον. Τὸ δὲ ἐπάξαντα εἰπεῖν· Ὡς οὐδὲ τὸν Υἱόν τις οἶδεν· ἐπεὶ αὐτὸν Υἱὸν οὐκ ᾔδεισαν. Καὶ τὸ εἰπεῖν· Οἷς ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι· ὀρθῶς εἴρηται. Ὁ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ὢν Υἱὸς, μόνος ὡρίσθη, ἵνα οἷς βούληται ἀποκαλύψῃ. *Enimvero primum potest testimonium esse dictum ad omnes Judæos, qui putabant patrem Christi esse Davidem, eos non cognovisse Christum Filium (hominis), et Filium Dei. Quare apte dictum est, Nemo novit Patrem, quia pro Deo omnes Davidem dicebant. Et quod subjungit, Nec filium quis novit, quia eum Filium esse nesciverunt. Et quod ait, Quibus voluerit Filius revelare, recte habet. Qui enim ab initio Filius est, solus destinatus est, ut quibus cupit revelet,* Accurata sane de Filii æternitate, ejusque ex Patre generatione disputatio. Dei et hominis Filius, ab initio Filius dicitur : et ut pateat quantum inter Patrem et creatorem, inter Filium et rem creatam intersit, Deum Judæi quatenus Patrem Christi, ignorasse dicuntur, quamvis eum ut creatorem omnium probe novissent.

« Multa in eamdem sententiam libri *Recognitionum* suppeditant. Lib. I, cap. 45. hæc leguntur : *Cum esset Filius Dei et initium omnium, factus est homo.* Et cap. 69 : *Nolite putare nos duos ingenitos dicere Deos, aut unum divisum esse in duos, vel, sicut impii dicunt, eumdem masculum et feminam sui effectum; sed Filium Dei unigenitum dicimus, non ex alio initio, sed ex ipso ineffabiliter natum. Similiter etiam de Paracleto dicimus.* Et lib. III, cap 48 : *Noster autem Magister, qui est Filius Dei et hominis, manifeste bonus est: quod autem vere si Filius, quibus oportuit dictum est et dicetur.* Hinc cap. 2 ejusdem libri indignatur Simon, Deo Filium attribui tanquam animali.

V. Omnia a Filio creata esse, multis locis confirmatur : Υἱοῦ ἐστιν τοῦ οὐρανὸν καὶ γῆν διακοσμήσαντος, ait Petrus, homil. XVIII, cap. 6, τὸ ᾧ βούλεται ἀποκαλύψαι τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις Πατέρα. *Ad Filium cœli et terræ constitutorem spectat revelare cui vult ipsius Patrem in absconditis positum.* Et homil. XVI, cap. 11 et 12, objicienti Simoni duos esse creatores, eo quod dixerit Deus, *Faciamus,* sic respondet Petrus : Εἷς

(15) Philo, lib. II *Leg. Allegor.*, tom. I, pag. 70, edit. Londin. 1742.

ἐστιν ὁ τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ εἰπών · Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. Ἡ δὲ σοφία, ὥσπερ ἰδίῳ πνεύματι, αὐτὸς ἀεὶ συνέχαιρεν. Ἥνωται μὲν ὡς ψυχὴ τῷ Θεῷ · ἐκτείνεται δὲ ἀπ' αὐτοῦ, ὡς χεὶρ δημιουργοῦσα τὸ πᾶν. *Unus est qui Sapientiæ suæ dixit : Faciamus hominem. Huic vero Sapientiæ tanquam proprio spiritui semper ipse congaudebat. Unita quidem est Deo, ut anima : ab eo autem extenditur ut manus, universitatem producens.* Hinc in his verbis homil. XI, cap. 22 : Τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τὰ ὅλα πεποιηκότος Θεοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκστάσεως ἔχει, legendum puto ἐκτάσεως *Spiritus a Deo qui omnia fecit, initium habet extensionis.* Aqua per Unigenitum facta dicitur lib. VII *Recogn.*, cap. 8. Vide cap. 7 ejusdem libri, et capp. 34 et 40, lib. VIII. Ex quibus ratet pseudo-Clementem, quamvis multis Judaismi reliquiis implicatus esset, idem tamen ac cæteros scriptores ecclesiasticos de mundi per Filium creatione sensisse ; contra quam placet Socinianis, qui hanc doctrinam, Christianis circumcisis penitus ignotam, a philosophis religionem amplectentibus inductam fingunt.

« Multis aliis rebus declaratur hujus scriptoris cum Catholicis verborum et sententiarum similitudo. Omnia nosse dicitur Christus homil. VIII, cap. 21. Solus animas illuminare posse, solus veritatem retegere, homil. II, cap. 4. Solus Patrem immutabiliter videre, hom. XVII, cap. 16. Τὸ γὰρ ἀτρέπτως Πατέρα ἰδεῖν Υἱοῦ μόνου ἐστίν. *Nam Patrem immutabiliter videre*, solius *Filii est.* Eadem habent libri *Recognitionum*, præsertim lib. V, cap. 10, ubi hæc legimus : *Hic ergo est verus Propheta, qui in Judæa nobis apparuit, ut audistis : qui stans publice sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire ; fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, et mortuis vitam. Cumque nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat : quod nulli est possibile, nisi soli Deo.*

« Neque etiam illud principium prætermittendum est quod huic scriptori cum cæteris scriptoribus ecclesiasticis commune est : deos coli non licere, etiamsi summi et omnipotentis Dei ministri dicantur ; sed soli Patri, et Filio et Spiritui sancto hunc honorem deferendum : in quo quidem insaniæ notam effugere non potest, si Filium et Spiritum sanctum in rebus creatis numerabat. Primum docet homil. X, cap. 15 et 16, et *Recogn.* lib. V, cap. 19. Alterum multis locis testatur. De cultu Patris et Filii sic loquitur Petrus lib. X *Recognit* cap. 47 : *Quid enim est in quo adversari prædicationi nostræ quis debeat ? aut in quo contra veri honestique fidem sermo prædicationis nostræ deprehenditur ? qui dicit honorandum esse Deum et Patrem omnium conditorem, ejusque Filium qui solus eum et voluntatem ejus novit, cuique soli de omnibus credendum est quæ præcepit : solus enim est lex et legislator et judex justus.* Unum et eumdem cultum sanctissimæ Trinitati adhiberi docent, quæ leguntur homil. III, cap. 72 : Σοῦ γάρ ἐστιν δόξα αἰώνιος, ὕμνος, Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας. Ἀμήν. *Ad te enim pertinet æterna gloria, laus, Patri et Filio et Spiritui sancto, in omnia sæcula. Amen.* Hinc homil. IX, cap. 23, baptismus administrari dicitur : Τρισμακαρίᾳ ἐπονομασίᾳ, « *Ter beata invocatione :* » quod de tribus Personis intelligendum patet ex his verbis lib. I *Recognit.*, cap. 63 : *Ad ultimum autem*, inquit Petrus, *admonui eos, ut priusquam progrederemur ad gentes prædicare eis agnitionem Dei Patris, ipsi reconciliarentur Deo suscipientes Filium ejus. Aliter enim nullo modo eos ostendi posse salvari, nisi per Spiritus sancti gratiam trinæ invocationis dilui baptismate properarent.*

VI. « Ibidem Jesus vocatur *Christus æternus.* Quod ut intelligatur, quam vim et sententiam habeat, observandum est ita Jesum vocari, ut opponatur Simoni qui se Christum et Stantem dictitabat. Ἀντὶ τοῦ ὄντως Χριστοῦ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀναγορεύει. « *Pro vero Christo nostro se ipsum prædicat,* » inquit Aquila homil. II, cap. 22. Porro eo nomine majorem se mundi creatore, ibidem declarat. Cap. 24, sic quærenti Dositheo : *Dic mihi, si tu es Stans, ut adorem te ;* respondet Simon : *Ego sum ;* et statim Dositheus cecidit ; et adoravit eum. Nicetas cap. 28, sic eumdem Simonem alloquitur : *Deus esse non potes : time eum, qui vere Deus est.* Similiter adoratur Simon, lib. II *Recognit.*, cap. 11. In eodem libro, cap. 14, per ridiculum vocatur *incorruptibilis Deus.* Non dubium ergo quin pseudo-Clemens, cum Jesum verum et æternum Christum esse contendit, omnia ei tribuat quæ sibi Simon per summum nefas arrogabat.

« Non dissimulandum est non nulla his in libris occurrere quæ de Christo dicta minus commode, et Rufino visa sunt Eunomii commentis simillima, et Epiphanium adduxerunt, ut Ebionitis a quibus hos libros interpolatos putabat, sententiam Arianæ gemellam affingeret contra totius antiquitatis testimonium, imo contra suum ipsius, qui Christum ab Ebionitis simplicem hominem haberi declarat. Sed cum hæc imitati sint Origenes, Methodius et Lactantius, erit tempus de his agendi magis opportunum, cum solvendis sanctorum Patrum difficilioribus locis operam dabimus.

« Ex his autem quæ attulimus, facile perspicitur hunc scriptorem non modo nihil habere quod Ebionitarum errorem redoleat, sed etiam de Filii æternitate, omnipotentia et vera ex Patre generatione recte sentire. Quare quæ de Nazaræis Justinus (16), Hieronymus (17) et Augustinus (18) testantur, eos nimirum Filii divinitatem agnovisse ; ea quis in dubium revocet, cum et tantis auctoribus nitantur, et in scriptore legis observationem audacter do-

(16) Justin., *Dial.* cap. 47.
(17) Hieron., Epist. 80, ad August.
(18) August., lib. *De hæres.*

cente et prædicante, conceptis verbis legantur? Præter legis observationem et fidem in Christum Deum, illud etiam huic scriptori cum Nazaræis commune est, quod Pharisæos acriter interdum insectatur, ut homil. XI, capp. 28 et 29 et *Recognit.* lib. I, cap. 54. » Huc usque doctissimus Maranus.

VII. Unum tamen est, quod hic moneamus. Nimirum, sub harum disquisitionum initium opinatus est V. C. *Recognitionum* et Homiliarum unum et idem opus esse, sed non semel editum, quod pridem insinuaverat Cotelerius ac post annum 170 litteris traditum. Verum antequam hæc describeremus, de *Recognitionibus* jam fuerat nobis demonstratum, illas demum scripto non fuisse consignatas ante annum 216. *Clementinorum* autem auctorem circa annum Christi 250 floruisse, cum Joanne Millio existimabamus, qui ejus Homilias editas fuisse censet (19) sub idem tempus quo suam *Harmoniam* perscribebat Ammonius Alexandrinus.

Cæterum Cotelerii editionem typis excudendam curavimus. Notis Cotelerianis ea passim intexuimus quæ animadvertit eruditus Davisius, ad textum potissimum emendandum comparata: paucula etiam ex Joanne Clerico adjecimus: utraque vero ex iterata Patrum Apostolicorum editione Amstælodamensi desumpsimus. Epistolæ sub Clementis nomine Jacobo inscriptæ Græcum exemplar stitimus inter duplicem versionem, alteram Rufini, alteram Coterii: eique præterea nonnullas doctissimi Coutantii adnotationes ex ejus *Epistolis Romanorum pontificum* subjecimus: qui et illud observat (20), eamdem Epistolam, postquam a Rufino Latinitate donata est, quibusdam antiquis Canonum collectionibus insertam fuisse. Hinc haud miratur, illam anno 441 a concilio Vasensi I, can. 16, ac subinde a Nicolao I, Joanne VIII, aliisque Clementis nomine fuisse laudatam: qua quidem in re adnotanta præiverat Cotelerius.

(19) Mill., Prolegom, ad N. T. Gr., § 670.
(20) Coutant., Append. ad *Epist. Rom. pontif.*, p. 5, § 6.

# CLEMENTIS ROMANI

QUÆ FERUNTUR

# HOMILIÆ VIGINTI

## NUNC PRIMUM INTEGRÆ.

Textum ad codicem Ottobonianum constituit, versionem Cotelerii passim correxit, eamque absolvit, selectas virorum doctorum notas suasque subjunxit Albertus Rud. Max. DRESSEL, phil. Dr.

(COTTINGÆ, SUMPTIBUS LIBRARIÆ DIETERICHIANÆ. MDCCCLIII, in-8°.)

## LECTURIS S.

*Duo præstanti doctrina viri, J. B. Cotelerius et J. Clericus, in Homiliis, quæ Clementis Romani nomine circumferuntur, edendis, comptures in iisdem emendatis atque interpretandis tanta cum diligentia ac laude versati sunt, ut multorum judicio aliis, quod agerent, reliquisse viderentur aut paucum aut nihil, Verum enimvero, qui ita statuerunt, haud mediocriter errant. Nam quicunque illorum libros excussit accuratius, quantum iis perfectionem, quam in hoc genere expetimus, desit, facile animadvertat. Ex nova quoque, quæ vehementer desiderabatur, Schwegleri editione id satis superque probari patet. Adhuc hæc erant. Ac illi quidem, quid unius tantum codicis supellectile et auctoritate ingenium arsque critiqua efficere posset, non absque successu ostenderunt. Itaque cum vel post tot tantasque virorum doctorum elucubrationes atque commentationes scriptoris nostri ratio etiam tunc ea esset, ut in primis ejus textus restitutione in integrum egeret, si e fonte haurire vellemus limpidiori puriorique, factum est ut auxilium inveniretur et eo, quo Cotelerius usus est, validius, et cujusvis judicii critici acumine superius. Nam Græcos Vaticanæ bibliothecæ codices perlustranti mihi contigit, ut quindecim abhinc annis in ms. inciderem non solum Parisino libro, cui, quæ hactenus Homiliarum innotuerant, debemus, longe præstantius, verum etiam integrius, quippe quod et earum partem tam diu frustra requisitam præberet. Ac fuit quidem, cum mihi quoque tempus, quæ feliciter inveneram, digne elaborandi propitius concessum fore arbitrarer, si infinitus labor criticus scriptis Patrum apostolicorum emendandis a me susceptus requiescendi initium concessisset. Quam spem grave infortunium fefellit. Nam medici cujusdam Monacensis incuria atque inscitia altero oculo captus, altero debilitatus,*

*quantum valetudinis viriumque supererat, ad ea contuli, quæ majoris momenti mihi erant absolvenda atque perficienda. Quo facto ad Clementem Romanum reversus jam in limine cognovi, ob recentiorum librorum, qui in auxilium vocandi essent, Romæ penuriam, justis hominum transalpinorum desideriis me non ita satisfacturum esse, ut in summa faciendi voluntate erat et alioqui fieri potuisset. Hæc similiaque cum reputarem, timens ne quid indignum hac ætate mihi excideret,eo fere ventum est,ut a Clemente Romano evulgando desisterem.Attamen amicis, ne inventa mihi oblivione denuo sepelirentur,iterum iterumque adhortantibus tandem censui esse cedendum. Jam enim persuasum mihi est, quæ Homiliis critica adminicula tum e codice reperto,tum ex editione principe attuli, si partem hactenus ineditam addas, coram iis, penes quos hujus rei judicium est, æquiparare ea posse quantis notulis explanatoriis adhuc indigere videantur. Ac mentione editionis principis facta non satis mirari possum, quomodo Schwehleri diligentiam et sagacitatem summa necessitas effugerit, eam vel accuratissime revisendi, quo vulneribus in tribus J. Clerici edd. an. 1698, 1700, 1724 textui ejus inflictis medela afferretur. Istic nimirum — sileo levioris momenti menda — multæ voces omissæ, plures contra Paris. libri auctoritatem sine ulla causa tacite mutatæ, plurimæ perperam corruptæ. Quæ quidem paucis exceptis non solum a novissimo editore repetita, sed nova errorum congerie aucta sunt.Is enim Clerici recensionem textum editionis pr. genuinum putans centies Cotelerio hanc illamve lectionem seu bonam seu pravam affinxit, de qua ille ne somniare quidem ausus est. Taceo reliqua, quæ ab aliis intelligi malo, quam a me dici. Ne multa : en tibi recensionem Homiliarum prioribus accuratiorem et, si integritatem spectas, omnibus numeris absolutam. Neque vero illa, quæ novæ huic editioni ornamento est, glorior integritate : alius quoque invenire potuiseet, quæ mihi invenire contingit, quamvis ad unum omnes ea adhuc præterierint.Atqui ea humanæ vitæ conditio est, ut pluries negetur, quin eo aliquis quæsitum eat quo lubentissime velit, secundum Græcum illud :*

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθὸν ἐσθ' ὁ πλοῦς.

*Scripsi Romæ Kal. Jul.* 1852.

—

## CLEMENTIS ROMANI HOMILIARUM CODICES MSS.

1. In *Defensione pro Canonibus apostolorum et Epistolis pontificum* Franciscus Turrianus e ms. quodam Græca citat, quæ in Clementis R. Homiliis reperiuntur. Alia Metaphrasten olent, alia ad Ottoboniani lectionem aut prope accedunt, aut nihil ab ea differunt. Nihilosecius prorsus aliud est ac nostrum et Parisinum.Id satis unus ille locus probat in epistola Turriani ad Hosium cardinalem allatus,quem hic habes in Hom. XVII, 15.

2. « Cotelsrius exemplar suum accurate, imo religiose, ne litterula quidem mutata, descripsit ex eo codice Homiliarum, qui unus, quantum sciam, temporis injurias pertulit, Parisiensi Regio 1648 (nunc 1196, si recte auguror ex Catal. cod. mss. Bibl. Reg. Par. 1740, tom. II, in quem numeri Coteleriani non conveniunt). In subsidium adhibuit Clementinam Epitomen, quam et ipsam e cod. Reg. 8 descriptam in opere suo, primus post Turnebum, publici juris fecit, Præterea excussit codd, Reg.148 et 804, qui continens eamdem Epitomen, se paulo auctiorem ex Homiliarum fragmentis (cf. quæ adnotavimus ad 11, 5 [infra, col. 33] et 333,18 [col. 295]. Iis subsidiis Cotelerius ita usus est,ut haud pauca codicis sui menda in margine editionis suæ posset emendare.» Ita Schweglerus in Præfatione. Ego quidem dubito num Cotelerius in describendo codice Paris. ubivis ille fide atque religione usus fuerit, qua in hoc genere opus est : id quod ex multis locis cum nostro ejusdem familiæ manuscripto accurate collatis luce clarius apparet. Codex Paris. quanquam in fronte exhibet : Βίβλος ἔχουσα ὁμιλίας διαφόρους ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, συγγραφεῖσα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος, ἡ λεγομένη Κλημέντια, τουτέστιν Κλήμεντος συγγράμματα. Περιέχει δὲ ἡ αὐτὴ βίβλος τάδε· προλόγους τρεῖς, ὁμιλίας εἴκοσι, mutilus tamen desinit in Hom. XIX, 14.

3. Codex ms. qui ad novam Homiliarum editionem conficiendam criticum penum mihi aperuit vel uberrimum, earumque finem hucusque desideratum unicus largitur, ad eam pertinet Vaticanæ bibliotecæ partem, quæ Ottoboniana nominatur. Chartaceus est, formæ quartæ, insigniturque numero 443. Exaratus esse videtur ineunte sæc. XIV, nitida quidem Græca manu, sed ob inusitatas siglas, quibus utitur, passim ambigua et subobscura, nec ubique facili lectu. Quamlibet paginam, si tituli occurrunt nulli,versus viginti septem explent.In primo Codicis folio albo appositus legitur numerus 443 ; in sequenti:

Clemens Romanus de Peregrinationibus S. Petri fol. 2.
Ejusdem Clementis Peregrinationum Epitome fol. 161.
Gregorii Nysseni oratio in illud Pruli : Cum subjecta fuerint.
illi omnia, tunc et ipse filius, etc., fol. 235.

In utraque pagina subsequentis folii numerum I in fronte ferentis exstat fragmentum Clementinorum proœmii, quod incipit : Αὐτοὺς φρονιμώτερον ἐπιχειροῦσιν desinitque in vbb. ἄλλῳ οἰῳδήποτε. Hoc fragmentum alia manu, eaque sæc. xv exaratum et aliunde excisum puto. Jam invenitur alterum folium album numero carens. In olio, quod sequitur numero 2 distinctio,cam prævia inscriptione incipit Epistola Petri ad Jacobum data, cui reliqua Clementina annectuntur.Quæ occurunt inscriptiones itidemque litteræ initiales Homiliarum sicuti quorumdam commatum minio rubro pictæ sunt. Singularum Homiliarum numerus Græcis litteris exprimitur, tertia excepta et decima, ubi est ὁμιλία τρίτη et ὁμιλία δεκάτη. (Cfr. specimen scripturæ ligno incisum in tabula infra annexa.) Ad oram codicis quamplurimæ glossæ prima manu conscriptæ apparent, nullius quidem momenti, si paucas excipias. Adnotavi quæ utiles esse potuerunt. Pluris faciendæ sunt conjecturæ manu recentiori margini distincto charactere appositæ. Habes quoque ad oram notulas rubras : καν α' usque ad καν ιγ', easque prima manu tam indistincte tamque inepte conscriptas, ut nullibi cum textu quadrent. Prima invenitur initio Epistolæ Clementis ad Jacobum ex adverso, ultima in margine hom. I, 6, sub finem. Nullæ capitum sectiones. Orthographia haud raro solœca : κρίττονα, κυβερνύτης, γυμνιτεύοντες, θειώτητι, γνομόνως, πείσθεσθαι, ἐπίστηται, ὑπορχεῖν p. ὑπουργεῖν, αἰρῶν p. ἐρῶν, καινόν p. κενόν, ὑφέξιν p. ὑφέξειν, λοιποῦν p. λυποῦν, ηὐχαρίστησα, p. ηὐχαρίστησα, φενορωθείς p. φρενωθείς, ἄδει p. ᾠδῇ. Multas, quæ etiam in hoc codice reperiuntur, lacunas uncis criticis inclusi conjectandoque explevi.

## LITTERÆ EXPLICATÆ.

O, Ott. — Codex Ottobonianus 443.
C, Ci — Cotelerius. Cotelerii (Ed. Lut. Paris 1672.)
D. — Davisius.
Cl — Clericus (Ed. Amstelædami 1716.)
S. Si — Schweglerus Schwegleri (Ed. Stuttgartiæ 1847.)

# CLEMENTIS ROMANI

QUÆ FERUNTUR

# HOMILIÆ VIGINTI.

**1-3** ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ ΠΡΟΣ ΙΑΚΩΒΟΝ [1]. A

ΠΕΤΡΟΣ ΙΑΚΩΒΩ, τῷ κυρίῳ καὶ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων Πατρὸς, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰρήνη εἴη πάντοτε [2].

I. Εἰδώς σε, ἀδελφέ μου, εἰς τὸ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν συμφέρον σπεύδοντα προθύμως, ἀξιῶ καὶ δέομαι, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους μηδενὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μεταδοῦναι μήτε ὁμοφύλῳ πρὸ πείρας, ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ' ἣν καὶ τοῖς Ἑβδομήκοντα ὁ Μωϋσῆς παρέδωκε τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ καρπὸς τῆς ἀσφαλείας μέχρι τοῦ δεῦρο φαίνεται. Τὸν γὰρ αὐτὸν οἱ πανταχῇ ὁμοεθνεῖς [3] τῆς μοναρχίας καὶ πολιτείας φυλάσσουσι κανόνα, κατὰ μηδένα τρόπον ἄλλως φρονεῖν ἢ τῶν εἰς [4] 4 πολλὰ νευουσῶν Γραφῶν ἐξοδευθῆναι δυνηθέντες. Κατὰ γὰρ τὸν παραδοθέντα αὐτοῖς κανόνα τὰ τῶν Γραφῶν ἀσύμφωνα [5] πειρῶνται μεταῤῥυθμίζειν, εἴ δή τις τυχὸν μὴ εἰδὼς τὰς παραδόσεις ναρκᾷ πρὸς [6] τὰς τῶν προφητῶν πολυσήμους φωνάς· οὗ ἕνεκεν οὐδενὶ διδάσκειν ἐπιτρέπουσιν, ἐὰν μὴ πρότερον μάθῃ [7] πῶς δεῖ ταῖς Γραφαῖς χρῆσθαι· διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἷς Θεὸς, εἷς νόμος, μία ἐλπίς.

II. Ἵνα γοῦν [8] τὸ ὅμοιον καὶ παρ' ἡμῖν γένηται τοῖς Ἑβδομήκοντα, ἡμῶν ἀδελφοῖς τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων δὸς μετὰ τοῦ ὁμοίου τῆς ἀγωγῆς μυστηρίου, [9] καὶ τοὺς βουλομένους τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναδέξασθαι μέρος ἐφοδιάζωσιν [10]· ἐπεὶ ἐὰν

EPISTOLA PETRI AD JACOBUM (21).

PETRUS JACOBO, domino et sanctæ Ecclesiæ episcopo, ab omnium rerum Patre, per Jesum Christum, pax sit perpetuo.

I. Cum sciam te, frater mi, ad id quod communiter omnibus nobis conducit, alacriter festinare, rogo et precor, ut mearum prædicationum quos ad te misi libros nulli ex gentilibus tradas, neque etiam tribuli, ante experimentum : sed si quis probatus et dignus repertus fuerit, tunc ipsi tradas; secundum eum modum, juxta quem Moyses Septuaginta viris cathedræ suæ successoribus tradidit. Idcirco enim cautionis fructus in hunc usque diem apparet. Eamdem quippe de unitate Dei et de vitæ institutione normam observant omnes ubicunque sint ejus nationis homines; nec ullo modo possunt aliter B sentire, aut abripi extra viam Scripturarum, quæ multa innuunt. Nam secundum traditam ipsis regulam Scripturarum dissona nituntur reformare, si quis forte ignarus traditionum ad prophetarum varia significantes voces obtorpescit. Propter quod nemini docere permittunt, nisi prius quo pacto Scripturis sit utendum didicerit. Ideo apud illos est unus Deus, una lex, spes una.

II. Quo igitur simili modo apud nos fiat ac illis Septuaginta, nostris fratribus libros prædicationum mearum pari cum ratione mysterii trade, ut instruant eos qui suscipere munus doctrinæ volunt. Quandoquidem si ita non fit, veritatis sermo noster

## VARIÆ LECTIONES

[1] In Homiliarum codice Bibliothecæ Ottobonianæ æque atque in cod. Cotelerii prior præemii pars inscribitur : Περὶ τοῦ μὴ ἐκδιδόναι τὰ συντάγματα αὐτοῦ τινι τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν διὰ τοὺς παρατηροῦντας, nisi quod in cod. C παραποιοῦντας. [2] εἰρήνη εἴη dedi ex conjectura, ἐν εἰρήνη C, ἐν εἰρήνη (sic) εἴη O. Cfr. Ep. Clem. ad Jacobum salut. [3] Lectionem ὁμοεθνεῖς erui accentu duce ex O. Exstat et in var. lect. ap. Turrianum *Pro epistolis pontificum* IV. 1, v, 23. De Turriani codice vide, quæ Cotelerius notavit in judicio de *Clementinorum* opere. ὁμόεθνοι idem. [4] ἢ τῶν εἰς conjectura librarii in marg. O, ὑπὸ τῶν id in textu cum C. [5] Ἀσύμφωνα C, ex conject., σύμφωνα id. in textu, ut O. [6] πρὸ O. [7] μάθοι C, minus recte. Qui medio ævo codd. descripserunt, ad unum omnes iotacismum sequentes ideoque οι diphthongum eodem modo pronuntiantes ac vocalem η, conjunctivo cum operativo perperam misto locos numero fere innumerabiles corruperunt. [8] γοῦν accessit ex O et Turr. Deinde C post ἡμῶν ἀδελφοῖς comma ponit, totumque locum ita vertit : *Quo igitur simili modo apud nos fiat nostris fratribus, ac illis Septuaginta.* S verba illa traxit ad membrum sequens. In O post ἀδελφοῖς commate non distinguitur, neque ante ἡμῶν [9] ἵνα O c. Turr. et var. lect. ap. C, in cuj. textu deest. [10] ἐφοδιάζειν, ἐφοδιάζωσι C O. Importunum illud ἐφοδιάζειν videtur in textum irrepsisse e margine, ubi notatum fuerat a non incurioso lectore, tanquam insigne verbum. Cfr. hom. II, 38 C.

## VARIORUM NOTÆ.

(21) *Epist. Petri ad Jacobum.* Recte observat Photius Epistolam Petri ad Jacobum pertinere non posse ad Opus cujus initium sit, Ἐγὼ Κλήμης, sive quod Clementis nomen præferat. Ego vero existimo præsentem epistolam aliam esse ab illa Photio memorata, quoniam illa erat de actibus Petri, a Petro ipso scriptis, et ad Jacobum postulantem missis : hæc vero superiore posterior est, nec de postulatione Jacobi mentionem facit, sed per eam Jacobus monetur, ut prædicationes Petri a Petro missas, caute tradat. Varias lectiones apposui ex Turriano *Pro Epistolis pontificum* lib. IV, init., et lib. V, cap. 23. Cot.

multas in opiniones dividetur. Porro illud non quasi A sim propheta scio, sed quod jam initium mali ipsius viderim. Siquidem nonnulli ex gentibus legalem meam rejecerunt prædicationem, inimici hominis legi contrariam quamdam et nugacem doctrinam amplexi. Atque hæc superstite me tentaverunt ali. qui variis interpretationibus verba mea transformare, ad eversionem legis; quasi ego etiam ita sentiam, non audeam tamen libere profiteri : quod absit! Id enim repugnare est Dei legi, a Moyse prolatæ, et a Domino nostro testimonium habenti de perpetua sua duratione : quoniam sic dixit : *Cælum et terra transibunt : iota unum aut unus apex non præteribit a lege* (*a*). Illud autem dixit, ut omnia evenirent. At illi nescio quo modo sensum meum compertum habentes, quæ ex me audierunt verba, melius me qui ea locutus sum, aggrediuntur interpretari; dicentes iis quos instituunt, id esse sententiam meam, quod ego ne quidem cogitavi. Si autem me adhuc vivo talia ementiri audent, quanto magis post me idem audebunt facere, qui post me erunt?

III. Ne igitur quid hujusmodi contingat, ea propter oravi et deprecatus sum, mearum prædicationum quæ ad te misi volumina nemini ante periculum factum tradas, neque tribuli, neque alienigenæ; verum si quis post probationem dignus repertus fuerit, tunc ipsi ex institutione Moysis concedas, juxta quam Septuaginta viris qui cathedram illius exceperunt, dedit : ut sic fidem servent et ubique veritatis canonem tradant, cuncta interpretati ad traditionem nostram, et ne ipsi ab imperitia pertracti, ab animi conjecturis in errorem inducti, alios in eamdem perditionis foveam adducant. Et quidem quæ mihi videbantur, pulchre tibi significavi : quod vero tibi placebit, Domine mi, decenter exsequere. Vale.

—

## CONTESTATIO PRO IIS QUI LIBRUM ACCIPIUNT.

I. Itaque Jacobus, lecta epistola, convocavit presbyteros, cumque illis legisset, ait : necessario et congruenter de veritate stabilienda noster admonuit Petrus, ut prædicationum suarum nobis missos libros nemini temere concedamus, tantum viro bono

μὴ οὕτως γένηται, εἰς πολλὰς γνώμας ὁ τῆς ἀληθείας ἡμῶν διαιρεθήσεται λόγος. Τοῦτο δὲ οὐχ ὡς προφήτης [11] ὢν ἐπίσταμαι· ἀλλ' ἤδη αὐτοῦ τοῦ κακοῦ τὴν ἀρχὴν ὁρῶν. Τινὲς γὰρ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν τὸ δι' ἐμοῦ νόμιμον ἀπεδοκίμασαν κήρυγμα (22), τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου ἄνομόν τινα καὶ φλυαρώδη προσηκάμενοι διδασκαλίαν. Καὶ ταῦτα ἔτι μου περιόντος ἐπεχείρησάν τινες, ποικίλαις τισὶν ἑρμηνείαις τοὺς ἐμοὺς λόγους μετασχηματίζειν, εἰς τὴν τοῦ νόμου κατάλυσιν· ὡς καὶ ἐμοῦ **5** αὐτοῦ οὕτω μὲν φρονοῦντος, μὴ ἐκ παῤῥησίας δὲ κηρύσσοντος· ὅπερ ἀπείη. Τὸ γὰρ τοιοῦτο ἀντιπράσσειν ἐστὶ τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ τῷ διὰ Μωϋσέως [12] ῥηθέντι καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν μαρτυρηθέντι περὶ τῆς ἀϊδίου αὐτοῦ διαμονῆς, ἐπεὶ οὕτως εἶπεν· Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἵνα τὰ πάντα γίνηται. Οἱ δὲ οὐκ οἶδα πῶς τὸν ἐμὸν νοῦν ἐπαγγελλόμενοι, οὓς ἤκουσαν ἐξ ἐμοῦ λόγους, ἐμοῦ τοῦ εἰπόντος αὐτοὺς φρονιμώτερον, ἐπιχειροῦσιν ἑρμηνεύειν [13], λέγοντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν κατηχουμένοις, τοῦτο εἶναι τὸ ἐμὸν φρόνημα, ὃ ἐγὼ οὐδὲ [14] ἐνεθυμήθην. Εἰ δὲ ἐμοῦ ἔτι περιόντος τοιαῦτα τολμῶσι καταψεύδεσθαι, πόσῳ γε μᾶλλον μετ' ἐμὲ ποιεῖν οἱ [15] μετ' ἐμὲ τολμήσουσιν ;

III. Ἵνα οὖν μὴ τοιοῦτόν τι γένηται, τούτου ἕνεκα ἠξίωσα καὶ ἐδεήθην, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους μηδενὶ μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, μήτε ἀλλοφύλῳ, πρὸ πείρας, ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν Μωϋσέως [16] ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ' ἣν τοῖς Ἑβδομήκοντα παρέδωκε τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν· ἵνα οὕτως τὰς πίστεις φυλάξωσι καὶ πανταχῆ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα παραδῶσιν, ἑρμηνεύοντες τὰ πάντα πρὸς τὴν παράδοσιν ἡμῶν, καὶ μὴ αὐτοὶ ὑπὸ ἀμαθείας [17] κατασπώμενοι, ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν στοχασμῶν εἰς πλάνην ἑλκόμενοι, ἄλλους εἰς τὸν ὅμοιον τῆς ἀπωλείας ἐνέγκωσι βόθυνον. Καὶ τὰ **6** μὲν ἐμοὶ δόξαντα καλῶς ἐσήμανά σοι, τὸ δέ σοι δοκοῦν, κύριέ μου, πρεπόντως ἐπιτέλει. Ἔρρωσο.

—

## ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΙΑ (23) ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΛΑΜΒΑΝΟΝΤΩΝ [18].

I. Ἀναγνοὺς οὖν ὁ Ἰάκωβος [19] τὴν ἐπιστολὴν, μετεκαλέσατο τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ αὐτοῖς ἀναγνοὺς ἔφη· Ἀναγκαίως καὶ πρεπόντως περὶ τῆς ἀληθείας ἀσφαλίζεσθαι ὁ ἡμέτερος ὑπέμνησε Πέτρος, ὅπως τὰς

(*a*) Marc. XIII, 31 ; Matth. v, 18.

## VARIÆ LECTIONES.

[11] Ita O c. Turr. ὡς ὁ προφήτης C. [12] Μωϋσέος O. [13] ἑρμηνεύειν addunt O et Turr., deest in præfationis Fragmento. [14] Pro οὐδὲ lacuna in Fragmento. [15] οἱ om. Fragm. Tum τολμήσουσιν O et Fragm. c. Turr.: ποιήσουσιν C. [16] Μωϋσέος O et Fragm. [17] ἀμαθίας O et Fragm. [18] Nulla in O et Fragm. inscriptio, neque locus ei relictus. [19] Ἰακώβος O.

## VARIORUM NOTÆ.

(22) Νόμιμον κήρυγμα, etc. Cave tibi ad Ebionismo. Cot.

(23) Διαμαρτυρία Redolet, mea quidem sententia, hujusmodi contestatio κρύψιν primorum hæreticorum, quam illi didicerant a paganis, et a Judæis Essenis. Videsis præcipue Irenæum lib. I, cap. 23; Tertullianum initio operis *adversus Valentinianos;* Porphyrium, *De abstinentia*, lib. IV, cap. 13; et Vettium Valentem citatum a Seldeno tum in *Marmoribus Arundellianis*, p. 151, tum *De diis Syris*, p. 35; itemque Julium Firmicum, in Præfat. lib. VII, *Matheseos*. Ib.

τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων διαπεμφθείσας ἡμῖν βίβλους μηδενὶ μεταδώσωμεν ὡς ἔτυχεν, ἢ ἀγαθῷ τινι καὶ εὐλαβεῖ, τῷ καὶ διδάσκειν αἱρουμένῳ ἐμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ (24), καὶ [20] ταῦτα μὴ πάντα ὁμοῦ, ἵνα, ἐὰν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγνώμων φωραθῇ, τὰ δεύτερα μὴ πιστευθῇ. Διὸ μὴ ἔλαττον ἔτεσιν ἓξ δοκιμαζέσθω· καὶ εἶθ' οὕτως, κατὰ τὴν Μωϋσέως ἀγωγήν, ἀγαγόντα αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν ἢ πηγὴν (25), ὅπερ ἐστὶ ζῶν ὕδωρ, ἔνθα ἡ τῶν [21] δικαίων γίνεται ἀναγέννησις, μὴ ὁρκίσαι, ἐπεὶ μὴ ἔξεστιν, ἀλλὰ στῆναι αὐτῷ κελεῦσαι πρὸς τῷ ὕδατι καὶ ἐπιμαρτύρασθαι, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀναγεννώμενοι κελευσθέντες ἐποιήσαμεν τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν χάριν.

A

II. Λεγέτω δέ· Μάρτυρας ἔχοιμι οὐρανόν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται, πρὸς [22] τούτοις δ' ἅπασι καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα ℣ οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω, ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μοι [23] τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ αὐτὰς τὰς βίβλους, ἃς ἄν μοι δῷ, οὐ μὴ μεταδῶ τινι κατ' οὐδένα τρόπον, οὐ γράψας, οὐ γεγραμμένον δοὺς, οὐ γράφοντι [24] ἀναδιδοὺς, οὐκ αὐτὸς, οὐ δι' ἄλλου, οὐ δι' ἄλλης τινὸς ἀγωγῆς ἢ δόλου ἢ μηχανῆς, ἢ ἀμελῶς [25] φυλάσσων ἢ τιθῶν ἢ νεύων ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ ἢ ἐπινοίᾳ ἑτέρῳ αὐτὰ μεταδιδούς. Πλὴν ἐὰν [26] δοκιμάσω τινὰ ἄξιον, ὡς αὐτὸς ἐκρίθην, ἢ καὶ πλεῖον δοκιμάσας, πλὴν οὐκ ἔλαττον ἔτεσιν ἓξ· τῷ τε [27] εὐλαβεῖ καὶ ἀγαθῷ, διδάσκειν ἐπαναιρουμένῳ, ὡς παρέλαβον, παραδώσω, καὶ ταῦτα ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπισκόπου μου [28] γνώμῃ ποιησάμενος.

B

III. Ἄλλως δὲ οὐδ' ἂν τέκνον ἢ ἀδελφὸς [29] ἢ φίλος ἢ ἄλλως πώς ποτε γένους μοι ἀνήκων, ἐάνπερ ἀνάξιος ᾖ, τοῦδε μὴ μεταδοῦναι χάριν, ὡς οὐ προσῆκεν [30]. Οὔτε ἐπιβουλὴν φοβηθήσομαι, οὐ δώροις κολακευθήσομαι· ἀλλ' εἰ καὶ δόξειέ μοί ποτε τὰ διδόμενά μοι τῶν κηρυγμάτων βιβλία μὴ ἀληθῆ εἶναι, οὐδ' οὕτως μεταδώσω, ἀλλ' ἀποδώσω. Ἀποδημῶν δὲ σὺν ἐμοὶ αὐτὰ κομίσω, ἅπερ ἂν τύχω κεκτημένος. Εἰ δὲ μὴ βουληθῶ μετ' ἐμαυτοῦ [31] αὐτὰ περιφέρειν, ἐπὶ τῆς οἰκίας μου εἶναι αὐτὰ οὐκ ἐάσω, ἀλλὰ τῷ ℣ ἐπισκόπῳ μου τῷ τὴν αὐτὴν ἔχοντι πίστιν καὶ ἀπὸ τῶν

C

et religioso, quique docere voluerit, ac sit fidelis circumcisus; eosque non cunctos simul : quo, si in prioribus improbus inventus fuerit, posteriores fidem suam non accipiat. Quare non minus annis sex comprobetur : sicque postea, secundum Moysis institutionem, qui libros traditurus est adducat eum ad flumen aut fontem, qui est aqua viva, ubi justorum fit regeneratio; et non quidem ad jusjurandum adigat, quoniam non licet, sed jubeat ipsum astare juxta aquam, et contestari, sicut et cum renasceremur, jussi fecimus, nos non peccaturos.

II. Dicat autem : Testes habeam cœlum, terram, aquam, quibus omnia continentur, atque insuper his omnibus aerem quoque, qui universa pervadit ac sine quo non respiro, quod semper obediens ero illi, qui hos mihi prædicationum libros largitur, quodque hos libros, quos mihi dederit, nemini ullo pacto tradam, non scribam, non scriptos dabo, non scripturo dedam; non ipse, non per alium, nec per aliam quamdam rationem, vel fraudem vel machinam; aut indiligenter custodiam, vel alteri sistens vel permittens, aut alio quocunque modo vel consilio ea scripta alteri concedens. Nisi si aliquem probavero dignum, quemadmodum ipse judicatus sum, vel adhuc magis exploravero, certe non minus annis sex : pio et bono, docendi munus capessenti, sicut ego accepi, tribuam idque ex episcopi mei sententia faciam.

III. Aliter neque si filius sit aut frater, aut amicus, aut alio quolibet modo ad genus meum pertinens, si indignus exstiterit; ejus gratia non tradam; ut non decet. Nec vero insidias formidabo; non muneribus deliniar. Sed et si aliquando donata mihi prædicationum volumina non esse vera mihi videbuntur, neque sic largiar, sed reddam. Cum autem peregre profectus fuero, ipsa portabo mecum, quæcunque possedero. Quod si noluerim ea mecum circumferre, in domo mea esse non permittam, sed episcopo meo eamdem fidem profitenti

## VARIÆ LECTIONES.

[20] καὶ οὐ O ultima voce subnotata. [21] τῶν inserui c. O et Fragm. [22] πρό O et Fragm. Tum δὲ ἅπασιν C. [23] Ita Ottob. ms., ut maluit S, qui quidem edidit μου c. C. Tum αὐτάς μου S, αὐτάς μοι C. [24] S proponit γράψοντι. Lectionem vulg. confirmant O et Fragm. Dein οὐδ' ἄλλου, οὐδ' ἄλλης O. [25] ἀμελοῖς Fragm. Dein dedi ἢ τιθῶν ἢ νεύων c. O et Fragm., quo evitetur tautologia Clerici lectionis ἤ τι προστιθεὶς (ἢ τιθῶν C) ἢ νοθεύων, et enuntiationis finis habeat, ad quod quadret. [26] ἄν C. [27] τότε C. [28] μου subjunxi c. O. [29] Scribendum, ut videtur, οὐδ' ἂν τέκνον ᾖ ἢ ἀδελφός. In sequentibus excidit verbum, a quo pendeat infinitivus μεταδοῦναι S. Lectionem vulg. exhibet O. [30] S conj. προσῆκον. [31] Ita S. μεθ' ἑαυτοῦ O c. C.

## VARIORUM NOTÆ.

(24) Ἐμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ. Quasi incircumcisus non posset esse fidelis et Christianus : quem errorem Ebionitæ aliique hæretici errabant. Cot.

(25) Ἀγαγόντα αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν ἢ πηγήν. In hæresi Ebionæorum S. Epiphanius cap. 17 : Ὅταν γάρ τις ἐξ αὐτῶν ἢ νόσῳ περιπέσοι, ἢ ὑπὸ ἑρπετοῦ δηχθείη, κάτεισιν εἰς τὰ ὕδατα, καὶ ἐπικαλεῖται τὰς ἐπωνυμίας τὰς ἐν τῷ Ἡλξαὶ, τοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, τοῦ τε ἁλὸς καὶ τοῦ ὕδατος, τῶν τε ἀνέμων καὶ ἀγγέλων τῆς δικαιοσύνης, φασὶ, καὶ τοῦ ἄρτου καὶ ἐλαίου. Καὶ ἄρχεται λέγειν, βοηθῆτέ μοι, καὶ ἀπαλλάξατε ἀπ' ἐμοῦ τὸ ἄλγημα. *Quoties enim aliquis illorum in morbum incidit, aut a serpente morsus est, ad aquas descendit; et appellationes omnes quas Elxai complexus est, invocat, cœli, videlicet, ac terræ, salis et aquæ, ventorum, et angelorum, ut vocant, iustitiæ : panis item et olei. Tuncque ita dicit : Adeste mihi, ac dolorem a me depellite.* Qui et legendus hæresi 19 Ossenorum, cap. 1, conferendusque cum iis quæ hic habes num. 2 et 4. Id.

et ab iisdem proficiscenti commendabo. Si vero contigerit me ægrotare ac mortem vereri, si absque liberis fuero, similiter agam. Sed et si moriar, filium habens indignum aut nondum capacem, pariter faciam. Scilicet committam meo episcopo, ut si puer adultus fide dignus fuerit, ille tanquam paternum depositum filio reddat, juxta modum contestationis.

IV. Quod autem ita facturus sim, iterum secundo contestor cœlum, terram, aquam, quæ omnia complectuntur, insuperque his omnibus cuncta pervagantem aerem, sine quo non spiro, quod perpetuo obtemperabo ei, qui libros mihi prædicationum tribuit, et observabo secundum universa quemadmodum contestatus sum, aut adhuc magis. Itaque mihi pacta servanti pars erit cum sanctis : agenti vero contra ea quæ pactus sum inimica mihi sit rerum universitas et cuncta peragrans æther quique est superomnia Deus, quo melior, quo major nullus. Si etiam in cognitionem veniam alterius Dei, hunc quoque nunc juro, me aliter non acturum, sive ille existat, sive ille non existat. Ad hæc omnia, si fallam, ero exsecrandus, vivens et mortuus, atque æterno puniar supplicio. Et post hoc panem ac sal cum largitore sumat.

V. Hæc Jacobo dicente presbyteri timore impalluerunt. Conspicatus ergo Jacobus quod vehementer metuerent, ait : Audite me, fratres et conservi. Si libros unicuique temere præbuerimus, illique a viris quibusdam audacibus corrumpantur, aut interpretationibus pervertantur, sicut jam quosdam fecisse audiistis, restabit ut qui plane veritatem quærunt, semper errent. Quocirca præstat, ut libri apud nos maneant, tradamusque eos cum omni supradicta cautione iis qui pie vivere aliosque salvos facere cupiunt. Ac si aliquis post hanc contestationem aliter agat, merito in æternum supplicium incidet. Qua enim ratione qui aliorum perditionis causa exstitit, ipse non peribit? Cum ergo presbyteri sententia Jacobi delectati fuissent atque dixissent : Benedictus sit qui te, ut cunctorum præscius, pulchre nobis constituit episcopum : hæc, inquam, cum dixissent, surgentes precati sumus universorum Patrem ac Deum; cui gloria in sæcula. Amen.

## EPISTOLA CLEMENTIS AD JACOBUM.

CLEMENS JACOBO domino et episcoporum episcopo, regenti autem Hierosolymam sanctam Hebræo-

αὐτῶν ὁρμωμένῳ παρακαταθήσομαι [32]. Εἰ δὲ καὶ τύχοι με νοσῆσαι [33] καὶ τὸν θάνατον ὑποπτεῦσαι, ἐὰν ἄτεκνος ὦ, ὁμοίως ποιήσω. Ἀλλ' εἰ καὶ τελευτῶ, τέκνον ἔχων οὐκ ἄξιον ἢ μηδέπω δυνάμενον, ὁμοίως ποιήσω. Τῷ γὰρ ἐπισκόπῳ μου παρακαταθήσομαι, ἵνα εἰ μὲν τύχοι ἐφ' ἡλικίας γενόμενος ἄξιος εἶναι τῆς πίστεως, ὡς πατρῴαν παρακαταθήκην τῷ τέκνῳ ἀποδώσῃ [34] κατὰ τὸν τῆς διαμαρτυρίας [35] λόγον.

IV. Ὅτι δὲ οὕτως ποιήσω, πάλιν τὸ δεύτερον διαμαρτύρομαι οὐρανόν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται, πρὸς [36] τούτοις ἅπασι καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα, οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω, ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μοι [37] τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ φυλάξω κατὰ πάντα ὡς [38] διεμαρτυράμην, ἢ καί τι πλεῖον. Φυλάσσοντι οὖν μοι τὰς συνθήκας μέρος ἔσται μετὰ τῶν ὁσίων, ποιήσαντι δὲ παρ' ἃ συνεθέμην, ἐχθρὸν εἴη μοι τὸ πᾶν καὶ ὁ διὰ πάντων διήκων αἰθὴρ καὶ ὁ ὑπὲρ τὰ ὅλα Θεὸς, οὗ κρείττων, οὗ μείζων οὐδείς [39]. Ἀλλ' εἰ καὶ εἰς ἑτέρου Θεοῦ ἐπίνοιαν [40] γένωμαι, κἀκεῖνον νῦν ὄμνυμι ὡς οὐκ ἄλλως ποιήσω, εἴτ' ἔστιν, εἴτ' οὐκ ἔστιν. Πρὸς τούτοις δ' [41] ἅπασιν εἰ ψεύσομαι, κατάθεμα ἔσομαι **9** ζῶν καὶ θανών, καὶ αἰωνίῳ κολασθήσομαι κολάσει. Καὶ μετὰ τοῦτο ἄρτου καὶ ἅλατος [42] μετὰ τοῦ παραδιδόντος μεταλαβέτω.

V. Ταῦτα τοῦ Ἰακώβου εἰπόντος ὠχρίασαν ἀγωνιάμενοι [43] οἱ πρεσβύτεροι. Συνιδὼν οὖν ὁ Ἰάκωβος, ὅτι λίαν πεφόβηνται, ἔφη· Ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι [44]. Ἐὰν τὰς βίβλους πᾶσιν ὡς ἔτυχε παράσχωμεν, καὶ αὗται [45] ὑπὸ τολμηρῶν ἀνδρῶν τινων νοθευθῶσιν ἢ ταῖς ἑρμηνείαις διαστραφῶσιν, ὡς ἤδη τινὰς ἠκούσατε πεποιηκότας, ἔσται λοιπὸν καὶ τοῖς ὄντως τὴν ἀλήθειαν ζητοῦσιν ἀεὶ πλανᾶσθαι. Διὸ ἄμεινον παρ' ἡμῖν αὐτὰς εἶναι, καὶ μεταδιδόναι μετὰ πάσης τῆς προειρημένης ἀσφαλείας τοῖς θέλουσι ζῆν εὐσεβῶς [46] καὶ ἄλλους σώζειν. Εἰ δέ τις μετὰ τὸ οὕτως διαμαρτύρασθαι ἄλλως ποιήσει, εὐλόγως αἰωνίᾳ ὑποπεσεῖται κολάσει. Τίνι γὰρ λόγῳ ἄλλων ἀπωλείας αἴτιος γενόμενος αὐτὸς οὐκ ἀπολεῖται; τῶν οὖν πρεσβυτέρων ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου γνώμῃ ἡσθέντων καὶ εἰπόντων· Εὐλόγηται δ' σε ὡς πάντα προειδὼς καλῶς ἡμῖν καταστήσας ἐπίσκοπον· καὶ ταῦτα εἰπόντων αὐτῶν ἐγερθέντες προσηυξάμεθα τῷ τῶν ὅλων Πατρὶ [47] καὶ Θεῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν [48].

## **10** ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΙΑΚΩΒΟΝ [49] (26).

ΚΛΗΜΗΣ ΙΑΚΩΒΩ, τῷ κυρίῳ [50] καὶ ἐπισκόπων

## INTERPRETATIO RUFINI.

CLEMENS JACOBO fratri Domini, et episcopo episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam,

## VARIÆ LECTIONES.

[32] παρακαθήσομαι O. [33] Ita O et ex conject. C, νομῆσαι id. in textu. [34] ἀποδώσει O. [35] μαρτυρίας O. [36] πρό O. [37] μου C. [38] ὅσα C. Subinde scripsi ἢ καί c. O, ut jam conj. S εἰ καί C. [39] οὐδ' εἷς C. [40] ὑπόνοιαν C. Postea εἴτε O. [41] δέ C. Tum ψεύσομαι O c. S, ψεύσωμαι C. [42] ὕδατος O. [43] ἀγωνιάσαντες C. [44] φίλοι O. Deinceps ἔτυχεν παρασχῶμεν C. [45] Ita S, αὐτοί C. αὗται O. [46] εὐσεβῶς adjeci c. O. [47] Πατέρι C. [48] Post hæc in O subscriptio : ὅρκος. [49] ἀπὸ Ῥώμης O rubro charactere in marg. salutationi exadversum, et C. [50] *fratri domini* versio Latina Rufini.

## VARIORUM NOTÆ.

(26) Duplex est circa hanc epistolam opinio veterum. Prima Rufini præfatione ad *Recognitiones*,

ἐπισκόπῳ (27), διέποντι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἁγίαν Ἑβραίων [51] Ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῆ θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς, σύν τε πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη εἴη [53] πάντοτε.

A rum Ecclesiam, omnesque quæ ubique Dei providentia pulchre fundatæ sunt, cumque presbyteris ac diaconis et cæteris omnibus fratribus, pax sit semper.

I. Γνώριμον ἔστω σοι, κύριέ μου, ὅτι Σίμων, ὁ διὰ [53] τὴν ἀληθῆ πίστιν καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος [54] εἶναι ὁρισθεὶς καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ ἀψευδεῖ στόματι μετονομασθεὶς Πέτρος· ἡ ἀπαρχὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ [55] ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἀπεκάλυψεν· ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν· ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς καὶ συνέστιος καὶ συνοδοίπορος· ὁ καλὸς [56] καὶ δόκιμος μαθητής· ὁ τῆς δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος ὡς πάντων ἱκανώτερος φωτίσαι κελευσθεὶς καὶ κατορθῶσαι δυνηθείς, — καὶ δὴ μέχρι ποῦ μηκύνω τὸν λόγον, μὴ βουλόμενος ▮▮ σημῆναι τὸ λυποῦν [57], ὃ ἐξ ἀνάγκης κἂν βραδὺ πάντως εἰπεῖν με δεῖ; — οὗτος αὐτὸς, διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν σαφῶς.

I. Notum tibi sit, domine mi, quod Simon, qui propter veram fidem et firmissimam doctrinæ suæ basim Ecclesiæ fundamentum esse definitus est, atque ob id ab ipso Jesu ore non fallaci transnominatus est Petrus; primitiæ Domini nostri; apostolorum primus, cui primo Pater Filium revelavit; quem Christus merito beatum prædicavit; vocatus et electus et convictor et comes; bonus ac probatus discipulus; qui Occidentis obscuriorem mundi plagam, ut omnium magis idoneus, illustrare præceptus est, atque id recte perficere potuit. Sed quousque sermonem protraho, nolens significare quod triste est, quod necessario, licet tarde, omnino dicere me oportet? Hic ipse, ob immensam erga homines charitatem, clare, palam, repugnante licet

B

INTERPRETATIO RUFINI.

in Hierosolymis; sed et omnes Ecclesias quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt; cum presbyteris et diaconibus, et cæteris omnibus fratribus, pax sit semper.

I. Notum tibi facio, Domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito et integræ prædicationis obtentu fundamentum esse Ecclesiæ definitus est; qua de causa etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus; qui fuit primitiæ electionis Domini; apostolorum primus; cui et primo Deus Pater Filium revelavit: cui et Christus competenter beatitudinem contulit; qui est vocatus est, et electus; conviva Domini, et comes effectus, tanquam bonus et probatisimus discipulus; qui Occidentis obscuriorem mundi plagam, velut omnium potentior, illuminare præceptus est, quippe et integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraho, fugiens indicare quod triste est; quod quidem necesse et, licet tarde, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia, adversante etiam tyranno, totius mundi bonum prædicare non destitit, et regem omnium sæculorum per orbem terræ, et usque ad ipsius Romanæ hujus urbis notitiam, ut etiam ipsa salvaretur, invexit: hic, inquam, pro pietate pati volens præsentem vitam finivit.

VARIÆ LECTIONES.

[51] Ἑβραίων om. var. lect. ap. C, et O. [52] εἰς var. lect. ap. C. [53] διά c. O. Deest in textu Cotelerii, qui quidem subjunxit: *Supple* διά *ex Vita S. Clementis, prout habetur in codice Regio* 804. *Ea Vita ex illo codice sæpe a nobis citabitur, continet autem tum Clementinam Epitomen, impressa auctiorem additis non paucis ex opere* Clementinorum, *sed innoxiis, tum plurima ex Epistola hac, tum Martyrium Clementis, quod edendum curavimus.* Et Ruf. legit ut O. [54] Ita O et ex conject. C, in cuj. textu θέμενος. Et cod. Reg. 804 et Ruf. θεμέλιος. Cfr. hom. XVII, 19. [55] πρῶτον O, *cui et primo* Ruf. [56] ὡς καλός Ruf. [57] λοιποῦν O.

VARIORUM NOTÆ.

eam post *Recognitionum* libros fuisse scriptam; altera Photii cod. 112, 113 esse dedicationem Operis quod actus Petri, ad disputationes cum Simone, nec non recognitionem Clementis ejusque patris ac fratrum complectebatur. E quibus duabus sententiis posteriorem malim amplecti: partim ex auctoritate ms. hujusce nostri *Clementinorum*, et alterius codicis de quo infra: partim ab *RR. PP. Carmelitarum Excalceatorum* libro, in quo inter Rufini præfationem et *Recognitiones* collocatur epistola: tum denique quia declaratur ad finem epistolæ, post eam sequi librum de Clemente disserentem, ejusque peregrinationibus cum Petro, aliisque usque ad pueritiæ cogitationes, ac de sermonibus atque actibus Petri, ita inscriptum, Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή. Latine Rufino, *Clementis Itinerarium prædicationis Petri.* Idem autem hoc habent argumentum *Recognitiones* et *Clementina;* idemque titulus præfigitur, Græcus, *Clementinorum* homiliis, Latinus *Recognitionibus* cod. Thuan. Sed objici potest pro Rufino: Epistolæ num. penult. præcipitur Clementi, ut Jacobo narret etiam mortem Petri; qua de morte nihil dicitur in *Recognitionibus.* Respondeo, de *Recognitionibus*, nos habere Opus imperfectum, sive eo modo relictum ab auctore, seu potius injuria temporum amissum. Quod vero ad *Clementina* spectat, similiter aio, abesse a ms. Regio finem operis, ibique forsan actum fuisse de morte apostoli Petri. Addi potest quod horum apocryphorum scriptor vel plura promiserit quam peregerit, vel promissis satisfecerit alio libro, forte *Periodis Petri* Cor.

(27) Ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ. Consule Savaronem ad Sidonii epistolam 1, libri VI; in qua Lupus episcopus Tricassinus appellatur Pater patrum et episcopus episcoporum et alter sæculi sui Jacobus. Sed et Arnobio in psalmum CXXXVIII Petrus est Episcopus episcoporum; Rufino *Historiæ Eusebianæ* lib. II, cap. 1, Jacobus, apostolorum episcopus; Græcis abbatibus et monachis multis in concilio Lateranensi sub Martino I, secretario 2, Martinus papa, sacerdos sacerdotum et Pater patrum; auctori *Quæstionum ad orthodoxos* apud Justinum, cap. 119, Paulus Πατέρων πατήρ· ut et Gregorius Nyssenus concilio Nicæno II, actione 6, et Clemens noster Anastasio Sinaitæ, quæst. 96, p. 326. Denique a Maximo in *Disputatione cum Pyrrho*, Clemens Alexandrinus, philosophus philosophorum dicitur. ID.

malo, futurum bonum toti mundo ut indicaret regem, hucusque Romam veniens, et Deo placita doctrina salvans homines, ipse præsentem vitam per vim cum morte commutavit.

II. In ipsis autem diebus, quibus brevi moriturus erat, congregatis fratribus, subito apprehensa manu mea consurgens, coram ecclesia dixit: Audite me, fratres et conservi: Quoniam, sicut edoctus sum ab eo, qui misit me, Domine et magistro Jesu Christo, dies mortis meæ appropinquat, Clementem hunc episcopum vobis ordino; cui meam sermonam cathedram credo; qui mihi ab initio usque ad finem comes exstitit, sicque omnes sermones meos audivit: breviter dicam, qui in omnibus tentationibus meis particeps, in fide perseverans inventus est: quem plus cæteris expertus sum religiosum, humanum, castum, eruditum, temperantem, bonum, justum, patientem, et scientiam fortiter ferre nonnullorum catechumenorum ingratum animum. Quocirca ipsi trado ligandi et solvendi potestatem, ut quodcumque in terris ordinaverit, sit decretum in cœlis. Ligabit enim quod ligari oportet, et solvet quod oportet solvi, tanquam qui Ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, ut scientes quod, qui contristaverit veritatis præsidem, peccat in Christum, et universorum Patrem irritat: quapropter non vivet. Cæterum ipsum præsidem oportet medici locum tenere, non autem feræ bestiæ furorem habere.

III. Hæc illo dicente, ego procidens rogabam eum, cathedræ honorem et potestatem deprecans. At ille

A δημοσίᾳ, ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ [58], τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνῦσαι βασιλέα, μέχρις ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ [59] γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους, αὐτὸς τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν (28).

II. Πρὸς αὐταῖς δὲ ταῖς ἡμέραις αἷς ἤμελλε τελευτᾷν, συνηθροισμένων τῶν ἀδελφῶν, αἰφνιδίως λαβόμενός μου τῆς χειρὸς ἐγερθεὶς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη· Ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι· Ἐπεί, ὡς ἐδιδάχθην ἀπὸ τοῦ με ἀποστείλαντος Κυρίου τε καὶ Διδασκάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ τοῦ θανάτου μου ἤγγίκασιν ἡμέραι, Κλήμεντα (29) τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν χειροτονῶ (30), ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λόγων πιστεύω καθέδραν, τῷ ἀπ' ἀρχῆς μοι μέχρι τοῦ τέλους συνολεύσαντι καὶ οὕτως πασῶν μου τῶν ὁμιλιῶν ἐπακούσαντι· συνελὼν ἐρῶ, ὃς ἐν πᾶσι πειρασμοῖς μου κοινωνήσας

B τῇ πίστει προσκαρτερῶν [60] εὑρέθη· ὃν πλεῖον [61] πάντων πεπείραμαι θεοσεβῆ, φιλάνθρωπον, ἁγνόν, πολυμαθῆ, σώφρονα, ἀγαθόν, δίκαιον, μακρόθυμον, καὶ γενναίως εἰδότα φέρειν τὰς ἐνίων τῶν κατηχουμένων ἀχαριστίας. Διὸ αὐτῷ μεταδίδωμι τὴν ἐξουσίαν τοῦ δεσμεύειν καὶ λύειν, ἵνα περὶ παντὸς οὗ ἂν χειροτονήσῃ ἐπὶ τῆς [62] γῆς ἔσται δεδογματισμένον ἐν οὐρανοῖς. Δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς τὸν τῆς Ἐκκλησίας εἰδὼς **12** κακόνα. Αὐτοῦ οὖν ἀκούσατε, ὡς γνόντες ὅτι ὁ τὸν [63] ἀληθείας προκαθεζόμενον λυπῶν εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνει, καὶ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων παροργίζει· οὗ εἵνεκεν οὐ ζήσεται. Καὶ αὐτὸν οὖν δεῖ τὸν προκαθεζόμενον ἰατροῦ τόπον ἐπέχειν [64], οὐ θηρίου ἀλόγου θυμὸν ἔχειν.

III. Αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος, ἐγὼ προσπεσὼν ἐπεδεόμην [65] αὐτοῦ, παραιτούμενος τὴν τῆς καθέδρας τιμήν

C

## INTERPRETATIO RUFINI.

II. In ipsis autem diebus, quibus vitæ finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu mea repente consurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me, fratres et conservi mei: Quoniam sicut edoctus sum ab eo qui misit me Domino et Magistro meo Jesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc episcopum vobis ordino; cui soli meæ prædicationis et doctrinæ Cathedram credo: qui mihi ab initio usque ad finem comes in omnibus fuit, et per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit, qui in omnibus tentationibus meis socius exstitit, fideliter perseverans; quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, et scientem ferre nonnullorum etiam ex his qui in verbo Dei instruuntur injurias. Propter quod ipsi trado a Domino mihi datam potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus quibuscunque decreverit in terris, hoc decretum sit et in cœlis. (31) Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit. Ipsum ergo audite, scientes quia quicunque contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum, et Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod et vita carebit. (32) Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, et non feræ bestiæ furore commoveri.

III. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam, excusans me, et declinans honorem cathedræ, vel potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit, ne me rogaveris: hoc enim fieri statutum est

## VARIÆ LECTIONES.

[58] πονηροῦ αἰῶνος Ruf. et cod. Reg. 804. Tum ἐσομένου (*futuri sæculi*) conj. C. Dein dedi μηνῦσαι *. O et Ruf., μηνύσας C. [59] Leg. τῆς Ῥώμης S. [60] προκαρτερῶν O. [61] πλείω C. [62] τῆς adjunxi c. O. [63] τῆς C, ὁ τὸν τῆς maluit S. Et Epit. c. 145 ut O. [64] ἀπέχειν Cl. contra codd. auctoritatem. Deceptus est S. de lectione Cotelerii. [65] ἐδεόμην O.

## VARIORUM NOTÆ.

(28) Αὐτὸς τοῦ βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν. Secutus est auctor Epistolæ errorem eorum qui Petro Jacobum superfuisse arbitrabantur: quales exstitisse constat ex *Chronico Alexandrino*, in quo Jacobi mor. confertur d annum primum Vespasiani. Cot.

(29) Κλήμεντα. Qui modestiæ ac verecundiæ leges non ignorat, indigne profecto feret, virum qui Clementem inducere non erubuit, subnexa et alia quæ passim per totam epistolam efferuntur, de se nullo pudore narrantem. Cout.

(30) Χρειροτονῶ. Epitom. 145: χειροτονῶ σήμερον. Versio Rufini, *ordino:* ubi tamen qui dicitur Abdias, *ordinabo* videtur legisse, χειροτονῶ in futuro 2. Cot.

(31) Citatur in Epist. Leodiensium adversus Paschalem II.

(32) Citant Leodienses ibid.

τε καὶ ἐξουσίαν. Ὁ δ' ἀπεκρίνατο· Περὶ τούτου με μὴ [66] ἀξίου· τοῦτο γὰρ γενέσθαι δέδοκταί μοι, καὶ ταύτῃ μᾶλλον εἰ παραιτῇ· ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλοκαθεδροῦντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ πολυμαθοῦς [67] (33) τὸν λόγον. Δὸς δὲ τὸν κρείττονα (34), ὃς ἐμοί σου πλεῖον συνώδευσε, καὶ τῶν λόγων ἐπήκουσε, καὶ τὴν διοίκησιν τῆς Ἐκκλησίας ἐκμεμάθηκεν, καὶ οὐκ ἀναγκάσω σε καλῶς ποιεῖν οὐ θέλοντα· ἀλλ' οὐ δυνήσει [68] νῦν τόν σου κρείττονα παρασχεῖν· σὺ γὰρ δι' ἐμοῦ (35) τῶν σωζομένων ἐθνῶν ἡ [69] κρειττων ἀπαρχή. Πλὴν καὶ τὸ ἕτερον λόγισαι. ὅτι εἰ [70] τὸν κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας φοβούμενος οὐκ ἀναδέχῃ τῆς Ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν, εὖ [71] ἴσθι εἰδὼς ὅτι πλεῖον ἁμαρτάνεις, ὅστις τοῖς θεοσεβέσιν, ὥσπερ πλέουσι καὶ κινδυνεύουσι, βοηθεῖν δυνάμενος, οὐ θέλεις, διασκοπῶν μόνον τὸ ἴδιον καὶ οὐ τὸ κοινῇ πᾶσι συμφέρον. **13** Ὅτι δὲ τὸν κίνδυνον πάντως ἀναδέξασθαί σε δεῖ, ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν (36), ὀρθῶς ἐπίστασαι [72]. Ὅσῳ οὖν μοι ταχύτερον συνευδοκήσεις, τοσοῦτόν με τῆς ἀθυμίας κουφίσεις.

IV. Οἶδα δὲ καὶ αὐτὸς, ὦ Κλήμης [73], λύπας καὶ ἀθυμίας καὶ κινδύνους καὶ ψόγους τοὺς ἐξ ἀπαιδεύτων ὄχλων σοι δωρούμενος, οὓς δυνήσῃ γενναίως φέρειν, ἐνορῶν τῆς ὑπομονῆς τὸν ἐκ Θεοῦ σοι μέγαν ἀποδιδόμενον μισθόν. Ἀλλὰ καὶ δικαίως συνενθυμήθητί μοι, πότε σου τῆς ξυμμαχίας χρείαν ἔχει ὁ Χριστὸς, νῦν ὅτε ὁ πονηρὸς κατὰ τῆς αὐτοῦ νύμφης πόλεμον ἤρατο. ἢ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον, ὅτε νικήσας βασιλεύσει [74] μηδεμιᾶς τοῦ λοιποῦ χρείαν ἔχων βοηθείας; οὐχὶ καὶ

A respondit : Hac de re noli me orare : hoc enim fieri statutum est, eoque magis quod excusas ; quia hæc cathedra non opus habet temerario sedendi in ea cupido, sed viro moribus sancto et in doctrina erudito. Porro da mihi præstantiorem, qui plus te mecum peregrinatus fuerit, et sermones meos audierit, ac Ecclesiæ administrationem didicerit ; et non cogam te, nolentem bene agere. Sed non poteris nunc meliorem quam tu es exhibere. Tu namque inter eos qui per me ex gentibus servati sunt, locum optimarum primitiarum obtines. Sed et aliud reputa : quod si peccati periculum metuens Ecclesiæ gubernationem non suscipis, certus esto te amplius peccare, qui, cum possis Dei cultoribus, velut navigantibus et periclitantibus, succurere, id facere recusas, quod tuum est duntaxat consi- B derans, et non quod in commune omnibus expedit. Quod autem periculum omnino suscipere te oportet, me id rogare non cessante in cunctorum subsidium, optime novisti. Quanto ergo citius mihi assensus fueris, tanto me tristitia levabis.

IV. Novi autem etiam ipse, o Clemens, quod tibi conciliem molestias et mœrores et pericula et probra ab inerudita plebe importanda ; quæ fortiter poteris ferre, respiciens ad patientiæ magnam mercedem tibi a Deo reddendam. Sed et illud mecum juste considera : quando tuo auxilio opus est Christo, nunc cum malus adversus sponsam illius bellum suscepit, an in sequenti tempore, quando victoria parta regnabit, nullo amplius subsidio indi-

## INTERPRETATIO RUFINI.

mihi ; et eo magis quod excusas : quia hæc cathedra eum qui cupit eam et audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus et in verbo Dei eruditum. Quod si esset alius melior, qui mihi adjutor tam sedulus astitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, sed et ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset habens alium talem, non te cogerem bonum opus suscipere nolentem. Superfluum ergo est alium quærere ; cum primitias eorum, qui ex gentibus per me salvantur, et præcipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. Sed et illud intuere ; quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula ; certus esto quia amplius peccas, qui populum Dei, velut in fluctibus positum et periclitantem, cum possis juvare, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, et non quod in commune omnibus expedit providens. Sed certus esto quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium, ab obsecrando cessabo. Quanto ergo citius mihi acquieveris : tanto me citius mœroris et tristitiæ labore relevabis.

IV. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia et molestias, pericula etiam et opprobria ineruditi vulgi indocilisque conciliem ; quæ tu tamen scio quod fortiter et constanter feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed et illud te cupio mecum justa ratione perspicere : quando maxime opera tua indiget Christus nunc cum inimicus adversum sponsam ejus commovet bellum, an in futuro tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est temporis, in quo operam tuam Christus requirit ? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam tuam, et auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe episcopatus officium,

## VARIÆ LECTIONES.

[66] μή με C. [67] φιλομαθοῦς var. lect. Turriani et cod. Reg. 804 Cfr. Hom. III, 65. Tum πλέον O. [68] δυνήσῃ O, qui dein κρίττονα. [69] Ita O et duo cod. Regii, εἰ C ex Turr. *Pro Epist. pontif.* II, 14. Dein λογίσαι O. [70] εἰ deest in cod. Hom. Paris. [71] σύ C. [72] Ita S ex Ruf., ἐπίσταμαι C et O. [73] Κλήμη O constanter. [74] βασιλεύει O.

## VARIORUM NOTÆ.

(33) Πολυμαθοῦς τὸν λόγον. Eodem modo Turrianus proœmio Latino ad *Constitutiones apostolicas*. At in Prolegomenis Græcis in easdem, φιλομαθοῦς τὸν λόγον, quemadmodum codex Regis. Cot.

(34) Δὸς δὲ τὸν κρείττονα. Infra in Clementina homilia 3, cap. 65, rursum Petrus Zacchæum sic alloqui fingitur : *Sin vero non vis bonus Ecclesiæ constitui custos, alium pro te indica qui te sit doctior et fidelior ; sed non dabis.* Ex utroque autem loco discimus, a prioribus Ecclesiæ sæculis hanc in ea obtinuisse regulam, quæ digniores ac præstantiores ecclesiasticis ministeriis præfici jubet Cot.

(35) Σὺ γάρ, κ. τ. λ. Scriptor noster Clementem ex Hebræis natum non sentiebat. Id.

(36) Ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν, κ. τ. λ. Clarum est hæc ad preces sanctorum mortuorum non spectare, sed Rufinus obscurius convertit. Cot.

gens? Nonne etiam exigui ingenii viro claret, quod in præsenti tempore? Omnibus ergo animi viribus in hoc præsentis necessitatis tempore festina opem ferre bono regi, magnas remunerationes post victoriam reddere solito. Læto igitur animo episcopatum suscipe, opportune eo magis quod Ecclesiæ dispositionem a me didicisti, ad fratrum qui ad nos confugerunt salutem.

A τῷ βραχὺν ἔχοντι νοῦν [75] δῆλον, ὅτι νῦν; Πάσῃ οὖν προαιρέσει ἐν τῷ τῆς παρούσης ἀνάγκης χρόνῳ τάχυνον ξυμμαχῆσαι βασιλεῖ ἀγαθῷ, μισθοὺς μεγάλους μετὰ νίκην ἀποδιδόναι πεφυκότι. Χαίρων οὖν ἐπισκόπησον, εὐκαίρως ταύτῃ μᾶλλον, ὡς διοίκησιν Ἐκκλησίας παρ' ἐμοῦ μεμαθηκώς, εἰς τὴν τῶν ἡμῖν προσφευγόντων ἀδελφῶν σωτηρίαν.

V. Verumtamen et breviter coram omnibus et propter omnes, quæ ad eam dispositionem pertinent, in mentem tibi revocabo. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, et maximo studio omnes vitæ occupationes abjicere, ut non sis fidejussor, neque advocatus, neque ullo alio implicitus sæculari negotio. Non enim judicem et cognitorem pecuniarum vel negotiorum rerumque ad hanc vitam pertinentium constituere te vult Christus, ut præsentibus hominum curis detentus, tempus non habeas ad separandos juxta veritatis modum homines bonos a malis. Verum illa quidem ii sibi invicem exhibeant qui discunt, et te a sermonibus salvos facere valentibus non avocent. Quemadmodum enim tibi impium est, sæculares curas suscipere, relicto eo quod facere jussus es: ita singulis laicis peccatum est, si sibi invicem etiam in mundanis necessitatibus præsto non sint. Equidem si cuncti non cogitent facere, uti tu, in rebus in quibus id decet, secure et tranquille vivas, a diaconis edoceantur; quo solius Ecclesiæ sollicitudinis geras, tum ad scite eam administrandam, tum ad tradendos sermones veritatis.

V. Πλὴν καὶ βραχέα σε [76] ἐπὶ πάντων διὰ πάντας τὰ τῆς διοικήσεως ὑπομνῆσαι θέλω. Σὲ μὲν χρὴ ἀνεπιλήπτως βιοῦντα σπουδῇ μεγίστῃ πάσας τὰς τοῦ [77] βίου ἀσχολίας ἀποσείεσθαι, μήτε ἐγγυητὴν γινόμενον μήτε **14** συνήγορον μηδὲ ἑτέρῳ τινὶ βιωτικῷ παρεμπεπλεγμένον πράγματι. Οὐ γὰρ κριτὴν καὶ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων καθεστάναι σε θέλει τῶν νῦν βιωτικῶν πραγμάτων ὁ Χριστὸς, ἵνα, συνεχόμενος εἰς τὰς νῦν τῶν ἀνθρώπων φροντίδας, μὴ εὐσχολῇς χωρίζειν λόγῳ ἀληθείας ἀνθρώπων τοὺς κρείττονας ἀπὸ τῶν χειρόνων. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μανθάνοντες ἀλλήλοις παρεχέτωσαν [78], καὶ ἀπὸ τῶν σώζειν δυναμένων λόγων μὴ ἀπασχολείτωσαν [79]. Ὡς γάρ σοι ἀσεβές ἐστι, οἷς βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέξασθαι, καταλείψαντα [80] ποιεῖν ὃ ἐκελεύσθης, οὕτως ἑκάστῳ λαϊκῷ ἁμαρτία ἐστὶν, ἐὰν μὴ ἀλλήλοις καὶ ἐν ταῖς βιωτικαῖς χρείαις παρίστανται. Καὶ σὲ δὲ περὶ ὧν χρὴ ἀμέριμνον εἶναι οἱ πάντες ποιεῖν ἐὰν νοῶσιν, παρὰ τῶν διακόνων μανθανέτωσαν· ἵνα μόνης τῆς Ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχῃς, πρός τε τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς καὶ τὸ τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους παρέχειν.

VI. Nam si curis sæcularibus occupatus fueris, et te ipsum et auditores decipies. Conducibilia enim

VI. Ἐπεὶ, ἐὰν βιωτικαῖς μερίμναις ἀσχοληθῇς, καὶ C σεαυτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐνεδρεύσεις· τὰ γὰρ συμ-

## INTERPRETATIO RUFINI.

eo maxime quod ecclesiasticas dispensationes a me probabiliter didicisti; ut salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet.

V. Verumtamen et breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duco. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere: et summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias; ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, neve in ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus; uti ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare, et secundum veritatis regulam secernere bonos a malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem discentes, id est laici, et te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares; ita unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his, quibus non debes vacare, omnes communiter elaborent. Quod si forte a semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt; ut tibi solius Ecclesiæ sollicitudines derelinquant; quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, et veritatis verbo abundantius possis et studiosius deservire.

VI. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, et teipsum decipies, et eos qui te audiunt. Non enim poteris quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque cæteris distinguere: et ex eo fit ut tu, tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, deponaris, et discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco ergo tu quidem ad hoc solum vacato, uti opportune et sine intermissione doceas eos verbum Dei per quod salutem consequi possint. Illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tanquam qui sciant legatum te et præconem esse veritatis, et *quodcunque ligaveris super terram, esse ligatum et in cælo, et quodcunque solveris, etiam ibi esse solvendum* (*Matth.* XVI, 19), quoniam quidem

## VARIÆ LECTIONES.

[75] βραχὺ (βραχὺν conj. S) νοῦν ἔχοντι C. [76] σέ addidi c. O. Pronomen deesse recte vidit S. βραχαίας Cod. *Clementinorum* Parisiens.; βραχέως conj. C. [77] τοῦ accessit ex O. Tum ἀποσείεσθαι O c. Cod. 804, ἀποσίεσθαι Cod. *Clement.* Paris. constanter. De hac scripturæ discrepantia C consuli jubet Salmas. Not. ad *Inscript. Herodis*, p. 64 seq. Cfr. *Constit. apost.* II, 6. *Can. apost.* 16. [78] παρασχέτωσαν C. Subinde S: Scribendum haud dubie, nisi forte totum aliquod membrum excidit, σὲ δ' vel καὶ σέ. Rufini interpretatio hæc est: « et te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur. » [79] ἀποσχολήτωσαν C, ἀσχολείτωσαν cod. 804, ἀποσχολείτωσαν S. [80] καταλείψαντι cod. 804.

φέροντα ἐφοδιάζειν διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐ δυνηθεὶς [81], καὶ σὺ, ὡς μὴ διδάξας τὸ συμφέρον, κολασθήσῃ, οἱ δὲ μὴ μαθόντες ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀπολοῦνται. Διὸ σὺ μὲν αὐτοῖς [82] εὐσχολῶν [83] προκαθέσθητι, πρὸς τὸ εὐκαίρως παρέχειν τοὺς σώζειν αὐτοὺς δυναμένους λόγους, καὶ οὕτως ἐπακουέτωσάν [84] σου, εἰδότες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβύτης ὃ ἂν δήσῃ ἐπὶ γῆς, δέδεται καὶ ἐν οὐρανῷ, ὃ δ' ἂν λύσῃ, λέλυται. Σὺ δὲ δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις ἃ δεῖ λυθῆναι (37). Καὶ τὰ μὲν κατὰ σὲ τὸν προεστῶτα ταῦτά ἐστι καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

A præbere per occupationem non valens, et tu quasi qui utilia non docueris punieris, et qui non edocti erunt, ignorantiæ causa peribunt. Quocirca tu quidem fac ut absque occupatione illis præsideas, quo tempestive sermones quibus salvari possint præbeas: sicque te audiant, scientes, legatus veritatis quodcunque ligaverit super terram, ligatum esse et in cœlo, et quodcunque solverit, solutum esse. Tu autem ligabis quæ ligari oportet, et solves quæ solvenda sunt. Atque ad te quidem, qui præes, quæ pertinent, ista sunt, et his similia.

VII. Τὰ δὲ κατὰ τοὺς πρεσβυτέρους ἔστω τάδε. Πρὸ πάντων τοὺς (38) νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει [85], προλαμβάνοντες τῆς νεαζούσης ἐπιθυμίας τὰ παγιδεύματα. Ἀλλὰ μηδὲ τῶν ἤδη γερόντων περὶ γάμου ἀμελήτωσαν· ἐνίοις γὰρ καὶ γηράσασιν ἀλκαία [86] ἔνεστιν ἐπιθυμία. Ἵνα οὖν μὴ ἡ πορνεία, νομὴν λαβοῦσα καθ' ὑμῶν [87], εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν ἐμβάλλῃ [88] λοιμὸν, προασφαλίζεσθε καὶ ἐρευνᾶτε, μή πως τὸ τῆς μοιχείας λανθανόντως ἐν ὑμῖν ἀναφθῇ πῦρ. Πολὺ γὰρ δεινὸν ἡ μοιχεία, τοσοῦτον ὅσον τὰ δευτερεῖα ἔχειν αὐτὴν τῆς κολάσεως· ἐπεὶ τὰ πρωτεῖα τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν ἀποδίδοται, κἂν σωφρονῶσιν. Διὸ ὑμεῖς, ὡς Ἐκκλησίας πρεσβύτεροι, ἐξασκήσατε τὴν Χριστοῦ νύμφην εἰς σωφροσύνην· νύμφην δὲ λέγω τῆς Ἐκκλησίας τὸ σύστημα. Ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ ὑπὸ νυμφίου βασιλέως, τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεB

VII. Quæ vero ad presbyteros spectant, ista sint. Ante omnia juvenes nuptiis cito jungant, laquos ferventis in juventa cupiditatis præveniendo. Sed nec de conjugio jam senum curam abjiciant: nam in nonnullis, etiam cum senuerint, valida inest cupiditas. Ne igitur fornicatio, adversum vos grassandi occasione accepta, pestem in vos invehat, præcavete, et conquirite, ne forte in vobis occulte adulterii ignis fuerit accensus. Multum quippe grave peccatum est adulterium: in tantum ut secundum in pœnis obtineat locum; quandoquidem primus debetur iis qui in errore degunt, quamvis temperanter vivant. Quare vos, velut Ecclesiæ presbyteri, Christi sponsam ad castitatem exercete. Sponsam autem dico Ecclesiæ corpus et congregationem. Si enim pudica inventa fuerit a sponso rege, maximum honorem consequetur; vosque

INTERPRETATIO RUFINI.

et tu, ut dixi, quæ oportet ligabis, et quæ expedit solves. Ad te quidem qui præes ista sunt monita, et his similia.

VII. Ad presbyteros vero sint ista. Ante omnia ut pudicitiæ studentes, adolescentes nuptiis jungant; quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectioribus quidem curam habere hujusmodi negligant; quia in multis, etiam cum senuerit corpus, concupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes, occasione accepta, tanquam venenum pessimum serpat in vobis, cavere et antevenire necessarium est, ne quod in vobis adulterii occultum calescat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum; quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, etiamsi sobrie vixerint. Propter quos vos, o presbyteri, Ecclesiam excolite, et adornate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem Ecclesiæ congregationem: quæ si pudica fuerit inventa ab sponso suo, ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur, et vos velut ministri sponsæ, et amici sponsi, ingenti gaudio ac lætitia perfruemini: si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis; ipsa quidem, tanquam indigna, trudetur a regalibus toris; vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obrepserit contagio sæva peccati.

VARIÆ LECTIONES.

[81] δυνηθῇς O. [82] IIa O et cod. Reg. 804, αὐτός C. [83] εὐσχολῶν conj. C, cuj. codd. ut O εὐσχολεῖν. [84] ἐπακουσάτωσαν C. [85] Cfr. *Const. apost.* IV, 11. Epiph. *Panar.*, p. 142. Hom. *Clem.* III, 68. [86] ἀκμαία O, in cuj. marg. man. rec. παραπλήσια ἐν τῷ ἡ τῶν Διατάξεων, κεφ. κς'. [87] καθ' ὑμῖν O. [88] ἐμβάλῃ O.

VARIORUM NOTÆ.

(37) Σὺ δὲ δήσεις, etc. Citatur ἐκ τῶν Κλημεντίων ms. Regio 940. Lege cap. 2, in epistola Niconis tom. III *Bibliothecæ sanctorum Patrum*, et apud Balsamonem: *Magnus quoque Petrus ait Clementem: Tu quidem ea ligabis quæ ligare oportet, et solves quæ solvenda sunt.* Martyrium S. Dionysii Areopagitæ: Ὅμως πρὸ τοῦ τὸν μακάριον Πέτρον διὰ τῆς νίκης τοῦ μαρτυρίου καταξιωθῆναι τῆς ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ συνδιαγωγῆς, τῷ μακαρίῳ Κλήμεντι τὴν ἐξουσίαν τῆς Ἐκκλησίας παρέθετο, λέγων· Ὥσπερ παρὰ τοῦ Κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ λῦσαι καὶ δῆσαι ἐμοὶ δεδώρηται ἐξουσία, οὕτω καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν αἰωνίως ὠρουμαί σοι καὶ δίδωμι, ἵνα ὃν ἂν δήσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Cot.

(38) Τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει. *Constitut. apostol.* IV, 11. Item B. Chrysostomus, homil. 59 *in Genesim* his elegantibus et accommodatis verbis: Μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῶν νέων, ἀλλ' ἰδόντες τῆς καμίνου τὴν πυρὰν, πρὶν ἢ εἰς ἀσέλγειαν ἐγκυλισθῆναι, σπουδάζωμεν κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον αὐτοὺς συνάπτειν πρὸς γάμον· ἵνα καὶ τὰ τῆς σωφροσύνης αὐτοῖς διατηρῆται, καὶ μηδεμίαν λύμην δέξωνται ἐξ ἀκολασίας, ἔχοντες ἀρκοῦσαν παραμυθίαν, καὶ δυναμένην τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα καταστέλλειν, καὶ κολάσεως ἐκτὸς εἶναι. Verum Ebionitarum hæreseos *Clementinis* inspersæ mos fuit, adolescentulos ad nuptias ante ætatem cogere, teste S. Epiphanio, Panarii p. 142, quem morem a Judæis acceperant. Horum de ταχυγαμίᾳ lege Georgium Syncellum, *Chronographiæ* p. 84. Id.

grandi lætitia, velut invitati ad nuptias, fruemini. Si vero in peccato deprehensa fuerit, ipsa quidem ejicietur ; vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam peccatum commissum fuerit.

VIII. Quocirca ante omnia de pudicitia solliciti estote. Quippe apud Deum admodum grave quid censetur fornicatio. Cæterum species fornicationis multæ sunt, ut et ipse Clemens vobis enarrabit. Attamen primum adulterium est, virum non sola sua uti uxore, et uxorem non solo uti viro. Si quis castus exstiterit, humanus etiam fieri potest ; propter quod æternam consequetur misericordiam. Quemadmodum autem adulterium magnum malum est, ita humanitas maximum bonum. Idcirco diligite omnes fratres vestros sanctis et misericordibus oculis, orphanis quidem parentum, viduis autem virorum curam exhibentes (*a*), præbentes alimoniam cum omni liberalitate ; ætate vigentibus conjugium providentes ; atque inter illos iis qui artem nesciunt, commenti per vitæ instituta occasiones ad vivendi necessitatem : artifici operam, debili misericordiam.

IX. Scio autem vos hæc facturos, modo charitatem vestra in mente statueritis : ad quam introducendam unus est modus accommodatus, mensæ et salis in commune perceptio. Quare studete inter vos frequentius convivia agitare, quantum potestis ne charitatem amittatis : causa enim est beneficentiæ, beneficentia vero salutis. Cuncti ergo cunctis in Deo fratribus communem vestrum præbete victum, scientes quod, temporalia dando, æterna consequimini. Multo magis nutrite esurientes,

(*a*) Eccl. IV, 10.

A γάλης εὐφροσίας, ὡς κλητοὶ γάμων, ἀπολαύσετε [89]. Ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μὲν ἐκβλητος ἔσται, [90], ὑμεῖς δὲ δίκην δώσετε, [91], εἴ πως παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν γέγονεν ἡ ἁμαρτία.

**16** VIII. Διὸ πρὸ πάντων περὶ σωφροσύνης φροντίζετε· λίαν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ χαλεπὴ ὥρισται ἡ πορνεία. Πορνείας δὲ [92] εἴδη πολλά, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν διηγήσεται. Πλὴν πρώτη μοιχεία ἐστὶ τὸ [93] ἄνδρα μὴ ἰδίᾳ μόνῃ χρήσασθαι γυναικί, καὶ γυναῖκα μὴ ἰδίῳ μόνῳ χρήσασθαι ἀνδρί. Ἐὰν σώφρων ᾖ τις, καὶ φιλάνθρωπος γενέσθαι δύναται, οὗ εἵνεκεν ἐλέους αἰωνίου τεύξεται. Ὡς δὲ ἡ μοιχεία μέγα κακὸν [94], οὕτως ἡ φιλανθρωπία μέγιστον ἀγαθόν. Διὸ ἀγαπᾶτε πάντας ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς σεμνοῖς καὶ ἐλεήμοσιν ὀφθαλμοῖς, τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ποιοῦντες τὰ γονέων, ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν, παρέχοντες μετὰ πάσης εὐφροσύνης [95] τὰς τροφάς· τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, καὶ τοῖς αὐτῶν ἀτέχνοις [96] διὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐννοούμενοι τὰς προφάσεις τῆς ἀναγκαίας τροφῆς· τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος.

B

IX. Οἶδα δὲ ταῦτα ποιήσειν ὑμᾶς, ἐὰν ἀγάπην εἰς τὸν ὑμέτερον ἱδρύσητε νοῦν, πρὸς δὲ τὴν [97] αὐτῆς εἴσοδον μία τίς ἐστιν ἱκανὴ πρόφασις, ἡ [98] κοινὴ τῶν ἀλῶν μετάληψις. Διὸ σπουδάζετε πυκνότερον συνέστιοι ἀλλήλων γίνεσθαι, ὡς δύνασθε, ὅπως αὐτὴν μὴ ἀπεμπολήσητε· αἰτία γάρ ἐστι τῆς εὐποιΐας, ἡ δὲ εὐποιΐα τῆς σωτηρίας. Κοινοὺς οὖν πάντες πᾶσι **17** τοῖς κατὰ Θεὸν ἀδελφοῖς τοὺς ἑαυτῶν παρέχετε βίους, εἰδότες ὅτι, πρόσκαιρα δωρούμενοι, αἰώνια λήψεσθε. Πολλῷ μᾶλλον πεινῶντας τρέφετε, καὶ

C

## INTERPRETATIO RUFINI.

VIII. Idcirco igitur ante omnia sobrietatis et pudicitiæ sollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio : cujus species sunt quidem plures, sicut et ipse vobis Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterii est, virum propria solummodo uxore non esse contentum, et mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest et humanus et misericors fieri, per quod et ipse æternam a Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterium venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus et charitas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, et cum religione et misericordia respicite ad omnes. Orphanis exhibete vosmetipsos parentes. Viduis, virorum curam impendite, cum omni castitate (σωφροσύνης), quæ necessaria sunt præbentes. Juniores tamen viduas (ταῖς ἀκμαίαις) nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quærant : artificibus vero operam providete, debilibus misericordiam facite.

IX. Scio autem hæc omnia facturos vos, si charitatem præ cæteris et ante omnia in vestro corde figatis : cujus charitatis et recipiendæ et habendæ maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum mensamque faciatis. Et in quantum unusquisque prævalet, crebrius panes ac sales suos cum suis fratribus sumat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, et causa totius boni in hujusmodi communione consistit. Ubi autem pax et bonitas, ibi et salus. Propter quod communes facite cibos vestros, cum his qui secundum Deum fratres sunt ; quia per hæc temporalia officia, pacis et charitatis fructibus, gaudia æterna merebimini. Multo autem sollicitius esurientes reficite, et sitientibus potum date, nudis vestimentum ; ægros visitate ; et eos, qui in carcere sunt, prout possibile est, juvate; peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite. Et ne omnia nunc singillatim dicam omne bonum, ipsa per se si in vobis fuerit charitas vos docebit: sicut e contrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malum facere, odium docet.

## VARIÆ LECTIONES.

[89] O c. Ruf. *perfruemini*, ἀπολαύοντες C. [90] ἔκβλητός ἐστι O. [91] Ita O et cod. Reg. 804, δώσητε C. Subinde εἰ πῶς O et Ruf., μή πως C. [92] δὲ om. O, in cuj. marg. man. rec. ἐν τῷ ς' τῶν Διατάξεων, κεφ. κη'. [93] τόν C. [94] μέγα καὶ κακόν O, qui paulo post om. ἀγαθόν. [95] σωφροσύνης Ruf. Idem « juniores tamen viduas nuptiis copulate, » quasi legerit ταῖς ἀκμαίαις S. [96] τέκνοις O c. cod. 804 et Turriani libro. Vulgatam lect. exhibet et Ruf. In marg. Ottoboniani : ἐν τῷ ν' κεφ. β'. [97] τῆς Cl, quem S male confundit c Cot. [98] ἡ accessit ex O. Deinde ἀλῶν O et cod. 804, ἄλλων C in textu.

διψῶσι παρέχετε ποτὸν [99], γυμνοῖς ἔνδυμα, τοὺς νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθε, τοῖς ἐν φυλακαῖς ἐπιφαινόμενοι [100], ὡς δύνασθε, βοηθεῖτε, τοὺς ξένους μετὰ πάσης προθυμίας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους λαμβάνετε. Πλὴν, ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, πᾶν καλὸν ἡ φιλανθρωπία ὑμᾶς ποιεῖν διδάξει, ὥσπερ ἡ μισανθρωπία τοῖς μὴ βουλομένοις σώζεσθαι τὴν κακοπραξίαν ὑποδείκνυσιν.

X. Οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν κοσμικῶν [1] μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τῆς Ἐκκλησίας πρεσβυτέρων (39) συμβιβαζέσθωσαν παντὶ τρόπῳ, ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι. Πλὴν καὶ τὴν πλεονεξίαν οὕτως φεύγετε, ὡς προφάσει προσκαίρου κέρδους ἀπὸ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ζημιοῦν δυναμένην. Ζυγὰ, μέτρα, σταθμία [2], τὰ τῶν ῥοπῶν δίκαια ἐπιμελῶς φυλάσσετε, πρὸς τὰς παρακαταθήκας εὐγνωμονεῖτε. Πλὴν ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια μέχρι· τέλους ποιεῖν ὑπομενεῖτε, ἐὰν ἀχώριστον μνήμην περὶ τῆς ἐν Θεοῦ γινομένης κρίσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἔχητε. Τίς γὰρ ἂν ἁμαρτήσῃ, πεπληροφορημένος [3] ὅτι ἐκ Θεοῦ δικαίου, τοῦ νῦν **18** μόνου [4] μακροθύμου καὶ ἀγαθοῦ, ἐπὶ τῇ τοῦ βίου συντελείᾳ ὡρίσθη γενέσθαι [5] κρίσις, ἵνα οἱ ἀγαθοὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἀϊδίως ἀπολαύσωσιν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ εὑρεθέντες ὡς κακοὶ, ἀπορρήτου κολάσεως τεύξωνται [6] τὸν αἰῶνα Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν, εἰ μὴ ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης ἐνόρκως εἰρήκει [7] ἔσεσθαι, τάχα ἂν εὔλογον ἦν ἀμφιβάλλειν.

XI. Διὸ προφήτου ἀληθοῦς [8] ὄντες μαθηταὶ, ἀποθέμενοι τὴν διχόνοιαν ἐξ ἧς γίνεται ἡ κακοπραξία, προθύμως τὸ εὐποιεῖν ἀναδέξασθε. Εἰ δὲ περὶ τῶν εἰρημένων ἔσεσθαι ἀμφιβάλλει τις ὑμῶν, μὴ αἰ-

A et sitientibus potum date, nudis indumentum; ægrotos visitate; iis qui in carcere sunt intervenientes pro viribus succurrite; peregrinos omni cum alacritate in domibus vestris suscipite. Verum ne singulatim dicam, omne bonum ut faciatis docebit vos charitas erga homines; quemadmodum apud eos, qui salvi esse nolunt, odium erga homines male agere suggerit.

X. Fratres qui lites habent, apud potestates sæculi non judicentur, sed ab Ecclesiæ presbyteris concilientur quocunque modo, quibus prompte obediant. Ad hæc avaritiam ita fugite, ut quæ occasione temporalis lucri possit æternis bonis privare. Stateras, mensuras, libras, pondera justa sedulo custodite; in depositis bene vos gerite ac fideliter. Atque hæc et similia usque ad finem facere
B sustinebitis, si de futuro per Deum judicio memoriam perpetuam corde retineatis. Quis enim peccet, certo persuasus quod a Deo justo; qui nunc solus patiens et bonus est, in consummatione sæculi judicium fore definitum est? ut boni deinceps ineffabilibus bonis perpetuo fruantur; qui vero peccatores inventi fuerint, tanquam mali inenarrabili supplicio afficiantur in sempiternum. Et ista quidem ita se habere, nisi veritatis propheta futurum jurejurando affirmasset, forte par erat dubitare.

XI. Quocirca cum sitis veri prophetæ discipuli, deposita vacillatione animi, ex qua mala opera oriuntur, alacriter bene agere recipite. Quod si
C circa ea quæ futura diximus aliquis vestrum am-

## INTERPRETATIO RUFINI.

X. Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non judicentur, sed apud presbyteros Ecclesiæ quidquid illud est dirimatur, et omni modo obediant statutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite, quæ homines, occasione præsentis lucri, ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis (τόπων) quibusque æquissima custodite; deposita fideliter restituite. Quæ omnia, et si qua sunt his similia, ita demum sollicite et diligenter implebitis, si futurum Dei judicium, sine intermissione, in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? quod in fine mundi certum est agitandum, ut tandem qui in hac vita bene egere, consequantur reposita bona; peccatores autem ut consequantur præparatas et reconditas pœnas. De quibus ita futurum dubitare omnino non possumus; siquidem hæc omnia ita esse ventura, verus nobis propheta prædixerit.

XI. Unde et vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia, discordias et animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irrepserit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei, et consilium salubre curetur; quo possit fide integra, et operibus bonis, pœnas æterni ignis effugere, et ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

## VARIÆ LECTIONES.

[99] πότον O. Cfr. *Hom.* III, 69. [100] *Ita O : Legebamus primum* ἐπιφερόμενοι, *sed propius inspecto ms. scriptum esse deprehendimus* ἐπιφενόμενοι *pro* ἐπιφαινόμενοι *quod exhibet cod.* 804, *utque legi debere patet ex epistolæ cap.* 12, *et ex Hom.* XI, 4; XII, 32. C. [1] κοσμικῶν adjunxi ex marg. O, ubi scriptum est : Ἴσως λείπει κοσμικῶν κατὰ τὸ ἐν τῷ κεφ. μς' τοῦ β' βιβλίου τῶν Διατάξεων. *Apud cognitores sæculi.* Ruf. Cfr. *Hom.* III, 69. [2] στάθμια. O. Totum locum Rufinus ita interpretatur : *pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusque æquissima custodite,* unde apparet pro ῥοπῶν legisse eum τόπων, quod idem est in cod. Reg. 804 (et in O). Cotelerius non post σταθμία, sed post ῥοπῶν interpunxit : ego τὰ τῶν ῥοπῶν δίκαια in unum conjunxi. S. [3] πεπληρωφορημένος O. [4] μόνου haud dubie mutandum in μόνον. In hoc tantum ævo, ait auctor epistolæ, Deus se exhibet μακρόθυμον καὶ ἀγαθόν, in altero ævo exercebit δικαιοσύνην. S. [5] γενέσθαι ὡρίσθη C. [6] τεύξονται O. [7] εἰρήνης O. [8] Ita O c. Ruf., ἀληθῶς C.

## VARIORUM NOTÆ.

(39) Ὑπὸ τῶν... πρεσβυτέρων. Hoc ipsum *Clement.* homil. 3, cap. 67, ita explicatur : *Si* (fratres) *de iis in quibus injuria afficiuntur, cupiant judicari, apud presbyteros concilientur, et presbyteri conciliationem ad episcopum referant.* Cout.

bigit, non erubescat confiteri, si quidem curam habet animæ suæ, et a præposito satisfiet ipsi ; sin vero recte credidit, confidens vivat, quasi qui magnum condemnationis ignem effugerit, et in æternum bonorum Dei regnum sit ingressurus.

XII. Porro Ecclesiæ diaconi episcopo sint, scite oberrando, oculi ; singulorum Ecclesiæ hominum opera perscrutantes, quis peccato proximus sit, quo a præside admonitione præventus peccatum forte non perficiat. Ecclesiæ desertores corrigant, ut non desistant congregati audire sermones, quo animi molestias, quæ passim cordi ex mundanis casibus et pravis colloquiis incidunt, verbo veritatis possint purgare ; si etenim multo tempore inculti manent, ignis materia fiunt. Quinetiam diaconi corpore ægros perquirant et ignoranti plebi indicent, ut appareant atque visitent; et necessaria ex præsidis sententia præbeant. Hoc vero quamvis clam eo fecerint, non peccabunt. Ista equidem et illis similia diaconis curæ sint.

XIII. Qui alios in religione instituunt, ipsi prius instructi alios instruant : quia de hominum animis agitur. Oportet quippe ad multas discentium sententias et voluntates aptari eum, qui verbum Dei subministrat et docet. Sit ergo necesse est catechista valde doctus, irreprehensibilis, multa exper-

Α δεσθεὶς ὁμολογήτω, εἴπερ τῆς αὐτοῦ φροντίζει ψυχῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος πληροφορηθήσεται· εἰ δ' ὀρθῶς πεπίστευκε, θαρρῶν πολιτευέσθω, ὡς μέγα καταδίκης πῦρ φεύγων καὶ εἰς ἀΐδιον ἀγαθῶν [9] Θεοῦ βασιλείαν εἰσερχόμενος.

XII. Οἱ μὲν οὖν τῆς Ἐκκλησίας διάκονοι τοῦ ἐπισκόπου, συνετῶς [10] ῥεμβόμενοι (40), ἔστωσαν οἱ [11] ὀφθαλμοὶ, ἑκάστου τῆς Ἐκκλησίας πολυπραγμονοῦντες τὰς πράξεις, τίς μέλλει ἁμαρτάνειν, ἵνα, νουθεσίᾳ καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ προκαθεζομένου, τάχα οὐ μὴ τελέσῃ [12] τὸ ἁμάρτημα· τοὺς λειποτάκτας ἐπιστρεφέτωσαν, τοῦ μὴ ἐπιλείπειν τοὺς [13] συνερχομένους τῶν λόγων ἐπακούειν, ὅπως τὰς ἑκάστοτε τῇ καρδίᾳ προσπιπτούσας ἀθυμίας ἔκ τε βιωτικῶν **19** συμπτώσεων καὶ ὁμιλιῶν κακῶν λόγῳ [14] ἀληθείας καθαίρεσθαι δύνωνται· ἐπεὶ γὰρ, ἂν χρόνῳ πολλῷ Β χερσεύσωσιν [15], πυρὸς ἔργον γίνονται. Τοὺς δὲ καὶ κατὰ σάρκα νοσοῦντας μανθανέτωσαν καὶ τῷ ἀγνοοῦντι πλήθει προσαντιβαλλέτωσαν, ἵν' [16] ἐπιφαίνωνται, καὶ τὰ δέοντα ἐπὶ τῇ τοῦ προκαθεζομένου αὐτοῦ ποιῶσιν, οὐχ ἁμαρτάνουσιν [17]. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οἱ διάκονοι προνοήτωσαν [18].

XIII. Οἱ κατηχοῦντες πρῶτον κατηχηθέντες κατηχήτωσαν [19]· ὅτι περὶ ψυχῶν [20] ἀνθρώπων τὸ ἔργον· πρὸς γὰρ τὰς πολλὰς τῶν μανθανόντων γνώμας συναρμόζεσθαι δεῖ τὸν τῶν λόγων ὑφηγητήν. Πολυμαθῆ οὖν καὶ ἀνεπίληπτον, πολύπειρόν [21] τε καὶ δῆλον τὸν κατηχοῦντα εἶναι δεῖ, ὡς αὐτοὶ εἴσεσθε [22]

## INTERPRETATIO RUFINI.

XII. Diaconi vero Ecclesiæ, tanquam oculi sint episcopi, oberrantes et circumlustrantes cum verecundia, actus totius Ecclesiæ, et perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, et proximum esse peccato ; ut referant hæc ad episcopum,ut commoneri ab eo possit is, qui in præcipitium lapsurus est, ut revocetur et non corruat in peccatum. Negligentiores quoque, et eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicite ad episcopi tractatum conveniunt, ipsi commoneant et hortentur. Si enim assidui sint ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri commonitione capient lucra, verum et quæcunque illæ sunt tristitiæ vel mœrores, qui ex præsentis vitæ necessitatibus, et cladibus temporum veniunt, quæque malorum sermonibus, in corde suo velut jacula defixa circumferunt, abjicientur omnia, prædicatione veritatis, et vitæ æternæ doctrina et eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei, ut remaneant in cultu vitiorum, sine dubio spinis erunt ac sentibus occupati : et quid aliud, nisi ad ignem,talis hæc terra præparabitur ? De his ergo,ut diximus diaconibus cura sit. Sed et eos qui secundum carnem ægrotant, sollicite perquirant, et plebi, si forte ignorat, indicent de his ; ut et ipsi visitent eos, et quæ necessaria sunt præbeant eis, cum conscientia ejus qui præest ; quod tamen, etiamsi clam fecerint, non peccabunt. Sed et de peregrinis similiter episcopo suggerant refovendis ; et cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ, et disciplinam ejus pertinent diaconi curæ sint.

XIII. Qui catechizant, hoc est, qui verbo instruunt incipientes, primo oportet ut ipsi instructi sint : de anima enim agitur hominum : et oportet eum qui docet, et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse apprime esse eruditus et doctus irreprehensibilis, maturus, impavidus (ἄδειλος) ; sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, prosequar. Verumtamen illud est quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam tenentis ; per quod solum potestis portum quietis intrare, et civitatem Regis summi, quæ pax nominatur, habitare.

## VARIÆ LECTIONES.

[9] ἀΐδιαν ἀγαθήν C. [10] *eum verecundia* Ruf., quasi legerit σὺν αἰδοῖ. Cfr. *Const. apost.* II, 44, *Hom.* III, 67. S. [11] οἱ addidi c. O. [12] τελεύσῃ C. [13] Expungendum τούς, nisi alia corruptela in reliquis latet. S. [14] Ita O et Ruf. *prædicatione veritatis*, λόγια C. [15] ὠχερσεύσωσι O. [16] ἵνα C. [17] Ita O c. S, ἁμαρτάνωσιν C. Tum addidi οὖν c. O. [18] προνοείτωσαν O [19] κατηχείτωσαν O. [20] ψυχῆς C. [21] πέπειρόν C. Subinde ἄδειλον (impavidus) Ruf., quod commendat S. [22] Lectionem εἴσεσθε, *ut ipsi experiemini*, largitus est O. Ita Cotelerii conjectura non opus est, qui infinitivo ἔσεσθαι expresso, post αὐτοι. deesse δοκιμάσετε vel quid simile opinabatur. *Sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me.* Ruf.

## VARIORUM NOTÆ.

(40) Συνετῶς ῥεμβόμενοι. Hac de re *Clement.* homil. 3, cap. 67, istud constituitur : *Diaconi circumambulantes considerent fratrum corpora et animas, atque episcopo denuntient.* Quocirca, lib. II *Const. apost.*, cap. 44,legimus : *Sit diaconus episcopi auris et oculus et os, cor pariter et anima : ut episcopus in pluribus quam par est ac minutioribus negotiis non occupetur.* Cout.

Κλήμεντα μετ' ἐμὲ κατηχεῖν μέλλοντα. Πολὺ γὰρ ἐστιν ἐμὲ νῦν τὸ κατ' εἶδος λέγειν. Πλὴν ἐὰν ὁμονοήσητε, δυνήσεσθε εἰς τὸν τῆς ἀναπαύσεως ἐνεχθῆναι λιμένα, ἔνθα μεγάλου Βασιλέως ἐστὶν εἰρηνικὴ [23] πόλις.

XIV. Ἔοικε [24] γὰρ ὅλον τὸ πρᾶγμα τῆς Ἐκκλησίας νηὶ μεγάλῃ, διὰ σφοδροῦ [25] χειμῶνος ἄνδρας φερούσῃ ἐκ πολλῶν τόπων ὄντας καὶ μίαν **20** τὴν [26] ἀγαθῆς βασιλείας πόλιν οἰκεῖν θέλοντας. Ἔστω μὲν οὖν ὑμῖν ὁ ταύτης Δεσπότης Θεὸς, καὶ παρεικάσθω ὁ μὲν κυβερνήτης [27] Χριστῷ, ὁ πρωρεὺς ἐπισκόπῳ, οἱ ναῦται πρεσβυτέροις, οἱ τοίχαρχοι διακόνοις, οἱ ναυστολόγοι τοῖς κατηχοῦσιν, τοῖς ἐπιβάταις τὸ τῶν ἀδελφῶν πλῆθος, τῷ βυθῷ ὁ κόσμος, αἱ ἀντίπνοιαι τοῖς πειρασμοῖς [28], οἱ δὲ διωγμοὶ καὶ οἱ κίνδυνοι καὶ αἱ [29] παντοδαπαὶ θλίψεις ταῖς τρικυμίαις, τὰ δὲ ἀπόγεια [30] τῶν χειμάρρων καὶ τὰ φυσήματα ταῖς τῶν πλάνων καὶ τῶν ψευδοπροφητῶν ὁμιλίαις, τὰ δὲ ἀκρωτήρια καὶ τὰ τραχέα τῶν τόπων τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς δεινὰ ἀπειλοῦσι δικασταῖς, διθάλασσοι δὲ καὶ θηριώδεις τόποι τοῖς ἀλογίστοις καὶ ἐνδοιάζουσι περὶ τῶν τῆς [31] ἀληθείας ἐπαγγελμάτων. Οἱ ὑποκριταὶ τοῖς πειρατικῆς παρεικασμένοι νοείσθωσαν· πλὴν ἰσχυρὰν ἴλιγγα καὶ ταρταρείαν [32] Χάρυβδιν καὶ φόνια προσρήγματα καὶ θανατώδεις διαλύσεις μόνας [33] τὰς ἁμαρτίας εἶναι νομίζετε. Ἵνα οὖν οὐρίᾳ [34] πλέοντες εἰς τὸν λιμένα τῆς ἐλπιζομένης πόλεως ἀκινδυνότερον ἐνεχθῆτε, ἐπηκόως εὔχεσθε· εὐχαὶ δὲ ἐπήκοοι γίνονται ταῖς εὐπραγίαις.

XV. Εὐσταθείτωσαν [35] οὖν οἱ ἐπιβάται ἑδραῖοι ἐπὶ τῶν ἰδίων καθεζόμενοι τόπων, ἵνα μὴ τῇ ἀταξίᾳ σεισμὸν ἢ ἑτεροκλινίαν παρέχωσιν. Οἱ ναυστολόγοι τοὺς μισθοὺς ὑπομιμνησκέτωσαν. Οἱ διάκονοι μηδὲν ἀμελείτωσαν [36] **21** ὧν ἐπιστεύθησαν, οἱ πρεσβύτεροι

A tus et perspicuus; sicut ipsi experiemini fore Clementem, post me catechistæ officio functurum. Longum enim est nunc me singula recensere. Verum si concordiam tenueritis, poteritis portum quietis attingere, ubi Regis summi exstat urbs pacifica.

XIV. Similis namque est totus Ecclesiæ status navi magnæ, quæ, per validam tempestatem fert viros diversorum locorum unam boni regni civitatem incolendi cupidos. Sit ergo vobis navis Dominus Deus: et assimilentur gubernator quidem Christo, proreta episcopo, nautæ presbyteris, præfecti laterum diaconis, naustologi catechistis, vectoribus universa fratrum multitudo, mari mundus, venti adversi tentationibus, persecutiones vero et pericula et omnigenæ afflictiones decumanis fluctibus, ex continenti venientes torrentes et flatus sermonibus seductorum ac pseudoprophetarum, at promontoria et loca confragosa judicibus dignitate eminentibus et crudelia minantibus, loca autem bimaria et fera iis hominibus qui ratione carent ac de promissionibus veritatis dubitant; hypocritæ piratis similes habeantur: sed et validum vorticem et tartaream Charybdin et cruenta fragmina et mortiferas subversiones sola esse peccata existimate. Quo igitur vento secundo navigantes in urbis speratæ portum absque gravi periculo deferamini, orate precibus quæ exaudiri dignæ sint: preces autem tales fiunt bonis operibus.

B

XV. Itaque in quiete firmi maneant epibatæ, in propriis locis sedentes, ne perturbato ordine consessum et ad alterum latus inclinationem excitent. Naustologi de mercede commoneant. Diaconi nihil eorum quæ ipsis credita sunt negligant. Presbyteri

C

## INTERPRETATIO RUFINI.

XIV. Similis namque est omnis Ecclesiæ status navi magnæ, quæ per undosum pelagus, diversis e locis et regionibus viros portat, ad unam potentis regis urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus dominus ipse omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus; tum deinde proretæ officium episcopus impleat; presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum teneant locum: hi qui catechizant nautologis conferantur; epibatis autem) totius fraternitatis multitudo sit similis: ipsum quoque mare hic mundus habeatur; ventorum vero varietates et turbinum, diversis tentationibus conferantur; persecutiones ac tribulationes et pericula, fluctibus exæquentur; terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum seu pravæ doctrinæ verba ducantur; promontoria vero et loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, et pericula minantur ac mortes; bithalassa vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente et de promissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt: hypocritæ vero et dolosi, piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vortex et tartarea Charybdis, et saxis illisa naufragia, ac mortiferæ subversiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur ut hæc naxis cursu prospero, tuta possit portum desideratæ urbis intrare: ita Deo precem fundere convenit navigantes ut mereantur audiri: audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ bonis moribus et bonis operibus adjuventur.

XV. Sed ante omnia, cum quiete et silentio epibatæ, id est laici, in suis unusquisque resideant locis: ne forte per inquietudinem et inconditos inutilesque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant: et nihil omnino quod ad diligentiam, vel disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ, aptent singula ad instructionem navis diligenter et instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta vigilanter et sollicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus, gubernator Ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, et ipsius solius præceptis ac jussis credat et obediat omnis Ecclesia: Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de

## VARIÆ LECTIONES.

[23] εἰρήνη O. [24] O in marg. man. rec. ἐν τῷ β' τῶν Διατάξεωε, ἐν κεφ. νζ' [25] σφοδρῶς O. [26] τινά C. Postea ἔστω μὲν ἡμῖν O. [27] κυβερνύτης O. [28] περισπαγμοῖς O. [29] αἱ adjunxi ex O. [30] Ita O et ex conjectura C, ἀπόγια id. in textu. Tum ταῖς ὁμιλίαις O c. S, αἱ — ὁμιλίαι C. τῶν ante ψευδοπροφητῶν accessit ex O. [31] τῶν O. [32] Ita S, ταρταρέα C, ταρταραιαν O. [33] Conjectaverim νεώς. S. Tum post ἁμαρτίας O præbet αἰτίας. [34] οὔρια O. [35] Εὐσταθήτωσαν C. Postea οἰκείων pro ἰδίων O. [36] ἀμελήτωσαν C.

velut nautæ diligenter præparent uuicuique necessaria. Episcopus tanquam proreta vigilanter solius gubernatoris doctrinam secum reputet. Christus ac Salvator ut gubernator diligatur, solusque in iis quæ dicit credatur. Cuncti vero Deum de prospera navigatione orent. Navigantes omnem angustiam exspectent, ut qui magnum ac turbidum pelagus transfretent, mundum scilicet: interdum quidem afflicti, persecutionem patientes, dissipati, esurientes, sitientes, nudi, coangustati ; rursus autem interdum adunati, congregati, quieti ; sed et nauseantes, vertigine affecti, vomentes, hoc est confitentes delicta tanquam morbidam bilem, peccata dico ex amaritudine profecta et mala ex inordinatis cupiditatibus accumulata, quæ per confessionem veluti evomentes a morbo allevamini, recipientes salutarem ex sedulitate sanitatem.

XVI. Cuncti tamen scitote, plus vobis omnibus episcopum laborare ;quoniam unusquisque vestrum suam patitur molestiam, ille vero suam et singulorum. Quocirca, o Clemens, ita præside, et unicuique pro viribus sis adjutor, qui omnium sollicitudinibus onustus es. Unde quod hanc dispensationem suscipis, scio me gratiam accipere, non dare; sed confide et fortem te præsta, tanquam qui scias quod tibi Deus, in requietis portum appellenti, retribuet summum bonorum, mercedem stabilem, quandoquidem pro universorum salute majorem suscepisti laborem. Adeo ut si multi ex fratribus te ob supremam justitiam odio habuerint, eorum quidem odium nullatenus te lædet, justi autem Dei amicitia multum tibi conducet. Itaque nitere laudem injustitia partam depellere, per justam vero administrationem sectari utilem laudem ex Christo provenientem.

A ὥσπερ ναῦται καταρτιζέτωσαν ἐπιμελῶς τὰ χρήζοντα ἑκάστῳ. Ὁ ἐπίσκοπος ὡς πρωρεὺς ἐγρηγορὼς τοῦ κυβερνήτου μόνου τοὺς λόγους ἀντιβαλλέτω. Ὁ Χριστὸς [37] καὶ [38] Σωτὴρ, κυβερνήτης φιλείσθω, καὶ μόνος περὶ ὧν λέγει πιστευέσθω. Οἱ δὲ πάντες τῷ Θεῷ περὶ τοῦ οὐρίᾳ [39] πλέειν προσευχέσθωσαν. Οἱ πλέοντες πᾶσαν θλῖψιν προσδοκάτωσαν ὡς μέγαν [40] καὶ ταραχώδη βυθὸν παραπλέοντες τὸν κόσμον· ὁτὲ [41] μὲν ἀθυμοῦντες, διωκόμενοι, σκορπιζόμενοι, πεινῶντες, διψῶντες, γυμνητεύοντες [42], στενοχωρούμενοι. καὶ πάλιν ὁτὲ [43] μὲν ἐνούμενοι, συναυλιζόμενοι, ἡσυχάζοντες· ἀλλὰ καὶ ναυτιῶντες, ἰλιγγιῶντες, ἀπεμῶντες [44], τουτέστιν ἐξομολογούμενοι τὰ παραπτώματα ὥσπερ νοσοποιοὺς χολὰς, τὰς ἐκ πικρίας ἁμαρτίας λέγω καὶ τὰ ἐξ ἐπιθυμιῶν ἀτάκτων σωρευθέντα κακὰ, ἅτινα τῷ ὁμολογῆσαι ὥσπερ ἀπεράσαντες [45] κουφίζεσθε τῆς νόσου, προσιέμενοι τὴν ἐκ τῆς ἐπιμελείας σωτήριον ὑγίειαν.

B

XVI. Ἠλὴν γινώσκετε πάντες πάντων ὑμῶν πλεῖον κάμνοντα τὸν ἐπίσκοπον, ὅτι ἕκαστος ὑμῶν τὴν αὐτοῦ θλῖψιν πάσχει, αὐτὸς δὲ τὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἑκάστου. Διὸ, ὦ Κλήμης, ἑκάστῳ κατὰ τὸ δυνατὸν προκαθέσθητι βοηθὸς, τὰς πάντων φορτισθεὶς φροντίδας. Ὅθεν τό σε οἰκονομεῖν **22** ἀναδέξασθαι, χάριν οἶδα εἰληφὼς, οὐ δεδωκώς· ἀλλὰ θάρρει [46] καὶ γενναίως φέρε, ὡς εἰδὼς ὅτι ἀποδώσει σοι ὁ Θεὸς εἰς τὸν λιμένα τῆς ἀναπαύσεως καταντήσαντι τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, ἀναφαίρετον μισθὸν, καθ' ὅτι [47] ὑπὲρ τῆς τῶν πάντων σωτηρίας τὸν μείζονα ἀνεδέξω κάματον. Ὥστε ἐάν σε πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν διὰ τὴν ἐπ' ἄκρον [48] δικαιοσύνην μισήσωσιν, τὸ αὐτῶν μὲν μῖσος οὐδέν σε C βλάψει, ἡ δὲ τοῦ δικαίου Θεοῦ φιλία πολύ σε ὀνήσει [49]. Ὥστε πειρῶ τὸν ἐξ ἀδικίας γινόμενον ἔπαινον ἀποσείεσθαι, διὰ δὲ δικαίαν διοίκησιν τὸν ἐκ Χριστοῦ ἐπωφελῆ θηρεύειν ἔπαινον.

## INTERPRETATIO RUFINI.

prosperitate ventorum ; ut navigantes omnem tribulationem, et omne periculum superent, tanquam in mare profundum mundi istius, et vitæ humanæ pelagus navigantes : in quo et esuriendum sit et sitiendum, nuditatem quoque ferendam ; morbos etiam corporis, et ægritudines tolerandas ; insuper et hominum insidiis ac dolis sæpe laborandum : quippe qui et dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos ; vomitus quoque et suggillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum, et rejectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis, jactura facienda est, et abjicienda prorsus e corde omnis intrinsecus latens amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis, velut ex cibis noxiis congregata est ; quam utique cum evomuerit quis et abjecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum quæ ad sanitatem pertinent sumat.

XVI. Verumtamen scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret episcopus : quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem ; ille vero, et suum, et singulorum. Propter quod, o Clemens, tanquam qui omnibus præesse te noveris, singulos prout potueris juva, et singulorum labores leva, qui et singulorum onus ac sollicitudinem portas. Unde et ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis quam præsto ; sed esto confidens, et fortiter ferens ; certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem : ibi mercedes et præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te multi ex fratribus, propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odiis amor tibi concillabitur Dei. Et ideo satage, et refuge ne lauderis ab iniquis, et ne a pessime agentibus diligaris ; sed potius, ut propter justam dispensationem et æquissimam regulam disciplinæ, a Christo collaudari merearis.

## VARIÆ LECTIONES.

[37] τοῦ Χριστοῦ Ruf. interpunctione mutata. [38] ὁ C. Excidisse fortasse ὡς post σωτὴρ suspicatur S. [39] οὔρια O. [40] μέγα C. [41] Ita O c. S, ὅτε C. [42] γυμνιτεύοντες O. [43] Ita S, ὅτε C, ὅ τε O. ὁτὲ μέν vitiose in textum irrepsisse putat S. Tum συναλιζόμενοι C. [44] lege ἀπεμοῦντες, vel, cum O, ἀπερῶντες. [45] ἀπεμήσαντες C. Dein προϊέμενοι pro προσιέμενοι var. lect. ap. C. [46] θάρσει O. [47] καθό τι O. [48] Ita O et ex conject. C, in cuj. textu ἔπακρον. Subinde μισήσουσιν idem. Et Ruf. *odio habuerint*, ut C. [49] ὠνήσει C.

XVII. Ταῦτα εἰπὼν καὶ τὰ [50] τούτων πλείονα πάλιν τῷ πλήθει προσεμβλέψας, εἶπεν· Καὶ ὑμεῖς δὲ, ἀγαπητοί μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι, τῷ προκαθεζομένῳ ἀληθείας κατὰ πάντα ὑπείξατε, τοῦτ' [51] εἰδότες, ὅτι ὁ τοῦτον λυπήσας Χριστὸν, οὗ τὴν καθέδραν πεπίστευται, οὐκ ἐδέξατο, καὶ ὁ [52] Χριστὸν μὴ δεξάμενος ὡς ἀθετήσας τὸν Πατέρα λογισθήσεται, διὸ τῆς ἀγαθῆς βασιλείας ἀποβληθήσεται. Οὗ εἵνεκεν πειρᾶσθε, κατὰ πάσας συνόδους ἔρχεσθαι [53], ἵνα μὴ ὡς λειποτάκται ὑπὸ τῆς τοῦ ταξιάρχου ἀθυμίας ἁμαρτίας ἔγκλημα λάβητε. Διὸ πρὸ πάντων οἱ πάντες τὰ ὑπὲρ αὐτοῦ φρονεῖτε, τοῦτ' [54] εἰδότες ὅτι δι' ἕκαστον ὑμῶν ὁ πονηρὸς αὐτῷ μόνῳ τὸ **23** πλεῖον ἐχθραίνων προσπολεμεῖ. Ὑμεῖς οὖν πειρᾶσθε τῇ πρὸς αὐτὸν στοργῇ καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους εὐνοίᾳ διατελεῖν καὶ αὐτῷ ἐπακούειν, ἵνα καὶ αὐτὸς κουφίζηται καὶ ὑμεῖς σωθῆναι δυνηθῆτε. A B

XVII. Hæc et alia plura cum protulisset, rursus multitudinem intuens dixit: Et vero vos, dilecti mei fratres et conservi, præsidi veritatis in omnibus obsecundate, illud scientes, quod qui hunc contristaverit, Christum, cujus cathedram tenet, non recepit; et qui Christum non receperit, quasi qui Patrem rejecerit reputabitur, ideoque a bono regno ejicietur. Qua de causa ad omnes conventus venire satagite, nd velut desertores, per imperatoris anxietatem, peccati probrum accipiatis. Idcirco ante omnia cuncti quæ pro ipso faciunt sentite, id cognoscentes, quod propter unumquemque vestrum diabolus ipsi soli magis inimicus bellum infert. Vos ergo contendite in amore erga ipsum et in mutua benevolentia perseverare, eique obedire; ut et ipse sublevetur, et vos possitis salutem consequi.

XVIII. Ἔνια δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν νοεῖν ὀφείλετε, διὰ τὸ αὐτὸν μὴ δύνασθαι ἐν φανερῷ λέγειν διὰ τὰς ἐπιβουλάς· οἷον ἐὰν ἐχθραίνῃ τινὶ, μὴ ἀναμένετε αὐτὸν εἰπεῖν, τῷ δὲ μὴ προσαμιλλᾶσθε, ἀλλὰ φρονίμως ἕπεσθε [55] αὐτοῦ τῷ βουλήματι, ἐχθροὶ γινόμενοι οἷς ἐχθραίνει, καὶ μὴ ὁμιλοῦντες οἷς μὴ ὁμιλεῖ· ἵνα ἕκαστος, ἐπιδικαζόμενος τοῦ πάντας φίλους ἔχειν, αὐτὸν διαλλάττων σώζηται, τῆς αὐτοῦ ἐπακούων ὁμιλίας. Εἰ δέ τις φίλος μενεῖ [56] οἷς αὐτὸς ἐχθραίνει, καὶ λαλεῖ οἷς αὐτὸς οὐχ ὁμιλεῖ, εἷς ἐστι καὶ αὐτὸς τῶν ὀλοθρεύειν [57] θελόντων τὴν Ἐκκλησίαν· τῷ γὰρ σώματι συνὼν ὑμῖν [58], τῇ γνώμῃ μὴ ὢν μεθ' ὑμῶν, καθ' ὑμῶν ἐστιν, πολλῷ χείρων τῶν ἔξωθεν φαινομένων ἐχθρῶν, μετὰ δοκούσης φιλίας σκορπίζων τοὺς ἔσω.

XVIII. Quinetiam nonnulla ex vobis ipsis debetis intelligere, quæ ipse manifesto dicere propter insidias non possit: verbi gratia, si alicui sit infensus, ne expectetis ipse dicat: illi vero nolite in contentione assistere; sed prudenter hujus voluntatem sequimini, odio habentes quos odio prosequitur, nec loquentes cum iis cum quibus non loquitur; ut quilibet dum studet universorum amicitiam habere, reconciliatus ei salvus fiat, ejus obediens sermoni. Quod si quis amicus permaneat his quos ipse odit, et loquatur cum quibus ipse non disserit, unus etiam ipse eorum est qui Ecclesiam exterminare cupiunt: corpore enim vobiscum manens, sententia vobiscum non existens, contra vos est; multo pejor iis qui extra inimici apparent, quippe qui cum apparente amicitia eos qui intra sunt dispergat.

## INTERPRETATIO RUFINI.

XVII. Hæc cum dixisset, et his similia quamplurima, rursum respiciens ad populum, dixit: Sed et vos, charissimi fratres et conservi mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite, scientes quod si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit; et tanquam qui Christum non susceperit, nec Deum Patrem suscepisse judicabitur; et ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satagite, ad omnem collectam et congregationem semper convenire; uti non velut negligentes et desides, a Christo judice condemnemini. Convenientes vero semper ad Clementem, omnes date operam pro ipso sentire, et summo studio favorem vestrum erga ipsum dependere; scientes quod propter singulos vos ipsum magis solum infestat inimicus, et in ipsum majora suscitat bella. Oportet ergo vos summo studio niti, ut omnes erga illum vinculo amoris innexi, plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed et vos quoque ipsi, unanimes in omni concordia perdurate; quo facilius etiam illi obedire omnes pariter in consensu et unanimilate possitis, per quod et vos salutem consequi, et ille possit obtemperantibus sibi promptius impositi oneris pondus evehere.

XVIII.(41) Quædam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sint quæ ipse, propter insidias hominum malorum, non potest evidentius et manifestius proloqui: verbi gratia (42) si inimicus est alicui pro actibus suis: vos nolite exspectare ut ipse vobis dicat; cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque commonitione obsecundare et avertere vos ab eo, cui ipsum sensistis aversum; sed nec loqui his quibus ipse non loquitur; ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem, cum obediro cæperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, et locutus fuerit cum his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei Ecclesiam volunt; et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est; et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt: hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimici sunt gerit, et Ecclesiam dispergit ac vastat.

## VARIÆ LECTIONES.

[50] τήν O. [51] τοῦτο Cfr. Hom. III, 66, C. [52] ὡς C. [53] καὶ (εἰς in marg.) πάσας συνόδους ἔρχεσθαι C, ἐν πάσαις συνόδοις συνέρχεσθαι var. lect. ap. eumdem. Rufinus *propter quod satagite ad omnem collectam et congregationem semper convenire*. Tum S. mavult: ἀπὸ τῆς τοῦ ταξιάρχου ἀσυλίας. Cfr. Hom. III, 69. [54] τοῦτο C. [55] ἔπεσθαι O. [56] μὲν ἢ C, male. [57] ὀλεθρεύειν O. [58] ἡμῖν O. Tum idem ἡμῶν, καθ' ἡμῶν, καθ' ἡμῶν pro ὑμῶν, καθ' ὑμῶν.

## VARIORUM NOTÆ.

(41) Hæc citantur in concilio Vasensi I, can. 6. leg. *Capitul.* l. VII, c. 361.
(42) Citant concilium Metense sub Stephano V, c. c, 12; Joannes VIII, Ep. 234; Gregorius VII, l. VIII, ep. 21

XIX. Atque his dictis in medio coram omnibus manus mihi imponens in sua cathedra sedere me erubescentem compulit. Cumque sedissem, hoc statim mihi dixit: Rogo te coram omnibus astantibus fratribus meis, ut postquam ex hac, quemadmodum mihi necesse est, vita migravero, Jacobo fratri Domini mittas in epitome, describasque etiam usque ad cogitationes pueritiæ tuæ, et quo modo ab initio usque nunc me comitatus es, sermonibus a me per civitates prædicatis et actibus meis intendens: deinde in fine mortis quoque meæ occasionem, sicut dixi, declarare non pigebit. Neque enim ea res valde ipsum contristabit, gnarum me pie id persolvisse, quod omnino perpeti necesse erat: maxima vero afficietur consolatione, cum didicerit quod post me non ineruditus vir nec vivificorum ignarus sermonum Ecclesiæque regulam nesciens docentis acceperit cathedram. Imperiti enim ac seductoris sermo audientis vulgi animas interimit.

XX. Unde ego, domine mi Jacobe, his ab eo dictis pollicitus non tardavi, sicut jussus sum, magnam partem sermonum per civitates habitorum, qui jam tibi descripti sunt ac per ipsum missis, in libris breviter comprehendere, quasi indicandi gratia, sicque ad te destinare, cum hac inscriptione: *Clementis Epitome prædicationum Petri in peregrinationibus.* Cæterum exponere ut jussus sum incipiam.

XIX. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐν μέσῳ ἐπὶ πάντων μοι τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς εἰς τὴν αὐτοῦ καθέδραν καθεσθῆναί με ἐδυσώπησεν. Καθεσθέντι δὲ τοῦτό μοι εὐθέως ἔφη· Ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὅπως ὁπόταν τοῦ ἐνταῦθα, ὡς ἐμοὶ ὀφείλεται, ἀπαλλάξω βίου, σὲ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Κυρίου διαπέμψαι[59] ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον μέχρι καὶ **24** τῶν ἐκ παίδων σου (43)[60] λογισμῶν, καὶ ὡς ἀπ' ἀρχῆς, μέχρι τοῦ νῦν συνώδευσάς μοι, ἐπακούων τῶν κατὰ πόλιν ὑπ' ἐμοῦ κηρυχθέντων λόγων τε καὶ πράξεων· ἔπειτα πρὸς τῷ τέλει[61] καὶ τὴν τοῦ θανάτου μου πρόφασιν, ὡς προεῖπον[62], δηλῶσαι μὴ ὀκνήσεις. Οὔτε γὰρ λίαν αὐτὸν λυπήσει τοῦτο, εἰδότα ὅτι ὃ πάντως ἔδει με παθεῖν εὐσεβῶς ἀπεδόμην, μεγίστης δὲ παραμυθίας τεύξεται, μαθὼν ὅτι μετ' ἐμὲ οὐκ ἀμαθὴς ἀνὴρ καὶ ζωοποιοὺς λόγους ἀγνοῶν καὶ Ἐκκλησίας κανόνα οὐκ εἰδὼς τὴν τοῦ διδάσκοντος ἐπιστεύθη καθέδραν. Πλάνου[63] γὰρ ὁμιλία τῶν ἀκουόντων ὄχλων ἀναιρεῖ[64] τὰς ψυχάς.

XX. Ὅθεν ἐγὼ, κύριέ μου Ἰάκωβε, αὐτοῦ ταῦτα εἰπόντος, ὑποσχόμενος οὐκ ὤκνησα[65], ὡς ἐκελεύσθην, τὸ πολὺ τῶν κατὰ πόλιν λόγων τῶν ἤδη σοι προγραφέντων καὶ ὑπ' αὐτοῦ διαπεμφθέντων (44) ἐν βίβλοις ἐπὶ κεφαλαίων ποιῆσαι, ὥσπερ σημείου χάριν, καὶ οὕτως διαπέμψαι σοι, ἐπιγράψαντα[66], Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή. Πλὴν, τοῦ ἐκτιθέναι, ὡς ἐκελεύσθην, ἄρξομαι.

## INTERPRETATIO RUFINI.

XIX. Et cum hæc dixisset, in medio, coram omnibus, manus mihi imposuit, et in cathedra sua, ingenti verecundia fatigatum sedere me compulit. Cumque sedissem, hæc ad me rursum locutus est: Deprecor te, Clemens, coram omnibus qui præsentes sunt, ut posteaquam, sicut naturale debitum est, vitæ præsentis finem fecero, Jacobo fratri Domini describas breviter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris; sed et qualiter mihi ab initio usque ad finem, comes itineris et actuum fueris; quæque per singulas civitates me disputante sollicitus auditor exceperis; quique in prædicationibus meis verborum fuerit ordo vel actuum; sed et qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia quam potes brevissime comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum me id pro pietate sustinere non ambigat: erit autem ei grande salatium, si didicerit quod post me non imperitus vir aliquis, aut indoctus, atque ignorans divini verbi mysterium, et ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam. Scit enim quia si indoctus et inscius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli et auditores ignorantiæ tenebris obvoluti, in interitum demergentur.

XX. Unde et ego, mi domine Jacobe, cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere quod jusserat, indicans tibi, et de his ipsis simul, et de illis breviter comprehendens, quæ per singulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecerit; quamvis tibi, de his plurima jam, et plenius ante descripta, ipso jubente transmiserim; sub eo titulo quem ipse præcepit affigi, id est Clementis Itinerarium Prædicationis Petri. Sed et nunc jam exponere quæ præcepit incipiam.

## VARIÆ LECTIONES.

[59] Planius *Epit.* c. 147: Ἀξιῶ σε ἐπὶ πάντων μου τῶν συμπαρόντων ἀδελφῶν, ὁπηνίκα τοῦ ἐνταῦθα μεταστῶ βίου, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ κέκρικε πρόνοια, πάντα τῷ κυρίῳ Ἰακώβῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Κυρίου μου ἐν ἐπιτομῇ ἀναγραψάμενον διαπέμψαι, κ. τ. λ. [60] ἐκ παιδός σου cod. 804 et *Epit.* l. c. S. [61] Ita O c. cod. 804 et *Epit.* l. l., τὰ τέλει C. [62] ὡς προεῖπον om. O. [63] Ita de conject. C, cujus textus et O exh. πλάνος. — [64] ἀναίρει C. [65] ὀκνήσω O. [66] ἐπιγράψας cod. 804 et *Epit.* c. 147, quod præstat.

## VARIORUM NOTÆ.

(43) Ἐκ παίδων σου. Notat Cotelerius in uno codice Græce haberi ἐκ παιδός σου. Pluris refert expendere qua ratione libri *Recognitionum*, qui sub Clementis ad Jacobum fratrem Domini scribentis confecti sunt, inchoentur. Incipiunt nempe ab his verbis: *Ego Clemens, in urbe Romana natus, ex prima ætate pudicitiæ studium gessi; dum me animi intentio velut vinculis quibusdam sollicitudinis et mœroris invexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio (incertum sane unde initium sumpserit); crebro enim ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens,* etc. Unde non absurde colligas pseudo-Clementem libris illis id præstare, quod modo præcipitur; cum ab ipsis pueritiæ suæ cogitationibus Jacobo pandendis exordium sumat. Quocirca minime assentiendum videtur Rufino, qui epistolam hanc libris *Recognitionum tempore posteriorem* censet. Cour.

(44) Καὶ ὑπ' αὐτοῦ διαπεμφθέντων. Quasi Petrus ad Jacobum misisset sermones et actus suos, hoc est, librum forsan Actuum et dissertationum Petri, eum qui a Photio inveniri non potuit. Sed Rufinus solens more suo turbat Id.

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

## ΤΩΝ ΠΕΤΡΟΥ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΚΗΡΥΓΜΑΤΩΝ ΕΠΙΤΟΜΗ.

# CLEMENTIS

## DE PRÆDICATIONIBUS PETRI INTER PEREGRINANDUM EPITOME.

### **25** ΟΜΙΛΙΑ Α'.

I. Ἐγὼ Κλήμης, Ῥωμαίων πολίτης ὤν, καὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν σωφρόνως ζῆσαι δεδύνημαι [67], τῆς ἐννοίας μου ἐν παιδὸς ἀπασχολούσης τὴν ἐν ἐμοὶ ἐπιθυμίαν εἴς τε ἀθυμίας καὶ πόνους. Συνῆν γάρ μοι λογισμὸς οὐκ οἶδα πόθεν τὴν ἀρχὴν λαβών, περὶ θανάτου πυκνὰς ποιούμενες ὑπομνήσεις, ὅτι ἄρα θανὼν οὐκ εἰμι καὶ οὐδὲ μνήμην τις ποιήσει μού ποτε, τοῦ ἀπείρου χρόνου πάντων [68] τὰ πάντα εἰς λήθην φέροντος, ἔσομαι δὲ οὐκ ὤν, οὐκ ὄντας [69] εἰδὼς, οὐ γινώσκων, οὐ γινωσκόμενος, οὐ γεγονὼς, οὐ γινόμενος· καὶ ἆρά [70] ποτε γέγονεν ὁ κόσμος, καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι τί ἐτὸς ἦν; εἰ γὰρ ἦν ἀεὶ, καὶ ἔσται· εἰ δὲ γέγονε, καὶ κυθήσεται· καὶ μετὰ λύσιντί ἄρα ἔσται πάλιν, εἰ μὴ τάχα σιγὴ καὶ λήθη; καὶ [71] τάχα ἔσται τι, ὅ νῦν νοῆσαι οὐ δυνατόν.

II. Ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις ὅμοια οὐκ οἶδα πόθεν ἀπαύστως ἐνθυμούμενος, οδυνηρὰν εἶχον λύπην τοσοῦτον, ὡς ὠχριακότα με τήκεσθαι· καὶ **26** τὸ δεινότατον, εἴ ποτε ἀπώσασθαι τὴν φροντίδα ὡς ἀνωφελῆ ἐβουλευσάμην, ἀκμαιότερόν μοι μᾶλλον τὸ πάθος ἐγίνετο, καὶ ἠχθόμην ἐπὶ τούτῳ, οὐκ εἰδὼς σύνοικον καλὴν ἔχων ἔννοιαν, ἀνθανασίας ἀγαθὴν [72] αἰτίαν μοι γενησομένην [73], ὡς ὕστερον τῇ πείρᾳ ἐπέγνων καὶ Θεῷ τῷ πάντων δεσπότῃ ηὐχαρίστησαν. Ὑπὸ γὰρ τῆς κατ' ἀρχὰς θλιβούσης με ἐννοίας εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ζήτησιν καὶ εὕρεσιν ἠναγκάσθην ἐλθεῖν· καὶ τότε ἐταλάνιζον οὓς τὴν ἀρχὴν δι' ἄγνοιαν μακαρίζειν ἐκινδύνευον.

III. Ἐκ παιδὸς οὖν ἡλικίας ὢν ἐν τοιούτοις λογισμοῖς, χάριν τοῦ μαθεῖν τι βέβαιον· εἰς τὰς τῶν φιλοσόφων ἐφοίτων διατριβάς καὶ οὐθὲν ἕτερον ἐώρων, ἢ δογμάτων ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς καὶ ἔρεις καὶ φιλονεικίας καὶ συλλογισμῶν τέχνας καὶ λήμμάτων ἐπινοίας· καὶ ὁτὲ [74] μὲν ἐπεκράτει, φέρε λέγειν, ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, ὁτὲ δὲ ὅτι θνητή. Εἴ ποτε οὖν ἐπεκράτει λόγος ὅτι ἀθάνατος, ἔχαιρον· ὁπότε δὲ ὅτι θνητὴ, ἐλυπούμην· πλεῖον δὲ [75] ἠθύμουν, ὅτι οὐδ' ὁπότερον εἰς τὸν ἐμὸν βεβαιῶσαι νοῦν ἠδυνάμην· πλὴν [76] συν-

### HOMILIA PRIMA.

I. Ego Clemens, civis Romanus, primam ætatem pudice ac temperanter vivere valui, cum a pueritia mens mea atque cogitatio inhærentem mihi cupiditatem avocaret ad mœrores et molestias. Inerat enim consideratio, nescio unde oborta, quæ crebro mortis commonebat : quod utique post mortem non sim, neque usquam mei mentionem quisquam facturus sit, scilicet immenso tempore cunctorum cuncta in oblivionem adducente, sim autem non existens, eos qui sunt non cognoscens ; nec cognoscens, nec cognitus ; quique aliquando non fuerim, et tunc non sim? Et an factus sit mundus ; et antequam fieret, quidnam fuerit? Nam si semper exstitit, semper erit : si autem factus est, etiam dissolvetur : et post dissolutionem quid erit iterum, nisi forte silentium et oblivio? Et forsan erit aliquid, quod nunc cogitare est impossibile.

II. Hæc atque his similia, nescio unde, indesinenter cogitans, acerbam adeo cepi tristitiam, ut pallerem ac tabescerem : et quod molestissimum, si quando eam sollicitudinem tanquam inutilem repellere cogitarem, vehementior multo me urgebat affectus : eamque rem ægre ferebam, nesciens quod contubernalem præclaram haberem eam cogitationem, quæ mihi bona immortalitatis foret causa, quemadmodum postea experientia agnovi, et Deo cunctorum Domino gratias egi. Cum enim me ab initio illa consideratio premeret, ad rerum inquisitionem et inventionem venire coactus sum : tuncque miseros judicavi, quos principio per ignorantiam beatos prædicare ausus fueram.

III. Igitur cum a puerili ætate in hujusmodi degerem cogitationibus, quo aliquid certi addiscerem, ad philosophorum adventabam scholas ; nihilque aliud cernebam, quam dogmatum destructiones et astructiones, item lites et contentiones, et syllogismorum artificia, necnon sumptionum excogitationes : et interdum quidem prævalebat, verbi gratia, animam esse immortalem, interdum autem mortalem esse. Si quando igitur sermo de illius immortalitate obtinat, lætabar ; cum vero

### VARIÆ LECTIONES.

[67] Scripserim c. O δεδυνημένος, sed obstat *καί* copula præcedens. Nominativus absolutus primæ periodi epigraphes modo toti narrationi eleganter præfigeretur. [68] πάντως cong. S. [69] Fortasse οὐ τὰ ὄντα pro οὐκ οντας S. Tum οὐ γὰρ γεγονώς O pr. man. [70] ἆρα C. [71] καὶ ἡ O. [72] ἀγαθῆς C. [73] γενομένην C. τῷ apte πάντων excidit e recensione Clerico-Schwegleriana. [74] ὁτὲ μὲν — ὁτὲ δὲ S O, ὅτε μὲν — ὅτε δὲ C. [75] Ita locum sanavi ex O. Prope accedit *Epitome*, quam admonente Cotelerio S in auxilium vocavit. Vbb. ὅτι θνητὴ, ἐλυπούμην· πλεῖον δὲ ἠθύμουν desunt in textu Ci. [76] Rufinus clarius : *sed hoc tantum intelligebam, quod sententiæ ac definitiones rerum non pro natura sui ac veritate causarum, sed pro ingeniis defendentium falsæ imagiuarentur aut veræ.*

sermo de mortalitate, tristis eram : magis autem rursus animum despondebam, quod neutrum possem menti meæ infigere: verum reputabam mecum, sententias controversiarum pro viribus propugnatorum veras aut falsas existimari, non autem tales videri, quales revera sunt. Jam igitur animadvertens comprehensionem non oriri ex rebus ad agitandum propositis, sed pro ingenio disputantium statui dogmata, adhuc magis hisce de rebus perplexus hærebam : quare ex animæ profundo gemebam ; neque enim poteram firmi aliquid decernere, neque de istis sollicitudinem valebam depellere, etsi, quemadmodum dixi antea, id vellem ; quoniam, cum mihi frequenter quietem imperarem, nescio quo modo latenter horum cum voluptate subibat me cogitatio.

IV. Et iterum hæsitans dicebam apud me : Quid inaniter laboro, cum manifesta sit res ? Quod si quidem post mortem non ero, nunc, quando sum, contristari me non oportet. Quocirca tristitiam ad illum diem reservabo, in quo, cum futurus non sim, non contristabor. Si autem ero, cur nunc mihi superfluo inest tristitia ? Statimque postea alia me subiit cogitatio. Dicebam quippe : Annon illic pejus quidpiam eo quod me nunc cruciat, passurus sum, si pie non vixero, ac secundum quorumdam philosophorum sermones Pyriphlegethonti tradendus sum et Tartaro, quemadmodum Sisyphus vel Tityus vel Ixion vel Tantalus, atque in inferno æternum puniar ? Iterumque replicabam dicens : Sed ista non sunt. Rursusque aiebam : At si sunt. Cum igitur, inquiebam, incerta res sit, multo magis extra periculum est pie me vivere. Et quo pacto justitiæ gratia, ad incertam respiciens spem, potero corporis voluptates comprimere ? Sed nec quidnam sit justum Deo acceptum, plene certoque novi, nec utrum anima immortalis sit cognosco, an mortalis : neque ulla certa ratio invenitur, neque hos mentis motus sedare possum.

V. Quid igitur me facere oportet, nisi hoc ? In Ægyptum proficiscar, et adytorum hierophantis ac prophetis amicus efficiar, magoque quæsito et invento multa pecunia persuadebo, ut animæ evocationem, quam necromantiam vocant, faciat, tanquam videlicet ego de aliquo negotio scisciter : erit autem interrogatio, ut discam utrum anima sit immortalis. At responsio animæ de sua immortalitate non ex loquela ipsius aut mea auditione erit mihi comperta, sed ex sola visione ; ut his ipsis

A ενόουν ὅτι αἱ δόξαι τῶν ὑποθέσεων παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας ψευδεῖς ἢ ἀληθεῖς ὑπολαμβάνονται, καὶ οὐχ ὡς ἔχουσιν ἀληθείας φαίνονται. Ἐπιστήσας οὖν ἤδη ποτὲ ὅτι οὐ παρὰ τὰς ἐκδικουμένας **27** ὑποθέσεις ἡ κατάληψις γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας αἱ δόξαι ἀποφέρονται [77], ἔτι μᾶλλον ἐλιγγιῶν ἐν τοῖς πράγμασιν. Διὸ ἐκ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ἐστέναζον· οὔτε γάρ τι βεβαιῶσαι οἷός τ' [78] ἦμην, οὔτε τὴν τῶν τοιούτων φροντίδα ἀποσείσασθαι ἐδυνάμην, καίπερ βουλόμενος, ὡς [79] φθάσας εἶπον· ὅτι ἐμαυτῷ πυκνότερον ἡσυχάζειν ἐπιτάσσοντος, οὐκ οἶδ' ὅπως [80] λανθανόντως μεθ' ἡδονῆς ὁ τῶν τοιούτων με εἰσήρχετο λογισμός.

B VI. Καὶ πάλιν ἀπορούμενος ἔλεγον ἐμαυτῷ· Τί ματαιοπονῶ, σαφοῦς ὄντος τοῦ πράγματος ; ὅτι εἰ μὲν θανὼν οὐκ εἰμι, νῦν ὄντα με λυπεῖσθαι οὐ προσῆκεν [81]. Διὸ τηρήσω τὸ λυπεῖσθαι εἰς τὴν τότε, ὅτε οὐκ ὢν οὐ λυπηθήσομαι. Εἰ δ' ἄρα εἰμὶ, τί νῦν ἐκ περισσοῦ μοι πρόσεστι τὸ λυπεῖσθαι ; Καὶ εὐθέως μετὰ τοῦτο ἕτερός με εἰσῆει λογισμός. Ἔλεγον γάρ. Μή τί [82] γε τοῦ νῦν με λυποῦντος ἐκεῖ χεῖρον παθεῖν ἔχω, μὴ βεβιωκὼς εὐσεβῶς, καὶ παραδοθήσομαι κατ' ἐνίων φιλοσόφων λόγους Πυριφλεγέθοντι καὶ Ταρτάρῳ ὡς Σίσυφος ὁ Τίτυὸς [83] ἢ Ἰξίων ἢ Τάνταλος, καὶ ἔσομαι ἐν ᾅδου τὸν αἰῶνα κολαζόμενος ; Πάλιν [84] τε ἀνθυπέφερον, λέγων. Ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα. Καὶ πάλιν ἔλεγον· Εἰ δὲ ἔστιν ; Ἀδήλου [85] οὖν ὄντος τοῦ πράγματος ἔλεγον, ἀκινδυνότερόν ἐστι μᾶλλον εὐσεβῶς βιῶσαί με. C Καὶ πῶς **28** δυνήσομαι τοῦ δικαίου χάριν, εἰς ἄδηλον ἐλπίδα ἀφορῶν, τῶν τοῦ σώματος κρατεῖν ἡδονῶν ; Ἀλλ' οὐδὲ τί ποτέ ἐστι δίκαιον ἄρεσκον [86] Θεῷ πεπληροφόρημαι, οὔτε εἰ ἡ ψυχὴ ἀθάνατος ἢ θνητὴ γινώσκω· οὔτε τις λόγος βέβαιος εὑρίσκεται οὔτε τῶν τοιούτων λογισμῶν ἡσυχάζειν δύναμαι.

V. Τί οὖν χρὴ ποιεῖν ἢ τοῦτο [87] ; Εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάνταις τε [88] καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρὼν χρήμασι πολλοῖς πείσω ὅπως ψυχῆς ἀναπομπὴν, τὴν λεγομένην νεκρομαντείαν [89] ποιήσῃ, ἐμοῦ ὡς περὶ πράγματός τινος πυνθανομένου· ἡ δὲ πεῦσις ἔσται περὶ τοῦ μαθεῖν εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή. Ἡ δὲ τῆς D ψυχῆς ἀπόκρισις, ὅτι ἀθάνατός ἐστιν, οὐκ ἐκ τοῦ λαλῆσαι ἢ καὶ ἀκοῦσαι ἔσται [90] μοι γνῶναι, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀφθῆναι μόνον, ἵνα, αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτὴν,

## VARIÆ LECTIONES.

[77] Hic quoque legendum est ἀποφαίνονται, ut *Epit.* cap. 3 C. [78] τέ C. Subinde οὐδέ pro οὔτε O. [79] ὡς om. O. [80] οἶδά πως C. Tum id. μοι p. με [81] προσήκει *Epit.* c. 4. Fortasse εἰς τηνικαῦτα p. εἰς τὴν τότε Cfr. *Epit.* l. c. S. [82] ἔλεγον γὰρ, εἰ μή C. [83] Τίτυος C. [84] καὶ πάλιν τε O. [85] οὐ δήλου C. [86] δίκαιον καὶ ἄρεσκον C. [87] Schweglero invito ita interpunctionem mutavi, non invita indole linguæ Græcæ. Edd. distinguunt : Τί οὖν χρὴ ποιεῖν ; ἢ τοῦτο, εἰς, κ. τ. λ. [88] τέ accessit ex O, ubi pr. man. scripserat ἱερο άντες. [89] νεκρομαντίαν O. Legendum τῇ λεγομένῃ νεκρομαντείᾳ : ars enim mortuos evocandi νεκρομαντεία dicitur ; vid. *Recogn.* I, 5 (per eam, quam necromantiam vocant) D. Sed et minus apte νεκρομαντεία vocari queat magica ipsa evocatio, quomodo dixerit Cicero *Tusc.* q. I, 16 : *Inde ea, quam meus amicus Appius* νεκρομαντία *faciebat.* Stephanus legebat : *In ea, quæ* — νεκρομαντεῖα *faciebat.* Ci. [90] ἔστι O.

αὐτάρκη καὶ ἱκανὴν ἀπόφασιν ἔχω, ἐκ τοῦ μόνον φανῆναι, ὅτι ἔστιν· καὶ οὐκ ἔτι δυνήσεται τὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἴδια τὰ τῆς ἀκοῆς ἀνατρέψαι ἀδηλα ῥήματα. Ὅμως καὶ αὐτὴν ταύτην τὴν σκέψιν ἀντέβαλόν [91] τινι συνήθει φιλοσόφῳ, ὅς συνεβούλευέ μοι, τοῦτο μὴ τολμᾷν, κατὰ πολλοὺς τρόπους. Εἴτε γὰρ οὐκ εἰσακούσεται, φησίν, ἡ ψυχὴ τῷ μάγῳ, σὺ τοῖς **29** ταῦτα ποιεῖν ἀπαγορεύουσι νόμοις ὡς ἀντιπράξας δυσσυνειδήτως βιώσεις· εἰ δὲ ἐπακούσεται, μετὰ τοῦ δυσσυνειδήτως σε βιοῦν, οἶμαι τὰ τῆς εὐσεβείας σοι μηκέτι προχωρεῖν, οὗ εἵνεκεν καὶ [92] ἐτόλμησας. Ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς τῇ λύσει θανόντων σωμάτων σκύλλουσι τὰς ψυχάς. Ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας, ὀκνηρότερος μὲν πρὸς τὸ τοιοῦτον ἐγχειρῆσαι ἐγενόμην, τῆς δὲ ἀπαρχῆς μου οὐκ ἐπαυσάμην βουλῆς, ἀλλ' ὡς ἐμποδισθεὶς τὴν ὁρμὴν ἠθόμουν.

A oculis illam videns sufficientem ac idoneam habeam declarationem quod existat, ex eo solo quod apparuerit; nec amplius incerta auditus verba oculorum poterunt firmitatem evertere. Attamen hanc quoque deliberationem cuidam philosopho, necessario meo, edisserui, qui consilium mihi dedit, id ne auderem, multas ob rationes. Sive enim, inquit, mago non obtemperabit anima, tu, tanquam qui legibus ista facere prohibentibus repugnaveris, male tibi conscius vives: sin vero obedierit, præterquam quod mala in conscientia vives, non amplius tibi bene cessura existimo ea quæ ad pietatem pertinent, cujus ergo ista ausus es. Nam Deum aiunt odio eos prosequi, qui animas mortuorum a corporibus separatas divexant. Ego autem his auditis segnior quidem ad illud aggrediendum effectus sum, a consilio tamen quod initio ceperam non destiti, sed velut ab impetu desiderii retardatus dolebam.

VI. Καὶ ἵνα μή σοι τὰ τοιαῦτα μακρῷ διηγήσωμαι λόγῳ, ἐν τοσούτοις λογισμοῖς καὶ πράγμασιν ὄντος μου, φήμη τις ἠρέμα, ἐπὶ τῆς Τιβερίου Καίσαρος βασιλείας, ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς τὴν ἀρχὴν λαμβάνουσα, ηὔξανεν ἑκάστοτε καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὴ Θεοῦ ἄγγελος διέτρεχε [93] τὸν κόσμον, τὸ τοῦ Θεοῦ βούλημα σιγῇ στέγειν [94] ῥμὴ δυναμένη. Ἐκάστοτε οὖν πλείων καὶ μείζων ἐγένετο [95], λέγουσα, ὡς τίς ποτε ἐν Ἰουδαίᾳ, ἐξ ἐαρινῆς τροπῆς λαβὼν τὴν ἀρχήν, Ἰουδαίοις τὴν τοῦ ἀϊδίου Θεοῦ εὐαγγελίζεται βασιλείαν, ἧς ἀπολαύειν λέγει ἐάν τις αὐτῶν προκατορθώσῃ [96] τὴν πολιτείαν· τοῦ δὲ πιστεύεσθαι αὐτὸν χάριν, ὅτι θειότητος γέμων ταῦτα πνέει, πολλὰ θαυμάσια σημεῖά τε καὶ τέρατα διαπράττεται κελεύσει μόνῃ, ὡς παρὰ Θεοῦ εἰληφὼς τὴν ἐξουσίαν· κωφοὺς γὰρ ποιεῖν ἀκούειν, τυφλοὺς ἀναβλέπειν, **30** κυλλοὺς ποιεῖ περιπατεῖν, χωλοὺς ἀνορθοῖ [97], πᾶσαν νόσον ἀπελαύνει, πάντα δαίμονα φυγαδεύει· ἀλλὰ καὶ λεπροὶ ψωροὶ ἐκ διαστήματος μόνον ἑνορῶντες αὐτῷ ἰώμενοι ἀπαλλάσσονται, νεκροὶ δὲ προσφερόμενοι ἐγείρονται, καὶ οὐδέν ἐστιν ὅ ἀδυνατεῖ ποιεῖν. Καὶ ὅσῳ, γε μᾶλλον ὁ χρόνος προέκοπτεν, πολὺ μείζων διὰ πλειόνων τῶν ἐπιδημούντων καὶ [98] βεβαιοτέρα ἐγίνετο, οὐκ ἔτι φήμη λέγω, ἀλλὰ τοῦ πράγματος ἡ ἀλήθεια. Ἤδη γάρ ποτε καὶ συστήματα κατὰ τόπους ἐγίνετο βουλῆς καὶ σκέψεως [99], τὸ τίς ἂν εἴη ὁ φανεὶς καὶ τί βούλεται λέγειν.

B

VI. Ac ne ista tibi longo sermone explicem, cum in talibus cogitationibus et negotiis ego versarer, sub imperio Tiberii Cæsaris fama quædam sensim, a verna tempestate initio sumpto passimque crevit, et revera bonus Dei nuntius mundum peragravit, Dei voluntatem silentio tegere non valens. Ubique igitur amplior et major fiebat, referens quod quidam in Judæa, principio sumpto a verno tempore, æterni Dei regnum Judæis annuntiet, quo fruiturum esse ex illis dicit eum, qui vitam rectam emendatamque ducat: quo autem credatur ipsum divinitatis plenum hæc loqui ac inspirare, multa mirabilia, signa et prodigia edit sola jussione, quasi qui a Deo acceperit potestatem; surdos enim facit audire, cæcos videre, pedibus debiles ambulare, claudos recta incedere: omnem morbum depellit, omnem dæmonem fugat; sed et leprosi scabri, eo eminus tantum viso, sanati abeunt, mortui vero oblati suscitantur, nihilque est quod facere nequeat. Atque quo plus temporis præteribat, eo major firmiorque per complures advenientes existebat, non amplius, inquam, fama, sed rei veritas. Jam vero et cœtus per loca fiebant consultationis et deliberationis causa, quisnam esset qui apparuisset, et quid vellet dicere.

C

VII. Καὶ δήποτέ τις πρὸς αὐτῷ ἔτει ἐν [100] φθινοπωρινῇ τροπῇ δημοσίᾳ στὰς ἐβόα λέγων· Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἀκούσατε· ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐν Ἰουδαίᾳ πάρεστιν, ἐπαγγελλόμενος πᾶσι τοῖς βουλομένοις ζωὴν αἰώνιον, ἐὰν τὰ [1] κατὰ γνώμην τοῦ πέμψαντος αὐτὸν Πατρὸς βιώσωσιν. Διὸ μεταβάλλεσθε τὸν τρόπον ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα, ἀπὸ τῶν

D

VII. Cæterum eodem anno, autumni tempore quidam publice stans clamavit, dicens: Viri Romani, audite; Dei Filius in Judæa adest, cunctis volentibus promittens vitam æternam, si vitam duxerint ex voluntate Patris qui misit illum. Quocirca mores mutate, a deterioribus ad meliora transite, a temporalibus ad æterna: agnoscite unum esse Deum.

## VARIÆ LECTIONES.

[91] ἀντέβαλλόν C. [92] καὶ mutandum in ταῦτ' vel ἐκεῖν'. S. οὗ ἕνεκεν τὰ τοιαῦτα ἐτόλμας *Epit.* c. 5. Quæ sequuntur in *Epit.* c. 5, ita leguntur: Ἐχθραίνειν γὰρ τὸ θεῖον λέγουσιν ἐπὶ τοῖς σκύλλουσι τὰς ψυχὰς μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἐκείνων διάλυσιν. [93] διήρχετο C. [94] Ita O c. *Epit.* c. 6. σιγᾷν, στέγειν C. σιγᾷν καὶ στέγειν S. auctore Gallandio. [95] ἐγίνετο O. [96] προσκατορθώσει C. Tum deest δέ in O. [97] κυλλοὺς χωλοὺς ὀρθοῖ O. [98] καί om. O. qui antea scr. μείζον (sic). [99] Locus haud dubie corruptus. Post σκέψεως *Epit.* c. 6, addit. ἕνεκα. Sed maxime offendit τό: scribe saltem τοῦ S. [100] ἐν prætermiserunt Cl. et S. [1] Dele τά, nam prorsus redundat D. ἐὰν τὰ κατὰ γνώμην — πράξωσιν *Epit.* c. 7. S.

qui in cœlis est, cujus mundum injuste habitatis ante justos illius oculos : verum si convertamini et juxta voluntatem ejus vivatis, in aliud sæculum sublati æternique effecti ineffabilibus ipsius bonis perfruemini ; sin vero morem non gesseritis, animæ vestræ post dissolutionem a corpore in ignis locum conjicientur, ubi æternum punitæ inutili ducentur pœnitentia. Nam tempus pœnitentiæ præsens est ista singulorum vita. Porro his ego auditis moleste ferebam, nullum ex tanta hominum multitudine, tam magno accepto nuntio, dixisse : In Judæam proficiscar ut cognoscam utrum iste hæc proferens vera loquatur, nempe Dei Filium in Judæam advenisse, propter bonam æternamque spem, qui voluntatem Patris a quo missus est manifestet : namque quod eum aiunt prædicare, non est exiguum : quorumdam enim animas affirmat, utpote immortales, immortalibus bonis fruituras ; aliorum vero, in ignem inexstinctum projectas, æternum puniendas esse.

(9) Ἔστι δὲ αὐτὸς καὶ ἀκμὴν ἥτις ἐὰν ἐπιθυμίαν Πολυξένην. Sensus constabit, si modo legas : Ἔστι δὲ αὐτὸς καὶ' ἀκμὴν, ᾗ τις ἐὰν ἐπιθυμῇ ἔχειν Πολυξένην· *Est vero ipse in ætatis flore, quo tempore si quis ducere cupiat Polyxenam*. Videlicet, Paris cum Deiphobo Achillem juvenem peremit, dum Polyxenæ conjugium speraret. Davis.

βάρβαρος, καὶ παραλιπὼν τὰ συμφέροντα, ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην παρωσάμενος, μόνας ἕληται τὰς ἡδονὰς καὶ μόνῃ τῇ ἐπιθυμίᾳ τὴν νίκην ἀποδῷ, ὡς παρ' αὐτῆς τὰ τέρποντα ἀντιλαμβάνων, ἐπ' ὀλέθρῳ ἑαυτοῦ τε **166** καὶ τῶν αὐτοῦ ὁ μὴ ὀρθῶς κρίνας τὴν τέρψιν λήψεται. Ἔρις δέ ἐστιν [35] ἡ φιλονεικοῦσα κακία. Τὸ δὲ τῶν Ἑσπερίδων χρυσοῦν μῆλον ὁ πλοῦτος ἂν εἴη, ὃς ἐνίοτε καὶ τοὺς σώφρονας, ὥσπερ τὴν Ἥραν, πρὸς ῥᾳθυμίαν [36] ἐφίσταται [37], καὶ τοὺς ἀνδρείους, ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν, εἰς τὰ μὴ αὐτοῖς πρέποντα, φιλονεικοτέρους [38] ἀπεργάζεται, καὶ ψυχῆς κάλλος, ὥσπερ Ἀφροδίτην, προφάσει τρυφῆς ἀπολλύει. Συντόμως ἐρῶ· πάντας εἰς κακὴν ἔριν ἀνερεθίζει ὁ πλοῦτος.

A nem repellens ac temperantiam, solas eligat voluptates, soliquc cupiditati tradat victoriam, ut qui ab ea vicissim dulcia consequatur, ad sui suorumque perniciem, qui non recte judicarit, oblectationem præferet. Discordia vero est contentiosa malitia. Hesperidum autem pomum aureum divitiæ sint, quæ interdum etiam temperantes, ut Junonem, ad socordiam impellunt, et fortes, ut Minervam, ad ea quæ illos non decent contentiosiores reddunt, animique pulchritudinem, sicut Venerem, prætextu, deliciarum pessumdant. Uno verbo dicam : cunctos ad malam discordiam instigant divitiæ.

XVI. Ὁ δὲ τὸν τοῦ πλούτου ἡγεμόνα καὶ φύλακα ὄφιν ἀνελὼν Ἡρακλῆς ὁ γνήσιος καὶ φιλόσοφός ἐστι νοῦς (10), ὃς [39] πάσης κακίας γυμνὸς ὢν ἐκπερινοστεῖ τὸν κόσμον, ἐπιδημῶν ταῖς ψυχαῖς καὶ σωφρονίζων τοὺς ἐντυγχάνοντας, λέγω δὲ ἀνθρώπους ἐοικότας λέουσι τολμηροῖς ἢ ἐλάφοις δειλαῖς [40] ἢ κάπροις ἀγρίοις ἢ ὕδραις πολυτρόποις. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ἀθλῆσαι λέγεται Ἡρακλῆς, νοερᾶς ἀρετῆς ἐστιν αἰνίγματα. Αὐτάρκως δὲ [41] νῦν ἐχέτω τὰ εἰρημένα. Εἰς γὰρ ἕκαστον εἰπεῖν οὐδὲ ὁ σύμπας χρόνος ἀρκέσει [42].

B XVI. Porro Hercules, qui divitiarum ducem et custodem serpentem interimit, intellectus est sincerus et philosophicus, qui omnis sceleris purus mundum circuit, ad animas adveniens, et obvios castigans, homines dico, leonibus audacibus similes vel timidis cervis vel feris apris vel hydris multiplicibus. Itemque cætera omnia, quæ debellasse dicitur Hercules, innuunt vim animi. At nunc quæ dicta sunt sufficiant. Ad singula enim referenda omne non satis esset tempus.

XVII. Ἠλὴν, θαυμάζω πῶς ταῦτα σαφῶς καὶ εὐσεβῶς καὶ ὠφελίμως ἀκαλύπτῳ καὶ τῇ εὐθείᾳ δηλοῦσθαι δυνάμενα, οἱ πλαγίοις ἀποκρύψαντες αἰνίγμασι καὶ μύθοις αὐτὰ προκαλύψαντες κακοῖς ὑπὸ σοῦ ἔμφρονες καὶ σοφοὶ εἶναι λέγονται, οἵτινες ὥσπερ ὑπὸ κακοῦ προαχθέντες δαίμονος σχεδὸν **167** τοὺς πάντας ἐνήδρευσαν ἀνθρώπους. Ἢ γὰρ οὐκ ἔστι ταῦτα αἰνίγματα, ἀλλ' ἀληθῆ τῶν θεῶν ἁμαρτήματα, καὶ ἐλέγχειν αὐτοὺς οὐκ ἔδει, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς μίμησιν προτιθέναι· ἢ αἰνιγματωδῶς ἐλέγχθη [43] τὰ ὑπὸ τῶν θεῶν ψευδῶς πεπραγμένα [44], καὶ ἥμαρτον, ὦ Ἄππιων, ὅτι οἱ ὑπὸ σοῦ ὀνομαζόμενοι σοφοὶ τὰ σεμνὰ ἀσέμνοις μύθοις καλύψαντες ἁμαρτεῖν τοὺς ἀνθρώπους προετρέψαντο, καὶ ταῦτα ὑβρίσαντες οὓς καὶ θεοὺς εἶναι ἐνόμισαν.

C XVII. Cæterum miror cur, cum hæc clare, pie ac utiliter, aperta rectaque via potuissent declarari, ii qui illa obliquis celaverunt ænigmatibus atque turpibus occultarunt fabulis, dicantur a te cordati ac sapientes exstitisse. Qui sane velut a malo producti dæmone omnes fere homines seduxerunt. Aut enim hæc non sunt ænigmata, sed peccata deorum vera, tum non oportuit illos ostendere, neque principio ea hominibus proponere imitanda : aut ænigmatice ostensa sunt, quæ a diis vere facta non fuerant, et deliquerunt, Appion, quos vocas sapientes, dum honesta inhonestis fabulis velantes ad peccandum homines incitarunt, idque cum contumelia eorum, quos et credebant deos.

XVIII. Διόπερ [45] μὴ σοφοὺς, ἀλλὰ κακοὺς δαίμονας τοὺς τοιούτους νόμιζε, οἵτινες κακὰς ὑποθέσεις ἔργων καλῶν προεβάλλοντο, ἵνα οἱ θέλοντες μιμηταὶ γενέσθαι τῶν κρειττόνων τὰς τῶν λεγομένων θεῶν ζηλῶσι

XVIII. Quocirca non sapientes, sed dæmones pravos istos existima, qui mala operum bonorum argumenta prætenderunt, ut ii qui cuperent præstantiorum fieri imitatores, vulgatorum deorum

## VARIÆ LECTIONES.

[35] ἐστὶν om. O. [36] Leg. ἐπιθυμίαν. Non enim Junonem socordem, sed ejus potiundi cupidam fecit τῶν Ἑσπερίδων μῆλον. D. [37] ἐφίσταται D, ἐπίσταται C, παράγειν ἐπίσταται O. [38] φιλονικοτέρους O. [39] Ὃς O c. S, ὁ C. [40] δειλοῖς C. [41] δὲ excidit ap. Cl et S. [42] Malim ἀρκέσειεν. S. [43] ἐλεγχθῆναι O. [44] Sensus postulare videtur ἀψευδῶς πεπραγμένα, *vere facta*. D. Nequaquam. Recte sibi opponuntur τὰ ἀληθῆ τῶν θεῶν. ἁμαρτήματα, et ὑπὸ τῶν θεῶν ψευδῶς, sive οὐκ ἀληθῶς πεπραγμένα. S. Idem Ἀππίον. [45] Δι' ὅπερ C. Tum reposui vbb. ἀλλὰ κακούς in Ed. Schwegleriana omissa.

## VARIORUM NOTÆ.

(10) Ὄφιν ἀνελὼν Ἡρακλῆς, ὁ γνήσιος καὶ φιλοσοφός ἐστι νοῦς etc. Cornutus : Ἡρακλῆς δέ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς ὅλοις λόγος, etc. In Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ, excerpta ex Joannis Antiocheni *Historia Chronica*, ipso initio : Ὅτε τὸν Ἡρακλέα τὸν τῆς Ἀλκμήνης, φιλόσοφον ἱστοροῦσιν, etc. Tria loca integra conferre operæ pretium fuerit : quorum ultimum feliciter emendavit ad oram libri sui ὁ μακαρίτης Joannes Tarinus, vir summo ingenio, summa eruditione, summa virtute. Ubi enim legitur, ἐνίκησε τὸν υἱὸν τῆς φαύλης ἐπιθυμίας, apposuit Ἰόν. Ἰος autem, hoc est venenum, optime quadrat ad fabulam illic relatam draconis ab Hercule occisi. Cor.

æmularentur gesta, quæ pridie disserens non occului, parricidia, inquam,liberorum cædes,impios cum matribus, filiabus, sororibus concubitus, indigna adulteria, masculorum initus, et impuras nefandasque libidines, cum innumeris aliis ejusdemmodi illicitis commistionibus. Inter quos homines maxime impii sunt, qui hæc facinora cupiunt videri vera, quo similia facientes non erubescant. At si pie agere voluissent, oportuit, sicut modo dixi, ut, etsi dii vere admisissent de iis decantata flagitia,propter reverentiam erga deos obtegerent res inhonestas fabulis quibusdam decentioribus, et non e contrario, quemadmodum aitis, bonis eorum operibus malas et turpes admoverent formas quæ etiam allegorice explicatæ multo cum labore vix possunt intelligi: et quando a nonnullis fuerunt intellecta,illis quidem pro magna molestia præbuerunt non errare, cum licuisset molestia et labore non premi ; eos vero qui aberrarunt, funditus perdiderunt. Laudo itaque illos, qui fabulas ad honestiores trahunt allegorias, ut qui ex Jovis capite prudentiam prosiliisse innuunt. Certe illud mihi videtur probabilius,inventa esse contumeliosa hæc ab improbis hominibus,qui honorem divinum abstulerunt.

A πράξεις, ἃς διαλεγόμενος τῇ πρὸ ταύτης ἡμέρᾳ οὐκ ἀπεκρυψάμην, λέγω δὲ πατροφονίας, τεκνοκτονίας [48], μίξεις ἀσεβεῖς μητέρων, θυγατέρων, ἀδελφῶν, μοιχείας τε [47] ἀπρεπεῖς καὶ ἀῤῥενομιξίας καὶ μιαρὰς ἀῤῥητουργίας, πρὸς ἄλλαις μυρίαις τοιαύταις ἀθεμίτοις μίξεσιν [48]· ὧν ἀσεβέστατοι [49] οἱ ταῦτα ἀληθῆ δοκεῖν εἶναι θέλοντες, ἵνα τὰ ὅμοια ποιοῦντες μὴ αἰδῶνται [50]. Οἵπερ εἴγε εὐσεβεῖν ἐβούλοντο, ἐχρῆν αὐτοὺς, ὅπερ ἀρτίως εἶπον, εἰ καὶ ὄντως οἱ θεοὶ τὰ περὶ αὐτῶν ᾀδόμενα διεπράξαντο κακὰ, τιμῇ τῇ [51]

B **168** πρὸς θεοὺς εὐπρεπεστέροις τισὶ μύθοις τὰ ἄσεμνα [52] ἐπισκέπειν, καὶ μὴ τοὐναντίον, ὡς φατε, καλῶν αὐτοῖς πράξεων γεγενημένων κακὰ καὶ ἄσεμνα περιβάλλειν σχήματα, ἅ τινα καὶ [53] ἀλληγορούμενα καὶ διὰ καμάτων μόγις νοηθῆναι δύναται· καὶ ὅταν νοηθῇ τισιν, ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τοῦ πολλοῦ μόχθου παρέσχον τὸ μὴ πλανηθῆναι, ἐξὸν δὲ [54] μὴ μοχθῆσαι, τοὺς δὲ πλανηθέντας ἄρδην ἀπώλεσαν. Πλὴν τοὺς εἰς τὸ σεμνότερον ἀλληγοροῦντας αὐτὰς [55] ἀποδέχομαι, ὥσπερ τοὺς ἐκ τῆς Διὸς κεφαλῆς αἰνιξαμένους ἀναπηδῆσαι τὴν φρόνησιν. Ἴσως δὲ ἐκεῖνό μοι πιθανώτερον, ὅτι ὑπὸ [56] μοχθηρῶν ἀνδρῶν, δόξαν θεῶν ἀπενεγκαμένων, ἐκεῖναι ἐτολμήθησαν [57] αἱ ὕβρεις.

XIX.Porro omnium deorum non invenimus poeticam allegoriam esse consequentem. Statim ergo in mundi dispositione poetæ aliquando dicunt naturam, aliquando mentem ducem exstitisse totius opificii. Etenim ex natura primam ortam esse elementorum motionem ac commistionem, at per mentis providentiam dispositam fuisse. Et quidem C illi, affirmantes orbem a natura conditum, cum id nequeant certo demonstrare propter artificiosum mundi opus, innectunt quoque mentis providentiam, ut et eos qui omnino sapiunt possint abripere. Nos autem ad illos dicimus : Si mundus a natura fortuito operante factus est, quomodo jam proportionem ac ordinem accepit, cum id a sola excellente prudentia fieri queat,atque comprehendi a sola scientia hæc pernoscere ac perficere valente? Quod si universa a prudentia acceperunt compagem et dispositionem,quod necessario aliter se habere non potuit, quo pacto adhuc possibile fuit, ut hæc casu fieri contingeret ?

XIX. Ἁπάντων δὲ τῶν θεῶν τὴν ποιητικὴν ἀλληγορίαν οὐκ ἀκόλουθον εὑρίσκομεν. Αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῆς διακοσμήσεως τῶν ὅλων ποτὲ μὲν φύσιν λέγουσιν ποιηταὶ, ποτὲ δὲ νοῦν [58] ἀρχηγὸν γενέσθαι τῆς ὅλης δημιουργίας. Ἐκ φύσεως μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὴν πρώτην κίνησιν καὶ σύμμιξιν γεγονέναι, ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ νοῦ προνοίας διακεκοσμῆσθαι [59]. Καὶ ἀποφηνάμενοι μὲν οἱ μὲν [60] φύσει δεδημιουργῆσθαι τὸ πᾶν, μὴ δυνάμενοι δὲ [61] ἀνεπιλήπτως τοῦτο ἀποδεικνύναι διὰ τὸ τῆς δημιουργίας ἐντεχνον, παρεμπλέκουσι **169** καὶ τοῦ νοῦ τὴν πρόνοιαν, ὡς συναρπάσαι καὶ τοὺς πάνυ σοφοὺς δυνάμενοι. Ἡμεῖς δέ φαμεν πρὸς αὐτούς· Εἰ μὲν ἐξ αὐτομάτου φύσεως ὁ κόσμος γέγονεν, πῶς ἔτι ἀναλογίαν καὶ τάξιν εἰληφεν, ἅπερ ὑπὸ μόνης ὑπερβαλλούσης φρονήσεως γενέσθαι δυνατόν ἐστι, καὶ καταλαφθῆναι ὑπὸ ἐπιστήμης τῆς μόνης ταῦτα ἀκριβοῦν δυναμένης ; Εἰ δὲ φρονήσει τὰ πάντα τὴν σύγκρασιν καὶ διακόσμησιν εἰληφεν, ὅπερ ἀνάγκη μὴ ἄλλως ἔχειν, πῶς ἔτι ἐκ τοῦ αὐτομάτου συμβῆναι ταῦτα γενέσθαι δυνατὸν ἦν.

XX.Qui ergo deorum gesta turpioribus allegoriis voluerunt explicare, velut, Metin a Jove fuisse absorptam, ii in angustias inciderunt, ignari quod, qui de diis ex obliquo physicas protulerunt interpretationes, deorum quoque ipsorum existentiam

D

XX. Οἱ τοίνυν τὰ θεῖα ἐπὶ τὸ αἰσχρὸν ἀλληγορῆσαι [62] θελήσαντες, οἷον τὴν Μῆτιν καταποθῆναι ὑπὸ Διὸς, εἰς ἀπορίαν ἐμπεπτώκασιν, οὐ συνιέντες, ὅτι οἱ πλαγίως φυσιολογήσαντες περὶ θεῶν καὶ τὸ εἶναι θεοὺς ἀνῃρήκασιν, τὰ εἴδη αὐτῶν διὰ τῆς ἀλληγο-

VARIÆ LECTIONES.

[46] τεκτον (sic) τεκνοκτονίας O, priore voce subnotata, [47] τε inserui c. O. Tum ἀῤῥενομίξεις C. [48] D. conj. πράξεσιν. [49] ἀσεβέστεροι C. [50] Ita O c. S, αἰδοῦνται C. [51] τῆς O. [52] μὴ σεμνά C. [53] ὀχήματα, ἅ τινα C, σχήματα jam D recte conjecit. [54] δέ om. O, sed præbet subsequens μή, quod non est in textu Ci. Idem μή in marg. [55] αὐτούς C, αὐτά S. [56] ὑπό S, deest ap. C et in O. [57] Ita O c. S, ἐτόλμησαν C Aliam præterea emendandi rationem proponit D, qui scribi vult μοχθηρῶν ἀνδρῶν — ἐκεῖναι τόλμαι ἦσαν αἱ ὕβρεις. [58] S. Notum est Anaxagoræ πάντα διεκόσμησε νοῦς ap. Simpl. *Phys.* fol. 33 b. Schaubach, *Anax. fragm. fr. VIII*, De Stoicis cfr. Diog. Laert. VII, 134, 137. [59] Ita O c. S, διακεκοσμεῖσθαι C. [60] ἀποφηνάμενος μὲν φύσει O. Tum δεδημιουργῆσθαι S, O, δεδημιουργεῖσθαι C. [61] δὲ S, O, μὲν C. [62] ἀλληγορῇ O.

ρίας εἰς τὰς τοῦ κόσμου οὐσίας διαλύσαντες. Πιθανώτερον οὖν λέγειν, ὅτι οἱ ὑπ' αὐτῶν ἀδόμενοι θεοὶ κακοί τινες γεγόνασι μάγοι, οἵτινες ἄνθρωποι ὄντες μοχθηροὶ, μαγείᾳ μεταμορφούμενοι γάμους διέλυον, βίους διέφθειρον, τοῖς δὲ πάλαι, οὐκ εἰδόσι τί ποτ' ἐστὶ [63] μαγεία, δι' ὧν ἔπραττον ἐδόκουν εἶναι θεοί· ὧν κατὰ πόλεις καὶ οἱ μόροι καὶ οἱ τάφοι φαίνονται.

XXI. Αὐτίκα γοῦν, ὡς καὶ ἄλλοτε εἶπον, ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι Κρόνου τινὸς σῆμα [64] ἀνθρώπου δείκνυται, τυράννου ἀγρίου καὶ τεκνοκτόνου. **170** Ὁ δ' ἐκείνου υἱὸς, Ζεὺς τὸ ὄνομα, χείρων γενόμενος, μαγείας δυνάμει κοσμοκράτωρ ἀναφανεὶς πολλοὺς διαλύει γάμους, καὶ τὸν πατέρα σὺν τοῖς θείοις [65] κολάζει, καὶ οὕτως τελευτήσαντος τὸν τάφον Κρῆτες ἐπιδεικνῦσιν [66]· ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ κεῖνται Ἥλιος μέν τις ἐν Ἄτροις [67], Σελήνη δέ τις ἐν Κάραις· Ἑρμῆς ἐν Αἰγύπτῳ τις ἄνθρωπος· Ἄρης ἐν Θρᾴκῃ, Ἀφροδίτη ἐν Κύπρῳ· Ἀσκληπιὸς ἐν Ἐπιδαύρῳ· καὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων φαίνονται τάφοι.

XXII. Οὕτω προφανῶς τοῖς ὀρθῶς νοοῦσιν ἄνθρωποι γεγενῆσθαι ὁμολόγηνται. Καὶ οἱ μὲν συγχρονοῦντες αὐτοῖς, ὑπαισθόμενοι αὐτοὺς θνητοὺς γεγονέναι, ἀμελέστερον αὐτοῖς ἀποθανοῦσι προσεῖχον, ὁ δὲ πολὺς χρόνος δόξαν θεῶν αὐτοῖς περιέθηκεν. Καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ οἱ κατ' Ἀσκληπιὸν καὶ Ἡρακλέα γενόμενοι ἐξηπατήθησαν, ἢ κατὰ Διόνυσον ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τῶν τότε, ὅπου καὶ Ἕκτορα ἐν Ἰλίῳ καὶ Ἀχιλλέα ἐν Λευκῇ τῇ νήσῳ οἱ ἐκεῖ προσκυνοῦσιν, Πάτροκλον Ὀπούντιοι, τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον Ῥόδιοι.

XXIII. Ἀλλὰ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἔτι καὶ νῦν ἄνθρωπος ὡς θεὸς πρὸ τοῦ θανάτου προσκυνεῖται (11). Καὶ τοῦτο μὲν ἧττόν ἐστιν ἀσέβημα, ὅτι ζῶντος ἀνθρώπου θείας τιμὰς νομίζουσιν Αἰγύπτιοι, ἀλλὰ τὸ πάντων γελοιότατον, ὅτι καὶ πτηνὰ καὶ ἑρπετὰ καὶ ζῶα πάντα προσκυνοῦσιν. Οὐδὲν **171** γὰρ κρίσει νοοῦσιν ἢ ποιοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. Τὸ δὲ [68] πάντων αἴσχιστον ἰδέ μοι, τὸν δι' αὐτῶν ὄντα πατέρα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων λέγουσι Ἀΐδᾳ [69] συνεσχηματισμένον, ὃν [70] πολλοὶ Δία ἀναγράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατιθέασιν. Πρὸς δὲ τὴν ἐκδικίαν ταύτης τῆς ὕβρεως ἤθελον, εἰ τὸν τοῦ καιροῦ βασιλέα αὐτῶν

A sustulerunt, eorum genera per allegoriam in mundi substantias dissolvendo. Verisimilius ergo est dicere quod ab iis decantati dii quidam fuerunt improbi magi, qui cum essent homines nequam, per magiam transformati matrimonia diremerunt, vitæ rationes vitiarunt, veteribus autem, qui nesciebant quid esset magia, propter illa quæ faciebant, dii esse visi sunt, quorum interitus et sepulcra per urbes cernuntur.

XXI. Jam ergo sicut alias retuli, in Caucasiis montibus ostenditur Saturni cujusdam hominis tumulus, feri tyranni ac liberorum interfectoris. Cujus filius, Jupiter nomine, patre pejor, per magiæ vim mundi dominus declaratus, multa dissolvit matrimonia, patremque cum patruis supplicio afficit; sicque mortui bustum Cretenses ostendunt. In Mesopotamia vero jacent Sol quidam Atris, et quædam Luna Carris, Mercurius in Ægypto aliquis homo, Mars in Thracia, Venus in Cypro, Æsculapius Epidauri, et aliorum multorum similium visuntur sepulcra.

B

XXII. Atque ita eos homines fuisse, aperte confitebuntur quotquot recte judicabunt. Et quidem, qui eadem cum ipsis vixerunt ætate, intelligentes eos homines exstitisse, intelligentius attenderunt: longum vero tempus opinionem quod dii essent illis adjecit. Neque mireris, si decepti fuerint, qui vixerunt temporibus Æsculapii et Herculis aut Bacchi aut alterius cujusvis tunc florentis, cum et Hectorem in Ilio, et Achillem in Leuce insula incolæ adorent, Patroclem Opuntii, Alexandrum Macedonem Rhodii.

C

XXIII. Sed et apud Ægyptios nunc quoque homo ante mortem ut deus colitur. Aque hæc quidem minor est impietas, quod homini vivo divinos honores decernunt Ægyptii, verum quod maxime est ridiculum, eorumdem cultus est erga aves, serpentes, cunctaque animalia. Nihil enim ex judicio cogitant vel faciunt hominum plerique. Rem vero omnium turpissimam mihi vide: eum, qui juxta illos deorum hominumque est pater, aiunt cum Leda fuisse nequiter conjunctum, quem Jovem multi depingentes in tabula publice consecrant. Ad cujus contumeliæ vindictam, vellem, regem suum

## VARIÆ LECTIONES.

[63] ποτέ ἐστιν C. Tum vbb. μεταμορφούμενοι γάμους διέλυον, βίους διέφθειρον repetuntur in O expuncta. [64] Hanc Ci conjecturam expr. S, σχῆμα uterque Hom. codex. [65] Ita D, θεοῖς C, O. Cfr. c. 2 : οὐ πατέρος ἀδελφοὺς ἐκόλασεν. [66] ἐπιδεικνύουσιν O. [67] μέν τις, ἐν Πάτραις C, μέντις ἐν ἄτραις O. Ci comma post τις recte delevit S. Deinceps Αἰγύπτω· τίς O. [68] Malim ὃ δέ S. Tum ἰδέ O c. S, εἰδέ C. [69] Ἀΐδᾳ om. O. Subinde : An συνεῖναι σχηματισμένον, C in notis. [70] Leg. ὅ. De re cfr. Mülleri *Archæol.* § 128, 1, 351, 4. Tum χῆνα γράψαντες cfr. hom. v. 13, scribi vult Valckenarius, *Diatr. in Eurip. reliq.*, p. 8, ed. Lips. Is vir doctissimus totum locum sic restituit : Τὸν δι' αὐτῶν ὄντα πατέρα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ὃν οἱ πολλοὶ Δία λέγουσιν, Ἀΐδᾳ συνεσχηματισμένον χῆνα γράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατιθέασιν. S.

## VARIORUM NOTÆ.

(11) Παρ' Αἰγυπτίοις ἔτι καὶ νῦν ἄνθρωπος ὡς θεὸς πρὸ τοῦ θανάτου προσκυνεῖται. Et hom. I', c. 6. Eleganter, ut omnia, Minucius Felix : *Ægyptii sane hominem sibi quem colant eligunt, illum unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi victimas cædunt : et ille, qui cæteris deus, sibi certe homo est, velit nolit; nec enim conscientiam suam decipit, si fallit alienam.* Idem traditur a Porphyrio Περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, lib. IV, num. 9, citantque Porphyrium Eusebius lib. III *Præparat. evang.*, cap. 4, 12, ac Theodoritus, sermone *contra Græcos.* Cot.

temporalem in turpi complexu pictum (de illo facientes quod de Jove facere audent) palam proponerent, quo vel ab ira temporarii imperatoris, idque hominis, discerent per suum supplicium, quemadmodum oporteat convenientem deferre honorem. Ista autem tibi refero, non quasi ipse jam cognoscam eum, qui vere est Deus, sed æquo animo profiteor, quod licet non noverim quid sit Deus, attamen quod sit Deus clare mihi videor scire.

γράψαντες ἐπὶ αἰσχρᾶς πλοκῆς, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Διὸς τετολμήκασι ποιῆσαι, οὕτω ποιήσαντες ἀνέθεσαν δημοσίᾳ, ἵνα κἂν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ προσκαίρου βασιλέως, καὶ ταῦτα ἀνθρώπου ὄντος, μάθωσι κολασθέντες, ὡς δεῖ τὴν δέουσαν ἀπονέμειν τιμήν. Ταῦτα δέ σοι λέγω, οὐχ ὡς αὐτὸς ἤδη ἐπιγνοὺς τὸν ὄντως Θεὸν [71], ἀλλ' εὐγνωμονῶν ὁμολογῶ, εἰ καὶ τί Θεὸς οὐκ οἶδα, ἀλλ' οὖν γε σαφῶς ὅτι Θεὸς [72] νομίζω εἰδέναι.

XXIV. Principio itaque quatuor prima elementa non possunt esse Deus, quæ ab alio facta sunt : non mistura, non temperies, non generatio, non omnis hæc quæ ambit visibilis moles, neque quod ad inferos confluxit sedimentum ; non supernatans aqua, non fervida substantia, non aer qui ab ea hucusque protenditur. Nam quatuor elementa, si a se invicem separata fuerunt, non potuerunt absque magno artifice mente ad aninalis generationem misceri sin vero semper mutuo fuerunt conjuncta, sic quoque ab artifice mente ad proprietatem membrorum et partium animalis adaptantur, quo possint singulorum ad singula servare proportionem, et habitudinem recte conformatam obtineant, utque interiora omnia convenientem accipiant cohærentiam. Similiter et uniuscujusque propria loca cum omni elegantia mens artifex disponit. Compendio dicam : et in omnibus aliis, quæ animal habere debet, nihil deest magno huic animali totius orbis.

XXIV. Αὐτίκα γοῦν τὰ πρῶτα τέσσαρα στοιχεῖα Θεὸς εἶναι οὐ δύναται [73], τὰ ὑπὸ ἄλλου γενόμενα· οὐχ ἡ μίξις, οὐχ ἡ κρᾶσις, οὐχ ἡ γένεσις, οὐ τὸ πᾶν περιέχον ὁρατὸν κύτος· οὐδ' ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ συῤῥέουσα ὑποστάθμη· οὐ τὸ ἐπιπολάζον ὕδωρ· οὐχ ἡ ζέουσα οὐσία· οὐχ ὁ ἐξ αὐτῆς μέχρι τῶν ἐνταῦθα διήκων ἀήρ. Τά τε γὰρ στοιχεῖα τέσσαρα, εἴτε ἀλλήλων διεστάλκει, ἄνευ τινὸς μεγάλου τεχνίτου μιγῆναι πρὸς ζώου γένεσιν οὐκ ἐδύνατο, **172** εἴτε ἀεὶ ἀλλήλοις συνῆπτε [74], καὶ οὕτως ὑπὸ τεχνίτου νοῦ πρὸς τὸ οἰκεῖον τῶν τοῦ ζώου μελῶν καὶ μερῶν συναρμόζεται, ἵνα τὴν ἑκάστου πρὸς ἕκαστον ἀναλογίαν ἀποσώζειν δύνηται, καὶ τὴν ἕξιν εὐπερίγραφον ἔχῃ, καὶ τὰ ἔνδοθεν πάντα τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν λαμβάνῃ· ὁμοίως τε [75] καὶ τοὺς οἰκείους τόπους ἑκάστου μετὰ πάσης εὐμορφίας ὁ τεχνίτης νοῦς ἀκριβοῖ. Συνελὼν ἐρῶ· καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα ποτὲ ζῶον δεῖ ἔχειν, οὐδὲν ἐνέλιπε [76] τῷ μεγάλῳ τούτῳ ζώῳ τῆς ὅλης περιφορᾶς.

XXV. Ita necessario intelligi debet quemdam esse ingenitum artificem, qui elementa vel distantia conjunxerit, vel præsentia mutuo ad animal producendum affabre miscuerit, unumque perfecerit ex cunctis opus. Fieri enim non potest, ut absque majori quadam mente sapientissimum opus absolvatur. Sed nec amor esse potest cunctorum opifex ; non cupiditas, non vis, non quid aliud ejusmodi ; quæ omnia, casui obnoxia, venire et abire solent. Neque etiam quod ab alio movetur Deus est, neque quod a tempore aut natura mutatur ac in nihilum resolvitur.

XXV. Οὕτως ἀνάγκη τινὰ εἶναι νοεῖν [77] ἀγέννητον τεχνίτην, ὃς τὰ στοιχεῖα ἢ διεστῶτα συνήγαγεν [78], ἢ συνόντα ἀλλήλοις πρὸς ζώου γένεσιν τεχνικῶς ἐκέρασε καὶ ἓν ἐκ πάντων ἔργον ἀπετέλεσεν. Ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τινὸς νοῦ μείζονος πάνυ σοφὸν ἔργον ἀποτελεῖσθαι. Οὐδὲ μὴν ἔρως [79] εἶναι δύναται πάντων τεχνίτης, οὐκ ἐπιθυμία, οὐκ ἰσχύς, οὐκ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἅ τινα παθητὰ συμβαίνειν καὶ ἀποβαίνειν πέφυκεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑφ' ἑτέρου φερόμενόν ἐστι Θεὸς, οὐδέ γε τὸ ὑπὸ χρόνου ἢ φύσεως ἀλλοιούμενον καὶ εἰς τὸ μηκέτι εἶναι ἀναλυόμενον.

XXVI. Quæ cum ad Appionem proloquerer, e Cæsarea advenit Petrus, et concursus multitudinis in Tyro facti sunt, festinantis ipsi occurrere gratiamque adventus profiteri. Et Appion quidem secessit cum Anubione et Athenodoro solis ; reliqui vero omnes Petro obviam ituri prodivimus. Primus autem ego ante portas eum excipiens ad hospitium duxi. Ubi cum fuimus, plebem quidem dimisimus, ei vero roganti, ut acta narrarem, nihil abscondidi ; sed Simonis indicavi calumnias et portentosas

XXVI. Ταῦτά μου διαλεγομένου πρὸς τὸν Ἀππίωνα, ἀπὸ Καισαρείας **173** ἐπέστη Πέτρος, καὶ συνδρομαὶ τῶν ὄχλων ἐγένοντο ἐν τῇ Τύρῳ, σπευδόντων ὑπαντᾶν αὐτῷ καὶ χάριν τῇ ἐπιδημίᾳ ὁμολογεῖν. Καὶ ὁ μὲν Ἀππίων ὑπεχώρει μετ' Ἀνουβίωνος [80] καὶ Ἀθηνοδώρου μόνων, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὡς ἀπαντησόμενοι [81] τῷ Πέτρῳ ὡρμήσαμεν. Ἡρῶτος δὲ ἐγὼ πρὸ τῶν πυλῶν ἀποδεξάμενος αὐτὸν ἐπὶ τὴν ξενίαν ἦγον. Ὡς δὲ ἐγενόμεθα, τοὺς μὲν ὄχλους ἀπελύσαμεν, αὐτῷ δὲ ἀξιώσαντί με τὰ πραχθέντα λέγειν οὐδὲν ἀπεκρυ-

## VARIÆ LECTIONES.

[71] θεός O. [72] Ita O c. S, Θεόν C. [73] δύνανται O. Tum ἀπ' ἄλλου S. [74] τά τε γὰρ στοιχεῖα τὰ δ' εἴτε ἀεὶ ἀλλήλοις συνῆπτον O, intermediis vocabulis omissis. [75] τε S, τό C, O. [76] ὅσα ποτε ζῶν δεῖ ἔχειν, οὐδὲν ἐνέλειπε C. [77] νοῦν O. [78] τὰ στοιχεῖα ἠδίστως ἢ συνήγαγεν O, συνήγαμεν ex Cotelerio minus accurate notat S, cum exstet ap. Cl. [79] Secundum Parmenidem et Empedoclem. Cf. Karsten, *Parmenid. reliq.* v. 131. *Emped. reliq.*, p. 346 sqq. Arist. *Metaph.* I, 4. 1. S. [80] Ἀννουβίωνος O. Tum μόνον C. [81] ἀπαντήσομεν O, ad oram correctum in ἀπαντησάμενοι.

πτόμην, ἀλλ' ἐμήνυον τάς τε τοῦ Σίμωνος διαβολὰς καὶ τὰς τερατώδεις φαντασίας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένας, καὶ ὅσας ἐπεμψεν νόσους [82] μετὰ τὴν ἐκ τῆς βουθυσίας ἐστίασιν, καὶ ὅτι ἐκ τῶν νοσούντων οἱ μὲν αὐτόθεν [83] κατέμειναν ἐν τῇ Τύρῳ, οἱ δὲ τῷ Σίμωνι ἅμα τῷ ἐμὲ ἐλθεῖν συνεξεληλύθεισαν [84] εἰς τὴν Σιδῶνα, ὡς ὑπ' αὐτῷ [85] θεραπευθησόμενοι, καὶ ὅτι ἐμάνθανον μηδένα αὐτῶν ἰάσεως τετυχηκέναι ὑπ' αὐτῷ [86]. καὶ τὴν πρὸς Ἀππίωνά μοι γεγενημένην διάλεξιν τῷ Πέτρῳ διηγησάμην. Ὁ δὲ στοργῆς καὶ προτροπῆς χάριν ἐπαινέσας με καὶ εὐλογήσας, ἀλῶν μεταλαβών, διὰ τοὺς καμάτους τῆς ὁδοιπορίας τῇ ἀναγκαιοτάτῃ ἡσυχίᾳ τοῦ ὕπνου ἑαυτὸν ἐπέτρεπεν.

A

præstigias ab ipso editas, quotque morbos immiserit post illud ex immolato bove convivium, et quod ex ægrotis alii quidem illic apud Tyrum permanserint, alii vero simul ac ego veni egressi sint cum Simone in Sidonem, tanquam ab eo sanandi, quoque audierim nullum eorum ab ipso sanatum fuisse; sed et meam adversus Appionem disputationem Petro retuli. At ille præ amore et exhortandi gratia in me laudem ac benedictionem contulit; et cibo sumpto se somni quieti, quæ ob itineris : fatigationem maxime erat necessaria, tradidit.

—

## Ὁμιλία Ζ' (12).

B

I. Τῇ [87] τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῆς ἐν Τύρῳ ἡμῶν ἐπιδημίας, ὑπὸ τὴν **174** ὄρθρον προεληλυθότι τῷ Πέτρῳ ἀπήντων πλησιόχωροί τε οὐκ ὀλίγοι καὶ αὐτῆς Τύρου πάμπολλοι, καὶ ἐπεφώνουν λέγοντες, Ὁ Θεὸς διὰ σοῦ ἡμᾶς ἐλεείτω, διὰ σοῦ θεραπευέτω. Ὁ δὲ Πέτρος ἔστη ἐπὶ λίθου τινὸς ὑψηλοῦ πρὸς τὸ δύνασθαι πᾶσιν ὁρᾶσθαι, καὶ προσαγορεύσας θεοσεβεῖ νόμῳ οὕτως ἤρξατο·

II. Θεῷ τῷ κτίσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ σύμπαν οὐ λείπει πρόφασις πρὸς σωτηρίαν τῶν σώζεσθαι θελόντων. Ὅθεν μηδὲ ἐπὶ [88] τοῖς δοκοῦσι φαύλοις ὑπὸ προπετείας τις αὐτὸν ὡς μὴ [89] φιλάνθρωπον αἰτιάσθω. Τῶν γὰρ συμβαινόντων ἀνθρώπῳ [90] τὰ τέλη ἀνθρώποις μὲν ἄγνωστα, ὡς ἐπὶ κακῷ ὑποπτευόμενα [91], Θεῷ δὲ ὡς ἀποβησόμενα εὐτυχῶς γνώριμα. Αὐτίκα γοῦν Σίμων ἀριστερὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις ὢν καὶ τῶν τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότων ἐπὶ κακοποιίᾳ τὴν ἐξουσίαν ἔχων νόσοις ὑμᾶς περιβαλεῖν ἠδυνήθη, αἵτινες διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθὴν πρόνοιαν γενέσθαι συγχωρηθεῖσαι ἠνάγκασαν ὑμᾶς, τὸν ἰᾶσθαι δυνάμενον περιβλεψαμένους καὶ εὑρόντας, προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας τὰ Θεῷ δοκοῦντα ἀναδεξαμένους, πεισθῆναι φρονεῖν, ἵνα οὕτως ἅμα τοῖς σώμασι σωθησομένοις καὶ τὰς ψυχὰς σώας ἔχητε.

C

III. Μανθάνω οὖν, ὡς βουθυτήσας ἐστίασιν [92] ὑμᾶς ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ, καὶ οὕτως ὑμεῖς οἴνῳ πολλῷ παρενεχθέντες ἅμα τοῖς πονηροῖς δαίμοσι τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐφιλοφρονεῖσθε, καὶ οὕτως ὑμῶν οἱ πλεῖστοι ὑπὸ τῶν παθῶν **175** κατελήφθησαν, ἀγνοίας αἰτίᾳ καθ' ἑαυτῶν ἰδίαις χερσὶν ἐπισπασάμενοι τὸ τοῦ ὀλέθρου ξίφος. Οὐ γὰρ ἂν τὴν καθ' ὑμῶν ἔσχον ἐξουσίαν οἱ δαίμονες, εἰ μὴ πρότερον τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ὁμοδίαιτοι ἐγεγόνειτε. Οὕτω γὰρ ἀπαρχῆς [93] ὑπὸ τοῦ πάντα κτίσαντος Θεοῦ δυσὶν ἑκάστοτε ἄρχουσι, δεξιῷ

D

HOMILIA VII.

I. Quarto vero die nostri apud Tyrum adventus sub diluculum egresso Petro processerunt obviam non pauci finitimi, ac ex ipsa Tyro quamplurimi, et acclamabant dicentes : Deus per te nostri misereatur, per te nos curet. Petrus vero stetit in excelso lapide, ut ab omnibus posset conspici, cumque religioso more salutasset ita exorsus est :

II. Deo creatori cœli et mundi non deest occasio ad salutem eorum qui servari volunt. Quocirca neque in iis, quæ videntur mala, aliquis per temeritatem illum velut hominum non amantem insimulet. Eorum enim, quæ mortali accidunt, fines quidem hominibus incogniti sunt, ac de malitia suspecti, Deo autem cogniti, ut cessuri feliciter. Itaque Simon, qui sinistra Dei virtus est, potestatemque habet ad maleficentiam in eos qui Deum nesciunt, vos potuit morbis implicare, qui morbi per bonam Dei providentiam evenire permissi coegerunt vos, ut quæsito eo qui sinare valeret et invento, occasione corporalis medelæ placita Deo susciperetis atque crederetis ut sic una cum servatis corporibus et animas habeatis salvas.

III. Audio utique, eum bove mactato convivium vobis in medio dedisse foro, sicque vos multo vino abrepti una cum pravis dæmonibus principem eorum complexi estis, atque ita vestrum plurimi morbis capti sunt, per ignorantiam in se propriis manibus attracto perniciei gladio. Neque enim adversum vos dæmones habuissent potestatem, nisi prius cum eorum principe fuissetis epulati. Principio siquidem illa per universorum conditorem Deum lex præfinita est duobus utrinque ducibus,

### VARIÆ LECTIONES

[82] ὅσους O. [83] αὐτόθι C. [84] Ita O c. S, συνεξεληλύθησαν C. [85] ὑπ' αὐτοῦ C. [86] ὑπ' αὐτοῦ τετυχηκέναι C. [87] τῇ præfixi c. O Idem postea τὸν ορθρον. [88] ἐπί om. O. [89] μή deest in O. [90] ἀνθρώπων C, ἀνθρώποις in marg. Vocem ἀνθρώπων delendam censet D, συμβαινόντων παθῶν proponit S : conjecturæ jam superfluæ. [91] ὑποπτενόμενα O. Tum idem ἀποβησόμενα c. D, ἀποσόμενα C. idem f. ἐπεσόμενα vel ἀποσωζόμενα in marg. [92] εἰστίασεν *Epit.* c. 54. [93] ἀπ' ἀρχῆς O.

### VARIORUM NOTÆ.

(12) Homiliæ septimæ alteram inscriptionis partem ap. C. obviam EN TYPΩ Δ' quæ scholion redolet, omisi c. O. Dress.

dextro et sinistro, ut non habeat alter illorum potestatem, nisi pius conviva cujuspiam fuerit, quem beneficio vel injuria cupit afficere. Sicut ergo perceptis sacrificiis, quæ dæmonibus fuerant oblata, venistis in servitutem illius qui malitiæ princeps est, ita si ab iis abstinueritis et ad Deum per bonum dextrumque principem confugeritis, honoribus sacrificii expertibus facientes quæ vult, probe scitote, quod cum corporis sanitate animas quoque possidebitis sanas. Ipse namque solus, per sinistram occidens, per dextram potest vitam largiri ; pariterque et percutere, et jacentem erigere (*a*).

IV. Propterea primum a præcursore Simone decepti ratione animæ mortui estis Deo et corpore fuistis afflicti, potestis autem similiter iterum per pœnitentiam, ut dixi, Deo placita amplexi et corpore convalescere, et animam recuperare. Porro Deo placita sunt : eum precari, petere ab illo tanquam ab eo qui cuncta æqua lege tribuit, dæmonum mensa sese abstinere, non gustare carnem demortuam, sanguinem non attingere, ab omni illuvie mundari. Reliqua autem uno verbo, quæcunque Judæi, erga Deum religiosi homines, audierunt, et vos cuncti audite, in multis corporibus unam mentem adepti : quæ unusquisque sibi desiderat bona, eadem et de proximo statuat (*b*). Sic autem unusquisque vestrum bonum cogitaverit, si ista apud se repetat : Non vis interfici ? alterum non interficias ; non vis uxorem tuam ab alio constuprari, alterius nuptam ne constupra ; non vis quidpiam rerum tuarum furto auferri ? nihil alterius furare. Atque ita ex vobis ipsis quod rationi consentaneum est intelligentes atque facientes, Deo chari effecti consequemini sanitatem : alioquin et in præsenti sæculo corporibus torquebimini, et in futuro puniemini animabus.

V. Hæc a Petro paucis diebus edocti et sanati baptizati sunt. Deinde inter cætera illius miracula reliqui omnes in medio foro passim in cinere et sacco sedebant, agentes pœnitentiam de prioribus delictis. Et qui Sidonem incolebant, ista audientes similia fecerunt, miseruntque ad Petrum supplicaturos, quod ipsi propter morbos non possent ad illum venire. Igitur Petrus cum per paucos dies Tyri commoratus esset cunctosque illius civitatis homines instruxisset, et liberavisset omnigenis morbis ac instituisset ecclesiam, atque ex presbyteris, qui eum sequebantur, ipsis episcopum constituisset, Sidonem appulit. At Simon, audiens quod adventaret Petrus, confestim ad Berytum aufugit cum Appione et sociis.

τε καὶ εὐωνύμῳ [94], ὡρίσθη νόμος, μὴ [95] ἔχειν ἑκάτερον αὐτῶν ἐξουσίαν, ἐὰν μὴ πρότερόν τινι ὁμοτράπεζος γένηται, ὃν εὐποιῆσαι ἢ κακῶσαι βούλεται. Ὥσπερ οὖν δαίμοσιν ἀποδεδομένων θυμάτων μεταλαβόντες τῷ τῆς κακίας ἡγεμόνι κατεδουλώθητε, οὕτως, ἂν τούτων παυσάμενοι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δεξιοῦ ἡγεμόνος προσφύγητε, ἀθύτοις τιμαῖς ποιοῦντες ἃ βούλεται, εὖ ἴστε ὅτι σὺν τῇ τοῦ σώματος ἰάσει καὶ τὰς ψυχὰς ὑγιαινούσας ἕξετε. Αὐτὸς γὰρ μόνος διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀναιρῶν διὰ τῆς δεξιᾶς ζωοποιῆσαι δύναται· ὁμοίως δὲ καὶ πατάξαι, καὶ ἀναστῆσαι κείμενον.

IV. Διὰ τοῦτο πρῶτον ὑπὸ τοῦ προδρόμου Σίμωνος προαπατηθέντες, Θεῷ τὰς ψυχὰς ἀπεθάνετε καὶ τὰ σώματα ἐπατάχθητε δύνασθε δὲ ὁμοίως τὸ δεύτερον, διὰ τῆς μετανοίας, ὡς ἔφην, τὰ Θεῷ ἀρέσκοντα ἀναδεξάμενοι καὶ τὰ σώματα ἀναῤῥῶσαι καὶ τὰς ψυχὰς ἀναλαβεῖν. Ἔστι δὲ τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ τὸ αὐτῷ προσεύχεσθαι· αὐτὸν αἰτεῖν [96] ὡς πάντα νόμῳ κριτικῷ διδόντα· τραπέζης δαιμόνων ἀπέχεσθαι· νεκρᾶς μὴ γεύεσθαι σαρκός· μὴ **176** ψαύειν αἵματος [97]· ἐκ παντὸς ἀπολούεσθαι [98] λύματος· τὰ δὲ λοιπὰ ἐν λόγῳ, ὡς οἱ Θεὸν σέβοντες ἤκουσαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὑμεῖς ἀκούσατε ἅπαντες, ἐν πολλοῖς σώμασι μίαν γνώμην ἀναλαβόντες· ἅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ βούλεται καλὰ, τὰ αὐτὰ βουλεύεσθω [99] καὶ τῷ πλησίον. Οὕτω δ' ἂν ὑμῶν ἕκαστος νοήσειε τὸ καλὸν, εἰ ἑαυτῷ διαλεχθείη τὰ τοιαῦτα· Οὐ θέλεις φονευθῆναι, ἕτερον μὴ φονεύσῃς· οὐ θέλεις τὴν σὴν ὑφ' ἑτέρου μοιχευθῆναι γυναῖκα, τὴν ἑτέρου μὴ μοίχευε γαμετήν· οὐ θέλεις τι τῶν σῶν κλαπῆναι, ἑτέρου μὴ κλέπτε μηδέν. Καὶ οὕτως ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν τὸ εὔλογον συννοοῦντες καὶ ποιοῦντες, Θεῷ προσφιλεῖς γενόμενοι, ἐπιτεύξεσθε τῆς ἰάσεως, ἐπεὶ καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι βασανισθήσεσθε τὰ σώματα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κολασθήσεσθε τὰς ψυχάς.

V. Ταῦτα [100] ὑπὸ τοῦ Πέτρου ἐν ὀλίγαις ἡμέραις κατηχηθέντες καὶ ἰαθέντες ἐβαπτίσθησαν. Ἔπειτα [1] τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ θαύμασιν οἱ λοιποὶ πάντες ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς πανδημεὶ ἐπὶ σποδοῦ καὶ σάκκου ἐκαθέζοντο, μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς πρότερον ἡμαρτημένοις. Καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι ταῦτα ἀκούσαντες τὰ ὅμοια ἐποίησαν, καὶ ἱκέτας πρὸς τὸν Πέτρον ἀπέστελλον, ὡς αὐτοὶ διὰ τὰς νόσους πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μὴ δυνάμενοι. Ὁ Πέτρος δὲ ἡμερῶν οὐ πολλῶν ἐνδιατρίψας τῇ [2] Τύρῳ, καὶ κατηχήσας τοὺς ἐν αὐτῇ **177** ἅπαντας, καὶ παντοδαπῶν αὐτοὺς ἀπαλλάξας παθῶν, ἐκκλησίαν τε συστησάμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων ἐπίσκοπον αὐτοῖς καταστήσας, ὥρμησεν εἰς Σιδῶνα. Ὁ δὲ Σίμων μαθὼν ἥκοντα τὸν Πέτρον εὐθὺς ἀπέδρα εἰς Βήρυτον μετ' [3] Ἀππίωνος καὶ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων.

(*a*) Deut. xxxii, 39 ; I Reg. ii, 6. (*b*) Matth. vii, 12.

## VARIÆ LECTIONES.

[94] Ita D, δεξιόν τε καὶ εὐωνόμων C, δεξιῶν τε καὶ εὐωνύμων O. [95] μὴ O et de conject. C, in cujus textu deest. [96] Ita ex conject. Ci, ἐστὶν uterque Hom. codex. [97] αἵματα O. [98] Hanc Ottoboniani lectionem commendat C ex conject., sed exh. ἀπολύεσθαι in textu. Deinde ὡς οἱ c. O, ὅστι (f. ὅσα) C, οσ' οἱ S. [99] D emendat βουλέσθω [100] Ταῦτα C. [1] Forte leg. καὶ ἐπί. Vulgatam saltem scripturam haud sanam esse facile apparet S. [2] τῷ S. [3] μετά O. Idem deinde ἑαυτοῦ.

VI. Τοῦ δὲ Πέτρου εἰσιόντος εἰς τὴν Σιδῶνα, πολλοὺς ἐν κλίναις φέροντες πρὸ αὐτοῦ ἐτίθεσαν. Ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· Μὴ τοίνυν νομίσητε ἐμέ τι δύνασθαι πρὸς ὑμετέραν ἴασιν, ἄνδρα θνητὸν καὶ αὐτὸν πολλοῖς πάθεσιν ὑποπεσεῖν δυνάμενον· ὑφηγεῖσθαι δὲ ὑμῖν τὸν τρόπον δι' οὗ σωθῆναι δυνήσεσθε οὐ φθονῶ, καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ τῆς ἀληθείας Προφήτου μαθὼν τοὺς προωρισμένους τοῦ Θεοῦ πρὸ καταβολῆς κόσμου ὁρισμοὺς, λέγω δὲ ἐπὶ ποίαις κακαῖς πράξεσι τοὺς ἀνθρώπους ἔταξεν ὑπὸ τοῦ τῆς κακίας ἡγεμόνος κακοῦσθαι, ὁμοίως δὲ [4] ἐπὶ ποίαις ἀγαθαῖς πράξεσιν ὥρισε πρότερον πιστεύσαντας αὐτῷ ἰωμένῳ τὰ σώματα σώζεσθαι, ἔπειτα καὶ τὰς ψυχὰς ἐπανορθοῦσθαι πρὸς τὸ ἀνώλεθρον.

VII. Ταύτας τοίνυν τάς τε ἀγαθὰς καὶ κακὰς πράξεις εἰδὼς προμηνύω ὑμῖν ὡς [5] ὁδοὺς δύο, ὑποδεικνύων διὰ ποίας μὲν βαδίζοντες ἀπόλλυνται, ποίαν [6] δὲ ὁδεύοντες ἀποσώζονται, Θεῷ ὁδηγούμενοι. Ἡ μὲν οὖν τῶν ἀπολλυμένων ὁδὸς πλατεῖα μὲν καὶ ὁμαλωτάτη, ἀπολλύουσα δὲ ἄνευ τοῦ πόνου, ἡ δὲ τῶν σωζομένων στενὴ μὲν καὶ τραχεῖα, σώζουσα δὲ πρὸς τῷ τέλει τοὺς διαπορευθέντας ἐπιπόνως. Τούτων δὲ τῶν δύο ὁδῶν προκαθέζεται **178** ἀπιστία καὶ πίστις· καὶ ὁδεύουσι διὰ μὲν ἀπιστίας οἱ τὰς ἡδονὰς προκρίναντες, δι' ἃς [ποιοῦντες ὃ οὐκ ἀρεστὸν τῷ Θεῷ καὶ ἀμελήσαντες εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ, ἐλάθοντο ἡμέρας κρίσεως [7],] οὐδὲ ζητεῖν τὸ συμφέρον οὐ διεφύλαξαν. Ἀγνοοῦσι μέντοι ὡς οὐκ ἀνθρωπίνοις ὅμοια τὰ Θεοῦ βουλήματα· πρῶτον μὲν γὰρ οἶδε τὰ πάντων διανοήματα, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἐγχειρῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐννοῆσαι ἕκαστος εὐθύνεται. Πολλῷ [8] δὲ ἧττον ἀσεβοῦσιν οἱ ἐγχειροῦντες καλὰ νοεῖν καὶ ἀποτυγχάνοντες, τῶν μηδὲ ὅλως ἐγχειρούντων τοῖς καλοῖς. Ὅτι αὐτῷ τῷ Θεῷ ἔδοξεν, τὸν ἐν γνώσει τῶν καλῶν παραπίπτοντα [9], κατὰ λόγον τῶν ἀνθρωπίνων παραπτωμάτων, μετρίως κολασθέντα [10] σωθῆναι. Οἱ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ τοῦ γνῶναι τὸ κρεῖττον ἐξημεληκότες, κἂν μυρία ἕτερα πράξωσι καλὰ, ἐν ᾗ δὲ αὐτὸς ὥρισε θρησκείᾳ μὴ γένωνται, ἀμελείας ἔγκλημα λαβόντες τῇ μεγίστῃ ἀποσβεσθήσονται κολάσει παντελῶς [11].

VIII. Ἡ δὲ ὑπ' αὐτοῦ ὁρισθεῖσα θρησκεία ἐστὶν αὕτη· Τὸ μόνον αὐτὸν σέβειν, καὶ τῷ τῆς ἀληθείας μόνῳ πιστεύειν προφήτῃ, καὶ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν βαπτισθῆναι, καὶ οὕτως διὰ τῆς ἀγνοτάτης βαφῆς ἀναγεννηθῆναι Θεῷ διὰ τοῦ σώζοντος ὕδατος· τραπέζης δαιμόνων μὴ μεταλαμβάνειν, λέγω δὲ εἰδωλοθύτων, νεκρῶν, πνικτῶν, θηριαλώτων, αἵματος· μὴ ἀκαθάρτως **179** βιοῦν, ἀπὸ κοίτης γυναικὸς λούεσθαι, αὐτὰς μέντοι καὶ ἄφεδρον φυλάσσειν, πάντας δὲ σωφρονεῖν, εὐποιεῖν, μὴ ἀδικεῖν· παρὰ τοῦ πάντα δυναμένου Θεοῦ ζωὴν αἰώνιον προσδοκᾶν· εὐχαῖς καὶ δεήσεσι συνεχέσιν αἰτουμένους αὐτὴν λαβεῖν. Τοιαῦτα

VI. Cæterum cum Petrus Sidonem ingressus esset, multos in lectis allatos coram ipso posuerunt. Ille autem dixit ad eos : Ne vero existimetis me aliquid posse ad curationem vestram, qui sim ipse quoque homo mortalis, et in multa possim incidere adversa : docere autem vos modum quo salvi esse possitis, non gravabor, qui ipse etiam a veritatis Propheta didici præfixos a Deo ante mundi constitutionem terminos, in qualibus, inquam, malis operibus disposuerit ut homines a malitiæ duce affligantur, sed similiter in qualibus bonis operibus decreverit ut, qui in eum velut medicum crediderint, prius corpore curentur, deinde et anima instaurentur ad salutem.

VII. Has ergo cognoscens bonas et malas actiones prænuntio vobis quasi duas ostendens vias, per quam quidem gradientes pereant, per quam vero incedentes salventur, ducti a Deo. Via igitur pereuntium lata est et planissima, perditque absque labore; at via servatorum angusta est et aspera, tandemque iter facientes servat cum labore multo (*a*). Cæterum his duabus viis præsident incredulitas et fides, proficiscuntur autem per incredulitatem quidem qui voluptates prætulerunt, propter quas [quod Deo displicet facientes neque curam animæ salutis gerentes diei judicii obliti sunt] neque quod utile est curaverunt quærere. Itaque ignorant, Dei consilia similia non esse humanis. Primo etenim novit Deus cogitationes omnium, et non ob solam operationem, sed et propter cogitationem unusquisque judicatur. Multo autem minus impii sunt, qui nituntur bona intelligere et aberrant, quam qui nullatenus aggrediuntur bona. Quia Deo placuit, ut qui in cogitatione boni lapsus fuerit, juxta rationem humanorum lapsuum, modice castigatus servetur. At qui omnino intelligere neglexerunt, etsi operentur innumera alia præclara, ideo quod in religione a Deo definita non exstiterint, indiligentiæ sumpto crimine per maximum penitus interibunt supplicium.

VIII. Porro ab eo definita religio hæc est : Eum solum colere, ac soli credere Prophetæ veritatis, in remissionem peccatorum baptizari, sicque per intinctionem purissimam renasci Deo in aqua salutari ; nihil sumere de mensa dæmonum, hoc est de idolothytis, mortuis, suffocatis, a bestia captis, sanguine ; non impure vivere, lavari post concubitum cum muliere, feminas vero custodire etiam legem purgationis, cunctos autem temperantes esse, benefacere, non afficere injuria ; a Deo omnipotente exspectare vitam æternam ; petendo illius adeptionem orationibus et precibus continuis. Hæc et in

(*a*) Matth. VII, 13.

## VARIÆ LECTIONES.

[4] τε C. [5] Vbb. ὑμῖν ὡς bis leguntur in O. [6] ποίᾳ C. [7] Lacunam in cod. Oltob. post δι' ἃς obviam verbis explere tentavi, quæ præcedunt uncis inclusa. [8] πολλῷ O. ut conj. C, in cuj. textu πολλῶν. [9] τῶν ἐν γν. τ. κ. παραπιπτόντων C. Aut post ἔδοξεν addendum ἐπί vel περί, aut scribendum τοὺς — παραπίπτοντας censuit D. [10] κολασθέντας C. [11] παντελῶς O, quod et S proposuit legendum, παντελεῖ C.

Sidone Petro suadente, cum paucis diebus multi ibi quoque pœnitentiam egissent, ac credidissent, atque sanati essent, ecclesiam instituit; et postquam aliquem ex presbyteris, qui eum consectabantur, constituisset illis episcopum, Sidone egressus est.

A καὶ ἐν τῇ Σιδῶνι τοῦ Πέτρου παραινοῦντος, ἡμέραις ὀλίγαις πολλῶν κἀκεῖ μετανοησάντων καὶ πιστευσάντων, καὶ θεραπευθέντων ἐκκλησίαν συνέστησεν, καὶ τῶν συνεπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων τινὰ καταστήσας αὐτοῖς ἐπίσκοπον, ἐξῆει τῆς Σιδῶνος.

IX. Statim autem ac Berytum pervenit, terræ motus factus est, atque plebs accedens ad Petrum: Fer opem, inquiebat; timuimus enim, dixerunt, ne omnes omnino periremus. Tunc Simon, commento excogitato, una cum Appione, Anubione, Athenodoro cæterisque sodalibus publice multitudini adversus Petrum acclamabat: Fugite, o viri, hunc hominem; magnus est: mihi credite et terræ motum is vobis fecit, ipse morbos excitavit, ut vos perterreat, quasi ipse sit Deus. Atque multa ejusmodi pars Simonis contra Petrum finxit, velut eum qui humanas vires supergrederetur. Cumque plebs se in silentio tenuisset, Petrus subridens terrorem incutiente libertate dixit: Viri quæ ab istis dicuntur, fateor me posse Deo volente efficere: ad hæc paratus sum, nisi mihi habueritis fidem in his quæ loquor, universam vestram funditus evertere civitatem.

IX. Ὡς δὲ εὐθὺς ἐπέβη τῆς Βηρυτοῦ, σεισμὸς ἐγένετο· καὶ οἱ ὄχλοι προστιόντες τῷ Πέτρῳ· Βοήθει, ἔλεγον· πεφοβήμεθα γὰρ, ἔφασαν, μὴ ἄρα ἄρδην πάντες ἀπολώμεθα. Τότε ὁ Σίμων, τολμήσας ἅμα τῷ Ἀππίωνι καὶ Ἀνουβίωνι καὶ Ἀθηνοδώρῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἑταίροις αὐτοῦ, δημοσίᾳ τοῖς ὄχλοις κατὰ τοῦ Πέτρου ἐβόα· Φεύγετε, ἄνδρες, τὸν ἄνδρα τοῦτον· μάγος ἐστί· πιστεύσατε, καὶ τὸν σεισμὸν αὐτὸς ἐποίησεν ὑμῖν [12], καὶ τὰς νόσους ἐκίνησεν αὐτὸς, ἵνα ὑμᾶς καταπλήξηται [13], ὡς αὐτὸς ὢν Θεός. Καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὡς ὑπὲρ δύναμιν ἀνθρωπίνην δυναμένου τοῦ Πέτρου κατεψεύδοντο οἱ περὶ τὸν Σίμωνα. Ἡσυχίαν δὲ αὐτῷ [14] παρασχόντων τῶν ὄχλων ὁ Πέτρος βραχὺ ὑπομειδιάσας καταπληκτικῇ τῇ παῤῥησίᾳ· Ἄνδρες, εἶπεν, ἅπερ οὗτοι λέγουσιν, Θεοῦ θέλοντος, ποιεῖν δυνατὸς εἶναι ὁμολογῶ, πρὸς δὲ τούτοις ἕτοιμός εἰμι, ἐὰν μὴ πεί[15]θησθέ μοι περὶ ὧλέγω, τὴν πᾶσαν ὑμῶν ἐκβαθρεῦσαι πόλιν.

B

X. Cumque turba timore esset commota atque promisisset se quod ab ipso imperaretur facturam: Nemo vestrum, inquit Petrus, neque commercium cum istis magis habeat, neque cum iis jungatur. Plebs autem simul ac breve mandatum audivit, fustibus sumptis eos persecuta est, donec penitus urbe pepulisset. Et ingressi quicunque ex iis ægrotabant et a dæmonibus vexabantur, se ad pedes Petri projecerunt. Ille vero hæc cernens eorumque stuporem volens solvere ad eos infit.

**801** X. Τῶν δὲ ὄχλων φοβηθέντων καὶ [16] ποιήσειν ἐπαγγειλαμένων, ὅπερ ἂν ὑπ' αὐτοῦ κελεύωνται. Μηδεὶς ὑμῶν, ἔφη ὁ Πέτρος, μήτε ὁμιλείτω τούτοις τοῖς γόησιν, μήτε ἀναμιγνύσθω. Οἱ δὲ ὄχλοι ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τοῦ κελεύσματος τοῦ συντόμου [17] ξύλα λαβόντες ἐδίωκον αὐτούς, ἕως αὐτοὺς παντελῶς τῆς πόλεως ἐξήλασαν. Καὶ εἰσελθόντες οἱ νοσοῦντες αὐτῶν καὶ δαιμονῶντες πρὸς ποσὶ τοῦ Πέτρου ἑαυτοὺς ἐῤῥίπτουν. Ὁ δὲ ταῦτα βλέπων, καὶ τὴν κατάπληξιν αὐτῶν ἀναλῦσαι θέλων, πρὸς αὐτοὺς ἔφη·

C

XI. Ego si terræ motus et quidquid volo possem facere, non dico quod Simonem cum sociis suis exterminassem (non enim ad hominum internecionem missus fui), sed eum mihi amicum reddidissem, ne veræ detrahens meæ prædicationi multis impedimento esset ad salutem. Quod si mihi credite, ipse est magus, ipse calumniator, ipse malitiæ minister in eos qui nesciunt veritatem. Atque ideo peccatoribus ægritudines potest efficere, cum eos peccatores adjutores habeat potestatis contra ipsos. Ego autem Dei omnium auctoris servus sum, dextrique ejus Prophetæ discipulus. Quocirca qui sum illius apostolus, vera prædico; bono enim ministrans etiam morbos depello; nam secundus missus sum, quandoquidem præcedit morbus, sequitur vero sanatio. Per illum ergo maleficum magum, Deo increduli, ægrotastis; per me autem, modo in eum credatis, sanabimini. Sic enim experimento

XI. Ἐγὼ σεισμοὺς καὶ πᾶν ὅ τι βούλομαι εἰ ἐδυνάμην ποιεῖν [18], Σίμωνα οὐ λέγω ὅτι μετὰ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων [19] ἐξωλόθρευον (οὐ γὰρ ἐπὶ φθορᾷ ἀνθρώπων ἀπέσταλμαι), ἀλλὰ φίλον ἐμαυτῷ αὐτὸν ἂν ἐποιησάμην, ἵνα μή μου τὸ ἀληθὲς διαβάλλων κήρυγμα πολλοῖς ἐμποδίζῃ πρὸς σωτηρίαν. Εἰ δὲ μοι πιστεύετε [20], αὐτός ἐστι μάγος, αὐτὸς διάβολος, αὐτὸς κακίας ὑπηρέτης κατὰ τῶν ἀγνοούντων τὸ ἀληθές. Καὶ διὰ τοῦτο ἁμαρτάνουσι [21] νόσους ἐνεργεῖν δύναται, συνεργοὺς ἔχων τοὺς ἁμαρτάνοντας τῆς κατ' αὐτῶν δυνάμεως. Ἐγὼ δὲ Θεοῦ [22] τοῦ πάντα πεποιηκότος εἰμὶ δοῦλος, τοῦ δεξιοῦ αὐτοῦ Προφήτου μαθητής. Διὸ ἐκείνου ἀπόστολος ὢν ἀληθεύω· ἀγαθῷ γὰρ ὑπηρετῶν καὶ νόσους ἀπελαύνω· ἐπέμφθην γὰρ δεύτερος. ἐπεὶ προήγεγεῖται μὲν νόσος, ἔπεται [23] δὲ ἴασις. Δι' ἐκείνου μὲν οὖν τοῦ **181** κακοποιοῦ μάγου τῷ Θεῷ ἀποστήσαντες ἐνοσήσατε [24], δι' ἐμοῦ δὲ, ἐάν τε αὐτῷ πιστεύσητε, ἰαθήσεσθε· οὕτω

D

## VARIÆ LECTIONES.

[12] ἡμῖν O. [13] Ita O c. D. καταπλήξῃ τε C. Tum ἄλλα p. πολλά idem, qui deinceps conj. ὡς ὑπέρ, in textu ὥσπερ, in O ὡς πέρ. [14] αὐτῷ O c. D, αὐτῶν C. [15] Ita O c. S, πείσθησθέ C. [16] Ci ἑτέρως ante ποιήσειν omisi c. O. Si retinere velis, legendum auct. S., aut μὴ ἑτέρως, aut, quod præstat, ἑτοίμως. *Epit.* c. 58, habet προθύμως. Ci versio ferri non potest. [17] συντόμως cod. Reg. 804. [18] ποιεῖν εἰ ἐδυνάμην C. [19] Hanc Ci conjecturam confirmat O, ἑτέρων cod. Hom. Parisin. [20] Ita O c D, πιστεύεται C. [21] ἁμαστάνουσι D, O, ἁμαρτανούσας C. [22] ἐγὼ δὲ τοῦ Θεοῦ C. [23] Ita D, ἔπειτα C, O. [24] In O prius scriptum erat ἐνοήσατε. Deinde idem om. τε.

γὰρ τοῦ δυνατοῦ τὴν πεῖραν [25] λαβόντες, ἐπὶ τὸ εὐ- A
ποιεῖν τραπόμενοι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀνασωθῆναι δυνη-
θείητε.

XII. Ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος, οἱ πάντες γονυπετεῖς
πρὸ τῶν αὐτοῦ ἔκειντο ποδῶν. Ὁ δὲ εἰς οὐρανὸν
ἄρας τὰς χεῖρας, καὶ τῷ Θεῷ προσευξάμενος ἰάσατο
τοὺς πάντας ἐκ μόνης εὐχῆς. Οὐκ ὀλίγων δὲ ἡμε-
ρῶν παραμείνας τοῖς Βηρυτίοις, καὶ πολλοὺς τῇ μο-
ναρχικῇ θρησκείᾳ συνεθίσας [26] καὶ βαπτίσας, ἀπὸ
τῶν ἑπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων ἕνα ἐπίσκοπον
αὐτοῖς καταστήσας, εἰς τὴν Βίβλον [27] ἐξῆει. Καὶ
γενόμενος ἐκεῖ καὶ μαθὼν ὅτι Σίμων οὐδὲ μιᾶς [28]
ἡμέρας αὐτοῖς προσέμεινεν, ἀλλ' εὐθέως οἷς Τρί-
πολιν ὥρμησεν, ὀλίγων ἡμερῶν αὐτοῖς ἐπιμείνας,
καὶ θεραπεύσας οὐκ ὀλίγους; καὶ ταῖς Βίβλοις αὐτοὺς
ἐνασκήσας, κατ' ἴχνος τοῦ Σίμωνος εἰς τὴν Τρίπολιν
ἐπορεύετο, μεταδιώκειν αὐτὸν μᾶλλον, οὐχ ὑποφεύ- B
γειν προῃρημένος.

facto illius qui potens est, ad bene faciendum conversi, etiam secundum animas salvi esse poteritis.

XII. Quæ cum dixisset, cuncti ad genua accidentes jacebant ante pedes illius. At ille, sublatis in cœlum manibus, Deumque comprecatus, cunctos precatione sola curavit. Non paucos autem dies apud Berytios commoratus, cum multos religioni erga unum Deum consuefecisset, nec non baptizasset, uno ex presbyteris qui eum sequebantur ipsis in episcopum constituto, in Byblum abiit. Quo cum pervenisset, comperto quod Simon ne uno quidem die illos exspectasset, sed statim in Tripolim evasisset, paucos dies apud eos moratus, curatisque multis, ac in Scriptura exercitis, ad Tripolim per vestigia Simonis processit, certus eum insequi, non subterfugere.

## Ὁμιλία Η'.

I. Εἰς δὲ τὴν Τρίπολιν εἰσιόντι τῷ Πέτρῳ, οἱ φι-
λομαθέστεροι ἔκ τε τῆς Τύρου καὶ Σιδῶνος, Βηρυτοῦ
τε καὶ Βίβλου, καὶ ἐκ τῶν πλησιοχώρων **182** πολλοὶ
συνεισῆεσαν. Οὐκ ἤκιστα δὲ τῶν ἀπ' αὐτῆς τῆς πό-
λεως ὄχλων συνδρομαὶ ἐγίνοντο, ἱστορεῖν βουλομένων
αὐτόν. Συνετύγχανον οὖν ἡμῖν ἐν τοῖς προαστείοις
οἱ ὑπ' αὐτοῦ ἐκπεμφθέντες ἀδελφοί, τά τε ἄλλα τὰ
κατὰ τὴν πόλιν καὶ τὰ πραττόμενα τῷ Σίμωνι ἐξα-
κριβῶσαι, ὅπως ἐλθόντες ὑφηγήσωνται. Ἀποδεξά-
μενοι αὐτὸν ἐπὶ τὴν Μαρόνου [29] ἦγον οἰκίαν.

II. Ὁ δὲ ἐπ' αὐτῷ τῷ τῆς ξενίας πυλῶνι ἤδη γε-
γονὼς, ἐπιστραφεὶς τοῖς ὄχλοις ὑπέσχετο, μετὰ τὴν
ἐπιοῦσαν περὶ θεοσεβείας αὐτοῖς διαλεχθῆναι. Εἰσελ-
θόντος δὲ αὐτοῦ, οἱ πρόοδοι τοῖς συνεληλυθόσι ξενίας
ὑπεδέχοντο. Οὐκ ἀπελείποντο δὲ οὐδὲ οἱ ἀποδεχό-
μενοι καὶ ξενίζοντες τῆς τῶν ἀξιούντων προθυμίας.
Τούτων δὲ [30] οὐδὲν εἰδὼς ὁ Πέτρος, ἀξιωθεὶς ὑφ'
ἡμῶν τροφῆς μεταλαβεῖν, ἔφη, μὴ μεταλήψεσθαι
πρότερον αὐτὸς, πρινὴ [31] τοὺς συνεληλυθότας αὐτῷ
διαναπαύσασθαι. Ἀποκρινομένων δὲ ἡμῶν, ὅτι
ἔρθη τοῦθ' οὕτως γεγενῆσθαι, προφάσει τῆς πρὸς σὲ
στοργῆς σπουδῇ πάντας [32] αὐτοὺς ὑποδεξαμένων, ὡς
τοὺς μὴ ἐσχηκότας οὓς ξενίσωσιν [33] ὑπερβαλλόντως
λελυπῆσθαι· ὁ Πέτρος, ἀκούσας καὶ ἡσθεὶς τῆς
ὀξείας φιλανθρωπίας [34], εὐλογήσας αὐτοὺς ἐξῆλθεν,
καὶ θαλάσσῃ λουσάμενος εἰσῆλθεν [35], καὶ σιτίων σὺν
τοῖς προόδοις μεταλαβὼν, ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης
ὕπνωσεν. D

III. Ὑπὸ δὲ τὰς δευτέρας τῶν ἀλεκτρυόνων φωνὰς
διϋπνισθεὶς εὗρεν ἡμᾶς ἐγρηγορότας [36], ἦμεν δὲ σὺν
αὐτῷ οἱ πάντες ἑκκαίδεκα, αὐτὸς ὁ Πέτρος, **183**
κἀγὼ ὁ Κλήμης, Νικήτης τε καὶ Ἀκύλας, καὶ οἱ
προοδεύσαντες δώδεκα. Προσαγορεύσας οὖν ἡμᾶς
ἔφη· Σήμερον τοῖς ἔξω μὴ σχολάζοντες ἀλλήλοις
ἐσμὲν εὔσχολοι. Διὸ ἐγὼ μὲν ὑμῖν τὰ μετὰ τὴν

## HOMILIA VIII.

I. Cum autem Petrus Tripolim ingrederetur, qui discendi erant cupidiores ex Tyro, Sidone, Beryto ac Byblo, et multi ex finitimis simul intrarunt. Maximi etiam ex ipsa civitate hominum concursus fiebant, desiderantium videre illum. Igitur obviam facti sunt nobis in suburbiis, qui ab ipso ideo missi fuerant, ut profecti explorarent narrarentque tum urbis alias res, tum Simonis gesta. Et excipientes illum in domum Maroonis duxerunt.

II. Is vero jam fores hospitii tenens, conversus, multitudini promisit, se post diem crastinum de cultu Dei illis verba facturum. Ingresso autem eo, qui præmissi fuerant, hospitia iis qui simul venerant ordinabant. Nec vero qui hospitio suscipiebant, alacritate erant inferiores iis qui hospitia postulabant. Quorum cum nihil sciret Petrus, rogatus a nobis, cibum sumere, nequaquam se sumpturum dixit, nisi prius qui eum fuerant comitati interquiescerent. Respondentibus autem nobis. Id jam ita factum est, eis, propter amorem erga te, omnes ipsos studiose suscipientibus, adeo ut, qui non habuerunt, quos hospitio reciperent, supra modum fuerint contristati, Petrus audita re, delectatus prompta humanitate, benedictis iis egressus est : cumque lavisset in mari, ingressus est, et postquam cibum cum præcursoribus sumpsisset, nocte adveniente somno se dedit.

III. Subsecundum vero gallorum cantum expergefactus nos invenit vigilantes; eramus autem omnes cum eo sedecim, ipse Petrus et ego Clemens, Nicetas et Aquila, atque duodecim qui prægressi fuerant. Salutatis ergo nobis dixit : Hodie quia aliis occupati non sumus, nobis vacemus. Quocirca ego quidem vobis quæ apud Tyrum post digressum vestrum gesta

### VARIÆ LECTIONES.

[25] πεῖραν C. [26] Alius præferet συνετίσας, nec immerito C; συνεσθίσας O. [27] Βίβλον *Epit.* c. 58. [28] οὐδεμιᾶς O. [29] Μαροώνου *Epit.* c. 59. [30] δὲ om. O. [31] πρὶν ἥ C. [32] Fort. leg. πάντων. S. [33] ξενίσουσιν O. [34] Malim τῇ ὀξείᾳ φιλανθρωπίᾳ. S. [35] εἰσελθών C. [36] ἀγρηγορότας O. Tum ἓξ καὶ δέκα C.

sunt,enarrabo: vos autem autem mihi quæ hic a Simone perpetrata sunt, diligentius exponite. Cum igitur nos mutuo specialibus narrationibus donassemus, ingressus est quidam e familiaribus, hunc nuntium Petro afferens : Simon, ubi didicit te advenisse, versus Syriam profectus est,turbæ autem, quæ unam hanc noctem velut annuum tempus opinantur, nec possunt præstitutum a te diem exspectare, pro foribus stant, et per cœtus ac circulos de Simonis calumniis inter se invicem colloquuntur,qui cum eas in spem adduxisset,atque pollicitus esset quod te multis de criminibus præsentem esset convicturus, cognito adventu tuo se noctu in fugam conjecerit: sed et te audire desiderant; nescio enim unde rumor incidit, quasi hodie sis ad illos locuturus.Ne igitur multum fatigati præter rationem dimittantur, quid tibi faciendum sit, ipse cognoscis.

III. Respondit Simon : Semel dixi : omnis legislator, ad justitiam respiciens, justus est. Et Petrus : Si boni est, non ferre legem, justi vero, ferre, ita etiam Creator bonus est ac justus. Bonus quidem, quoniam a temporibus Adami usque ad Mosem scriptam legem tulisse non cernitur, justus vero, quoniam a Mose usque ad hanc ætatem tulit, sicut scripta est. Tum Simon : Ex tui præceptoris vocibus ostende, ejusdem esse, bonum esse ac justum. Mihi quippe videtur impossibile, ut legislator, qui bonus sit, idem justus existat. Et Petrus : Quod bonum ipsum quoque justum sit, audi : Doctor noster quærenti Pharisæo : *Quid faciens vitam æternam possidebo (a)?* primum respondit : ***Ne me dicas bonum. Nam bonus unus est, Pater qui est in cœlis;*** et statim intulit hæc verba : *Si autem volueris in vitam ingredi, serva mandata (b).* Illo autem aiente : *Quæ?* ad legis mondata remisit. Non certe alium quemdam bonum significans ad justi remisisset eum præcepta. Aliud vero esse justum, et aliud bonum, etiam ipse confiteor. Sed ignoras ad eumdem pertinere, bonum esse ac justum. Bonus enim est, dum pœnitentibus nunc æquanimus est eorumque susceptor, justus autem est, quandoquidem judicans pro merito singulis retribuet.

IV. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Πῶς οὖν ἐγνωσμένου τοῦ Δημιουργοῦ, τοῦ καὶ τὸν Ἀδὰμ πλάσαντος, καὶ τοῖς κατὰ νόμον δικαίοις ἐγνωσμένου, προσέτι δὲ [52] δικαίοις καὶ ἀδίκοις καὶ ὅλῳ τῷ κόσμῳ, ὁ Διδάσκαλός σου μετὰ πάντας ἐκείνους ἐληλυθὼς λέγει· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, ὡς οὐδὲ τὸν Υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι; Ταῦτα δὲ οὐκ ἂν ἔλεγεν, εἰ μὴ Πατέρα τινὰ ἐν ἀπορρήτοις ὄντα ἀνήγγειλεν [53-54], ὃν καὶ ὕψιστον ὁ νόμος λέγει, ἀφ' οὗ οὔτε ἀγαθὴ οὔτε

IV. Et Simon : Quo modo ergo, inquit, cum cognoscatur Creator, qui et Adamum formavit, et a justis sub lege viventibus agnitus est, sicut etiam a justis et a toto mundo, Magister tuus, qui post eos omnes venit, ait : *Nemo novit Patrem, nisi* ***Filius, sicut nec Filium quis novit, nisi Pater, et quibus voluerit Filius revelare*** *(c).* Ista autem non dixisset, si non annuntiasset quemdam Patrem in arcanis existentem, quem et altissimum lex appellat, a quo neque bona neque mala audita est vox *(d)*

(*a*) Luc. XVIII, 18.
(*b*) Matth. XIX, 17.
(*c*) Matth. XI, 27.
(*d*) Thren. III, 38.

## VARIÆ LECTIONES.

[39] τό O. [40] ἔχῃ, ὁμολόγησον C. Vbb. εἰ δὲ οὐ δοκεῖ σοι ὀρθῶς ἔχειν, διέλεγξον descripsi ex O. [41] Μωϋσέος O. Sic deinde. [42] δείξω O. [43] Ita Cl, ἀγαθῷ εἶναι καὶ δικαίῳ C, O. [44] καὶ δίκαιον καὶ p. καὶ δίκαιον O. [45] Adde δ' post εὐθύς S. [46] εἰς add. c. O. Tum τήρει p. τήρησον idem. [47] ἐπὶ τὰς O et ex conject. C, in cujus textu ἐπιστάς. Tum id. ἐπεμψεν p. παρέπεμψεν. [48] τοῦ adjeci c. O. [49] Ita Cl, ἀγαθῷ εἶναι καὶ δικαίῳ C, O. [50] μέν inserui c. O. Tum ἀποδεχόμενος C. [51] ὅτ' ἄν C. Tum ἀπονέμει O. [52] δέ textui reddidi cum excidisset ap. Cl et S. [53-54] ἀνήγγελλεν C.

(quemadmodum in Lamentationibus Jeremias testatur), qui secundum numerum filiorum Israel, quando ingressi sunt in Ægyptum septuaginta, et secundum terminos gentium eas circumscripsit septuaginta linguis, et Filio suo, qui et Dominus vocatur et cœlum ac terram constituit, Hebræos partem dedit, eumque Deum deorum esse definivit: deorum autem dico, qui alias gentium acceperunt portiones. Leges igitur prodierunt ab omnibus dictis diis ad suas portiones, quæ sunt reliquæ gentes. Pari autem modo et a Filio cunctorum Domino apud Hebræos posita lex processit. Hoc vero ita habere definitum est, ut si quis ad alicujus legem confugerit, ad illius partem pertineat, cujus recepit legem servare. Nemo cognovit altissimum in arcanis positum Patrem, sicut nec Filium cjus quod Filius sit. Statim ergo tu, quæ propria sunt ignoti Altissimi, tribuens Filio, ignoras quod Filius sit, qui est Pater Jesu Christi apud vos dicti.

V. His a Simone prolatis Petrus ait ad eum : Potesne, quod ita credas, ipsum contestari, non quem nunc in arcanis prædicas, sed quem credis, nec confiteris ? Alia enim pro aliis decernens nugas agis. Quocirca si contestaris, a te credi quæ loqueris, tibi respondebo. Sin vero perseveras disceptare mecum de iis quæ non credis, per inane me cogis percutere. Et Simon dixit : A quodam ex discipulis tuis audivi [hæc ita esse constituta]. Excepit Petrus : Ne falsum testeris. Respondit Simon : Ne mihi convicium facias, protervissime. Tum Petrus : Usque quo protuleris eum qui dixit, mendax es. At Simon : Existima me hæc finxisse vel ab alio audiisse, ad ea responde mihi. Nam si everti non potuerint, compererim esse veritatem. Et Petrus : Si est humanum figmentum, non respondeo ad illud : sin autem hujusce rei opinione tanquam veræ detineris, id ipsum mihi confitere, et habeo ego quoque aliquid quod de eo dicam. Simon : Prorsus arbitror hoc ita habere. Tu si quid ad illa habes dicere, responde.

κακὴ **356** ἠκούσθη φωνὴ (ὡς ἐν τοῖς Θρήνοις καὶ Ἱερεμίας μαρτυρεῖ, ὅστις κατ' ἀριθμὸν (56) τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, οἳ εἰσῆλθον εἰς Αἴγυπτον, οἵ εἰσιν ἑβδομήκοντα, καὶ πρὸς τὰ ὅρια τῶν ἐθνῶν περιγράψας γλώσσαις (57) ἑβδομήκοντα, τῷ αὐτοῦ Υἱῷ τῷ καὶ Κυρίῳ λεγομένῳ, καὶ [55] οὐρανὸν καὶ γῆν διακοσμήσαντι, τοὺς Ἑβραίους ἔδωκε μερίδα, καὶ αὐτὸν Θεὸν θεῶν εἶναι διώρισεν, θεῶν δὲ [56] λέγω, οἵ τινες τὰς ἄλλας τῶν ἐθνῶν εἰλήφασι μερίδας. Νόμοι οὖν προῆλθον ἀπό τε πάντων τῶν λεχθέντων θεῶν ταῖς αὐτῶν μερίσιν, ἅ τινά ἐστι τὰ λοιπὰ ἄλλα ἔθνη. Ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ τοῦ πάντων Κυρίου ὁ παρὰ Ἑβραίοις κείμενος προῆλθε νόμος. Τοῦτο δὲ οὕτως ἔχειν ὡρίσθη, ἵνα, εἴ τις νόμῳ τινὸς προσφύγῃ, ἀπὸ τῆς ἐκείνου [57] γένηται μερίδος, οὗ δὴ καὶ τὸν νόμον πράττειν ἀνεδέξατο. Οὐδεὶς ἔγνω τὸν ἐν ἀπορρήτοις ὕψιστον Πατέρα ὄντα, ὡς οὐδὲ τὸν τούτου Υἱόν, ὅτι Υἱός ἐστιν. Αὐτίκα γοῦν σὺ τὰ τοῦ ἀπορρήτου [58] Ὑψίστου ἴδια διδοὺς τῷ Υἱῷ οὐκ οἶδας ὅτι Υἱός ἐστιν (58), Πατὴρ ὑπάρχων τοῦ Ἰησοῦ τοῦ καθ' ὑμᾶς λεγομένου Χριστοῦ.

V. Ταῦτα τοῦ Σίμωνος εἰπόντος ὁ Πέτρος ἔφη πρὸς αὐτόν· Δύνασαι αὐτὸν ἐκεῖνον διαμαρτύρασθαι, ὅτι οὕτως πιστεύεις, οὐχ ὃν νῦν ἐν ἀπορρήτοις **357** λέγεις, ἀλλ' ὃν σὺ πιστεύων οὐχ ὁμολογεῖς : Ἄλλα γὰρ ἀντ' ἄλλων ὁρίζων φλυαρεῖς. Διὸ ἐὰν διαμαρτύρῃ ὅτι, ἃ λαλεῖς, ταῦτα πιστεύεις, ἀποκρινοῦμαί σοι. Εἰ δὲ ἔστηκας συζητῶν ἐμοὶ ἃ μὴ πιστεύεις, κατὰ κενοῦ με παίειν ἀναγκάζεις. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Παρά τινος τῶν σῶν μαθητῶν ἀκήκοα [ταῦτα οὕτως ὁρισθῆναι] [59]. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· Μὴ ψευδομαρτύρει. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Μή με λοιδόμει, προπετέστατε. Καὶ ὁ Πέτρος· Μέχρις ἂν εἴπῃ τὸν εἰπόντα, ψεύστης εἶ. Καὶ ὁ Σίμων· Νόμιζε ἐμὲ ταῦτα πλάσαι ἢ καὶ παρὰ ἄλλου με [60] ἀκηκοέναι· πρὸς ταῦτά μοι ἀπόκριναι. Ἐάν γὰρ ἀνατραπῇναι μὴ δυνηθῇς, ἔμαθον τοῦτο εἶναι τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ὁ Πέτρος· Εἰ ἀνθρώπινόν ἐστι πλάσμα, οὐκ ἀποκρίνομαι εἰς αὐτό· εἰ δὲ ὑπονοίᾳ αὐτοῦ κεκράτησαι ὡς ἀληθοῦς, τοῦτο αὐτό μοι ὁμολόγησον, καὶ ἔχω τι καὶ αὐτὸς περὶ τούτου λέγειν. Καὶ ὁ Σίμων· Ἅπαξ μοι δοκεῖ [61] τοῦτο οὕτως ἔχειν. Σὺ πρὸς ταῦτα εἰ ἔχεις τι λέγειν, ἀπόκριναι.

## VARIÆ LECTIONES.

[55] Reposui καί a Cl et S prætermissum. [56] δή S. [57] Ita O et ex conject. C, in cuj. textu ἐκείνων· lacunæ inscripsi, quæ in ms. Ottob. h. l. occurrit· [58] ἀπορρήτου om. O. [59] Vbb. [ταῦτα οὕτως ὁρισθῆναι] [60] με adjunxi c. O. Deinde ἀνατραπῆσαι Cl et S. [61] Post δοκεῖ in O est εἶναι subnotatum. Cum eodem textui reddidi οὕτως, quod ap. S exciderat. Deinde εἰ ἔχεις O, ἔχῃς C, εἰ ἔχῃς conj. S.

## VARIORUM NOTÆ.

(56) Ὅστις κατὰ ἀριθμὸν, κ. τ. λ. Pari modo Clemens Alexandrinus, *Strom.*, I, p. 338, linguarum numerum refert ad numerum Israelitarum qui una cum Jacobo patre suo ingressi sunt in Ægyptum : cum is numerus ab aliis vulgo soleat adaptari ad eorum numerum, qui turrim Babylonicam exstruxerunt. At Procopius Gazæus, in *Deuteron.*, XXXII, 8, utraque conjungit, quemodmodum hic. Vide Nilum lib. III, epist. 116 : LXX (al. 72) *viri seniores, super quos cecidit spiritus Dei*, LXX (al. 72) *nationum linguas in hoc mundo diffusas ostendunt ; ex quibus multi credentes, gratiam sancti Spiritus acceperunt.* Isidori verba in Allegoriis sacræ Scripturæ. Qui libellus titulum habet in Codice meo ms. *De significationibus Veteris et Novi Testamenti.* Cot.

(57) Γλώσσας conj. ב, quod recte improbat Davisius. Gentes enim ait vir doctissimus, fuisse septuaginta, totidemque linguas, communis erat Hebræorum sententia. De septuaginta nationibus conferas, quæ Cotelerius adnotavit ad *Recogn.*, II, 42. Gieseler, *Entstehung der schriftl. Evang.*, p. 128 ; Schneckenburger, *Ueber den Ursprung des ersten kanon. Evang.* p. 13. Egit præterea de loco nostro Neander, *Gnost. syst.*, p. 378. S. Dressel.

(58) Οὐκ οἶδας ὅτι Υἱός ἐστιν, Πατὴρ ὑπάρχων τοῦ Ἰησοῦ τοῦ καθ' ὑμᾶς λεγομένου Χριστοῦ.

VI. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· Εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει [62], τὰ μέγιστα ἀσεβεῖς. Εἰ γὰρ Υἱοῦ ἐστι, τοῦ οὐρανὸν καὶ γῆν διακοσμήσαντος, τὸ ᾧ βούλεται ἀποκαλύπτειν [63] τὸν ἐν ἀπορρήτοις αὐτοῦ Πατέρα, σὺ μέγιστα, ὡς ἔφην, ἀσεβεῖς ἀποκαλύπτων οἷς ἐκεῖνος οὐκ ἀπεκάλυψεν. Καὶ ὁ Σίμων· Ἀλλὰ αὐτός με βούλεται ἀποκαλύπτειν. Καὶ ὁ Πέτρος· Οὐ νοεῖς ἃ λέγω, Σίμων. Πλὴν **358** ἀκούσας σύνες. Τῷ [64] εἰπεῖν· Οἷς ἂν βούληται [65] ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψει, οὐ διδασκαλίᾳ τινὰ τοιοῦτον μαθεῖν λέγει, ἀλλὰ ἀποκαλύψει μόνον. Ἀποκάλυψίς ἐστι τὸ ἐν πάσαις καρδίαις ἀνθρώπων ἀπορρήτως κείμενον κεκαλυμμένον, ἄνευ φωνῆς τῇ αὐτοῦ βουλῇ [66] ἀποκαλυπτόμενον. Καὶ οὕτως γίνεται γνῶναι, οὐ διδαχθέντα, ἀλλὰ συνέντα. Τῷ μέντοι συνιέντι [67] οὐκ ἔξεστιν, ἄλλῳ τοῦτο ἀποδεῖξαι, ἐπεὶ μηδ' αὐτὸς ἐδιδάχθη, οὔτε ἀποκαλύψαι δύναται, ἐπεὶ μὴ αὐτός ἐστιν ὁ Υἱός, ἐκτὸς εἰ μὴ ἑαυτὸν λέγει εἶναι τὸν Υἱόν. Σὺ δὲ οὐκ εἶ ὁ ἑστὼς Υἱός. Εἰ γὰρ Υἱὸς ἦς, πάντως ἂν ἤδεις [68] τῆς τοιαύτης ἀποκαλύψεως τοὺς ἀξίους. Σὺ δὲ οὐκ οἶδας. Εἰ γὰρ ἠπίστασο, τὰ τῶν ἐπισταμένων ἂν ἐποίεις [69].

VII. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Ὁμολογῶ, οὐ συνῆκα πῶς λέγεις, τὰ τῶν ἐπισταμένων ἂν ἐποίεις [70]. Καὶ ὁ Πέτρος· Εἰ οὐ συνῆκας, οὐδὲ τὸν ἑκάστου νοῦν εἰδέναι δύνῃ, καὶ εἰ ἀγνοεῖς [71], οὐδὲ τοὺς ἀξίους τῆς ἀποκαλύψεως ἐπίστασαι, οὐκ εἶ Υἱός· ὁ δὲ Υἱὸς οἶδεν· διὸ, οἷς βούλεται, ὡς ἀξίοις οὖσιν, ἀποκαλύπτει. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Μὴ ἀπατῶ, οἶδα τοὺς ἀξίους, καὶ Υἱὸς οὐκ εἰμί. Τοῦτο μέντοι, τί ποτ' ἐστιν, οἷς βούλεται ἀποκαλύπτει, οὐ συνῆκα ὡς λέγεις· τὸ δὲ μὴ συνιέναι οὐχ ὡς μὴ εἰδὼς εἶπον, ἀλλ' ὡς εἰδὼς **359** ὅτι οἱ παρεστῶτες οὐ συνῆκαν, ἵνα αὐτὸ σαφέστερον εἴπῃς, ὅπως νοήσωσιν ὧν ἕνεκεν καὶ τὴν ζήτησιν ποιούμεθα. Καὶ ὁ Πέτρος· Ἐγὼ σαφέστερον αὐτὸ εἰπεῖν οὐ δύναμαι, σὺ αὐτὸς ὡς νοήσας φράσον. Καὶ ὁ Σίμων· Ἐγὼ τὰ σὰ οὐκ ἀνάγκην ἔχω λέγειν. Καὶ ὁ Πέτρος· Φαίνῃ μοι, Σίμων, μὴ συνιεὶς αὐτὸ, καὶ ὁμολογεῖν μὴ θέλων, ἵνα μὴ ἐν ἀγνοίᾳ φωραθεὶς [72] ἐλεγχθῇς μὴ ὢν σὺ ὁ ἑστὼς Υἱός. Τοῦτο γὰρ αἰνίσσῃ, κἂν σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν μὴ θέλῃς· ὥστε ἐγὼ μὲν τὰς σὰς βουλὰς ἐξ ὧν αἰνίσσῃ ἐπίσταμαι, προφήτου ἀληθοῦς μαθητὴς ὤν, οὐ προφήτης. Σὺ δὲ καὶ τὰ σαφῶς λεγόμενα μὴ συνιὼν Υἱὸν ἑαυτὸν εἰπεῖν θέλεις, ἀνθιστῶν [73] ἡμῖν. Καὶ ὁ Σίμων· Ἀρῶ σου πᾶσαν πρόφασιν· ὁμολογῶ, αὐτὸ οὐ συνῆκα, τί ποτ' ἔστιν, καὶ οἷς ἂν βούληται [74] ὁ Υἱὸς ἀποκαλύπτει. Λέγε τοίνυν αὐτὸ σαφέστερον.

VIII. Καὶ ὁ Πέτρος· Ἐπειδὴ κἂν σχήματι αὐτὸ ὡμολόγησας μὴ συνιέναι, πρὸς ὃ πυνθάνομαί σου,

VI. Et Petrus ait : Si hoc ita habet, maxime impius es. Nam si ad Filium, cœli et terræ constitutorem, spectat revelare, cui vult, ipsius Patrem in absconditis positum, tu sicut dixi, maxime es impius, qui revelas quibus ille nequaquam revelavit. Ac Simon : Sed ille vult ut revelem. Atque Petrus : Non intelligis, Simon, quæ aio. Verum audi, et intellige. Quando dicit : *Quibus vult Filius revelabit*, eo significat, illum hominem non discere per doctrinam, sed per solam revelationem. Est autem revelatio, cum, quod in omnibus hominum cordibus arcane velatum positum est, absque voce per illius voluntatem revelatur. Sicque cognocere accidit non dicendo sed intelligendo. Atqui intelligenti non licet, alteri hoc ostendere, quandoquidem nec ipse edoctus est, verum etiam non potest revelare, quia ipse non est Filius, nisi si se dicat esse Filium. Tu autem non es stans Filius. Nam si Filius esses, omnino cognosceres hac dignos revelatione. Tu vero ignoras. Si enim scires faceres quæ faciunt qui sciunt.

VII. Dixit Simon : Fateor, non intelligo quo modo dicas, *faceres quæ faciunt qui sciunt*. Et Petrus : Si non intellexisti, etiam non potes uniuscujusque scire mentem : et si ignoras, etiam non revelationis dignos cognoscis; ac si non cognocis, non est Filius. Filius autem novit: quare quibus vult, tanquam qui digni sint, revelat. Et Simon dixit : Ne decipiaris, novi dignos, nec Filius sum. Porro quid hoc sit, *quibus vult revelat*, non intellexi quemadmodum dicas : non intelligere autem dixi, non tanquam ipse nesciens, sed velut sciens quod astantes non intellexerint, ut illud clarius efferas, quo percipiant, quibus de causis nos controversiam habeamus. Et Petrus : Ego clarius hoc nequeo dicere, tu, ut qui illud perceperis, effare. Et Simon: Ego tua dicere necesse non habeo. Petrus : Videris mihi, Simon, illud non intelligere, nec velle confiteri, ne in ignorantia deprehendaris et arguaris quod non stans sis Filius. Id enim obscure significas, cum tamen aperte dicere nolis : sicut ego quidem tua consilia ex iis quæ innuis cognosco, qui sum veri prophetæ discipulus, non propheta. Tu vero clare dicta non intelligens te Filium dicere vis, resistens nobis. Et Simon: Tollam omnem tuum prætextum : fateor, hoc non intellexi quidnam esset, *et quibus vult Filius revelat*. Dic ergo illud evidentius.

VIII. Tum Petrus : Quandoquidem, etsi ficte, hoc fassus es non intelligere, ad id quod te inter-

## VARIÆ LECTIONES.

[62] ἔχῃ C. [63] Explanavit hunc locum contra Schliemannum Baurius, *Annal. theol.*, Tubing., 1844, p. 552, S. [64] τῷ S., τό C. O. [65] Ita O, c. S., βούλεται C. [66] τῆς — βουλῆς C., ταῖς — βουλαῖς S., auctore Dav. [67] συνέντι C. [68] ἤδεις O. Ad verb. οἶδας notat S : Nihil mutandum. Cfr. Lob. *Phyn.*, p. 236. [69] ἐποίεις S, O., ἐποίης C., ποιήσης conj. D. [70] Ita O c. S., ἐποίης C., ποιήσης conj. D. [71] S. refert ad Lob., *Pryn.*, p. 359. Tum ἀγνοεῖς S, O, ἀγνοῇς C. [72] Ita O, c. D., φωραθῇς C. Pro ἑστὼς legitur in O ἐτ cum parvula lacuna, ead. man. in marg. ἴσως ἕτερος. [73] ἀνθεστὼς C. Tum ἄρω O, [74] βούληται S, O., βούλεται C.

## VARIORUM NOTÆ.

Vult Simon Magus Deum creatorem esse filium ignoti dei sui, patrem vero Jesu Christi nostri. Hoc monui, quia aliter acceptum a viro docto Francisco Turriano in *Explanationibus ad Constitutiones apostolicas*. Cot.

rogo, mihi responde, ac disces. Dic mihi : ais Filium, quicunque sit, justum esse, vel non ? Respondit Simon : Justissimum. Petrus : Cum autem justus sit,cur non omnibus revelat,sed quibus vult ? Ac Simon : Quoniam qui justus est, justis revelare vult. Petrus : Nonne igitur necesse est ab eo cognosci mentem singulorum,ut revelet dignis? Simon : Omnino necessarium est ita habere. Tum Petrus : Itaque ille solus merito revelare definitus est, qui solus uniuscujusque mentem novit, et non tu, qui ne ea quidem quæ a nobis dicuntur potes intelligere.

IX.Id Petrum dicentem populus laudibus prosecutus est. At Simon, in lapsu deprehensus, præpudore erubuit,atque fricata fronte dixit : Jam me magum aiunt a Petro non tantum victum, sed et rationibus pressum. Non autem licet quis ratiocinationibus prematur, abreptus veritatem in ipso victam habet. Neque enim infirmitas defendentis veritas est superantis. Attamen aio tibi, me omnes astantes judicavisse dignos, qui in arcanis Patrem cognoscerent. Quare cum palam ipsis revelo,tu per invidiam mihi illos beneficio afficere cupienti succenses.

X. Dixit Petrus : Quoniam, ut præsenti multitudini gratum faceres, ita locutus es, ego dicam non grate, sed vere. Dic mihi, quo modo dignos esse cognoscis astantes universos, quandoquidem tibi indicanti ne unus quidem præbuit assensum ? Nam quod me contra te laudaverint,non est consentientium tibi, sed mihi, cui et laudem tanquam bene locutotribuerunt. Verum quia Deus, utpote justus, singulorum mentem dijudicat, quod tu dixisti verum esse, id noluit per sinistram dextris dari, qua ratione, qui aliquid a fure accipit, et ipse reus est Itaque eam ob causam quod a te afferebatur noluit eos accipere, sed per Filium, qui ad revelandum præstitutus est. Cui enim convenit Patrem revelare, præterquam soli Filio, quia is tali revelatione dignum cognoscit ? Sic non est hoc docere aut doceri, sed ineffabili manu ei revelari, qui illud scire dignus sit.

XI. Et Simon : Multum, inquit, conducit ad victoriam ei, qui bellum gerit, propriis uti armis. Quod enim quis amat, etiam sincere potest defendere : sincere autem defensum non vulgarem vim habet. Ideo deinceps quod vere sentio exponam. Aio quamdam in arcanis virtutem esse, cunctis ignotam, ipsi quoque mundi opifici, sicut et ipse Jesus dixit,nesciens quid loqueretur.Interdum enim ex multiloquio aliquis scopum veritatis attingit, ignorans quid dicat.Intelligo autem et de illo,quod pronuntiavit : *Nemo novit Patrem.* Et Petrus : Ne

A ἀπόκριναί μοι, καὶ μαθήσῃ. Λέγε μοι· φῂς τὸν Υἱὸν δίκαιον εἶναι, ὅστις ποτ' ἔστιν, ἢ οὔ ; Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Δικαιότατον. Καὶ ὁ Πέτρος· Δίκαιος δὲ ὢν διὰ τί μὴ πᾶσιν ἀποκαλύπτει, ἀλλ' οἷς βούλεται ; Καὶ ὁ Σίμων· Ὅτι δίκαιος ὢν τοῖς ἀξίοις ἀποκαλύπτειν βούλεται. Καὶ ὁ Πέτρος· Οὐκοῦν [75] ἀνάγκη αὐτὸν εἰδέναι τὸν ἑκάστου νοῦν, ἵνα ἀξίοις ἀποκαλύπτῃ ; Καὶ ὁ Σίμων· Ἀνάγκη [76] οὕτως ἔχειν . **360** Καὶ ὁ Πέτρος· Οὐκοῦν αὐτὸς μόνος εὐλόγως [77] ἀποκαλύπτειν ὡρίσθη, μόνος τὸν ἑκάστου νοῦν εἰδώς, καὶ οὐ σὺ ὁ μηδὲ τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα δυνάμενος συνιέναι.

IX. Τοῦτο τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἀπὸ μὲν τῶν ὄχλων ἔπαινος ἐγένετο· Ὁ δὲ Σίμων κατάφωρος γεγονὼς, αἰδεσθεὶς ἐρυθρίασε, καὶ τὸ μέτωπον τρίψας ἔφη· Ἀλλ' ἐμὲ μάγον λέγουσιν ὑπὸ Πέτρου νικώμενον [78], ἀλλὰ καὶ συλλογιζόμενον. Οὐκ εἴ τις δὲ συλλογισθείη, συναρπασθεὶς τὴν ἐν αὐτῷ ἀλήθειαν νενικημένην ἔχει. Οὐ γὰρ ἡ ἀσθένεια τοῦ ἐκδικοῦντος ἀλήθειά ἐστι τοῦ νικωμένου [79]. Πλὴν φημί σοι, ὅτι ἐγὼ τοὺς παρεστῶτας πάντας ἀξίους ἔκρινα γνῶναι τὸν ἐν ἀπορρήτοις Πατέρα. Διὸ δημοσίᾳ μου αὐτοῖς ἀποκαλύπτοντος, σὺ αὐτὸς [80] διὰ φθόνον ἐμοὶ τῷ εὐεργετεῖν αὐτοὺς θέλοντι χαλεπαίνεις.

X. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· Ἐπειδὴ ἀρεσκόντως τοῖς παροῦσιν ὄχλοις οὕτως ἔφης, ἐγὼ ἐρῶ οὐκ ἀρεσκόντως, ἀλλ' [81] ἀληθῶς. Λέγε μοι, πῶς ἀξίους ἐπίστασαι τοὺς παρεστῶτας πάντας, ὅπου σοι ἐκφαίνοντι οὐδ' εἷς συνέθετο ; τὸ γὰρ ἐμοὶ ποιήσασθαι κατὰ σοῦ τὸν ἔπαινον οὐκ ἔστι συγκαταθεμένων σοί, ἀλλ' [82] ἐμοί, ᾧ καὶ τὸν ἔπαινον ὡς ὀρθῶς εἰρηκότι ἀπένειμαν. C Ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ Θεὸς δίκαιος ὢν βραβεύει τὸν ἑκάστου νοῦν, ὃ φῂς ἀληθὲς εἶναι, **361** οὐκ ἂν ἐβουλήθη διὰ τῆς ἀριστερᾶς τοῖς δεξιοῖς τοῦτο δοθῆναι, ᾧ λόγῳ ὁ παρὰ κλέπτου τι λαβὼν καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνός ἐστιν. Ὥστε τούτου ἕνεκεν τὸ ὑπὸ σοῦ φερόμενον οὐκ ἠθέλησεν αὐτοὺς λαβεῖν, ἀλλὰ διὰ τοῦ εἰς τὸ ἀποκαλύπτειν [83] ὡρισμένου Υἱοῦ. Τίνι γὰρ εὔλογόν ἐστιν ἀποκαλύπτειν τὸν Πατέρα, ἢ Υἱῷ μόνῳ, διὰ τὸ εἰδέναι τῆς τοιαύτης ἀποκαλύψεως νὸν ἄξιον ; Οὕτως οὐκ ἔστι τοῦτο διδάξαι ἢ διδαχθῆναι, ἀλλ' ἀφράστῳ χειρὶ ἀποκαλυφθῆναι τῷ τοῦτο εἰδέναι ἀξίῳ.

XI. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· Ἱκανὸν συμβάλλεται πρὸς νίκην τῷ πολεμοῦντι τὸ ἰδίοις χρήσασθαι ὅπλοις. Ὃ γὰρ φιλεῖ τις, καὶ γνησίως ἐκδικεῖν δύναται, γνησίως δὲ ἐκδικούμενον οὐ τὴν τυχοῦσαν ἰσχὺν ἔχει. Διὸ τοῦ λοιποῦ ὅπερ ὄντως φρονῶ ἐκθήσομαι. Φημί τινα δύναμιν ἐν ἀπορρήτοις εἶναι ἄγνωστον πᾶσι, καὶ αὐτῷ τῷ δημιουργῷ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς εἴρηκεν, οὐκ ἐπιστάμενος ὃ ἐφθέγξατο. Ἐκ πολυλαλιᾶς [84] γὰρ ἐνίοτε εὐστοχεῖ τις πρὸς τὸ ἀληθὲς, οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει. Λέγω δὲ καὶ περὶ τούτου, οὗ εἴρηκεν· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα. Καὶ ὁ Πέτρος· Σὺ τὰ ἐκείνου εἰδέναι μηκέτι

## VARIÆ LECTIONES.

[75] οὐκ οὖν C. [76] Post πᾶσα in O repetuntur vbb. αὐτὸν εἰδέναι τὸν ἑκάστου νοῦν ἵνα, sed expuncta. [77] εὐλόγως deest in O. [78] νικώμενος O. Deinde οὐκ εἴ τις O c. D., οὐχὶ τίς C. [79] Fort. νικηφόρου S. [80] αὐτός conj. C.. αὐτοῖς id. in textu ut O. Deinde χαλεπαίνεις O et ex conject. C., cuj. textus χαλεπαίνειν. [81] ἀλλα O. [82] ἀλλά O. [83] Pro litteris ποκα vocis ἀποκαλύπτειν in O. spatium apparet vacuum. Ita paulo post. [84] πολυλογίας O.

ἐπαγγέλλου. Καὶ ὁ Σίμων [85]· Τὰ ἐκείνου οὐκ ἐπαγγέλλομαι πιστεύειν, εἰς δὲ τὰ ἐπιτευχθέντα [86] αὐτῷ διαλέγομαί σοι. Καὶ ὁ Πέτρος· Ἵνα μή σοι δῶ πρόφασιν εἰς φυγήν, ζητήσω σοι ὡς θέλεις. Πλὴν μαρτύρομαι πάντας ὅτι οὐδὲ ὃν νῦν ἔφης λόγον οὐ πιστεύεις. Οἶδα [87] γὰρ ἃ φρονεῖς. Καὶ **362** ἵνα μή με δόξῃς ψεύδεσθαι, ἀνοίξομαί σοι τὰ σά, ἵνα εἰδῇς [88] ὅτι πρὸς εἰδότα διαλέγῃ.

XII. Ἡμεῖς, ὦ Σίμων, ἐκ τῆς μεγάλης δυνάμεως, ἥτις τε καὶ τῆς κυρίας λεγομένης, οὐ λέγομεν δύο ἀπεστάλθαι ἀγγέλους, τὸν μὲν ἐπὶ τῷ κτίσαι κόσμον, τὸν δὲ ἐπὶ τῷ θέσθαι τὸν νόμον· οὐδ' ὅτι αὐτῶν [89] ἕκαστος ἐλθὼν, ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὡς αὐτὸς ὢν αὐθέντης, αὐτὸν ἤγγειλεν· οὐδ' ὁ ἑστὼς [90] στησόμενος ἀντικείμενος. Μάθε, πῶς ἀπιστεῖς, καὶ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην. Ἣν φῇς δύναμιν ἐν ἀπορρήτοις εἶναι, ἀγνοίας γέμει. Τὴν γὰρ ἀγνωμοσύνην τῶν ὑπ' αὐτῆς ἀποσταλέντων ἀγγέλων οὐ προεγίνωσκεν. Καὶ ὁ Σίμων, τοῦ Πέτρου ταῦτα λέγοντος, μεγάλως ὀργισθεὶς ἐπέκοψε λέγοντα, εἰπών· Τί φλυαρεῖς, τολμηρὲ καὶ πάντων προπετέστατε, ἐπ' ὄχλων εὐμαθῆ [91] ἐκφαίνων ἀτεχνῶς τὰ ἀπόρρητα; Καὶ ὁ Πέτρος· Τί φθονεῖς εὐεργετεῖσθαι τοὺς παρόντας ἀκροατάς; Καὶ ὁ Σίμων· Οὐκοῦν [92] ὁμολογεῖς τὴν τοιαύτην ἐπίγνωσιν εὐεργεσίαν εἶναι; Καὶ ὁ Πέτρος· Ὁμολογῶ. Τὸ γὰρ ψεῦδος γνωσθὲν εὐεργετεῖ, ἀγνοίας αἰτίᾳ μὴ περιπεσεῖν αὐτῷ. Καὶ ὁ Σίμων· **363** Φαίνῃ μοι μὴ δύναμενος εἰπεῖν εἰς ἃ προέτεινά σοι. Λέγω δὴ [93] ὅτι καὶ ὁ Διδάσκαλός σου ἐν ἀπορρήτοις τινὰ λέγει εἶναι Πατέρα.

XIII. Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· Ἀποκρινοῦμαι εἰς ὃ θέλεις περὶ τοῦ· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὐδὲ τὸν Υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι [94]. Πρῶτον μὲν θαυμάζω, πῶς, τοῦ λόγου τούτου μυρίας [95] ἔχοντος ἐκδοχὰς, σὺ τὸ ἐπικινδυνότερον ἐξελέξω μέρος, πρὸς ἀγνωσίαν τοῦ Δημιουργοῦ καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πάντων φήσας εἰρῆσθαι τὸν λόγον. Πρῶτον μὲν γὰρ δύναται ὁ λόγος εἰρῆσθαι πρὸς πάντας Ἰουδαίους, τοὺς πατέρα νομίζοντας εἶναι Χριστοῦ τὸν [96] Δαβὶδ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν υἱὸν ὄντα, καὶ Υἱὸν Θεοῦ μὴ ἐγνωκέναι [97]. Διὸ καὶ οἰκείως εἴρηται· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα, ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τὸν Δαβὶδ πάντες ἔλεγον, τὸ δὲ ἐπάξαντα εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ τὸν Υἱόν τις οἶδεν, ἐπεὶ αὐτὸν Υἱὸν ὄντα οὐκ ἤδεισαν [98], καὶ τὸ εἰπεῖν, οἷς ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι, ὀρθῶς εἴρηται· ὁ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ὢν Υἱὸς μόνος ὡρίσθη, ἵνα οἷς βούλεται ἀποκαλύψῃ. Καὶ οὕτως δύναται Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος αὐτὸν μὴ ἀγνοεῖν, οὐδὲ Ἐνὼχ ὁ εὐαρεστήσας μὴ

amplius profitearis, te illius doctrinam cognoscere, Et Simon : Ejus doctrinam non profiteor me credere, at de iis, in quæ casu incidit, edissero tibi. Tum Petrus : Ne dem tibi prætextum ad fugam, quæstionem tecum habebo sicut vis. Verumtamen omnes testor, quod neque illum, quem nunc dixisti, sermonem credas. Novi namque tuam sententiam. Et ne me arbitreris falsum dicere, significabo tibi tua, ut scias te cum sciente disceptare.

XII. Nos, o Simon, ex magna virtute, quæ et domina vocatur, non dicimus missos fuisse duos angelos, unum quidem ad creandum mundum, alium vero ad ferendam legem, neque quod uterque veniens eorum, quæ fecit, se supremum auctorem prædicaverit, neque quod stans sit staturus ut adversarius. Audi quo modo hac etiam in re incredulus sis. Virtus, quam in arcanis ais esse, ignorantiæ plena est. Nam ingratum animum ab ipsa missorum angelorum non præscivit. Ac Simon, Petro hæc dicente, vehementer iratus loquentem interrupit dixitque : Quid blateras, temerarie omniumque protervissime, et coram populo docili temere patefacis arcana? Et Petrus: Cur invides astantibus auditoribus hoc beneficium? Simon : Non igitur confiteris, hujusmodi agnitionem beneficium esse? Petrus: Fateor. Nam mendacium cognitium eo beneficio afficit, ut in Illud per ignorantiam non incidamus Simon : Videris mihi non posse respondere ad ea quæ tibi proposui. Aio autem, quod et Magister tuus quemdam dicit esse in arcanis Patrem.

XIII. Et Petrus dicit : Respondebo ad id quod vis, de illo : *Nemo novit Patrem nisi Filius, neque Filium quis novit, nisi Pater, et quibus voluerit Filius revelare.* Primo quidem miror, qua ratione, cum hoc dictum innumeros habeat sensus, tu periculosiorem elegeris partem, aiens prolatum fuisse in ignorantiam Creatoris omniumque sub eo positorum. Enimvero primum potest testimonium dictum esse in omnes Judæos, qui patrem Christi putabant Davidem esse, atque Christum ejus filium, quique Filium Dei non cognoverant. Quare apte dictum est : *Nemo novit Patrem*, quia pro Deo omnes Davidem aiebant : et quod subjungit, *sicut nec Filium quis novit*, dictum est, quia eum Filium esse nesciverunt, et quod ait : *Quibus voluerit Filius revelare*, recte habet, qui enim ab initio est Filius, solus destinatus est, ut quibus cupit revelet. Et sic non potest Adamus, primus creatus homo, illum ignorasse neque Enoch, qui placuit, nescisse, nec Noe,

## VARIÆ LECTIONES.

[85] Vbb. καὶ ὁ Σίμων om. O. [86] ἐπιτετευχθέντα C, ἐπιτετευγμένα S. [87] οἶδεν O. [88] ἴδῃς O. [89] αὐτῶν scripsi ex conject., ut sequentia stare possint, ἑαυτόν C, O. Tum add. ὡς ante αὐτὸς c. O. Lectionem utriusque Hom. cod. ὢν αὐθέντης αὐτόν S frustra mutavit in ὡς αὐθέντην αὐτός. [90] Vbb. οὐδ' ὁ ἑστώς, κ. τ. λ. absque distinctione in ms. Id est : *Neque stans, alteri oppositus et adversarius, staturus est.* Quem sensum ut potui expiscatus sum, partim ex orationis serie, partim ex aliis horum apocryphorum locis, hom. II, 22, 24 ; III, 2 ; XVII, 1. *Epit.* c. 25. *Recogn.*, II, 7 ; III, 47. C. Mihi quidem, coll. præsertim loco hom. II, 22. nostra sic videntur esse restituenda : οὐδ' ὅτι (vel etiam ὅτι σύ coll. hom. XVIII, 7) ὁ ἑστὼς στησόμενος ἀεὶ καὶ μὴ κεισόμενος (vel πεσούμενος). S. Codex Ott. confirmat lectionem a C exhibitam. [91] ἀμαθῶς C. [92] οὐκ οὖν C. [93] δή S. δὲ C, O. [94] ἀποκαλύψαι O c. D. ἀποκαλύψει C. [95] μυρίοις O. [96] τόν O et in marg. C, τοῦ in textu. [97] Leg. ἐγνωκότας. Idem proposuit Schliemannus, *Clem.*, p. 200, 569 S. [98] ᾔδησαν O, qui tum scribit βούλεται.

justus, non agnovisse, nec Abrahamus, amicus, non intellexisse, nec Isaacus non percepisse, neque Jacobus, qui luctatus est, non credidisse, denique non potest fieri, quin cunctis in populo dignis ille fuerit revelatus.

XIV. Sin vero, sicut ais, Deus nunc revelandus est cunctis, ut cognoscatur, per Jesum, quo modo non iniquissimum dicis, illos quidem non cognovisse, qui mundi fuerunt septem columina, quique justissimo Deo accepti esse potuerunt, et vero nunc tot impios ex gentibus omnino cognoscere? Illi, cunctis hominibus præstantiores, digni habiti non sunt qui cognoscerent? Et quo modo in bonum est, quod non est justum? nisi si eum bonum appellare volueris, non qui juste operantes beneficiis afficit, sed qui amat iniquos, quamvis non credant, adeo, ut iis et abscondita revelet, quæ justis noluerit revelare. Nam hujusmodi res nec bono, nec justo competit, sed piorum osori. Num tu, Simon, es Stans, qui ista sic nondum dicta proferre audes?

XV. Et Simon super eo indignatus ait: Tuum Magistrum reprehende, dicentem: *Confiteor tibi, Domine cæli et terræ, quia quæ erant occulta sapientibus, revelasti ea parvulis lactentibus* (*a*). Ac Petrus: Sic quidem, inquit, non prolata sunt ea verba; dicam tamen prius, quasi ita prolatum sit, ut tibi visum fuit. Dominus noster, tametsi dixisset: *Quæ erant occulta sapientibus, ea parvulis revelavit Pater*, neque sic alium Deum et Patrem præter mundi Creatorem credebatur significare. Possunt enim ipsius Creatoris arcana esse, quæ significat, cum etiam Isaias dicat: *Aperiam os meum in parabolis, et eructabo abscondita a constitutione mundi* (*b*). Prophetam igitur confiteris, qui occulta non ignorabat, quæ Jesus a sapientibus abscondita esse affirmat, revelata vero parvulis? Quo pacto autem Creator ignoravit, cum propheta ipsius Isaias non ignoraverit? Porro Jesus noster revera non dixit: *Quæ erant abscondita*, sed, ut videtur, asperius locutus est, dixit enim: *Abscondisti hæc a sapientibus, et revelasti ea parvulis lactentibus* (*c*). Dicit: *abscondisti*, quasi aliquando ea cognita fuerint illis. Nam apud eos reposita erat clavis regni cœlorum, hoc est, arcanorum notitia.

(*a*) Matth. XI, 25.
(*b*) Psal. LXXVII, 2; Matth. XIII, 35.

A εἰδέναι, οὔτε Νῶε ὁ δίκαιος μὴ ἐπίστασθαι, οὔτε Ἀβραὰμ ὁ φίλος μὴ συνιέναι, οὐκ Ἰσαὰκ μὴ νενοηκέναι, οὐκ Ἰακὼβ ὁ παλαίσας μὴ πεπιστευκέναι καὶ πᾶσιν τοῖς ἐν τῷ λαῷ ἀξίοις μὴ ἀποκεκαλύφθαι.

**364** XIV. Εἰ δὲ, ὡς φῂς, ἔσται διὰ τὸ εἰδέναι διὰ τοῦ Ἰησοῦ νῦν πᾶσιν ἀποκαλύπτεσθαι, πῶς οὐκ ἀδικώτατον λέγεις, ἐκείνους μὲν [99] μὴ ἐγνωκέναι, ἑπτὰ στύλους ὑπάρξαντας κόσμῳ, καὶ δικαιοτάτῳ Θεῷ εὐαρεστῆσαι δυναμένους, καὶ τοσούτους δὲ νῦν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀσεβεῖς ὄντας κατὰ πάντα γνῶναι; οὗτοι παντὸς κρείττονες [100] γνῶναι οὐ κατηξιώθησαν; καὶ πῶς ἐστὶ τοῦτο ἀγαθὸν, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστιν; ἐκτὸς εἰ μὴ ἀγαθὸν θέλῃς [1] λέγειν οὐ τὸν εὐεργετοῦντα τοὺς δικαιοπραγήσαντας, ἀλλὰ τὸν ἀγαπῶντα τοὺς ἀδίκους [2], κἂν μὴ πιστεύωσιν, οἷς καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀποκαλύπτειν, ἃ δικαίοις ἀποκαλύψαι οὐκ ἠθέλησεν. Τὸ γὰρ τοιοῦτον οὔτε ἀγαθῷ. οὔτε δικαίῳ προσήκει, ἀλλὰ τῷ εὐσεβεῖς μεμισηκότι. Μή τι σὺ εἶ, Σίμων, ὁ Ἑστὼς, ὁ ταῦτα οὕτως μή ποτε ῥηθέντα εἰπεῖν ἀποθρασυνόμενος;

B

XV. Καὶ ὁ Σίμων ἐπὶ τοῦτῳ ἀγανακτήσας ἔφη· Τὸν σὸν Διδάσκαλον αἰτιῶ εἰπόντα [3]· Ἐξομολογοῦμαί σοι, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἅπερ ἦν κρυπτὰ σοφοῖς, ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν. Καὶ ὁ Πέτρος· Οὕτω μὲν, ἔφη, ὁ λόγος οὐκ ἐλέχθη· ἐρῶ δὲ πρῶτον, ὡς οὕτως εἰρημένον ὥσπερ σοι ἔδοξεν. Ὁ Κύριος ἡμῶν, εἴπερ καὶ εἰρήκει· Ἅ τινα ἦν κρυπτὰ σοφοῖς, ταῦτα νηπίοις ἀπεκάλυψεν ὁ Πατὴρ, οὐδ' οὕτως ἄλλον Θεὸν καὶ Πατέρα σημαίνειν ἐνομίζετο παρὰ τὸν κτίσαντα τὸν κόσμον. Ἐνδέχεται γὰρ αὐτοῦ εἶναι τοῦ δημιουργοῦ τὰ κρυπτὰ ἃ ἔλεγεν, τῷ καὶ τὸν **365** Ἡσαΐαν (59) εἰπεῖν. Ἀνοίξω [4] τὸ στόμα μου [5] ἐν παραβολαῖς, καὶ ἐξερεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. Τὸν οὖν [6] προφήτην ὁμολογεῖς, ὃς τὰ κεκρυμμένα οὐκ ἠγνόει, ἃ τινα ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ σοφῶν ἀποκεκρύφθαι [7] λέγει, νηπίοις δὲ ἀποκεκαλύφθαι; Πῶς δὲ ὁ Δημιουργὸς ἠγνόει, τοῦ προφήτου αὐτοῦ μὴ ἀγνοοῦντος τοῦ [8] Ἡσαΐου; Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἡμῶν τῷ ὄντι οὐκ εἶπεν· Ἅ τινα ἦν κρυπτὰ, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν τραχύτερον εἴρηκεν, εἶπε γάρ [9]· Ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, ἀπέκρυψας, ὡς ποτε ἐγνωσμένων αὐτοῖς. Ἦρ' αὐτοῖς γὰρ ἡ κλεὶς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπέκειτο, τουτέστιν ἡ γνῶσις τῶν ἀπορῥήτων.

(*c*) Matth. XI, 25; Luc. X, 21.

## VARIÆ LECTIONES.

[99] μέν excidit ap. Cl (ed. 1698, 1724) et S. [100] κρείττονος C, κρείττονες id. in marg. κρειττόνως O; οὗτοι πάντες τὰ κρείττονα, κ. τ. λ. proposuit S. [1] θέλεις O. [2] Voc. τοὺς ἀδίκους exciderunt ap. S. Tum ὡς p οἷς conj. D. [3] Credner, *Beitr.*, I, 313. S. [4] De Isaia cfr. Credner, *Beitr.* I, 303. S εἰπεῖν· ἀνοίξω (ἄνοιξον cod.) C ex conject., ἐννοεῖν· ἀνοίξω O. [5] μου om. O. Idem ἐρεύξομαι. [6] νῦν p. τὸν οὖν C. [7] ἀποκαλύφθαι O, quod al. man. in marg. mutavit in ἀποκεκρίφθαι (sic), κεκρύφθαι C. [8] τοῦ assumpsi ex O. Tum ἅτινα ἦν C, in marg. ἅτινα οὐκ ἦν in textu, quod etiam in O esse videtur. [9] Recte notat C, addenda esse h. l. vbb. ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καί, coll. verbis sequentibus hom. VIII, 6.

## VARIORUM NOTÆ.

(59) Τὸν Ἡσαΐαν. Locus merito notandus; quia confirmat quod ex Hieronymo ad Matthæi caput XIII, et ad Psalmum LXXVII, atque ex Anonymo ad eumdem Psalmum, relato in Expositione Græcorum Patrum in Psalmos, dicimus, veteres codices non paucos, Matthæi XIII, 35, insigni mendo scriptum habuisse, Græce διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, Latine *per Isaiam prophetam*, pro διὰ Ἀσὰφ τοῦ προφήτου, *per Asaph prophetam*, vel pro διὰ προφήτου, *per prophetam*, quo modo nunc legimus. Cor.

XVI. Καὶ μὴ λέγε· Ἠσέβησεν εἰς τοὺς σοφοὺς κρύψας αὐτὰ ἀπ' αὐτῶν. Μὴ γένοιτο τοῦτο ὑπολαβεῖν. Οὐ γὰρ ἠσέβησεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπέκρυπτον [10] τὴν γνῶσιν τῆς βασιλείας, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσῆλθον, οὔτε τοῖς βουλομένοις εἰσελθεῖν παρέσχον, τούτου ἕνεκεν κατὰ τὸ δίκαιον, ὡς ἀπέκρυψαν αὐτοὶ τὰς ὁδοὺς ἀπὸ τῶν θελόντων, οὕτω καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀπεκρύβη τὰ ἀπόῤῥητα, ἵνα, ὡς ἐποίησαν, ὁμοίως καὶ αὐτοῖς γένηται, καὶ ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησαν, μετρηθῇ αὐτοῖς τὸ ἴσον [11]. Τῷ γὰρ ἀξίῳ τοῦ γνῶναι, **366** ὃ [12] μὴ οἶδεν, ὀφείλεται, τοῦ δὲ μὴ ἀξίου, κἂν δοκῇ ἔχειν, ἀφαιρεῖται, κἂν ἐν τοῖς ἄλλοις ᾖ σοφὸς, καὶ δίδοται τοῖς ἀξίοις, κἂν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς μαθητείας ὦσι νήπιοι.

XVII. Εἰ δέ τις ἐρεῖ· Οὐδὲν ἦν ἀπόκρυφον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, διὰ τὸ γεγράφθαι (61)· Οὐδέν σε ἔλαθεν, Ἰσραὴλ, μὴ γάρ εἴπῃς, Ἰακὼβ, ἀπεκρύβη ἡ ὁδὸς ἀπ' ἐμοῦ· συνιέναι ὀφείλει τις ὅτι τὰ διαφέροντα τῇ βασιλείᾳ ἀπεκέκρυπτο ἀπ' αὐτῶν, ἡ δὲ εἰσφέρουσα εἰς τὴν βασιλείαν [13] ὁδὸς, ἥ τις ἐστὶ πολιτεία, οὐκ ἀπεκέκρυπτο. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ λέγει· Μὴ γὰρ εἴπῃς ὅτι ἀπεκρύβη ἀπ' ἐμοῦ ἡ ὁδός. Ὁδὸς δὲ ἡ πολιτεία ἐστὶν, τῷ καὶ τὸν Μωϋσῆν λέγειν· Ἰδοὺ τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου. Καὶ ὁ Διδάσκαλος συμφώνως εἶπεν· Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, δι' ἧς εἰσελεύσεσθε εἰς τὴν ζωήν. Καί ἀλλαχοῦ που, ἐρωτήσαντός τινος· Τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω [14]; τὰς τοῦ νόμου ἐντολὰς ὑπέδειξεν.

XVIII. Ἐκ δὲ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἡσαΐαν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν, οὐ παρὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἡσαΐας ἄλλον παρὰ τὸν ἐγνωσμένον Δημιουργὸν [15] ἠνίσσετο Θεὸν, ἀλλὰ τὸν ἐγνωσμένον ἄγνωστον ἔλεγεν ἑτέρῳ αἰνίγματι, ὡς τὴν διάθεσιν, τὴν δικαίαν τοῦ ἐγνωσμένου Θεοῦ, ὁ λαὸς ἀγνοῶν ἡμάρτανεν, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ **367** κριθήσεσθαι οὐχ ὑπελάμβανεν. Διὰ τοῦτο μετὰ τὸ εἰπεῖν· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν, ἐπαγαγὼν λέγει· Οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς [16] πλήρης ἁμαρτιῶν. Τῇ γὰρ πρὸς τὸ δίκαιον αὐτοῦ ἀγνωσίᾳ [17], ὡς ἔφην, μὴ φοβούμενοι πλήρεις ἐγένοντο ἁμαρτιῶν, μόνον ἀγαθὸν, ὡς μὴ ἐπεξερχόμενον αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας, εἶναι ὑπειληφότες.

XIX. Καί τινες μὲν οὕτως ἡμάρτανον, ἐκ τῆς διὰ τὸ ἀγαθὸν ἀκρίτου ὑπολήψεως. Ἕτεροι δὲ ἐκ τῶν

XVI. Neque objicias : Impius exstitit circa sapientes, occultans ea ab illis. Absit suspicari hoc. Non enim impius exstitit : sed postquam absconderunt cognitionem regni, et neque ipsi ingressi sunt, neque volentibus intrare concesserunt (*a*) eum ob causam juste, quemadmodum ipsi vias absconderunt a volentibus, ita et ab ipsis abscondita sunt arcana, ut, quemadmodum fecerunt, similiter et illis fieret, et, qua mensura mensi sunt, æquali iis mensuraretur (*b*). Nam digno cognoscendi debetur id quod nescit : ab indigno autem, licet videatur habere, aufertur (*c*), quamvis in aliis sit sapiens, et dignis datur, tametsi tempore quo discunt parvuli sint.

XVII. Quod si aliquis dicat : Nihil erat Israelitis occultum, quia scriptum est : *Nihil te latuit, Israel ; non enim dicas, Jacob, abscondita est via a me* (*d*), intelligere debet quis quæ ad regnum pertinent abscondita fuisse ab illis, ut viam quæ inducit in regnum, quæ est ratio bene vivendi, non fuisse absconditam. Ideo etenim ait : *Non enim dicas, abscondita est a me via.* Via autem bona vitæ ratio est, ut etiam ex his Moysis verbis colligitur : *Ecce posui ante faciem tuam viam vitæ et viam mortis* (*e*). Et Magister concordi voce dixit : *Intrate per angustam et arctam viam, per quam in vitam ingredieming* (*f*) Et alibi, interrogante quodam : *Quid faciens vitam æternam possidebo* (*g*) ? legis mandata ostendit.

XVIII. Ex eo autem quod Isaias in persona Dei dicit : *Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit* (*h*) ; non ideo Isaias alium, præter cognitum Creatorem, significavit Deum, sed cognitum ignotum dixit alia occulta significatione, quia populus, justam cogniti Dei dispositionem ignorans, peccaverat, nec se a bono Deo judicandum censuerat. Propterea postquam dixit : *Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit*, subjungit : *Væ genti peccatrici populo pleno peccatis* (*i*) ! Nam ob ignorantiam justitiæ divinæ, ut aiebam, non timentes, pleni facti sunt peccatis, bonum duntaxat, ut peccata eorum non vindicaturum, Deum arbitrati esse.

XIX. Et nonnulli quidem ita peccaverunt ex opinione, non fore judicium, propter Dei bonitatem.

(*a*) Luc. XI, 52.
(*b*) Matth. VII, 2.
(*c*) Luc. VIII, 18.
(*d*) Isa. XL, 27.
(*e*) Deut. XXX, 15.
(*f*) Matt. VII, 13, 14.
(*g*) Luc. XVIII, 18 ; Matth. XIX, 16.
(*h*) Isa. I, 3.
(*i*) Ibid., 4.

## VARIÆ LECTIONES.

[10] ἀπέκρυβον C. [11] τῷ ἴσῳ C. [12] τὸ γνῶναι, ὃ O., τοῦ γνῶναι, τό C., quod D. mutavit in ὅ. [13] εἰς τὴν βασιλείαν εἰσφέρουσα C. [14] κληρονομήσει O. [15] δημιουργόν non exstat in O. [16] Pro voce λαός lacuna est in O cum accentu gravi. In eod. bis scribitur γάρ, ultimum expunctum. [17] τῇ ἀγνονωσίας (sic) p. ἀγνωσίᾳ O. Tum idem φοβούμεν, sequente lecnna pro litteris οι.

## VARIORUM NOTÆ.

(60) Διὰ τὸ γεγράφθαι. Nota in apocrypho Opere indiligentem, seu potius temerariam plerumque divinorum eloquiorum allegationem. Cot.

Alii vero contra. Nam Scripturarum adversus Deum voces iniquas et falsas rati veras esse, veram ipsius divinitatem ac virtutem nescierunt. Quapropter, quasi ipse ignoret, et cædibus gaudeat, et sacrificiorum donis pravos dimittat, præterea et decipiat et mentiatur, cunctaque iniqua faciat, ipsi, ut Deum imitati, peccando pie agere crediderunt. Quare immutabiles ad melius exstiterunt, et admoniti non conversi sunt. Nihil enim verebantur, quasi per hæc opera Deo essent similes.

XX. Cæterum ad eos, qui Deum talem putant, merito quis asserat dictum fuisse: *Nemo novit Patrem, nisi Filius, sicut nec Filium quis novit, nisi Pater* (*a*). Et jure. Nam si cognovissent, nunquam libris revera ad tentationem scriptis contra Deum, credentes peccassent. Sed et alio quodam in loco ait, volens apertius eis ostendere causam cur errarent: *Ideo erratis, nescientes vera Scripturarum, propter quod ignoratis et virtutem Dei* (*b*). Quocirca oportet ut omnis homo, qui salvus esse desiderat, fiat (quemadmodum dixit Magister) judex librorum ad tentationem scriptorum. Ita enim locutus est : *Estote probi, trapezitæ*. Opus autem est trapezitis, quia probis adulterina permista sunt.

XXI. His a Petro dictis, Simon se perculsum sermone de Scripturis simulans, tanquam attonitus dixit : Absit a me et ab amicis meis, tuos audire sermones. Et quandiu quidem nesciebam te ista de Scripturis sentire, sustinebam et colloquebar, nunc autem abscedo. Oportuerat sane principio me recessisse, quoniam audivi te dicentem : Ego contra mundi Conditorem nihil cuilibet loquenti credo, nec angelis, nec prophetis, non Scripturis, non sacerdotibus, non doctoribus, non ulli alteri, quamvis signa quis edat et prodigia, quamvis in aere insigniter fulgeat, vel per visa aut per insomnia revelet. Quis ergo te potest a sententia deducere, seu bene seu male, ut aliud quid sentias præter quæ visa sunt tibi, qui adeo enixe ac immote in tuo judicio permanes.

XXII. Et Petrus ad Simonem hæc loquentem ac egressurum ait : Adhuc audi a me hoc, et vade quo cupis. Simone vero converso ac remanente, Petrus : Novi, inquit, quo modo tunc audiens perculsus sis, quia dixi : Quicunque contra Deum mundi creatorem quodlibet locutus fuerit, non credo. Nunc audi insuper majus aliquid : Si revera qui mundum creavit Deus eo animo esset, quo Scripturæ denotant, quin adeo, si incomparabiliter

(*a*) Matth. XI, 27. (*b*) Marc. XII, 24.

A ἐναντίων. Τὰς γὰρ κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν Γραφῶν φωνὰς, ἀδίκους οὔσας καὶ ψευδεῖς, ἀληθεῖς ὑπολαμβάνοντες, τὴν ὄντως αὐτοῦ θειότητα καὶ δύναμιν οὐκ ᾔδεισαν. Διόπερ ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ καὶ φόνοις χαίροντος καὶ θυσιῶν δώροις τοὺς πονηροὺς ἀφιέντος, ἔτι δὲ καὶ ἀπατῶντος καὶ ψευδομένου καὶ πάντα ἄδικα ποιοῦντος, αὐτοὶ ὡς ὅμοια Θεοῦ [18] ποιήσαντες, ἁμαρτάνοντες, ἰσχυρίζοντο εὐσεβεῖν. Διὸ [19] καὶ ἀμετάθετοι εἰς τὸ κρεῖττον ἦσαν, καὶ νουθετούμενοι οὐκ ἐπεστρέφοντο. Οὐ γὰρ ἐφοβοῦντο, ὡς τῷ Θεῷ διὰ τῶν τοιούτων πράξεων ἐξομοιούμενοι,

XX. Πρὸς δὲ τοὺς τοιοῦτον αὐτὸν [20] νομίζοντας εἶναι εὐλόγως ἄν τις λέγοι [21] εἰρῆσθαι· Οὐδεὶς ἔγνω τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός, ὡς οὐδὲ τὸν Υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ Πατήρ. Καὶ εἰκότως. Εἰ γὰρ ἠπίσταντο, οὐκ ἂν ταῖς ὄντως πρὸς πειρασμὸν κατὰ τοῦ B Θεοῦ γραφείσαις βίβλοις πιστεύοντες **368** ἡμάρτανον. Ἀλλὰ καὶ ἀλλαχῆ που λέγει, θέλων σαφέστερον αὐτοῖς τὴν αἰτίαν τῆς πλάνης αὐτῶν ὑποδεῖξαι· Διὰ τοῦτο πλανᾶσθε [23], μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν Γραφῶν, οὐ εἵνεκα ἀγνοεῖτε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Διὸ δεῖ πάντα ἄνθρωπον σωθῆναι θέλοντα γενέσθαι, ὡς ὁ Διδάσκαλος εἶπεν, κριτὴν τῶν πρὸς πειρασμὸν γραφεισῶν βίβλων. Οὕτως γὰρ εἶπεν· Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι. Τραπεζιτῶν δὲ χρεία, ὅτι τοῖς δοκίμοις καὶ τὰ κίβδηλα ἀναμεμιγμένα.

XXI. Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ὁ Σίμων ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι περὶ τῶν Γραφῶν προσποιησάμενος ἐκπεπλῆχθαι, ὡς πτοηθεὶς [28] ἔφη· Ἀπείη μοι καὶ τοῖς ἐμὲ φιλοῦσιν, τῶν σῶν ἐπακούειν λόγων. Καὶ μέχρι μὲν ὅτε οὐκ ᾔδειν σε ταῦτα περὶ τῶν Γραφῶν φρονοῦντα, C ἠνειχόμην καὶ διελεγόμην, νῦν [24] δὲ ἀφίσταμαι. Ἔδει μέντοι τὴν ἀρχὴν ὑποχωρῆσαί με, ὅτι ἤκουσά σου λέγοντος· Ἐγὼ κατὰ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον, οὐδὲν οὐδενὶ πιστεύω λέγοντι, οὔτε ἀγγέλοις, οὔτε προφήταις, οὐ Γραφαῖς, οὐχ ἱερεῦσιν, οὐ διδασκάλοις, οὐκ ἄλλῳ οὐδενί, κἂν σημεῖά τις καὶ τέρατα ποιῇ, κἂν ἐν ἀέρι ἐπιφανῶς ἀστράπτῃ, ἢ δι' ὁραμάτων ἢ δι' ἐνυπνίων ἀποκαλύπτῃ· Τίς οὖν σε μεταπεῖσαι δύναται [25], εἴτε καλῶς εἴτε κακῶς [26], ἕτερόν τι φρονεῖν παρὰ τὰ δόξαντά σοι. Ἰσχυρῶς οὕτω [27] καὶ ἀκινήτως τῇ σεαυτοῦ γνώσει ἐνδιαμένοντα.

**369** XXII. Καὶ ὁ Πέτρος ταῦτα εἰπόντι τῷ Σίμωνι, ἐκβαίνειν μέλλοντι, ἔφη· Ἔτι τοῦτό μου ἄκουσον, καὶ πορεύου ὅπου θέλεις. Τοῦ δὲ Σίμωνος ἐπιστραφέντος καὶ ἐπιμείναντος, ὁ Πέτρος ἔφη· Οἶδα πῶς τότε ἀκούων κατεπλάγης, ὅτι [28] εἶπον· Ὅστις D ποτ' ἂν ᾖ κατὰ τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος Θεοῦ λέγων ὁτιοῦν, οὐ πιστεύω. Τὸ [29] δὲ ἐπὶ τούτου μεῖζον νῦν ἄκουσον. Ἐὰν τῷ ὄντι ὁ τὸν κόσμον κτίσας Θεὸς τὴν γνώμην τοιοῦτος [30] ὢν τυγχάνῃ, ὁποῖον αἱ Γραφαὶ

## VARIÆ LECTIONES.

[18] θεῷ legi vult D. [19] δι' ὅ C. Tum ἀμετάθετοι O et ex conject. C., ἀμετάθετον idem in textu. [20] O. exh. με expunctum post αὐτόν. [21] λέγοι O c. S, λέγων C. [23] πλανᾶσθαι O. Tum εἵνεκεν C. hom. II, 51 ; II, 50. [28] ποιηθεὶς O. [24] τὰ νῦν p. νῦν O. [25] μεταπεις (seq. lacuna) αται p. μεταπεῖσαι δύναται O. [26] καλὸς εἴτε κακός O. [27] οὕτως C. Subinde καὶ (seq. lacuna) ται τῇ p. καὶ ἀκινήτως τῇ O. [28] ὅτι S., ὅτι ἅ O et in textu C., qui conj. ὅτι αν. Subinde εἶπεν O. Idem ἂν ᾖ c. S., ἂν εἶ C. [29] τοῦ C. Lectionem Ottoboniani conj. etiam S. [30] τοιοῦτον O, τυγχάνῃ idem c. S, τυγχάνει C.

καταλέγουσιν, καὶ εἰ ἄλλως πως ἀπαράβλήτως κακός ἐστιν, ὡς οὔτε αἱ Γραφαὶ εἰπεῖν ἴσχυσαν, οὔτε ἄλλος, τις κἂν ἐννοῆσαι δυνατός ἐστιν, ὁμοίως ἐγὼ οὐκ ἀποστήσομαι τοῦ [31] αὐτὸν μόνον σέβειν, καὶ τὸ αὐτοῦ βούλημα ποιεῖν. Εἰδέναι γάρ σε θέλω καὶ πεπεῖσθαι, ὅτι ὁ εἰς τὸν αὐτοῦ ποιητὴν οὐκ ἔχων στοργὴν, οὐδ' εἰς ἕτερον ἔχειν ποτὲ δύναται Εἰ δὲ ἔχει [32] πρὸς ἕτερον, παρὰ φύσιν ἔχων, ἐκ πονηροῦ τὸν τῶν ἀδίκων ἔρωτα ἔχων ἀγνοεῖ, ὡς μηδ' ἐκεῖνον βεβαίως φυλάξαι δυνάμενος. Κπὶ εἰ ἀρα ἐστί τις ἕτερος ὑπὲρ τὸν Δημιουργὸν, ἀποδέξεταί [33] με ὡς ἀγαθὸς ταύτῃ μᾶλλον, ὅτι τὸν ἐμὸν ἀγαπῶ πατέρα, σὲ δὲ οὐκ ἀποδέξεται εἰδὼς, ὅτι τὸν φύσει σου ποιητὴν, οὐ γὰρ λέγω πατέρα [34], κατέλιπες ἐπ' ἐλπίδι μείζονι, οὐ φροντίσας τοῦ εὐλόγου. Οὕτως εἰ καὶ αὐτοῦ κρείττονα εὑρήσῃς [35], οἶδεν **370** ὅτι καὶ αὐτὸν καταλείψεις ποτὲ, καὶ μᾶλλον ὅτι μὴ γέγονέ σου πατὴρ, ὁπότε καὶ τὸν ὄντως σου πατέρα κατέλιπες.

XXIII. Ἀλλ' ἐρεῖς· Οἶδεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερος ὑπὲρ αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο καταλειφθῆναι οὐ δύναται. Χάρις οὖν τῷ μὴ εἶναι· τὰ δὲ τῆς γνώμης οἶδεν ἕτοιμα πρὸς ἀγνωμοσύνην. Εἰ δὲ εἰδὼς ἀγνώμονά σε ἀποδέχεται, ἐμὲ δὲ εὐγνώμονα ἐπιστάμενος οὐ προσίεται ἀλόγιστός ἐστι κατὰ τὸν σὸν λόγον, τῷ εὐλόγῳ μὴ κεχρημένος. Οὕτω πονηρίας, ὦ Σίμων, ὑπουργὸς ὢν ἀγνοεῖς. Καὶ ὁ Σίμων ἀπεκρίνατο. Ηόθεν οὖν τὸ πονηρὸν πέφυκεν, εἰπὲ ἡμῖν. Καὶ ὁ Πέτρος· Ἐπειδὴ σήμερον, ἔφη, ἐκβαίνειν ἔφθασας, καὶ ἔφης τοῦ λοιποῦ ὡς βλασφήμου μὴ ἀκούειν ἐμοῦ, αὔριον, εἴγε θέλῃς [36] μαθεῖν, ἐλθόντι ὑφηγήσομαι [37], καὶ ὡς θέλεις ἐξετασθῆναί με συγχωρήσω ἄνευ φιλονεικίας. Καὶ ὁ Σίμων ἔφη. Ὡς ἄν μοι δόξῃ ποιήσω. Καὶ τοῦτ' [38] εἰπὼν ἐπορεύθη. Τῶν δὲ συνεισελθόντων αὐτῷ οὐδεὶς συνεξῆλθεν, ἀλλὰ τοῖς ποσὶ προσπεσόντες Πέτρου ἠξίουν, ἐπὶ τῷ [39] συνηρπάσθαι τῷ Σίμωνι συγγνώμης τυγχάνειν, καὶ ἀποδεχθῆναι μετανοοῦντας. Ὁ δὲ Πέτρος προσιέμενος [40] αὐτούς τε τοὺς μεταμελομένους καὶ τοὺς ἄλλους ὄχλους, ἐπέθηκε τὰς χεῖρας [41] εὐχόμενος, καὶ ἰώμενος αὐτῶν τοὺς πάσχοντας, καὶ οὕτως [42] ἀπολύων παρήγγελλεν αὐτοῖς, περὶ τὸν ὄρθρον ταχύνειν. Καὶ τοῦτ' [43] **371** εἰπὼν καὶ εἰσελθὼν μετὰ τῶν συνήθων τὰ εἰωθότα πρὸς τὴν ἐπεύφουσαν ἡσυχίαν ἐποίησεν, καταλαβούσης ἑσπέρας.

esset malus, ut nec Scripturæ dicere valuerunt, neque alius quis vel cogitare potest, pari ego modo non desisterem eum solum colere, illiusque voluntatem servare. Scire enim te volo ac persuasum habere, eum qui in auctorem suum charitatem non habet, neque in alium posse unquam habere. Quod si erga alium habuerit, contra naturam habens, ignorat se a malo habere amorem qui iniquorum est, sed nec poterit illum firmiter custodire. Atque si est aliquis alius super Creatorem, amplectetur me, ut bonus, eo magis quia meum diligo patrem, te vero non recipiet, qui sciat, quod naturalem tuum auctorem, non enim dico patrem, dereliqueris, per spem majorem non sollicitus æqui et juris. Ita si eo potiorem invenias, scit se quoque a te deserendum. eo facilius quod tuus non sit pater, quandoquidem et verum tuum patrem dereliqueris.

XXIII. Sed dices : Novit non esse alium supra se, ideoque se non posse deseri. Gratiam ego debet non existentiæ alterius : certe novit te animum gerere paratum ad perfidiam. Sin vero gnarus te esse ingratum, recipit tamen, me autem gratum cognoscens, non admittit, irrationabilis est secundum tuam rationem, qui recta ratione non utatur. Sic non advertis, Simon, te esse malitiæ ministrum. Et Simon respondit : Unde ergo malum ortum sit, nobis effare. Et Petrus : Quandoquidem, inquit, hodie prior egredi voluisti, et dixisti quod deinceps me ut blasphemum non sis auditurus, cras, siquidem volueris discere, venienti enarrabo, sinamque ut me pro libitu interroges, absque contentione. Simon ait : Faciam sicut mihi videbitur. Et hoc dicens profectus est. Porro eorum, qui cum eo ingressi fuerant, nemo una egressus est : sed Petri pedibus accidentes rogabant, ut, quia a Simone abrepti fuerant, veniam consequerentur, ac pœnitentes reciperentur. Petrus vero, et hos pœnitentia ductos et reliquam populi multitudinem admittens, manus imposuit, precatus est et sanavit eorum ægros, sicque dimittens denuntiavit illis ut ad mane festinarent. Quo dicto cum familiaribus ingressus est, et solita ad instantem quietem fecit, vespera adveniente.

## ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

I. Τῇ δὲ ἄλλης ἡμέρας [44] ὀρθριαίτερον προελθὼν ὁ Πέτρος, καὶ ἰδὼν τὸν Σίμωνα σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἀναμένοντα αὐτὸν, προσαγορεύσας τὸ πλῆθος ἤρξατο διαλέγεσθαι. Ἅμα δὲ τῷ ἄρξασθαι ὁ Σίμων ἐκκόψας ἔφη· Τὰ μακρά σου ταῦτα παρεὶς προοίμια εἰς τὸ προκείμενον πυνθανομένῳ μοι ἀπόκριναι [45]. Ἐπειδὴ συννοῶ

## HOMILIA XIX.

I. Sequenti vero die maturius procedens Petrus, ac videns Simonem cum aliis pluribus ipsum exspectare, postquam salutasset populum, cœpit disserere. Simul vero ac incœpit, Simon interrumpens, ait : Omissis his tuis longis præfationibus ad propositum interroganti mihi responde. Quoniam in-

## VARIÆ LECTIONES.

[31] τοῦ O, ut legi voluit S, τόν C. [32] ἔχῃ C. [33] Ita O c. S : hic et paulo post, ἀποδέξηται C utrobivis. [34] Post πατέρα Vbb. σὲ δὲ οὐκ ἀποδέξεται εἰδὼς ὅτι τὸν φύσει σου ποιητὴν, οὐ γὰρ λέγω πατέρα repetuntur in O. Tum idem φροντίσω p. φροντίσας. [35] εὑρήσεις O. Cfr. Lob., *Phryn.*, p. 721 S. [36] θέλεις C. [37] διηγήσομαι C. [38] τοῦτο C [39] τῷ S, O. τό C. [40] ὁ (seq. lacuna) προσίμενος p. ὁ δὲ Πέτ. προσιέμενος O. [41] Pro τὰς χεῖρας lacuna in O. [42] καὶ οὕτως bis legitur in O. [43] τοῦτο C. Tum τὴν συνήθη pro τῶν συνήθων S. [44] ἡμετέρας O. Subinde ὀρθριαίτερον idem c. S. ὀρθρίτερον C. [45] ἀποκρίθητι O.

telligo ( sicut ex iis quæ ab initio audivi habeo compertum) quod nihil aliud tibi propositum sit, quam omni machina ostendere, Creatorem esse unum inculpatum Deum,tantoque flagres desiderio sententiam confirmandi, ut et quædam Scripturarum capitula, quæ aperte illum accusant, falsa dicere audeas, ea de causa institui hodie probare, impossibile esse ut omnium conditor sit inculpatus.Probationem vero inchoare possum jam,siquidem ad id, quod sciscitabor a te,mihi respondeas.

II. Ais aliquem malitiæ principem esse,nec ne? Nam si dixeris non esse, ex multis, iisque a Magistro tuo prolatis, habeo ostendere quod sit. Si vero æquo animo confessus fueris esse malum, consequenter sermonem faciam. Et Petrus : Fieri nequit, ut vocem Magistri mei denegem, quare fateor malum esse, quia sæpe illum existere testatus est qui cuncta vere prædicavit Magister. Statim itaque confitetur,per quadraginta dies collocutum tentavisse ipsum (*a*). Et alibi novi eum dixisse : *Si Satanas Satanam ejiciat, adversus se divisus est : quo modo ergo steterit regnum* (*b*) ? Et quod viderit Satanam sicut fulgur cadentem de cœlo, declaravii (*c*). Atque alibi ait : *Qui vero malum semen seminat, est diabolus* (*d*). Et iterum : *Nolite dare occasionem malo.* Quin etiam consilium dedit his verbis : *Sit vestrum, Est, est, ac Non, non ; quod autem his abundantius est, a malo est* (*e*). Sed et in oratione quam tradidit, dictum habemus : *Libera nos a malo* (*f*). Et alio quodam in loco denuntiavit dicere impiis : *Discedite in tenebras exteriores, quas paravit Pater diabolo et angelis ejus* (*g*). Ac ne in longum producam orationem, sæpius scio Magistrum meum docuisse esse diabolum.Quocirca ego quoque fateor illum existere. De cætero, si quid habes consequenter dicendum, sicut promisisti, eloquere.

III. Et Simon : Quoniam igitur æquo animo confessus es malum existere, ex Scripturis, dic nobis, quo modo factus sit,si factus est, et a quo,et quare Ac Petrus : Ignosce mihi.Simon, non audeo dicere quod scriptum non est.Vel si tu scriptum affirmas, ostende. Sin vero, quatenus non legitur, etiam tu id non potes ostendere, cur de rebus non scriptis pronuntiandi subimus periculum? Si enim non cre-

(*a*) Marc. I, 13.
(*b*) Matth. XII, 26.
(*c*) Luc. X, 18.
(*d*) Matth. XIII, 39.

CLXI. Ergo enim, inquit, zelotypia tui ductus sum, quod me conjuge neglecto, ad hospitem hunc adventares, et addidit nomen patriarchæ; naturæque perturbationes ac ex fluctuatione ortos tumultus non ferens, coactus sum te cum ad ecclesiam ires observare, atque videre quæ agebantur. Ingressus ergo et ipse pot te in templum, oculisque curiosis quæ a patriarcha gerebantur aspiciens, eique totas aures arrigens, eorum quæ dicebantur cupiens esse auditor, oculis pariter atque auribus captus sum. Et licet ille iterum, utpote Dei imitator, me cernere ac audire fecerit; ego tamen tanti beneficii immemor, non solum grates ipsi ob beneficentiam non persolvi sed et stolidus, cum miraculum dicerem esse præstigias, eum supplicio afficere, quantum potui, conatus sum, jussique famulis, hei mihi! ut eumdem retinerent ac vinculis onerarent; illis vero qui tenere illum et in vincula ducere putabant, ligna duntaxat et lapides erant in manibus: id quod mihi etiam videbatur; et quasi ab eis patriarcha detineretur, minas gravissimas ego jactabam. Quocirca precor, vir tuus, hancque ab uxore mea gratiam peto ut primo quidem Deum mihi propitium efficias, deinde vero et me concilies patriarchæ.

CLXII. His auditis, Theodora ad sanctum confestim venit, cunctaque quæ vidisset, et quæ a viro audiisset, rursum patriarchæ nuntiat. Ille nihil cunctatus, citissime ad Sisinnium proficiscitur: et non ut antea eum invenit, sed cum quanta ille ferocitate patriarcham tunc adortus fuerat cum majore honore nunc eum excipit. Adeo igitur subitam et magnam mutationem vir magnus cernens, sermones de pietate admodum scite ei suggerit, totumque sibi comparat hominem. Cumque ex animo Sisinnius Deo credidisset, tetigit beatos illas patriarchæ pedes, hæcque cum lacrymis prolocutus est:

CLXIII. Gratias ago tibi vero ac soli Deo, qui ideo mihi oculos corporis excæcasti, ut eos qui animæ sunt aperires, meque faceres aspicere ad veritatem; ideoque etiam aurium vim compressisti, ut mente vigili nihilque penitus eorum quæ extra sunt sentiente, veræ religionis susciperem prædicationem. Nunc vero mysteriis veritatis initiatus sum, certoque agnovi gentilium sacra fraudem tantum esse ac incredibilem vanitatem. Propter ista hilaritas et lætitia domum occupavit, omnesque Christo crediderunt. Paschate vero jam ineunte, baptizati sun cum Sisinnio omnes patres simul et matres et liberi, ad tres et viginti supra quadringentos. Hoc attraxit multos ex illustrioribus, qui magnis hono-

VARIÆ LECTIONES.

[50] al. τοῦ ζήλου. [51] al. ἀποδέδωκα. [52] al. add. τὴν ἐμαυτοῦ σωτηρίαν. [53] al. inser. μοι.

ribus prœpollebant, quibusque imperator Nerva amicis maxime et consiliariis utebatur; atque pio cultui omnes assensi sunt.

CLXIV. Quæ cum videret pessimus per illud tempus comes officiorum Publius Tarquitianus moleste tulif, et gravia existimavit, consideransque quo modo pietatem ulterius progredientem comprimeret, ipsum primo Clementem tanquam eorum quæ fiebant maxime auctorem statuit e medio tollere : et singularum Urbis regionum præfectis convocatis, iisque pecunia corruptis,seditionem adversus Clementem uti moverent eis proposuit, utque illius existimationem impeterent hortatus est, cupiens amorem Urbis erga eum per hoc dissolvere, hominemque reddere insidiis facilem atque opportunum.

CLXV. Conspirantes ergo adversus eum improbissimi illi cives, mala ac fœda,ut ipsi arbitrabantur, de illo diffundunt,multaque objiciunt crimina; præstigias ei attribuunt, et religionis eorum eversionem,aliaque plurima ; atque dicunt ab ipso affici contumeliis et lacerari patrios deos : ut qui Jovem omnium deorum maximum, neque deum prorsus nominaret; Herculem vero Alcmenæ filium (quem illi suum conservatorem aiunt) impurum quemdam dæmonem et scelestum vocaret ; charissimam et suavissimam Venerem, meretricem induceret ; atque optimam jaculatricem Dianam, sapientem Mercurium deum sermonis, bellicosum Martem,Saturnumque ipsum, ex æquo omnes infamaret atque criminaretur nec non horum fana et aras everteret. Ad summam, aiebant : Vel diis sacrificet, aut vita statim privetur. Atque illi quidem, talia moventes, petebant ut sibi ad mortem traderetur patriarcha. Ob quæ indignabantur quicunque pecunia venalem conscientiam non exhibuerant, loquebanturque ad populum libere, dicentes : Quid mali a patriarcha gestum est ? imo vero quæ beneficia per eum civitas non est consecuta ? Deindeque singula quæ mirabiliter ab eo facta fuerant recensebant,et eorum quæ memorabant ipsos assumebant testes.

CLXVI. Mamertus autem Urbi præfectus, adeo seditione agitatam civitatem videre non sustinens, ad hæc veræ religionis incremento invidens, ad se arcessit beatum Clementem, verbisque tam genero-

λοὺς ἐπεσπάσατο τῶν ἐπιφανεστέρων, ὅσοι τε μακρᾷ τῇ δόξῃ διέπρεπον, καὶ οἷς ὁ βασιλεὺς Νερούας φίλοις μάλιστα καὶ συμβούλοις ἐχρῆτο· καὶ τῇ εὐσεβείᾳ πάντες συνέθεντο.

CLXIV . Ταῦτα ὁρῶν ὁ πονηρότατος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ὀφφικίων κόμης (21) Πούπλιος Τουρκουτιανὸς (22), ἐδυσχέραινε, καὶ δεινὰ ἐποίει· καὶ σκοπῶν ὅπως ἂν ἐπίσχῃ περαιτέρω προβαίνουσαν τὴν εὐσέβειαν, αὐτὸν ἔγνω πρῶτον ἐκ ποδῶν ποιῆσαι [54] τὸν Κλήμεντα, οἷα τῶν παρόντων αἰτιώτατον [55] αὐτὸν ὄντα· καὶ τοὺς ἑκάστου μέρους τῆς πόλεως προεστῶτας συγκαλεσάμενος, καὶ χρήμασιν αὐτοὺς διαφθείρας, στάσιν τινὰ κινῆσαι κατὰ τοῦ Κλήμεντος αὐτοῖς ὑπετίθει, καὶ διαβαλεῖν αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν προετρέπετο· ταύτῃ καταλῦσαι τὸ πρὸς αὐτὸν τῆς πόλεως φίλτρον βουλόμενος, καὶ πρὸς ἐπιβουλὴν εὐχείρωτον τὸν ἄνδρα παρασκευάσαι.

CLXV. Συστάντες οὖν ἐπ' αὐτὸν οἱ πονηρότατοι τῶν πολιτῶν ἐκεῖνοι, ψόγους τε ὡς αὐτοὶ ᾤοντο, καταχέουσιν αὐτοῦ πονηρούς, καὶ πολλὰς ἐπάγουσι τὰς αἰτίας, γοητείαν αὐτῷ περιάπτοντες, καὶ τῆς ἐκείνων θρησκείας ἀνατροπήν , ἄλλα τε πολλὰ , ἐξυβρίζειν αὐτὸν λέγοντες καὶ τοὺς πατρῴους διασύρειν θεούς· τὸν μὲν ἁπάντων θεῶν [56] μέγιστον Δία, μηδὲ θεὸν ἁπλῶς ὀνομάζοντα· Ἡρακλέα δὲ τὸν Ἀλκμήνης, ὃν ἐκείνων φασὶ σωτῆρα (23), ἐναγῆ τινα δαίμονα καὶ μιαρὸν ἀποκαλοῦντα· πόρνην τε τὴν φίλην Ἀφροδίτην εἰσάγοντα, καὶ τὴν ἐκηβόλον Ἄρτεμιν, καὶ τὸν σοφὸν Ἑρμῆν τὸν τοῦ λόγου θεὸν, τὸν πολεμικόν τε Ἄρεα, καὶ τὸν Κρόνον αὐτὸν, ἐπίσης βλασφημοῦντα πάνοας καὶ διαβάλλοντα, καὶ τὰ τεμένη τούτων καὶ τοὺς βωμοὺς καταστρέφοντα. Κεφάλαιον τοῦ λόγου, Ἢ θυσάτω τοῖς θεοῖς, ἔλεγον, ἢ τῆς ζωῆς τὸ τάχος ἀπαλλαγήτω. Οἱ μὲν οὖν, τοιαῦτα κινοῦντες, ἔκδοτον ᾔτουν τὸν πατριάρχην ἐπὶ θανάτῳ λαβεῖν. Ἐφ' οἷς ἠγανάκτουν πάντες ὅσοι μὴ χρημάτων ὤνιον τὴν συνείδησιν προετίθεσαν, καὶ λόγους πρὸς τὸν δῆμον ἐλεύθερους ἐποιοῦντο· Τί τῷ πατριάρχῃ κακὸν εἴργασται,λέγοντες· μᾶλλον δὲ ποίων οὐχ ἡ πόλις παρ' αὐτῷ χαρίτων ἀπέλαυσεν ; Εἶτα καὶ αὐτὰ ἕκαστα τῶν ὑπ' αὐτοῦ παραδόξως γεγενημένων ἀπηριθμοῦντο , καὶ μάρτυρας αὐτοὺς ἐποιοῦντο τῶν λεγομένων.

CXLVI. Μαρμεντῖνος· δὲ ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, μὴ φέρων ἐπὶ πολὺ στασιάζουσαν οὕτω τὴν πόλιν ὁρᾷν, ἄλλως τε καὶ τῇ τῆς εὐσεβείας ἐπιδόσει βασκαίνων, ἄγει τὸν μακάριον Κλήμεντα πρὸς ἑαυτὸν, καὶ λόγοις

## VARIÆ LECTIONES.

[54] al. deest in al. [55] al. deest in al. [56] al. Θεόν.

## VARIORUM NOTÆ.

(21) Τῶν ὀφφικίων κόμης Historia Latina, *Comes sacrarum*, nempe largitionum, quæ est alia dignitas. Sic in concilio Ephesino memoratur Johannes κόμης τῶν σακρῶν. Κόμης τῶν θείων λαργιτιώνων. Lex autem 3 C. Th. de metallis, est Juliani Augusti ad Rufinum comitem Officiorum.Sed tempore Nervæ Imperatoris nulli erant comites hujusmodi. Cor.

(22) Aliter Τορκουτιανός et Τουρκιτιανός. Latine in in Editione *Tarquinius* pro *Tarquitius ;* in ms. V. C. Vionis Herovallii *Torquatus* ; ut sit vel Torquatianus. vel Tarquitianus. Id.

(23) Σωτῆρα Similiter apud Theodoritum, *Sermomone de martyribus :* Ἡρακλέα σωτῆρα καὶ ἀλεξίκακον προσηγόρευον. Id.

τὴν γενναίαν οὕτω ψυχὴν κλέπτειν ἐπεχείρει, Ἐξ εὐγενοῦς, λέγων, προελήλυθας ῥίζης· τοῦτο πᾶς ὁ τῶν Ῥωμαίων σοι μαρτυρεῖ δῆμος, ἀλλ' ἀνθρωπίνην καὶ αὐτὸς πλάνην ὑπέστης, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ σιωπᾷν ἡ πόλις ἀνέχεται. Φασὶ γὰρ σὲ καινοτέραν εἰσάγειν θρησκείαν, καί τινα παρὰ τοὺς πατρῴους θεοὺς κηρύσσειν Χριστόν. Ὅθεν ἀποθέσθαι σε χρὴ τὴν περιττὴν ταύτην δεισιδαιμονίαν, καὶ μόνους αἰδεῖσθαι καὶ τιμᾷν τοὺς συνήθεις τῇ πόλει θεούς. Καὶ ὁ πατριάρχης· Εὔχομαι τὴν σὴν στερρότητα, ἔφη, μεταδοῦναί μοι λόγου, καὶ προσχεῖν μου ταῖς ἀποκρίσεσιν, ἀλλὰ μὴ οὕτως ἀλόγῳ στάσει καὶ ματαίοις ἔπεσθαι θορύβοις. Οὐδὲ γὰρ δεῖ στάσεως οὐδὲ θορύβων, οπου σκοπῆσαί τε περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας τινί, καὶ περὶ Θεοῦ διαλεχθῆναι πρόκειται. Ὁ ἔπαρχος τοίνυν τὸ ταῦ ἀνδρὸς γενναῖον καὶ στάσιμον ἐξ αὐτῶν εὐθὺς τῶν προοιμίων καταμαθών, καὶ εἰπεῖν τε αὐτὸς καὶ ἀκοῦσαι παρ' ἐκείνου πάλιν ὀκνήσας, καὶ ἀναβαλλόμενος τὴν διάλεξιν. Τραϊανῷ περὶ αὐτοῦ τῷ αὐτοκράτορι ἀναφέρει. Καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῷ οὕτως ἐπιλύει τὰ γεγραμμένα, ὡς ἢ θῦσαι τὸν Κλήμεντα τοῖς πατρῴοις θεοῖς, ἢ πέραν τοῦ Πόντου εἰς ἔρημόν τινα πόλιν τῶν τῇ Χερσῶνι παρακειμένων, ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀϊδίῳ φυγῇ ἐλαθῆναι.

CLXVII. Τῆς ἀποφάσεως οὖν ταύτης καταλαβούσης, ἐσκέπτετο Μαρμεντῖνος ὅσεως ἂν μὴ ὁ Κλήμης ἕληται τὴν ὑπεροψίαν, ἀλλ' αὐτῷ μᾶλλον καὶ τῷ βασιλεῖ πεισθείη καὶ θύσειεν. Οὐδὲ γὰρ ἔφερε τηλικαύτην ἀνδρὸς ἀρετὴν ζημιούμενος. Τῷ δὲ τοσοῦτον ἐμέλησεν [57] ἐκείνοις πεισθῆναι, ἢ [58] δυσχεραῖναι πρὸς τὴν ὑπεροψίαν, ὅσῳ καὶ αὐτὸν ἐσπούδαζε πρὸς τὴν εὐσέβειαν τὸν ἔπαρχον ἐπιαπάσασθαι. Τοσαύτη γάρ τις ἄνωθεν τὸν Κλήμεντα περιίπτατο χάρις, καὶ οὕτως ἡ ἐκείνου γλῶττα κηρίου παντὸς καὶ μέλιτος γλυκύτερον ἔσταζεν, ὡς καὶ αὐτὸν ἔρωτι θερμῷ τοῦ ἀνδρὸς ληφθέντα τὸν Μαρμεντῖνον, πολλά τε τῇ ἀποδημίᾳ ἐπιστενάξαι, καὶ δάκρυα τῷ πατριάρχῃ ἐπιβαλεῖν, Ὁ Θεὸς, εἰπόντα, ᾧ σὺ εἰλικρινῶς λατρεύεις, αὐτός σοι βοηθὸς ἐπὶ τῇ συμφορᾷ παρασταίη· καὶ αὐτίκα πλοῖον εὐτρεπίσαι, διαρκῆ τε αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐνθέσθαι, καὶ δεξιώσασθαι αὐτὸν, καὶ περιβαλεῖν, καὶ οὕτω μετὰ τῶν προσηκόντων ἀσπασμῶν ἀπολῦσαι. Πολλοὶ δὲ αὐτῷ καὶ τῶν εὐλαβῶν ἠκολούθησαν· καὶ εἰς τὴν ὑπεροψίαν γενόμενοι, καταλαμβάνουσιν ἐν τῇ τῶν μαρμάρων λατομίᾳ Χριστιανοὺς, περὶ που τοὺς χιλίους [59] ἢ καὶ πλείονας, πολὺν διὰ τὴν εὐσέβειαν ἐκεῖ χρόνον κατεχομένους. Οἳ καὶ περὶ τοῦ πατριάρχου πρότερον ἀκούσαντες, καὶ ὅτι τῆς πόλεως ἀπελαθεὶς, ὑπερόριος, πρὸς ἐκείνους καὶ αὐτὸς ἄγεται, παραμυθίαν ἔσχον οὐ τὴν τυχοῦσαν τὴν ἐκείνου ἐπιδημίαν.

CLXVIII. Ὅτε γοῦν πρὸς αὐτοὺς κατελάμβανε, τοῦ τῶν χειρῶν ἔργου ἀφέμενοι καὶ τούτῳ προσελθόντες μετὰ δακρύων, καὶ τῶν ἁγίων ἐκείνου ποδῶν ἁψάμενοι, καὶ τὰς καθαρὰς περιπτυξάμενοι χεῖρας, τὰς καταλαβούσας αὐτοὺς ἀνεκλαίοντο συμφορὰς, τὴν τῆς πατρίδος ἔκπτωσιν, τὴν ἄφιλον ἐπὶ ξένης διαγωγὴν,

sum animum conatur fallere ac abducere, dicens: Ex nobili stirpe ortus es: hoc de te perhibet testimonium omnis populus Romanus, sed et ipse in humanum errorem incurristi, atque ideo neque Urbs tacere potest. Aiunt enim te novam inducere religionem, et contra deos patrios prædicare quemdam Christum. Quare oportet te abjicere superfluam hanc superstitionem, deosque tantum revereri et colere quos civitas solet. Ad hæc patriarcha: Oro, inquit, tuam gravitatem et constantiam, ut mihi concedas verba facere, ac meis responsionibus attendas; non autem adeo ratione destitutam seditionem, tumultusque vanos consecteris. Neque enim opus est seditione ac tumultibus, ubi cuipiam propositum est de salute sua considerare atque de Deo disserere. Igitur præfectus, comperta ex ipso statim exordio constantia viri et fortitudine, veritusque tum ipse dicere, tum et ab eo audire, atque collocutionem detrectans, ad Trajanum imperatorem de illo refert. Et imperator ad istum modum ea quæ scripta erant dirimit: ut Clemens aut diis patriis sacrificet, aut trans Pontum in desertum aliquod oppidum eorum quæ Chersoni adjacent, Roma perpetuo exsilio ablegetur.

CLXVII. Hac itaque sententia accepta, cogitabat Mamertinus quo modo Clemens non eligeret exsilium, sed potius pareret ipsi ac imperatori, atque immolaret. Non enim sustinebat privari tanta viri virtute. Porro Clementi adeo curæ fuit obtemperare illis aut moleste ferre relegationem, ut etiam ad pietatem præfectum attrahere niteretur. Tanta quippe divinitus Clementem gratia circumdabat, sicque illius lingua omni favo ac melle dulcius stillabat, ut ipse quoque viri fervido amore captus Mamertinus, plurimum ex ejus discessu ingemuerit, lacrymasque dederit patriarchæ, dicens: Deus, quem tu sincere colis, ipse tibi auxiliator in calamitate assistat; statimque navigium paraverit, impositis ei quæ ad usum sufficiebant; illumque dextera prehenderit, item complexus sit, atque ita cum salutationibus congruis dimiserit. Multi autem ex piis secuti sunt eum: et pervenientes ad locum exsilii, reperiunt in marmoris lapidicinis Christianos circiter mille, vel et plures; qui jam diu illic propter verum cultum detinebantur. Hi cum de patriarcha prius audiissent, quod et ipse ab Urbe pulsus exsul ad eos duceretur, solatium non vulgare ceperunt ex ejus adventu.

CLXVIII. Itaque cum ad illos venit, ab opere manuum cessarunt, et ad eum cum lacrymis accesserunt; tactisque sanctis ejus pedibus, et puras manus deosculati calamitates ipsos complexas deflerunt, patriæ amissionem, insuavem in alieno solo vitam, rerum necessariarum penuriam; quodque

VARIÆ LECTIONES.

[57] al. ἐμέλλησεν. [58] al. ἢ καί. [59] al. δισχιλίους.

omnium erat gravissimum, aquæ ipsius indigentiam. Si quis enim, aiebant, per totum diem opere manuum et labore maceratus, aquæ guttam exiguam sumere voluerit, quo miseriam ex fatigatione ortam sublevet; is non minus quam usque ad stadia quinque et quadraginta profectus, aquam portaverit. Ob hæc patriarcha particeps eorum doloris ac lacrymarum factus, dein et Deo gratiis actis, et sufficienter animos illorum consolatus: Non ita, inquit, temere et sine causa huc me Deus permisit expelli; sed ut et socius sim vestrarum perpessionum, et patientiæ maxime ac tolerationis documentum.

CLXIX. Postea vero ad preces convertitur, et cum eis orat Deum, ut suis confessoribus fontem aquæ aperiat: quippe percussit petram in deserto, et fluxerunt aquæ [60], ipse etiam eis copiosam aquam suppeditat. Jam enim omnibus precationi insistentibus, patriarcha huc aque illuc respiciens, agnum videt qui dextrum pedem attollebat, eoque quasi ostendebat subjectum solum: a nullo enim alio agnus visus est. Tum patriarcha conjectis oculis, ad locum monstratum cum iis qui aderant accedit, et ait: In nomine Domini nostri Jesu Christi, hic mihi, filii, fodite. Cumque tum ipsum locum in quo agnus stabat, tum quidquid circum erat fodissent, patriarcha, sumpto sarculo, locum quem agnus ostendebat, levi et ad superficiem ictu pulsat; confestimque terra emittit limpidam aquam et ad bibendum suavem, atque ea cum impetu effusa flumen repentinum efficit. Universis ergo, aquæ causa gaudentibus, patriarcha dixit: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei* [63-64].

CLXX. Hinc tota ad eum confluebat civitas, et spiritalis illius doctrinæ dulcedine ad veram fidem cunctos impellebat; ut et multi quotidie baptizarentur numerusque ad quingentos pervenerit, ac vera religio in dies caperet incrementum. Nondum profecto annus in exsilio erat emensus ac præteritus, et ædificantur quidem, ab iis qui crediderant, Ecclesiæ numero quinque et septuaginta, idolorumque fana et templa evertuntur; iisque adsitos lucos, multum terræ occupantes, ignis depascit, atque universa prosternitur dæmonum insania.

CLXXI. Tunc ergo invidiosus et gravis rumor ad imperatoris aures pervenit, referens Christianorum sectam in majorem multitudinem crescere, et singulis diebus augeri. Quam ob causam ille statim Aufidianum præsidem mittit, qui non solum non ulterius progredi sectam sineret, verum et jam captos reduceret, avocaretque a pietate. Hic itaque postquam Chersonem venit, Christianosque com-

A τῶν ἀναγκαίων τὴν ἀπορίαν, καὶ, ὃ πάντων βαρυτατον ἦν, τὴν αὐτοῦ τοῦ ὕδατος ἔνδειαν. Εἰ γάρ τις ὅλην τὴν ἡμέραν τῇ τῶν χειρῶν ἐργασίᾳ, καὶ τῷ καμάτῳ προστετηκώς, ἔλεγον, ὕδατος βραχεῖάν τινα σταγόνα λαβεῖν ἐθελήσειεν, ὥστε τὴν ἐκ τοῦ κόπου ἀναψύξαι ταλαιπωρίαν, οὐκ ἔλαττον ὁ τοιοῦτος ἢ σταδίους πέντε καὶ τεσσαράκοντα προελθὼν ἂν, ὕδωρ κομίσαιτο. Πρὸς ταῦτα συναλγήσας τε αὐτοῖς ὁ πατριάρχης καὶ συνδακρύσας, εἶτα καὶ τῷ Θεῷ εὐχαριστήσας, καὶ ἱκανῶς τὰς ἐκείνων ψυχὰς παραμυθησάμενος, Οὐχ ἁπλῶς οὕτω καὶ ἀλόγως, εἶπεν, ἐνταῦθά με ὁ Θεὸς συνεχώρησεν ἐκβληθῆναι, ἀλλ' ὥστε καὶ κοινωνὸν ὑμῖν γενέσθαι τῶν παθημάτων, καὶ ὑπομονῆς μάλιστα καὶ καρτερίας ὑπόθεσιν.

CLXIX. Ἔπειτα μέντοι καὶ εἰς εὐχὴν τρέπεται, καὶ B δεῖται σὺν αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ, ὥστε τοῖς αὐτοῦ ὁμολογηταῖς πηγὴν ὕδατος διανοῖξαι· καὶ ὁ πατάξας πέτραν ἐν ἐρήμῳ, καὶ ἐρρύησαν ὕδατα, αὐτὸς ἄφθονον καὶ αὐτοῖς τοῦ ὕδατος παρέχει τὴν χορηγίαν. Ἤδη γὰρ πάντων τῇ εὐχῇ προσκειμένων, ὁ πατριάρχης τῇδε κἀκεῖσε περιβλεψάμενος, ἀμνόν τινα ὁρᾷ, [61], τὸν δεξιὸν μετεωρίζοντα πόδα, καὶ ὥσπερ ἐκείνῳ ὑποδεικνύοντα τὸ ὑποκείμενον ἔδαφος· οὐδενὶ γὰρ ὁ ἀμνὸς τῶν ἄλλων τεθέατο. Καὶ συμβαλὼν τὴν ὄψιν ὁ πατριάρχης, τῷ ὑποδειχθέντι τόπῳ μετὰ τῶν παρόντων ἐφίσταται, καὶ φησιν. Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐνταῦθά μοι, τέκνα, ὀρύξατε. Καὶ ἐπειδὴ αὐτόν τε [62] τὸν τόπον, εἰς ὃν ὁ ἀμνὸς ἵστατο, καὶ τὸ κύκλῳ πᾶν περιέσκαψαν, λαβὼν σκαφεῖον ὁ πατριάρχης, κρούει τὸν τόπον ἔνθα ὁ ἀμνὸς ὑπεδείκνυ, κούφῳ τινὶ καὶ μετεώρῳ τῷ κρούματι· καὶ παραχρῆμα διειδὲς ὕδωρ C ἡ γῆ καὶ ἡδὺ πιεῖν ἀναδίδωσι· καὶ τοῦτο, σὺν ὁρμῇ ἐκχυθὲν, ποταμὸν ἀθρόον ποιεῖ. Πάντων οὖν χαιρόντων ἐπὶ τῷ ὕδατι, ὁ πατριάρχης, Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, ἔλεγεν.

CLXX. Ἐντεῦθεν ἡ πόλις περὶ αὐτὸν πᾶσα συνέρρεον, καὶ τῇ οἷς πνευματικῆς ἐκείνης διδασκαλίας γλυκύτητι πρὸς τὴν ἀληθῆ πίστιν πάντας ἐπήγετο, ὡς καὶ πολλοὺς ὅσαι ἡμέραι βαπτίζεσθαι, εἰς πεντακοσίους τε τὸν ἀριθμὸν ἀναβῆναι, καὶ τὴν εὐσέβειαν καθ' ἑκάστην ἐπιδιδόναι. Οὕπω τοίνυν ἐνιαυτὸς τὴν ὑπερορίαν ἐμέτρει, καὶ οἰκοδομοῦνται μὲν ὑπὸ τῶν πιστευσάντων ἐκκλησίαι τὸν ἀριθμὸν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα, τεμένη τε εἰδώλων καὶ ναοὶ καθαιροῦνται, καὶ τὰ παραπεφυκότα τούτοις ἄλση, ἐπὶ πολὺ γῆς διηκνούμενα, τὸ D πῦρ κατανέμεται, καὶ πᾶσα τῶν δαιμόνων καταβάλλεται ἡ μανία.

CLXXI. Τηνικαῦτα οὖν ἐπίφθονός τε ταῖ βαρεῖα φήμη τὰς τοῦ βασιλέως ἀκοὰς ὑποτρέχει, ἐπιδοῦναι τὰ Χριστιανῶν εἰς πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖττον, καὶ καθ' ἑκάστην αὔξεσθαι τὴν ἡμέραν διδάσκουσα. Ἐφ' ᾧ δὴ καὶ Αὐφιδιανὸν αὐτίκα τὸν ἡγεμόνα ἐκεῖνος ἐκπέμπει, ὥστε μὴ μόνον μηδὲ περαιτέρω προελθεῖν αὐτὰ συγχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη χειρωθέντας ἐπαναγαγεῖν, καὶ ἀποστῆσαι τῆς εὐσεβείας. Οὗτος τοίνυν, τὴν Χερσῶνα κα-

VARIÆ LECTIONES.

[60] Num. xx, 6. Psal. lxxxu, 20. [61] al. inser· ἑστῶτα. [62] deest in al. [63 64] Psal· xlv, 5.

ταλαβῶν, καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν πολλαῖς βασάνοις καὶ ποικίλαις ὑποβαλών, ἐπεὶ πάντας τῇ προθέσει μάρτυρας γεγενημένους ἑώρα, καὶ πρὸς μυρίους παρεσκευασμένους θανάτους, τί ποιεῖ; Ἀπέχεται μὲν τοῦ πλήθους, δεδοικὼς μὴ καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους (24) μάρτυρας πλείονας ἐργάσηται· τὸν αἴτιον δὲ μόνον κολάζει, καὶ πάντα θυμὸν κατὰ τῆς μακαρίας ἐκείνης τοῦ Κλήμεντος ἀφίησι κεφαλῆς. Ἐπειδὴ δὲ πάντα ἦν αὐτῷ κοῦφα, καὶ εἰς οὐδὲν λογιζόμενα, καὶ ἀφ' ὧν αὐτὸν ἔπασχε μᾶλλον πλείονα τοῖς ἄλλοις παρείχετο τὴν ἀσφάλειαν, σύντομον ἀπαλλαγὴν αὐτῷ τοῦ βίου καὶ ταχεῖαν ἐπινοεῖται, καὶ εἰς μέσην τὸν μάρτυρα τὴν θάλασσαν ἀγαγών, καὶ ἄγκυραν σιδηρᾶν τοῦ τραχήλου ἐκδήσας, καθίησι τῷ βυθῷ, ὅπως μηδὲ λείψανον ἐκείνου, φησὶν, ὑπολειφθείη Χριστιανοῖς.

A plures tormentis multis ac variis affecit, quando omnes proposito et intentione martyres fuisse vidit, paratosque esse ad mille mortes, quid facit? Abstinet quidem a populo, veritus ne etiam ex primoribus multos faceret martyres: solum vero auctorem reprimit, omnemque furorem immittit in beatum illud Clementis caput. Porro cum huic omni essent levia et nullius momenti, quin potius ex eis quæ ipse patiebatur, cæteris præberet majorem fiduciam, brevem ei et celerem excogitat discessum e vita, atque adducto martyre in medium mare, anchoraque ferrea ad collum ejus religata, in profundum demittit: Ne, inquit, illius vel reliquiæ remaneant Christianis.

CLXXII. Ἀλλ' ὁ μὲν ἔρριπτο κατὰ τοῦ πελάγους· τὸ δὲ τῶν Χριστιανῶν πλῆθος ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ ἑστὼς, ἐθρήνουν ἐλεεινῶς, ὠλοφύροντο, καὶ δικτροτάταις φωναῖς ἀνεκάλουν τὸν πατριάρχην. Κορνήλιος δὲ καὶ Φοῖβος οἱ μαθηταὶ οἵας τὸ πάθος ἀπῄτει φωνὰς καὶ αὐτοὶ βοῶντες, καὶ οὐκ ἔχοντες ὅ τι τῆς συμφορᾶς ποιήσονται παραμύθιον, Εὐξώμεθα πάντες ὁμοθυμαδὸν, εἶπον, ὥστε κἂν ἀναδειχθῆναι ἡμῖν τὸ τοῦ μάρτυρος λείψανον. Καὶ προσευχομένων αὐτῶν, ᾧ τῶν μεγάλων σου, Δέσποτα, τεραστίων [65], θαυματουργεῖταί τι κἀνταῦθα [66] Θεὸς τοῦ Μωσέως παραδοξότερον. Ὑποφεύγει μὲν γὰρ ἡ θάλασσα προσωτέρω σταδίους σχεδὸν οὐκ ἐλάττους τῶν εἴκοσι. Προσελθόντες δὲ τὸ πλῆθος διὰ ξηροῦ τοῦ ἐδάφους· τῆς θαυμαστῆς σου καὶ τοῦτο, Χριστὲ, δυνάμεως· εὑρίσκουσι λίθον ἐν εἴδει ναοῦ παρὰ τῆς σῆς ἀπορρήτου σοφίας πεποιημένον, καὶ τὸ μαρτυρικὸν σῶμα λαμπρῶς ἐν αὐτῷ κείμενον, καὶ τὴν βαρεῖαν ἐκείνην ἄγκυραν, ἔγγιστά που τοῦ λίθου καὶ αὐτὴν κειμένην.

B C CLXXII. Atque ille quidem in pelagum projectus est: Christianorum autem multitudo, in littore stans, lamentabatur, misere ejulabat, et miserandis admodum vocibus inclamabat patriarcham. Cornelius vero et Phœbus discipuli, quales voces id quod perferebatur postulabat, et ipsi per clamorem emittunt, nec habent quam infortunio afferant consolationem, atque aiunt: Oremus cuncti uno animo, ut nobis ostendatur martyris corpus. Et cum orarent, o magna tua miracula, Domine! ibi Deus aliquid majore admiratione dignum edit, quam quod Moses [67]. Etin mare procul recedit viginti fere stadia. Accedens autem plebs per sicum solum, hoc quoque mirabilis tuæ potentiæ, Christe! invenit lapidem in forma templi ab ineffabili tua sapientia effectum, et martyris corpus magnifice in eo jacens, gravemque illam anchoram proxime saxum et ipsam positam.

CLXXIII. Ἀλλ' ἀπεκαλύφθη Κορνηλίῳ καὶ Φοίβῳ, ὥστε μὴ τὸ λείψανον ἐκεῖθεν μετακινῆσαι, καλῶς ἐν τῷ βυθῷ κείμενον· καὶ ὅτι καθ' ἑκάστην ἐνιαυτοῦ περιτροπὴν ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ μάρτυρος τελειώσεως, ὑποχωρήσει παρ' ὅλας ἑπτὰ ἡμέρας τοῖς προσιοῦσιν ἡ θάλασσα, πεζῇ καὶ βάδην αὐτοῖς μέχρι τοῦ λειψάνου τὴν πάροδον ἐπιτρέπουσα. Ὅπερ ἐτησίως ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο τελεῖται, τὴν ἐπιδημίαν τῆς αὐτοῦ μνήμης (25) οἱονεί τινα ὅρον ἔχον καὶ προθεσμίαν. Ἐντεῦθεν αἵρεσις παρ' αὐτοῖς πᾶσα, καὶ ἑλληνισμὸς καταλέλυται, τῶν ἐν τῇ τοῦ μάρτυρος μνήμῃ τελουμένων ἐκεῖ σημείων καὶ τῶν θαυμάτων εἰς ἐπίγνωσιν πάντας χειραγωγούντων, καὶ καθαρῶς ἐναγόντων πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Οὐδενὶ γὰρ [68] ὑπό τινος ἀνηκέστου κακοῦ πιεζομένων, τῆς τοῦ ὕδατος ἐκείνου μεταλήψεως καὶ

D CLXXIII. Sed Cornelio et Phœbo revelatum est, ne illinc transferrent corpus, quod præclare situm erat in profundo; ac fore ut per singulos annorum circuitus, tempore quo martyr morte consummatus est, mare adventuris cederet per septem integros dies, permitteretque illis aditum pedibus et lento gradu usque ad corpus. Quod annuatim ab illo tempore adhuc perficitur, habetque velut præfinitum terminum ac præstitum tempus adventum commemorationis martyris. Hinc omnis apud eos hæresis, et Græca religio eversa est; cum signa et miracula quæ ibi in memoria martyris eduntur, cunctos ad cognitionem adducant, et plane ad veritatem impellant. Nemini enim illorum qui insanabili aliquo malo premerentur, alia re quam aquæ illius perceptione

## VARIÆ LECTIONES.

[65] al. θαυμασίων. [66] deest in al. [67] Exod. XIV. al. inser. τῶν.

## VARIORUM NOTÆ.

(24) Ἀπὸ τοῦ τέλους. *Ex primoribus.* Vel cum Perionio, *tandem.* Cot.

(25) Τῆς αὐτοῦ μνήμης. Infra Martyrii num. 25, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀθλήσεως αὐτοῦ. Acta, et Freculfus *die passionis ejus.* Gregorio Turonensi: *in die solemnitatis ejus.* Græci ad 24 Novemb. ἐν τῇ τοῦ ἁγίου μνήμῃ. Male ergo apud Nicephorum III, 18, ista παράδοξον δέ τι τῆς μνήμης ἐνισταμένης αὐτῷ ἐπιγίνεται, verterunt sic: *De quo supra opinionem præsentis memoriæ quiddam accidit.* Lego ego αὐτοῦ, et explico: *Editur autem miraculum, quoties adveniat dies quo illius memoria celebratur.* Cot.

et aspersione opus fuit ad morbi eum occupantis depulsionem.

CLXXIV. Sed hæc quidem talia sunt, et ita habent: illud vero longe majus, sufficiensque ad confirmanda præcedentia. Nam cum, ut superior oratio declaravit, in pelagus martyr immissus est, et in sinus aquarum projectus, atque mare longius abscessit, dum quasi sub pedem dat locum, et index corporis mirabiliter efficitur, ac volenti facit potestatem gradiendi per profundum; ingens certe Christianorum multitudo tunc ad corporis spectaculum properabat. Postea vero et maximus dies festus miraculum induxit; aut potius hoc miraculum diem festum effecit; quod non, semel editum, deinde desiit, sed per unumquodque ami curriculum perficiebantur eodem modo, piasque animas convocabat ad epulum. Cum equidem hæc ita essent, et omnes circa Chersonem Christiani ad miræ rei solemnem diem quotannis concurrerant; ibi etiam Deus miraculum, anterioribus magis inopinum et admirabile, operatur.

CLXXV. Nam vir quidam religiosus, una cum uxore, et prole mascula, miraculo jam edito, ad martyris corpus, ipsi quoque cum populo confluente profecti sunt. Igitur æquor e vestigio trajiciunt, templumque in sinu ejus positum attingunt, parentes manu puerum ducentes: cumque intra templum fuerunt, et sanctum illum tumulum ambierunt, tum alia sanctum precati sunt, tum pro nato rogarunt ea quæ parentes decebat. Precati ergo, ac sepulcrum ferventer exosculati et complexi, ipsi quidem, jam peracta celebritate, cunctisque domum redeuntibus, retro iterum cum populo qui concurrerat abscesserunt. Puer autem clam parentes, nescio quo modo solus apud sepulcrum relictus est; omnino id incomprehensibili Dei providentia disponente, ut magis honoraret eum qui animam et corpus pro ipso libenter dederat. Et aqua quidem ad propria remeans, profundum obtexit, iterumque effectum est pelagus.

CLXXVI. At parentes paulum a corpore digressi, ut jam filium secum non viderunt, ad investigationem ejus vertunt se: ac retro conversi ut invenirent puerum, cernunt mare rursus esse eam viam quæ ad corpus deinceps duceret: statimque consternatur, turbantur, commoventur, aerius ad nati indagationem prorumpunt: is autem in tumulo relictus fuerat. Cumque post multum laborem puerum non repererunt, sed in maris fundo desertus fuisse ipsis visus est, uti revera erat, longum ac flebiliter vociferabantur, filium appellantes, et pectora feriebant, atque deplorabant calamitatem quæ eos opprimebat. Tumque ad sanctum ea dicebant, quæ animus dolore fractus pronuntiaverit, mortem sibi pro rebus præsentibus optantes: donec proximorum nonnulli, incidentes in eos lamentationibus

τοῦ ῥαντισμοῦ πλέον ἐδέησε, πρὸς τὴν τοῦ κατέχοντος αὐτὸν πάθους ἀπαλλαγήν.

CLXXIV. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα καὶ οὕτως ἔχοντα· ἐκεῖνο δὲ καὶ λίαν πολλῷ μεῖζον, καὶ ἱκανὸν τὰ προλαβόντα πιστώσασθαι. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, εἰς πέλαγος ὁ μάρτυρ ἐφίετο, καὶ εἰς ὑδάτων μυχοὺς ἔῤῥιπτο, ἥ τε θάλασσα ὑπέβαινε πορῤῥωτέρω, καθάπερ ὑπὸ πόδα χωροῦσα, μηνυτὴς τοῦ λειψάνου παραδόξως γινομένη, καὶ βυθὸν πεζεύειν τῷ βουλομένῳ παρέχουσα· πολὺ μέντοι πλῆθος τηνικαῦτα Χριστιανῶν πρὸς τὴν τοῦ λειψάνου θέαν ἠπείγοντο. Μετὰ [69] δὲ ταῦτα καὶ ἡ μεγίστη ἑορτὴ τὸ θαῦμα ἤγετο· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐποίει τὴν ἑορτὴν, οὐ γεγονὸς ἅπαξ, εἶτα παυσάμενον, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ἐνιαυτοῦ περίοδον ὁμοίως τελούμενον, καὶ τὰς ἀσεβεῖς [70] ψυχὰς συγκαλοῦν εἰς ἑστίασιν. Ἐπεὶ τοίνυν οὕτω ταῦτα, καὶ οἱ κατὰ Χέρσῶνα πάντες Χριστιανοὶ πρὸς τὴν τοῦ θαύματος πανήγυριν ἐτησίως συνέτρεχον, θαυματουργεῖ τι κἀνταῦθα Θεὸς, τῶν προγεγονότων παραδοξότερον.

CLXXV. Ἀνὴρ γάρ τις θεοσεβὴς ἅμα γυναικὶ καὶ ἄῤῥενι τέκνῳ, τοῦ θαύματος ἤδη τελουμένου, πρὸς τὸ μαρτυρικὸν ἐκεῖνο καὶ αὐτοὶ σῶμα μετὰ τοῦ συῤῥέοντος πλήθους ἐχώρουν. Τὸ πέλαγος οὖν ἐκ ποδὸς διαβάντες, καὶ τὸν ἐν μυχῷ τούτου καταλαβόντες ναὸν, τῆς χειρὸς λαβόμενοι τοῦ παιδὸς οἱ πατέρες, ἐπεὶ τοῦ ναοῦ ἔνδον ἐγένοντο, καὶ τὴν ἁγίαν ἐκείνην περιστάντες σορὸν, τά τε ἄλλα ἐδέοντο τοῦ ἁγίου, καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐλιπάρουν ὅσα πατέρας εἰκός. Εὐξάμενοι οὖν καὶ θερμῶς τὸν τάφον περιπτυξάμενοι, αὐτοὶ μὲν ἤδη τῆς πανηγύρεως τελεσθείσης, καὶ οἴκαδε πάντων ἐπαντιόντων, ὀπίσω πάλιν μετὰ τοῦ συνδραμοῦντος [71] πλήθους ἐχώρουν. Τὸ παιδίον δὲ τοὺς τεκόντας λαθὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως, μόνον παρὰ τῇ σορῷ κατελέλειπτο, πάντως τῆς ἀκαταλήπτου προνοίας τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦτο οἰκονομησαμένης, ἵνα τιμήσῃ πλέον τὸν καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα δι' αὐτὸν ἡδέως προθέμενον. Καὶ τὸ μὲν ὕδωρ, ἐπαναστρέφον εἰς τὰ οἰκεῖα, ἐκάλυπτε τὸν βυθὸν, καὶ πέλαγος ἐγίνετο.

CLXXVI. Οἱ πατέρες δὲ μικρὸν ἀπὸ τοῦ λειψάνου προελθόντες, ὡς ἤδη τὸν παῖδα παρ' αὐτοῖς οὐχ ἑώρων, εἰς ἔρευναν αὐτοῦ τρέπονται· καὶ ὀπίσω στραφέντες, ὥστε τὸ παιδίον εὑρεῖν, πέλαγος ὁρῶσι πάλιν τὴν ἐπὶ τὸ λείψανον ἐξῆς φέρουσαν· καὶ αὐτίκα θορυβοῦνται, ταράττονται, κλονοῦνται, θερμότερον ὁρμῶσι πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς ζήτησιν· τὸ δὲ ἄρα ἦν ἐν τῇ σορῷ καταλελειμμένον. Ἐπεὶ δὲ πολλὰ καμόντες, τὸ παιδίον οὐχ εὗρον, ἀλλ' ἐν τῷ βυθῷ καταλελεῖφθαι αὐτοῖς ἐνομίσθη, ὥσπερ ἄρα καὶ ἦν, μακρόν τε καὶ γοερὸν ἀνεβόων ἀνακαλούμενοι τὸν υἱὸν, καὶ τὰ στήθη ἔπαιον, καὶ τὴν κατασχοῦσαν αὐτοὺς ἀνωλοφύροντο συμφοράν. Εἶτα καὶ πρὸς τὸν ἅγιον, οἷά περ ἂν ὀδυνωμένη ψυχὴ φθέγξαιτο [72], ἔλεγον, θάνατον ἑαυτοῖς ἀντὶ τῶν παρόντων εὐχόμενοι· ἕως τῶν πλησίον τινὲς περιπεσόντες [73] αὐτοῖς, ἐκλελυμένοις ὑπὸ τῶν θρήνων ἤδη,

VARIÆ LECTIONES.

[69] al. πολλοὺς ἐπὶ θέαν ἐπήγετο. μετά [70] al. εὐσεβεῖς, ut legit interpres. [71] al. συνδραμόντος. [72] al. θέγξοιτο. [73] al. περιτυχόντες.

καὶ πολλὰ ἐπὶ τῷ πάθει καὶ αὐτοὶ ἐκχέαντες δάκρυα, παρεμυθήσαντό τε αὐτοὺς, καὶ ὑφεῖναι τῆς μακρᾶς λύπης ἐποίησαν. Ἀλλὰ πρὸς τὴν οἰκίαν ἐκείνων ἐπανελθόντων, μεῖζον καὶ πάλιν τὸ πάθος ἐγίνετο, καὶ ἱμάτιον ὀφθὲν τοῦ παιδὸς, εἴτε τινὰ τῶν ἐκείνῳ συνήθων εἰς μνήμην τοῖς πατράσιν ἐλθόντα, χαλεπωτέραν αὐτοῖς ἐποίει τὴν συμφοράν.

A jam confectos, multasque propter casum et ipsi lacrymas profundentes, consolati sunt eos, effecerunt que ut de magno diuturnoque mœrore remitterent. Verum postquam illi domum revenerunt, iterum et major ægritudo orta est ; atque visa nati vestis, sive quædam quæ illi familiaria erant in parentum memoriam recurrentia, molestiorem ipsis reddebant jacturam.

CLXXVII. Τοῦ ἐνιαυτοῦ δὲ ἤδη περιελθόντος, καὶ τῆς λαμπρᾶς ἑορτῆς ἐκείνης ἄγεσθαι πάλιν μελλούσης, ἐκέντει τε αὐτοὺς ἐπὶ πλέον τὸ πάθος, καὶ σφοδρότερον πάλιν τοῦ παιδὸς ἀνεμίμνησκε. Καὶ δῆτα πρὸς ἀλλήλους, Ἴωμεν, φασὶ, πρὸς τὸν τάφον· ἴδωμεν εἴ τι τοῦ παιδὸς ὑπολέλειπται λείψανον, εἴ πως κἂν αὐτὸ κομιούμεθα. Ταῦτα καὶ ὅσα τοῦ πάθους πρὸς ἑαυτοὺς κοινολογησάμενοι, προέρχονται τῆς οἰκίας πενθικῶς ἐσκευασμένοι, καὶ τὰς ὁράσεις ὑπὸ τῶν δακρύων ἐκτετηκότες, καὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἀφικνοῦνται. Καὶ ὑποχωρεῖ μὲν εὐθέως ἡ θάλασσα, τῆς προθεσμίας καταλαβούσης. Ἀκολουθοῦσι δὲ αὐτοὶ πρῶτοι, καὶ μετὰ πόδας ἕτεροι πάλιν, τῇ θαλάσσῃ καθάπερ ὁδηγῷ χρώμενοι. Καὶ τὸν αὐτομάτως οἰκοδομηθέντα ναὸν ἐκεῖνον, μᾶλλον δὲ ὑπὸ τῆς σῆς, Δέσποτα, σοφίας δημιουργηθέντα καταλαβόντες, ὁρῶσι τὸ παιδίον, ὢ τοῦ θαύματος! ζῶν καὶ ἀλλόμενον (26) παρὰ τῷ ναῷ. Καὶ πρῶτον [74] μὲν ἀμφιβόλως εἶχον πρὸς τὰ ὁρώμενα, λογιζόμενοι μὴ οὐχ ὁ παῖς ἢ τὸ φαινόμενον. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῖς γνωρίσμασι καὶ τοῖς σχήμασι πάντοθεν εἰς πίστιν αὐτοὺς τὸ παιδίον ἐνῆγε, καὶ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι τὸν υἱὸν ἐπίστευσαν, περιχυθέντες εὐθέως αὐτῷ, καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ χείλη προσφύντες, ἔκλαιόν τε μέχρι πολλοῦ, τὰ γλυκέα δὴ ταῦτα ὑφ' ἡδονῆς προχέοντες [75] δάκρυα, καὶ θερμῶς αὐτὸν ὥσπερ γυμνῇ τῇ ψυχῇ κατεφίλουν.

CLXXVII. Cæterum anno jam confecto, cum splendidum illud festum iterum agitandum esset, ipsos multo magis pungebat et excruciabat dolor, vehementiusque rursum pueri memoriam revocabat. Itaque iuter se aiunt:Eamus ad sepulcrum : videamus num aliquæ filii reliquiæ supersint, si quo pacto et illas asportemus. Hæc et quæcunque mœstitia suggerebat inter se collocuti, domo prodeunt, lugubri ornatu, oculisque lacrymarum vi liquentibus ; atque ad littus perveniunt.Et quidem statim recedit mare,præstitutus dies cum advenisset. Sequuntur autem illi primi, atque e vestigio alii denuo, mari tanquam itineris duce utentes.Ac templum illud sua sponte ædificatum, imo a tua, Domine, sapientia conditum attingentes, cernunt puerum, o miraculum ! vivum et salientem in templo. Et primo quidem de iis quæ cernebantur ambigebant,reputantes num filius esset id quod appareret. Postquam vero indiciis et gestibus puer omnino eis fidem fecit, huncque ipsum esse filium crediderunt, confestim amplexi eum, et oculis ac labris adhærentes, fleverunt diu, his dulcibus lacrymis præ gaudio effusis, eumque vehementer quasi nudo animo dosculati sunt.

CLXXVIII. Ἔπειτα μικρὸν ἑαυτοὺς ἀναλαβόντες, ἠρώτων ἀκριβῶς ἕκαστα τὸ παιδίον, ὅπως οὕτω παραδόξως διεσώθη [76], τίνος φυλάττοντος, τίνος τρέφοντος, τίνος θάλποντος, τίνος ζωογονοῦντος. Τὸ δή, τῇ μὲν λαιᾷ χειρὶ τὴν σορὸν κατέχον, θατέρᾳ δὲ τὸν ἐν αὐτῇ κείμενον ὑποδεικνύον, Οὗτός μοι καὶ τῆς ζωῆς πάροχος, ἔλεγε, καὶ τροφεὺς, καὶ φύλαξ, παρ' ἑαυτῷ γνησίως ἀεί με τηρῶν καὶ καλῶς τιθηνούμενος. Θαύματι οὖν οἱ τεκόντες ἀπορρήτῳ σὺν ἡδονῇ ληφθέντες, τοὺς προτέρους θρήνους καὶ τὰ σκυθρωπὰ τοῦ πάθους ἐκεῖνα ῥήματα, εἰς φαιδρότητα καὶ εὐχαριστίαν μετέβαλον, Θαυμαστὸς, λέγοντες, ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, καὶ ὅσα ἑξῆς προστιθέντες. Ἐπανέρχονται τοίνυν μακάριοι καὶ ζηλωτοὶ πρὸς τὴν οἰκίαν· ὃν ὡς νεκρὸν ἐπένθουν, καὶ τάφον αὐτῷ θαλαττίου γαστέρα

CLXXVIII. Deinde cum paulum collegissent se, singula diligenter rogarunt puerum, quo modo ita mirabiliter servatus fuisset, quo custodiente, quo nutriente, quo fovente, quo vitam præstante. At ille læva quidem manu loculum tenens,altera vero in eo jacentem ostendens : Hic mihi,inquit,et vitæ largitor, et alitor, et custos fuit, apud se vere perpetuo me conservans ac præclare enutriens. Miraculo igitur inenarrabili parentes cum voluptate capti, lamenta priora, et tristia illa doloris verba, in hilaritatem et gratiarum actionem mutaverunt, dicentes : *Mirabilis Deus in sanctis suis* [77] ; et consequentia addentes. Itaque beati ac æmulatione digni redeunt domum : quem ut mortuum lugebant et cui sepulcrum esse ventrem belluæ marinæ præ-

## VARIÆ LECTIONES.

[74] al. πρῶτα. [75] al. ἐκχέοντες. [76] al. περιεσώθη. [77] Psal. LXVII, 36.

## VARIORUM NOTÆ.

26) Ἀλλόμενον. Ex Ephræmo. At Nicephorus, παρακαθήμενον λάρνακι. In ms. 2421, ἐν τῇ τοῦ ἁγίου καθήμενον λάρνακι. Gregorius, *dormientem. Aspicit filium in eo loco, ubi eum dormientem reliquerat, in ipso adhuc sopore teneri. Æstimans autem eum esse defunctum, accessit cominus, quasi collectura cadaver exanime ; sed cum eum dormire cognovisset, excitatum velociter, spectantibus populis, in columem levavit in ulnis, interrogans inter oscula ubi per anni fuisset spatia. Nescire se ait, si annus integer præteriisset : tantum dormisse suavi sopore in unius noctis spatio æstimabat.* Sic vetus codex. Cot.

dicabant, imo vero cujus nihil reliqui se inventurss sperabant, eum secum incedentem habentes, atque colloquentem spectantes, inexplicabilis voluptatis rem parentibus, et ineffabilem suavitatem suis ipsorum pectoribus instillabant.

CLXXIX. Ita in honore habere solet communis omnium Dominus Christus eos famulorum qui propter ipsum passi sunt, tantumque periculum susceperunt, tali miraculorum exsuperantia, talibus splendoribus : quorum etiam nos compotes fieri contingat, gratia et humanitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria, una cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

A θηρὸς ἐπεφήμιζον, μᾶλλον δὲ οὐ μηδὲ λείψανον εὑρεῖν προσεδόκουν, τοῦτον μεθ' ἑαυτῶν βαδίζοντα ἔχοντες, καὶ συλλαλοῦντα ὁρῶντες, ἄφατόν τι χρῆμα πατράσιν εἰς ἡδονὴν, καὶ ἀπόῤῥητον γλυκύτητα τοῖς ἐκείνων σπλάγχνοις ἐναποστάζον [78].

CLXXIX. Οὕτω τιμᾷν οἶδεν ὁ κοινὸς ἁπάντων Δεσπότης Χριστὸς τοὺς δι' αὐτὸν παθόντας τῶν οἰκετῶν, καὶ τοσοῦτον κίνδυνον ἀναδεξαμένους, τοιαύτῃ θαυμάτων ὑπερβολῇ, τοιαύταις λαμπρότησιν· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν [79].

VARIÆ LECTIONES.

[78] al. ἐναποστάζοντα. Ἐναποστάζον. Est participum. Peronius legebat ἐναπέσταζον, quod et cum eo vertimus. IBID. [79] al. νῦν, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Al. νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς.

# LITURGIA

# SANCTI CLEMENTIS ROMANI.

(RENAUDOT, *Liturgiarum Orientalium Collectio*, ed. 2, Francofurti, 1847, in-4°, t. II, p. 186.)

—

## MONITUM.

Præter istam, nulla alia apud Orientales Clementi ascripta Liturgia reperitur in mss. codicibus, quod mirum sane videri posset, quando quidem in Clementinis Constitutionibus exstat integra illius forma libro VIII descripta. Verum quamvis illarum Constitutionum quas *Dascalia*, decurtato Διδασκαλίας nomine, Syri et Arabes vocare solent, versiones et epitomæ plures reperiantur in Collectionibus Canonum Arabicis, ultimi illius libi fragmenta tantum habent : et is liber in vetustissima Syriaca versione codicis Florentini non exstat. Neque apud Græcos, a quibus Constitutiones apostolicas Syri et alii acceperunt, memoria ulla est Liturgiæ quæ Clementi tribueretur, quia scilicet in nulla Ecclesia celebri, et quæ aliis legem aut exemplum dare posset, forma rituum et orationum singularis, ex Clementinis expressa, in usu fuit. Ratio cur istam Jacobitæ composuerint et Clementi attribuerint frustra quæreretur, nisi dignitatis quam comparare huic officio conati sunt ex nomine viri apostolici, cujus memoriam inseruerunt aliquoties in diptychis suis, ut etiam in confessione quam ordinandis sacerdotibus prælegi jubet Pontificalis Mediceus ; et cujus aliquot testimonia in suæ opinionis patrocinium referunt in Collectaneis, de quibus sæpe dictum est, Non edita est in Missali Chaldaico, neque Gabriel Sionita in epistola ad Nihusium, aut Abraham Echellensis notis ad Hebed-Jesu, illius meminerunt, et pauci codices eam repræsentant (26*). Versio facta est ad bonæ notæ codicem Colbertinum 3921.

Ut probetur Liturgiam istam Clementis Romani opus non esse, multis verbis non opus est, cum ne levem quidem talis antiquitatis notam habeat, sed recentioris ævi non paucas, inter quas præcipua videtur esse, stylus ille a prima simplicitate degenerans, et vere Asiastica synonymorum, epithetorum metaphorarumque congeries, per quam ad supremum elegantiæ culmen perveniri Orientales existimant. Id etiam probat additio aliquot verborum in forma consecrandi panis et calicis, ut in prima, *quod pro multis fidelibus immolatur :* in altera, *sanguinis meus qui confirmat testamentum mortis meæ :* quæ formulæ magis recentioribus similes sunt, quam vetustis Græcis Syriacisque, quarum sententia ad verborum evangelicorum simplicitatem propius accedit. In invocatione Spiritus sancti id observandum, quod oratio quæ verba Christi sequitur præter aliarum morem prolixa est supra modum, ita ut majus omnino inter illa et invocationem, sit intervallum. Neque tamen interlocutio diaconi occurrit ut in Græcis posterioribus, nam eas additiones Græcis usurpatas, ignorant Orientales Ecclesiæ.

(16*) Allat., *Symmicta*, p. 231.

# LITURGIA S. CLEMENTIS ROMANI.

*Primum Oratio ante Pacem.*

Deus qui es mare ineffabile charitatis, et abyssus imperscrutabilis pacis, fons bonorum, et largitor dilectionis, qui mittis pacem ad illos qui etiam suscipiunt: aperi nobis hoc tempore mare charititatis tuæ et irriga nos fluentis ditissimis, ex ubertate gratiæ tuæ, et ex fontibus suavissimis benignitatis tuæ. Fac nos filios tranquillitatis et hæredes pacis, accende in nobis ignem charitatis tuæ, et fervorem amoris tui. Sere in nobis timorem tuum, et confirma infirmitatem nostram veritate tua. Constringe nos tecum, et nobiscum invicem, una firmaque nec dissolubii concordia. Præsta etiam ut vacui dolo, et puri ab omni livore, salutemus invicem in osculo et amplexu pacis et charitatis non fictæ, ut cum corde puro et anima munda, hic quidem arrhabonem vitæ membris nostris misceamus, et illic in futuro sæculo invitati simus ad festum illud perpetuum deliciisque abundantissimnm ; et triumphaliter celebremus te, o beate, in regno tuo, quod in æternum permanet, et unignitum Filium tuum, et Spiritum tuum sanctum.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Det unusquisque pacem.

*Populus.* Omnes.

*Diaconus.* Post, etc.

*Populus.* Coram te Domine.

*Sacerdos elevans vocem.* Deus invisibilis, et incomprehensibilis ineffabilis et infinite, qui in Sanctis sanctorum excelsis habitas, in secreto habitaculo, quod manibus factum non est, supra cœlos cœlorum, et supra quiquid superius illis est ; qui destruis omnem altitudinem passionum extollentem se adversus scientiam tuam, et captivas omnem cogitionem ad formam humilitatis et adnihilationis tuæ. Tu beatissime, et dives donorum sublimium, aspice nos e cœlis tuis sublimibus et splendidis, et ex habitatione regni tui æterni. Mitte nobis dona gratiæ tuæ divinæ, inhabitationem Spiritus tui sancti quia tu dives misericordiarum et magnificus in donis et amplissimæ clementiæ, tibique gloriam et gratiarum actionem offerimus, et unigenito Filio tuo, etc.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Domine Deus potens, qui vides abscondita, et futura etiam penetras, fons vitæ et origo beata beatitudinis et bonitatis ; largitor puritatis, et a quo sanctitas habet originem ; thesaurus rerum pretiosarum, et fons sapientiæ : pater lucis æternæ, quæ est ante omnia sæcula in te essentialiter, æqualis potentia et gloria. Te deprecamur sanctissime Domine, sanctifica mentes et cogitationes omnium nostrum, munda animas et corpora omnium nostrum, refrena inordinationem cogitationum nostrarum. Indue nos stola nova intertexta ornatu morum honestorum ; et per Spiritum tuum sanctum perficientem omnia, qui in omnibus mentibus puris habitat, et in animabus mundis sedem habet, sanctifica nos per gratiam, misericordiam, et amorem erga homines unigeniti Filii tui per quem et cum quo te decet gloria, etc.

*Populus.* Amen.

*Diaconus.* Stemus decenter.

*Populus.* Misericordiæ.

*Sacerdos.* Charitas.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Sacerdos.* Sursum corda.

*Populus.* Habemus ad Dominum.

*Sacerdos.* Gratias agamus Domino.

*Populus.* Dignum et justum est.

*Sacerdos.* Te enim decet gloria et tibi debetur laudatio : te decet hymnus et exaltatio quocumque tempore, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum, Deum verum, unius naturæ excelsæ, unius substantiæ, qui iu Personis tribus adoraris et laudaris ab omnibus, quæ per sapientiam creasti et ordinasti.

*Sacerdos elevans vocem.* Benedicimus te factorem sæculorum et creatorem naturarum, largitorem vitæ et Dominum creaturarum visibilium et invisibilum. Cœli cœlorum, et quæcunque in illis sunt, cum naturis igneis et spiritualibus te glorificant. Sol et luna cursibus suis te venerantur : stellæ splendore suo te prædicant : tonitrua sonis suis terrent, ad mandatum tuum : motus in aere virtutem tuam significant : aquæ in nubibus nutu tuo coguntur : terra et quæcunque super eam sunt, a te pendent, atque a te sustentantur : naturæ rationales, et ratione carentes, illæ quæ intelligentia, et quæ solo sensu præditæ sunt, per te vivunt, et potestati regni tui obediunt. Habes, Domine, in cœlo illo excelso quod est scabellum sub pedibus tuis, ministros innumerabiles, et infinitum numerum laudantium te, qui in regionibus materiæ expertibus, laudi majetatis tuæ, et ministerio tuo toti addicti sunt, personas scilicet, quæ ex igne et spiritu creatæ sunt : quæ canticis omnium musicæ generum, laudes tuas cum clamore celebrant, milleni et decies milleni, qui ab æterno fructus laudationis tibi deferunt, agmina et ordines spiritualium in suos ordines distributorum, qui hymnos jucundos tibi offerunt : cœtus angelorum, ordinesque archangelorum, qui tibi uni Deo laudem novam et indesinentem referunt : Throni et Dominationes in firmissima et non perturbabili securitate constituti, qui cantica triumphalia concinunt tibi, summopere timendo. Archangeli ei virtutes, Potestatumque principes, qui gloria Thronorum exornantur, laudesque et encomia dignissima prout decet diriguntad infimos gradus solii tui. Principatus spirituales qui coram te cum timore consistunt, indesinenter sanctificant tonitru san-

citatis tuæ. Currus igneus animalium quadruplici facie distinctorum, similitudinibusque diversis donorum gloriæ diversorum, decorem regni tui clamant : agmina Cherubim multis oculis præditorum, in circulum voces benedictionis in regionem tuam absconditam extollunt : Seraphim multis alis instructi,qui facies suas iisdem alis suis protegunt a splendore tuo, et pedes suos pennis quoque suis tegunt, ut non adurantur ab ardore ignis tui inaccessibilis, et volantes undequaque laudant, et ad alterutrum alis plaudentes benedicunt, et alter alteri conformati glorificant : et unus ab altero hymnum suscipientes, oribus igneis, linguisque flammeis, una voce triplicatæ sanctificationis laudant, clamant, vociferantur, et dicunt.

*Populus.* Sanctus, sanctus, sanctus.

*Sacerdos inclinatus.* Sanctus es Deus Pater, sanctus es Deus Fili, sanctus es Spiritus sancte, Trinitas sancta et indivisa, unus Deus solus et sanctus es, in natura : qui in Personis tribus adoraris, et in unitate substantiæ glorificaris. In quibuscunque locis et mundi partibus, non sufficiunt ad extollendam virtutem majestatis tuæ. Qui plasmasti hominem ad imaginem majestatis tuæ, rationemque ipsi indidisti,præscripsistique tanquam limitem a Domino constitutum, ne præceptum tuum transgrederetur : qui cum errasset, contempsissetque legem tuam,sententiam mortis incurrit,et in exsilium infirmitatis depulsus est. Tu vero creator ejus, bonus et misericors, non abjecisti curam ejus, quam habebas, sed omnia ad salutem ejus instituisti, eo usque ut Filium tuum æternum et unigenitum tuum miseris in mundum, qui dispensationem suam salutarem propter eum explevit.

*Elevans vocem.* Cum ergo paratus esset; secundum voluntatem suam ad gustandas passiones, ad ascendendum in crucem et patibulum, mortemque subeundam pro vita totius mundi, ea vespera qua consummationem mysteriorum,et mirabilium perfecit,panem accepit in mamus suas puras sanctas, et gratias agens †, benedixit, † sanctificavit, † fregit, deditque initiatis hoc ejus mysterio, apostolis sanctis dicens : Accipite, et manducate ex eo, quia Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur et datur, ad veniam omnium fidelium plurimorum pro quibus immolatur, et dividitur, ad propitiationem delictorum, remissionem peccatorum et vitam æternam.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Post cœnam illam mysticam, miscuit calicem vitæ ex vino et aqua : et ad te,Deus pater, oculos elevans, gratias egit, † benedixit, † sanctificavit, † et dedit turbæ discipulorum suorum electorum,apostolorumque sanctorum et dixit : Accipite, bibite ex eo vos omnes : Hic est sanguis meus, qui confirmat testamentum mortis meæ : qui pro vobis effunditur et pro multis datur, et dividitur ad propitiationem delictorum, remissionem peccatorum, et vitam æternam.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Quando autem huic pani communicabitis, et calicem hunc vitæ usurpabitis, commemorationem mortis meæ facietis,memoriamque resurrectionis meæ perficietis donec veniam.

*Populus.* Mortis tuæ, Domine, memoriam agimus.

*Sacerdos elevans vocem.* Oculo intellectuali cordis describimus periodum dispensationis tuæ sapientissimæ, Christe Domine noster, et ea omnia quæ operatus es per incarnationem tuam salutarem pro salute nostra,commemoramus : generationem tuam ex Patre abscondito : nativitatem tuam ex Virgine inexplicabilem : ortum tuum eximium et præclarum : elevationem tuam in cruce salutarem et admirandam : adventum tuum mundo vitam præstantem, excitationem tuam plenam miraculo : resurrectionem tuam gloriosam,plenamque omni gaudio : elevationem tuam in sublimia : excellentiamque sessionis tuæ ad dexteram genitoris tui ; præterea etiam revelationem regni tui gloriosi, quæ futura est in adventu tuo secundo : quando tu cum gloria ineffabili exoriens,et in turbis igneis legionibusque flammeis circumgestatus,tanquam fulgur timendum et validum,ex sublimi gloriæ tuæ prodibis : quando statuetur solium terribile majestatis,et sedes electis tuis collocabuntur : quando populi et nationes congregabuntur,et ad locum judicii sistentur,ut suscipiat unusquisque secundum opus suum : atque retribuetur unicuique secundum actiones suas,quando libri aperientur, et opera, verba et actiones discutientur : quando recitabuntur crimina, et tanquam sol splendidus, palam fient abscondita, clarissime : quando mare ignis exundabit, æstuabitque fumus flammarum,descendetque fluvius ignis ardentis, ad probationem, et examen omnis carnis ; quando angustiæ amarissimæ erunt iniquis: et præparata erunt bona et deliciæ justis:quando misericordia auferetur, et impii tradentur gehennæ,atque pii vitam novam in æternum hæreditabunt.Quando vox valida audietur quæ partem unam ab altera separabit,transferetque agnos ad dexteram, et hædos ad sinistram. Te deprecamur plenum misericordia, Domine, in hora illa decretoria, multiplica clementiam tuam erga adoratores tuos, in tempore illo terribili,et tristitiæ pleno. Propitius esto erga animas servorum tuorum ; in hora illa terroris, effunde misericordiam tuam super eos,qui per crucem tuam salvati sunt. In tempore illo timoris, miserere illorum qui confitentur passiones tuas : tangat te cura illorum, qui fiduciam habent super amorem tuum erga homines, et parce peccatis eorum ; commoveatur benignitas tua, erga illos qui invocant nomen tuum sanctum et remitte delicta illorum.Ne auferantur miserationes tuæ per iram tuam,neque deficiat nobis gratia tua, propter multitudinem malitiæ nostræ. Ne excludas clementiam tuam, propter iniquitatem nostram : ne mutetur natura tua,propter magnitudinem insipientiarum nostrarum.Non eligant nos angeli tui sancti.

et tanquam fasciculos zizaniorum, in ignem nos projiciant. Non increpes ministros regni tui propter sordes vestimentorum, neque tanquam contemptores majestatis tuæ nos in tenebras exteriores ejiciant. Ne exstinguatur lumen lampadum nostrarum, ita ut extra fores thalami nuptialis tui remaneamus. Ne justitia tua nobis adversetur, neque in tenebras exteriores et stridorem dentium projecti cruciemur. Exhibe auxilium gratiæ tuæ erga malitiam nostram: effunde pelagus miserationis tuæ super nequitiam nostram, et ablue nostra crimina. Emitte abundantiam clementiæ tuæ et amoris tui erga homines, et dele quæ in nobis odio digna sunt: contine, Domine, fortitudinem tuam, et blando erga nos aspectu mutetur indignatio tua, vultusque tui serenitatem demonstra nobis, ut victores in causa peccatorum nostrorum coram sede majestatis tuæ appareamus: numeremur etiam inter vocatos ad regnum tuum, et inter invitatos discumbentes apud te collocemur, et splendore lucis tuæ eximiæ cum voluptate perfruamur. Propterea Ecclesia tua orat, et grex tuus deprecatur, et vocibus triumphalibus te interpellat, misericordiamque, et clementiam a te flagitat, et obsecrat te dicens.

*Populus.* Miserere.

*Diaconus.* Quam timenda est hæc hora.

*Sacerdos.* Nos quoque.

*Sacerdos inclinatus dicit orationem Invocationis Spiritu sancti.*

Obsecramus te, sanctissime Deus, mitte ad nos ex habitaculo regni tui æterni, et ex regione præsentiæ tuæ excelsæ, Spiritum tuum sanctum, consubstantialem tibi, et operatione æqualem (27), qui a te absque initio procedit, per unigenitum Filium tuum, et qui quocunque tempore datur iis qui tibi accepti sunt, eosque qui te vident et intelligunt perficit et consummat: ut illabens, requiescensque, habitet super oblationes istas: quibus sanctificatis per virtutem gratiæ tuæ perficiat hæc mysteria, atque illa susceпturos.

*Sacerdos.* Exaudi me, Domine.

*Populus.* Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

*Sacerdos elevans vocem.* Et panem quidem istum, efficiat, corpus vivificum, † corpus cœleste et salutare, † corpus salvans animas nostras, et corpora nostra, † corpus ipsius Domini Dei et salvatoris nostri Jesu Christi, ad propitiationem delictorum, remissionem peccatorum, et vitam æternam suscipientium.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos elevans vocem.* Similiter et mistum quod in hoc calice est, efficiat † sanguinem purificantem et sanctificantem, † sanguinem vivificum et salutarem, † sanguinem salvantem animas et corpora nostra, sanguinem ipsius Dei magni et salvatoris nostri Jesu Christi, ad propitiationem delictorum, remissionem peccatorum, et vitam æternam illum suscipientium.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos elevans vocem.* Ut per communionem horum sacramentorum vivificantium, ad delicias vitæ cœlestis aditum habeamus, mereamurque evadere mortem secundam: neque tanquam rei ad judicium subeundum præparemur coram throno gloriæ tuæ: et beatitudinem illam ab angelis annuntiatam pastoribus, spiritualem scilicet, in terra cœlesti suscipiamus, ea in regione ubi tabernacula lucis fixa sunt: in domo nuptiali exornata, et in convivio vitæ spiritualis, cum illis victoribus, qui festum illic peragunt, feliciter celebremus te, et inter agmina eorum, canamus tibi gloriam et laudem.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Memento, Domine, Ecclesiæ tuæ sanctæ, confirma fundamenta ejus in fide recta, et conserva eam in tranquillitate perpetua, et in pace abundanti. Pastores et doctores orthodoxos, qui præsunt, in ea, castimonia morum exorna: præcipue vero dominum N. patriarcham: et dominum N. episcopum nostrum, et da illis ut cum decore pascant eam. Memento etiam, Domine, sacerdotum Ecclesiæ tuæ, et diaconorum templi tui, et omnium ordinum, qui ad ministerium tuum segregati sunt. Memento etiam, Domine, mei pastoris insipientis, et pauperis servi tui, mei inquam peccatoris servi tui, quem nubes obscuræ delictorum circumdant. Per aspersionem hyssopi tui munda me, et tanquam nivem dealba me, purgatum a maculis et nævis peccati. Memento, etiam, Domine, omnium fidelium qui in exsiliis sunt, et eorum qui pro fide orthodoxa agonem sustinent.

(27) Invocatio ejusdem sententiæ est, ac omnes reliquæ Syræ, quarum nulla eam lectionem repræsentat, quam editores Missalis Chaldaici elegerunt: et si aliquos codices vidimus, quos ex commemoratione sancti Maronis et aliis indiciis, Maronitarum orthodoxorum esse constabat, qui veterem et communem omnibus Liturgiis formam continebant. Invocatur Spiritus sanctus ut illabatur cœlitus: ut requiescat, ut habitet super dona proposita, et illis verbis exprimitur oratio, quorum vim jam superius exposuimus, cum ad significandum illapsum et obumbrationem Spiritus sancti in Maria Virgine adhibeantur. Effectum exprimit Liturgia per verba duo נרמגר *perficiat:* et נעבד *faciat:* quæ respondent Græcis τελειώση et ποιήση. Illud magis observatione dignum, quod in illa ipsa invocatione de Spiritu sancto dicitur *qui a te absque initio procedit per unigenitum Filium tuum:* quod non in aliis Liturgiis, imo nec precibus diversi generis, facile reperiatur. In Jacobi Syra et in quibusdam aliis dicitur *qui a te procedit, et qui a Filio tuo, quæ ad essentiam spectant, aut* τὰ οὐσιώδη *accipit:* quæ rectam de processione sancti Spiritus doctrinam ita exprimunt, ut a Græcis schismaticis rejiciantur. Non spernendum sane testimonium istud est, qualiscunque tandem sit ista Liturgia: nam ab interpolatoribus nihil passam illam esse certissimum est. Atque ita constat non apud Latinos natam opinionem esse de processione Spiritus sancti a Patre et Filio, seu per Filium, quod idem esse Græci agnoscunt, cum in media Syria, inter eos qui alieni sunt a Romanæ Ecclesiæ communione, testes illius reperiantur.

*Sacerdos elevans vocem.* Et Ecclesiam tuam, Domine, quam possedisti ab initio, et redemisti per sanguinem unigeniti Filii tui benedic, et depelle ab ea conflictationes hæreseon perniciosarum, quæ a spiritibus peccati suscitantur, et ad eam demergendam in abyssum impietatis, excitantur. Propulsa ab illa, Domine, scandala, et rixas, et præserva eam a virgis, flagellisque tuis, atque a tentationibus, quibus per infirmitatem succumbat. Libera eam a fame amara, a captivitate, et mortalitate. Da etiam illi tempora tranquilla, et abundantia, præclaramque aeris temperiem, segetum fructuumque proventum, cum accumulatione omnium bonorum : quia tu bonus es, et super omnes largiter effundens munera tua, gratiamque tuam dispensans, tibique gloriam et gratiarum actionem offerimus.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Memento, Domine, eorum qui in virginitate pure vivunt, conjugatorum castorum, orphanorum et viduarum, pauperum et egenorum, et eorum qui adjuvant Ecclesiam tuam. Illorum etiam qui addicti sunt ministerio sanctorum, et adjuvant necessitatem patientes : qui offerunt oblationes, et præclare operantur.

*Populus.* Kyrie eleison.

*Sacerdos elevans vocem.* Et adjuva per dexteram tuam potentem, confirmaque brachio tuo forti, omnes qui in Ecclesia tua sancta catholica perpetuo oblationes offerunt, et memoriæ sanctorum tuorum communicant ; qui eleemosynarum fructibus egenos abundanter sustentant, et indigentiam explent pauperum. Da illis abundantiam bonorum, pro dispositione cordium eorum : et pro donis temporalibus, da illis affluentiam benedictionum ditissimarum et inamissibilium : et pro possessionibus non permanentibus, præpara illis delicias beatas, et mercedem inconsumptibilem, et munera amoris erga homines tui, bonaque uberrima hæreditatis tuæ : quia tu bonus es, et dives in muneribus, largusque donorum tuorum : et tibi gloriam et gratiarum actionem offerimus.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Memento, Domine, regum orthodoxorum (28), da illis victoriam de inimicis suis, et virtute omnipotenti tua robora illos, et arma illos.

*Elevans vocem.* Ordines etiam militiæ, copias bellicas, viresque regnorum, quæ sub jugo servitutis crucis tuæ victricis inclinantur, et signum unigeniti Filii tui tenent, tanquam arma salutis, adjuva et salva, Domine. Conjurationes gentium inimicarum disperge et dissipa : regna profana, et hæreses impias comprime dextera tua potenti : hebeta gladium acutum, ne immineat cervicibus gregis tui : compesce captivitates, cædes, et bella a populis et hæreditate tua : neque aspicias iniquitatem eorum qui unigenitum Filium tuum dividunt : sed reliquorum memento, qui retinent fidem orthodoxam, et da illis atque nobis virtutem insuperabilem, et nobis et ipsis concede tempora quietis, et tranquillitatem salutis, per gratiam et misericordiam et amorem erga homines unigeniti Filii tui, per quem et cum quo te decet gloria et honor, etc.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Eorum etiam omnium qui agonibus suis tibi placuerunt, et summam moribus suis gloriam consecuti sunt, fac bonam memoriam, Domine, hoc tempore : patrum patriarcharum, prophetarum, apostolorum, prædicatorum, annuntiatorum, evangelistarum, Joannis Baptistæ, Stephani diaconi, et Genitricis Dei Mariæ, cum omnibus sanctis.

*Elevans vocem.* Eorum qui certamine athletico suo perfecti, et agone justitiæ consummati sunt. Memento etiam, Domine eorum, qui in singulis regionibus et civitatibus placuerunt tibi, qui exitum vitæ inculpatum habentes ex hoc mundo profecti, ad te pervenerunt, et ad cœlestes domos elevati sunt : Patrum antiquorum et patriarcharum, principum familiarum, qui mysteria viderunt et revelationes penetraverunt, œconomorum spiritualium, prædicatorum gloriosorum, et dilectorum tibi deprecantium te, tibique acceptorum et dispensatorum domus tuæ. Propitius esto, Domine, iniquitatibus nostris, per orationes eorum. Da nobis ut cum fide orthodoxa, secundum exactam doctrinam eorum, sequamur illorum vestigia, simusque hæredes promissionum quæ ad eos factæ sunt, participesque mercedis eorum ; et cum eis lætemur, adepti coronas victoriæ, atque inter agmina eorum canamus tibi gloriam et laudem et unigenito Filio tuo.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Commemoramus coram te hoc tempore, Domine, pastores veros et doctores sinceros, omnes Patres electos et beatos, maxime vero Ignatium, Dionysium, cum reliquis dilectis tuis.

*Elevans vocem.* Eos qui super petram inconcussam confessionis apostolicæ, ædificaverunt, et stabiliverunt fidem, extenderuntque et dilataverunt tentorium Ecclesiæ tuæ, a finibus usque ad fines terræ : qui ædificaverunt ovile tuum in universa terra habitabili : qui in pratis spiritualibus, et

(28) *Memento, Domine, regum orthodoxorum.* In aliis hujus generis formulis, quales occurrunt non paucæ, quasdam tractas ex veteri disciplina fuisse credibile est : istam non item. Nam planam et perspicuam orationem continet pro Christianis principibus, ut inimicis fidei superiores fiant divino auxilio, et pro fidelium debellatione, quod qua ratione Christianis moribus, legibus ipsorum Orientalium ecclesiasticis, et exemplis convenire possit, explicare facile non est. Nam orare pro principibus infidelibus jubet Christiana religio, et testimonia multa veterum, ut Alexandrinæ Historiæ palam faciunt, et Ægyptiacæ quoque Liturgiæ, ad quas videnda quæ notavimus. Neque ulli ex quo Mubamedani rerum in Oriente potiti sunt, Jacobitæ, tales principes habuerunt, quales hac oratione designantur, quod notavit in Commentario ad hunc locum Barsalibi, qui etiam abbreviari diptycha, hac de causa testatur. Hæc igitur formula inter singulares et inusitatas videtur reponenda.

evangelicis fortitudinis tuæ, paverunt oves tuas rationales, et super aquas quietis deduxerunt agnos gregis tui : qui coram regibus et tyrannis prædicaverunt Evangelium tuum, et coram judicibus iniquis confirmaverunt religionem tuam : qui gentes in tenebris constitutas direxerunt atque illustraverunt, docuerunt que illas quod in umbra erroris sederent, illisque demonstraverunt lumen scientiæ tuæ. Qui semina bona fidei seminaverunt in terris animarum, et purgaverunt agros sylva spinarum et zizaniorum peccati : qui propriis passionibus reduxerunt captivitatem populi tui a potestate duri et maligni, et sanguine cervicum suarum liberaverunt eam ab oppressione rebellis illius : Ut per deprecationes eorum propitiatorias, et per obsecrationes eorum acceptabiles coram te, concedas nobis mores castos, et inculpabiles, fidem rectam, et incorruptam, vitam castam, neque perturbationi obnoxiam, dona sublimia et sancta, liberationem a tentationibus asperis : exitus paratos et insuperabiles, finem bonum et immutabilem, bona amplissima et promissa, delicias permanentes, hæreditatem cum sanctis, fiduciam standi coram solio tuo terribili, quia tu misericors es, largus in muneribus, tibique gloriam et laudem referemus, etc.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Ed ad altare tuum spirituale et sanctum, Domine, præsta quietem, memoriam bonam et felicitatem omnibus animabus, corporibus et spiritibus, patrum, fratrum et magistorum nostrorum omnium, corporalium aut spiritualium, qui in regionibus quibuscunque, civitatibus, aut partibus defuncti sunt, aut suffocati in mari, vel fluminibus, aut in itinere obierunt, et quorum memoria facta non est in Ecclesiis super terram constitutis. Tu, Domine, præsta illis memoriam bonam, qui defuncti sunt et ad te migraverunt, in fide orthodoxa, simul cum illis, quorum nomina in libro tuo vitæ consignata sunt.

*Elevans vocem.* Illis omnibus qui stadium vitæ decurrentes, perfecti et præclari coram te apparuerunt et ex delictorum pelago liberati ad te pervenerunt, patribus et fratribus nostris secundum carnem et spiritum : fratribus inquam nostris secundum corpus et secundum animam, quietem præsta, Domine, in sinu illo spirituali et magno. Da illis spiritum gaudii in habitaculis lucis et lætitiæ, in tabernaculis umbræ et quietis, et thesauris voluptum, unde longe abest omnis mœstitia, ubi piorum animæ primitias vitæ absque labore exspectant (29), et spiritus justorum ad fidem promissæ mercedis pariter attendunt : in ea regione ubi operarii et fatigati paradisum aspiciunt, et invitati ad nuptias sponsum cœlestem desiderant : ubi vocati ad convivium, ut ascendant præstolantur, et ut stolam illam novam gloriæ accipiant, ardenter concupiscunt : unde absunt mœstitudines, et ubi gaudia reperiuntur : unus enim omnino et solus visus est non irretitus passionibus peccati, ex illis qui humano corpore induti fuerunt, scilicet Jesus Christus Dominus noster unigenitus Filius tuus per quem nos etiam speramus misericordiam consequi, etc.

*Populus.* Quietem præsta.

*Sacerdos elevans vocem.* Aufer, ignosce, et dele peccata nostra, Deus quæ commisimus per remissas cogitationes, et quæ a pueritia nostra ad senectutem usque, aperta et nota sunt, Deus noster : voluntaria sive involuntaria, ea præsertim quibus in sæculo sine fine, condemnatio præparata est. Da nobis ut quando justi in horrea tritici deferentur, et impii quasi palea comburentur, ut inter agmina sanctorum tuorum laudemus te, et cum angelis tuis canamus dicentes : Benedictus ille qui venit ad salutem nostram, et nunc venit ad innovationem nostram, ut in hoc sicut et in omnibus, ab omnibus glorificetur et laudetur nomen tuum honorandum et benedictum, et simul Domini nostri Jesu Christi, et Spiritus tui sancti nunc, etc.

*Populus.* Sicut.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Sacerdos.* Misericordiæ Dei sint, etc.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Angelus, etc.

*Sacerdos frangit oblatam. Diaconus dicit Catholicam.*

*Sacerdos dicit Orationem ante* Pater noster.

Deus qui per spiritum tuum locutus es in prophetis, et prædicasti per apostolos doctrinam sufficientem ad inspirandam mentibus nostris sapientiam, et per eos commendasti illud quod sensus spirituales animæ purgaret, et quod ostia aperta capitis corporis nostri mundaret : obsecramus et deprecamur amorem erga homines tuum, et charitatem tuam eximiam, ut aperias aures cordium nostrorum ad audiendam Orationem Dominicam, quæ ipsa est quam Dominus et Deus noster unigenitus Filius tuus, initiatis mysterio suo et familiaribus suis

(29) *Ubi piorum animæ primitias vitæ absque labore expectant.* Locus iste, et quæ sequuntur ad communem Græcorum opinionem videntur referenda, qui animas piorum usque ad ultimi judicii diem cœlesti beatitudine non perfrui existimant ; qua de re, maxima Ferrariæ et Florentiæ contentio fuit, ut de Purgatorio : quia duæ illæ quæstiones maximam inter se habent affinitatem. De hoc argumento fuse dictum est alibi (*a*). Sane Græcorum de animarum post mortem conditione, absurdas opinationes. Orientalibus ignotas esse certissimum videtur. Quod vero beatorum animæ cœlestem gloriam plenam atque perfectam ad ultimum usque judicium exspectent, scripsit Moses Barcepha in Tractatu *de Paradiso*, atque ita fieri potuit, ut auctor hujus Liturgiæ in eadem sententia fuerit, cum magna sit Mosis illius apud Jacobitas suos auctoritas. Nihil tamen obstat quin figurata hæc oratio, de plena consummataque beatitudine possit intelligi.

(*a*) *Perv.* t. V, l. VIII, c. 9.

traditit, in qua consignata sunt præcepta et norma dirigendæ vitæ nostræ ; et cum fiducia, qualis dilectos filios decet, invocemus te Deum Patrem cœlestem, oremus et dicamus : Pater noster, qui es in cœlis.

*Populus.* Sanctificetur, etc.

*Sacerdos elevans vocem.* Pater gratiæ, a quo procedit et oritur sanctitas sanctis, adveniat regnum tuum, quod superat omnia regna, ad salvationem nostram : et ne inducas nos in tentationem, aut in confusionem et afflictionem : sed libera nos a violentia diaboli et spirituum malignorum, et potentia deceptoris : quia tuum est imperium, gloria et potestas, et unigeniti Filii tui, et Spiritus tui sancti.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Ante, etc.

*Populus.* Coram te, Domine.

*Sacerdos.* Tibi soli inclinantur colla omnium in quibus anima vitæ est, et a te postulant remissionem omnium prævaricationum, quæ per negligentiam commissæ sunt. Tu autem per constantem misericordiam tuam dele et aufer omnes iniquitates nostras, et parce nobis per amorem tuum erga homines. Etiam præsta nobis, ut cum animæ cauta præparatione, et cordis munditie, sanctis tuis communicemus, et sint nobis in pignus voluptatis in æternum permansuræ, per gratiam et misericordiam et amorem erga homines unigeniti Filii tui, per quem, etc.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Sacerdos.* Sit.

*Diaconus.* Cum timore, etc.

*Sacerdos.* Sancta sanctis.

*Populus.* Unus Pater sanctus.

*Diaconus.* Stemus decenter.

*Populus.* Gratias agimus.

*Sacerdos.* Nunc, Domine, quando quidem invitatos ad regnum tuum fecisti nos, per susceptionem sacramentorum tuorum sanctorum et vivificantium, quibus dignos præstitisti nos, ita ut partem corporis et sanguinis sancti quæ in eis sunt, mereremur accipere, atque communicare ipsis : fecistique ut essemus hæredes sanctorum tuorum, oramus, obsecramus et deprecamur te, o clemens, ut non exquiras a nobis exactam illam observationem et castimoniam, circa illa mysteria, ne condemnemur cum iis qui te non noverunt, ad cruciatus ignis inexstinguibilis : sed per gratiam tuam, cum filiis nuptiarum tuarum quiescere nos jube, et cum agnis mundis in paradiso fac nos discumbere, ut cum illis et inter eos offeramus tibi gloriam et gratiarum actionem.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Post.

*Populus.* Coram te, Domine.

*Sacerdos.* Coram te, Domine Deus noster, inclinamus colla animarum et corporum nostrorum, quia non sumus sufficientes, ad referendam gratiarum actionem majestati tuæ, quales deberemus retribuere ad grates agendas tibi, sed has tantummodo, qui omnia dona quæcunque habemus, ex te sunt. Da nobis, Domine, voces sermonis dignitate animatas, ut sufficiant ad condignam convenientemque tui laudationem. O Clemens qui nobis licet etiam terra indigni simus, claves thesauri tui commendasti, et super regnum tuum nos cum auctoritate præposuisti, præsta nobis ut in toto decursu vitæ nostræ, puri coram te appareamus, et a vanitate mundana, a cogitationibus terrenis, a motibus passionum, et remissis cogitationibus, sensus nostros occultos et manifestos remove : atque per fortitudinem potentiæ tuæ extende super nos dexteram tuam omnia complectentem, benedicque servis et adoratoribus tuis, qui salutem adepti sunt per nomen tuum sanctum, et fac nos templa habitationis tuæ, et locum habitationis gloriæ tuæ : ut in die illo novo et æterno, in regno tuo lætemur, et per te salvemur, et referamus tibi gloriam et gratiarum actionem, et Patri tuo et Spiritui sancto, nunc, etc.

*Populus.* Amen.

*Diaconus.* Benedic, Domine, etc.

# ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ (30).

# MARTYRIUM S. CLEMENTIS

PAPÆ ROMANI.

(COTELERIUS, *Patres apostolici*, I, 808, ex Simeone Metaphraste, die 24 Novembris.)

I. Τρίτον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας προέστη Κλήμης [79a] ὃς τῇ ἐπιστήμῃ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἀκολουθήσας, οὕτω τοῖς τῶν τρόπων κόσμοις διέπρεπεν, ὥστε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ πᾶσι τοῖς Χριστιανῶν λαοῖς εὐαρεστεῖν· Ἠγάπων μὲν [80] αὐτὸν οἱ Ἕλληνες, ἐπειδὴ οὐ βδελυττόμενος, ἀλλὰ ἀπολογούμενος ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς βιβλίων τε καὶ τελετῶν ἀπεδείκνυε, ποῦ τε γεγέννηνται, καὶ πόθεν ὥρμηντο οἱ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενοι καὶ λατρευόμενοι θεοί· ἅ τε πεπράχασι, πῶς τε αὖθις κατέληξαν, φανοτάταις ἀποδείξεσι παρίστη· αὐτούς τε τοὺς Ἕλληνας συγχωρήσεως παρὰ Θεοῦ τυχεῖν, εἴπερ τῆς ἐκείνων λατρείας ἀπόσχοιντο, ἐδίδασκε.

II. Παρὰ δὲ Ἰουδαίοις τοιούτῳ τρόπῳ χάριν ἐπορίζετο· ἐπειδὴ τοὺς πατέρας αὐτῶν φίλους τοῦ Θεοῦ ἀπεδείκνυε· τόν τε νόμον αὐτῶν ἅγιον καὶ ἱερώτατον ἀπέφαινε, καὶ πρῶτον τόπον [81] τούτους παρὰ τῷ Θεῷ κληροῦσθαι, εἴπερ τοῦ ἰδίου νόμου τὰ μυστήρια τηρήσοιεν, ἐν τῷ τὴν ἐπαγγελίαν πρὸς Ἀβραὰμ μὴ ἀρνεῖσθαι εἰς τὸν Χριστὸν πεπληρῶσθαι· διότι ἐν τῷ σπέρματι τοῦ Ἀβραὰμ κληροδοτεῖν ὁ Θεὸς καθυπέσχετο πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ὅπερ εἶπε πρὸς Δαβίδ·

I. Tertius Romanæ Ecclesiæ præfuit Clemens, qui diciplinam apostoli Petri secutus, ita morum ornamentis excelluit, ut et Judæis et gentilibus et omni Christianæ plebi gratus acceptusque esset. Diligebant quidem eum gentiles, quia non exsecrans, sed rationem reddens, ex eorum libris, myteriis et cæremoniis ostendebat, ubi nati essent, undeque prodiissent ii quos deos putarent et colerent : quænam etiam egissent, utque postea desiissent, evidentissimis documentis astruebat : ipsosque gentiles veniam a Deo consecutum iri docebat, si ab illorum cultu abstinerent.

II. Apud Judæos autem, hoc modo sibi gratiam comparabat : quandoquidem patres eorum demonstrabat amicos Dei exstitisse : declarabatque legem eorum sanctam esse et sacratissimam; ad hæc illos primum locum apud Deum accepturos, si legis suæ sacramenta servarent, minime negando factam Abrahæ promissionem completam fuisse in Christo : quod in semine Abrahæ promisisset Deus cunctas gentes hæreditate donare : completum quoque illud

VARIÆ LECTIONES.

[79a] In ms. Reg. 804 : τρίτος (cod. 2421, δεύτερος) γὰρ ἀπὸ Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἀριθμούμενος πρόεδρος, τὴν τοῦ διδασκάλου ἐπιστήμην ἀκριβωσάμενος, καὶ τοῖς αὐτοῦ ἴχνεσιν ἀπαρατρέπτως ἑπόμενος, πεπληρωμένος τε θείας σοφίας καὶ χάριτος, οὕτω τοῖς τρόποις ἐκεκόσμητο καὶ διέλαμψεν, ὥστε πᾶσι πάντα γινόμενος τοῦ σώζεσθαι πάντας ἕνεκα, Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τοῖς Χριστιανῶν λαοῖς πᾶσιν εὐαρεστεῖν, ὑπὸ πάντων τε ἀγαπώμενος, πάντας τῇ εἰς Χριστὸν ἀγάπῃ συνδεῖν ἐποιεῖτο σπουδήν. Ἠγάπων, etc. Hoc est : « Tertius enim post Petrum principem apostolorum, Romanæ Ecclesiæ numeratus antistes, Magistri disciplinam accurate observans, ejusque vestigiis indeflexe insistens, repletusque divina gratia et sapientia, sic moribus ornatus erat ac refulgebat, ut omnibus omnia factus quo cuncti salvi fierent, Judæis, Græcis, Christianisque populis omnibus placeret; atque ab universis amatus, conabatur cunctos charitate in Christum colligare. Diligebant, etc. » Fuit autem codex 2421 non ita pridem e Græcia missus ad Christianissimum regem, continetque Clementis martyrium eodem fere modo quo liber 804, sed cum prologo, et cum miraculi narratione vice Epilogi. IBID. [80] al. μὲν γὰρ. [81] al. τῆς Πατριστίνης.

VARIORUM NOTÆ.

(30) De Clementis martyrio non memini me legere in antiquioribus Ecclesiæ magistris : primusque quod sciam Rufinus, scribens de adulteratione librorum Origenis, Clementem nomine martyris donavit. *Clemens*, inquit, *apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post apostolos et episcopus et martyr præfuit.* COT.

quod ad Davidem dixit. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam* (*a*). Iterumque per Isaiam prophetam, quod *Virgo in utero concipiet, et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel* (*b*).

III. A Christianis vero ideo et magis diligebatur, quia singularum regionum pauperes nominatim habebat Scriptos; et eos quos baptismatis sanctimonia illustraverat, non sinebat publicam mendicitatem subire. Quotidiana autem prædicatione mediocres ac divites admonebat ne paterentur baptismo illuminatos pauperes, a Judæis aut gentilibus publicos cibos accipere, et vitam baptismatis consecratione mundatam, donis gentilium inquinari.

IV. His, eorumque pluribus virtutum floribus cum Deo, tum cunctis mentæ præditis hominibus placebat: nam mente carentibus placere non potest id quod Deo placere probatur. Atque ideo hominum rationis expertium contumelias veriti non sunt ii, quibus animo sedit, nequaquam timere illos qui plerisque displicent. Quo factum est, ut Sisinnium imperatoris Nervæ amicum non timuerit beatissimus Clemens sedis Romanæ episcopus.

V. Itaque cum per ipsius doctrinam conversa ad Deum uxor Sisinnii Theodora, sedulum Deo exhiberet ministerium, cam zelotypia ductus maritus laqueis involvere nitebatur, properantem ad ecclesiam. Et quidem illa ingrediente, ipse per alium introitum adveniens, cœpit curiose inspicere: et quando a sancto Clemente facta fuit oratio, dixitque populus: Amen; eo tempore Sisinnius cæcus et surdus effectus est, ut neque videre neque audire posset. Tunc ergo dixit servis suis: Prehendite me in manus vestras, et extra educite, quoniam oculi mei cæci facti sunt, et aures meæ in tantum obsurduerunt, ut nihil penitus audire valeam.

VI. Tunc servi ejus circuibant cum illo per totam ecclesiam, in medio orantis populi, virorum pariter et mulierum, nec portas quas ingressi fuerant poterant contingere. Unde dum ipsi vagabundi oberrant, iterumque gyros agunt, ad Theodoram dominam suam, ubi Deo preces fundebat, pervenerunt cum domino suo. Quæ cum vidisset servos suos una cum domino eorum excæcato circumagentes, primo quidem declinavit aspectum eorum, putans quod apertis oculis ipsam aspiceret. Dein misit unum e servis suis, ut sciret quid sibi vellent, cum domino circumeuntes. Illi dixerunt: Dominus noster, dum vult videre quod ei licitum non est, et alienum mysterium audire, excæcatus est, et surdus effectus; nobis autem imperavit, ut illum hinc quomodocunque edu-

A Ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας σου θήσομαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου. Καὶ αὖθις διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· Ὅτι ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ.

III. Παρὰ δὲ Χριστιανοῖς, διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον ἠγαπᾶτο, ἐπειδὴ τοὺς καθ' ἑκάστην [82-84] ῥεγεῶνα πένητας κατ' ὄνομα εἶχε γεγραμμένους· καὶ οὓς τῷ τοῦ βαπτίσματος ἁγιασμῷ ἐφώτιζεν, οὐ συνεχώρει δημοσίαν ἀπαίτησιν ὑπελθεῖν. Τῷ δὲ καθ' ἡμέραν κηρύγματι τοὺς τε μετρίους καὶ πλουσίους ἐνουθέτει τοῦ μὴ ἀνέχεσθαι τοὺς πεφωτισμένους πένητας παρὰ Ἰουδαίων ἢ Ἑλλήνων δημόσια ὄψα λαμβάνειν, καὶ βίον τῇ τοῦ βαπτίσματος καθιερώσει κεκαθαρμένον [85], χαρίσμασιν Ἑλλήνων χραίνεσθαι.

IV. Τούτοις, καὶ τούτων πλείοσιν ἀνδραγαθίας ἄνθεσι τῷ τε Θεῷ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐχέφροσιν εὐηρέστει. Τοῖς γὰρ ἀλογίστοις ἀρέσκειν ἀδύνατον, ὅπερ τῷ Θεῷ εὐάρεστον ἀποδείκνυται. Τούτου οὖν ἕνεκεν οὐκ ἐφόβησαν [86] τὰς ὕβρεις τῶν ἀλογίστων ἀνθρώπων ἐκεῖνοι, οἷς ἡ γνώμη ἐτύγχανε τοὺς ἀπαρέσκοντας [87] πλείστοις [88] μὴ δειλιᾷν. Ὅτου χάριν περιῆν τῷ μακαριωτάτῳ Κλήμεντι τῷ τοῦ θρόνου Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ τὸν φίλον τοῦ βασιλέως Νερούα μὴ φοβεῖσθαι.

V. Ἐπειδὴ τοίνυν τῇ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἡ γυνὴ τοῦ Σισιννίου Θεοδώρα, ἐπιστραφεῖσα [89] πρὸς Θεὸν, σπουδαίαν ἐτέλει τὴν λειτουργίαν, ταύτην ὁ ἀνὴρ ζηλοτυπήσας, παγιδεῦσαι κατηγωνίζετο, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν σπεύδουσαν [90]. Καὶ δὴ εἰσερχομένης [91], ἐκεῖνος δι' ἑτέρας εἰσόδου καταφθάσας, ἤρξατο πολυπραγμονεῖν· καὶ ἡνίκα παρὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος εὐχὴ γέγονε, τοῦ λαοῦ εἰρηκότος τὸ Ἀμήν, ὁ Σισίννιος ἐν τούτῳ τυφλός τε καὶ κωφὸς ἀπετελέσθη, τοῦ μήτε ὁρᾷν, μήτε ἀκούειν δύνασθαι. Τότε οὖν λέγει τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Λάβετέ με εἰς τὰς χεῖρας ὑμῶν, καὶ ἐξαγάγετε ἔξω, ὅτι οἱ ὀφθαλμοί μου τυφλοὶ γεγόνασι, καὶ αἱ ἀκοαί μου εἰς τοσοῦτον ἐκωφώθησαν, ὅτι οὐδὲν τὸ σύνολον ἀκούειν δύναμαι.

VI. Τότε οἱ παῖδες αὐτοῦ περιῆγον μετ' αὐτοῦ δι' [92] ὅλης τῆς ἐκκλησίας ἐν μέσῳ τοῦ εὐχομένου λαοῦ, ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, καὶ τὰς θύρας ὅθεν εἰσέβησαν καταλαβεῖν [93] οὐκ ἐδύναντο. Ὅθεν ἐν τῷ περιέρχεσθαι αὐτοὺς πλανηθέντας, καὶ πάλιν κυκλεύειν [94], πρὸς Θεοδώραν τὴν κυρίαν αὐτῶν, ἔνθα τῷ Θεῷ προσηύχετο, σὺν τῷ δεσπότῃ αὐτῶν παρεγένοντο. Ἥτις ἑωρακυῖα τοὺς ἑαυτῆς παῖδας μετὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν τυφλωθέντος [95] περιάγοντας, πρῶτον μὲν ἐξέκλινε τὴν θέαν αὐτῶν [96], νομίζουσα ὅτι περ ἠνεῳγμένοις ὄμμασιν θεάσηται αὐτήν. Καὶ πεμψάσης [97] ἕνα τῶν παίδων αὐτῆς πρὸς τὸ γνῶναι τί ἄρα θέλοιεν μετὰ τοῦ κυρίου αὐτῶν περιερχόμενοι, εἶπον [98]· Ὁ κύριος ἡμῶν, θέλων ὁρᾷν ὅπερ αὐτὸν οὐκ ἐξῆν [99], καὶ ἀκούειν ἀλλοτρίου μυστηρίου, ἀποτετύφλωται, καὶ κωφὸς

(*a*) Psal. CXXXI, 11. (*b*) Isa. VII, 14.

VARIÆ LECTIONES.

[82-84] al. καθ' ἕκαστον. [85] al. κεκαθαρμένων. [86] al. ἐφοβήθησαν. [87] al. ἀπαρεσκομένους πλείστους ὄντας. [88] Concinnior mihi videtur lectio duorum mss. Τοὺς ἀπαρεσκομένους πλείστους ὄντας, *illos qui ægre ferunt, suntque numero plures*. Cot. [89] al. πιστεύσασα. [90] al. ἀπιοῦσαν. [91] al. εἰσελθούσης [92] al. λαβόντες αὐτὸν περιῆγον δι'. [93] al. εἰσῆλθον εὑρεῖν. [94] al. πλανωμένους καὶ κοκλεύειν. [95] al. τυφλωθέντα αὐτόν, [96] al. αὐτοῦ. [97] al. μεταπεμψαμένη. [98] al. εἶπεν. [99] al. ἅπερ αὐτῷ οὐκ ἔξεστι.

ἀπειργάσθη· ἡμῖν τε ἐκέλευσεν, ἵνα τοῦτον ἐντεῦθεν [100] ὁπωσοῦν ἐξαγάγωμεν· καὶ οὐ συγκεχώρηται ἡμῖν αὐτὸν ἐντεῦθεν ὁπωσοῦν ἐκφέρειν [1].

A ceremus ; sed non licuit nobis eum hinc ullo pacto emittere.

VII. Ἵνικα δὲ τοῦτο [2] τὸ διήγημα ἡ Θεοδώρα ὑπεδέξατο [3] παρὰ τοῦ παιδὸς, κατέστρωσεν [4] ἑαυτὴν εἰς εὐχήν, καὶ μετὰ δακρύων [5] παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐδέετο ἵνα ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐκεῖθεν δυνηθῇ ἐξελθεῖν. Καὶ στραφεῖσα πρὸς τοὺς παῖδας τοὺς συνόντας αὐτῷ, εἶπεν· Ἀπέλθετε, καὶ χειραγωγήσαντες τὸν κύριον ὑμῶν, ἀπαγάγετε εἰς τὸν οἶκον· ἐγὼ γὰρ τὴν εὐχὴν, ἣν ἠρξάμην, οὐ μὴ καταλείπω, ἀλλὰ προσφέρω τὴν θυσίαν μου τῷ Κυρίῳ, καὶ πληρουμένων τῶν μυστηρίων, καταφθάνω ὑμᾶς. Τότε τοίνυν ἀπῆλθον οἱ παῖδες χειραγωγοῦντες αὐτὸν [6], καὶ ἐξερχόμενοι, ἀπήγαγον εἰς τὸν οἶκον· καὶ ὑποστρέψαντες πρὸς τὴν κυρίαν αὐτῶν, τυφλὸν ἀπήγγειλαν καὶ κωφὸν αὐτὸν εἰσέτι διαμεῖναι [7]. Ἡ δὲ Θεοδώρα ἐπὶ πλεῖον τῷ Θεῷ δεήσεις καὶ δάκρυα ἐξέχεεν, ὅπως τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τὸ αὐτοῦ ἔλεος ἀντιλήψηται. Καὶ δὴ τῆς ἀπολύσεως γεγονυίας προσέπεσε τῷ μακαρίῳ Κλήμεντι ἡ Θεοδώρα, λέγουσα [8], τὸν ἄνδρα αὐτῆς περιεργαζόμενον τὰ ἀπόῤῥητα τῶν μυστηρίων τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, τυφλώσει περιπεσεῖν τῶν ἀμφοτέρων ὀφθαλμῶν, τῶν τε ἑκατέρων ὤτων τὸ ἀκουστικὸν παραυτὰ ἀπολέσαι.

VII. Postquam autem hanc narrationem Theodora a puero suscepit, prostravit se in orationem, et cum lacrymis a Deo rogabat, ut inde vir ejus posset exire. Conversaque ad servos, qui cum eo erant : Abite, inquit, manu ducentes dominum vestrum, domum reducite : ego enim preces quas inchoavi non relinquam, sed offeram Domino sacrificium meum, completis vero mysteriis, vos assequar. Tunc igitur discesserunt famuli manu deducentes eum, et egressi reduxerunt domum : reversique ad dominam suam, illum nuntiaverunt cæcum et surdum adhuc permansisse. At Theodora magis magisque Deo deprecationes et lacrymas effudit, ut suo viro misericordia ejus subveniret. Atque facta dimissione, accidit beato Clementi Theodora, dicens, maritum suum dum abscondita mysteriorum Domini Jesu Christi perscrutatur, incidisse in orbitatem amborum oculorum, statimque utriusque auris vim audiendi amisisse.

B

VIII. Τηνικαῦτα οὖν ὁ μακάριος Κλήμης, προχέας δάκρυα, προτρέπειν ἤρξατο [9] τοὺς συμπαρόντας, ἵνα ὁμοθυμαδὸν παρὰ τοῦ Κυρίου αἰτήσωνται, ὅπως τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς τήν τε ἀκοὴν χαρίσηται καὶ τὴν ὅρασιν· θαρσαλέως τοίνυν ὁ μακάριος Κλήμης μετὰ τὴν εὐχὴν συνεπορεύθη τῇ γυναικὶ πρὸς τὸν ἐκείνης ἄνδρα, καὶ εὗρεν αὐτὸν, ἀνεῳγμένων τῶν [10] ὀμμάτων, οὐδὲν [11] ὁρῶντα, οὔτε μὲν λόγου τὸ παράπαν, οὔτε τινὸς ἦχου ἀκούοντα· ἔνθα καὶ συμμιγεῖς ὁλοφυρμῶν [12] ἅπαντες περιήχουν, οὗ τινος ὁ Σισίννιος παντάπασιν οὐκ ἠκροᾶτο.

VIII. Tunc igitur beatus Clemens effusis lacrymis, hortari cœpit eos qui aderant, ut a Domino unanimiter postularent, viro ejus auditum redderet ac visum. Audacter itaque B. Clemens post orationem perrexit cum muliere ad virum ejus; et invenit eum apertis oculis nihil videre, neque etiam sermonem ullatenus, aut ullum sonum audire : ubi et permisti C omnes ejulatibus perstrepebant; nec Sininnius ullo modo audiebat.

IX. Τότε οὖν, κλίνας τὰ γόνατα πρὸς τὸν Θεὸν, ἔφη ὁ μακάριος Κλήμης· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν δεδωκὼς τῷ ἀποστόλῳ σου, διδασκάλῳ δὲ ἐμῷ Πέτρῳ, καὶ εἰπών· Ἅπερ ἂν ἀνοίξῃς, ἠνέῳκται, καὶ ἅπερ κλείσῃς, κέκλεισται, σὺ πρόσταξον ἵνα διανοιχθῶσι τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ [13-14] αἱ ἀκοαὶ, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ, ὅτι σὺ εἶπας· Ἅπερ ἂν αἰτήσητε πιστεύοντες, λήψεσθε. Καὶ αὕτη σου ἡ ἐπαγγελία διαμένει εἰς αἰῶνα αἰώνων [15-16]. Καὶ ἡνίκα πάντες ἀπεκρίνοντο [17], Ἀμήν, διηνοίχθησαν [18] οἱ ὀφθαλμοὶ Σισιννίου καὶ αἱ ἀκοαί. Καὶ ἰδὼν τὸν ἅγιον Κλήμεντα σὺν τῇ ἑαυτοῦ ἱστάμενον γυναικὶ, ἐξέστη τῇ διανοίᾳ, λογιζόμενος τί ἄρα εἴη τοῦτο, καὶ ὑπονοῶν τοῦτο αὐτὸ γοητικαῖς τέχναις ἐμπεπαῖχθαι, ἤρξατο κράζειν [19] τοῖς δούλοις αὐτοῦ [20]· Κρατήσατε Κλήμεντα τὸν ἐπίσκοπον· διὰ γὰρ τοῦ εἰσελθεῖν πρὸς τὴν γυναῖκά μου, τῇ μαγικῇ αὐτοῦ τέχνῃ τὴν πήρωσίν μοι ἐπήγαγεν.

IX. Tunc igitur genibus flexis ad Deum, dixit beatus Clemens : Domine Jesu Christe, qui claves regni cœlorum dedisti apostolo tuo, magistro autem meo Petro, et dixisti : *Quæcunque aperueris, aperta sunt, et quæcunque clauseris clausa sunt* (*a*) ; tu præcipe ut aperiantur huic homini aures atque oculi ; quoniam tu dixisti : *Quæcunque petieritis credentes, accipietis* (*b*). Et hæc tua promissio permanet in sæculum sæculi. Cumque omnes responderunt : Amen, aperti sunt oculi Sisinnii, itemque aures. Et videns sanctum Clementem stantem cum conjuge D sua, mente excidit, reputans quidnam hoc esset; ac existimans id ipsum præstigiosis artibus et illusionibus effectum fuisse, cœpit clamare servis suis : Tenete Clementem episcopum : nam ut ingrederetur ad uxorem meam, magica sua arte mihi cæcitatem induxit.

(*a*) Matth. xvi, 19. (*b*) Marc. xxi, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[100] deest in al. [1] al. ἐκβαλεῖν. [2] deest in al. [3] al. ἤκουσεν. [4] al. ἔστησεν. [5] deest in al. [6] deest in al. [7] al. διαμένειν. [8] al. λέγουσα πάντα τὰ συμβαντα τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, καὶ ὅτι τυφλός ἐστι τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ κωφὸς τοῖς ὠσί. Ταῦτα ἀκούσας ὁ μακάριος. [9] al. προετρέψατο. [10] al. αὐτῷ. [11] al. μηδένα. [12] al. συμμιγῆ ὁλοφυρμόν. [13-14] al. τοῦ ἀνθρώπου τούτου. [15-16] al. αἰῶνος. [17] al. εἶπον τό. [18] al. inser. εὐθέως. [19] al. κελεύειν. [20] al. αὐτοῦ, καὶ λέγειν.

X. Illi vero, quos jusserat Clementem constringere ac trahere, ipsi columnas adjacentes ligabant et trahebant; aliquando quidem ex interioribus ad exteriora, aliquando vero ab exterioribus ad interiora : hoc autem ipsi etiam Sisinnio videbatur, quod sanctum Clementem ligatum tenerent ac traherent. Ad quem S. Clemens dixit: Duritia cordis tui in lapides conversa est: quia enim lapides putas esse deos, lapides trahere sortitus es.

XI. Ille vero quasi vincto insultans, dicebat: Ego te faciam in exemplum omnium præstigiatorum interimi. Tunc sanctus Clemens, cum dedissset orationem, et uxori ejus benedixisset, abiit; hoc eidem mandans, ne ab oratione ullo modo cessaret, donec visitationem suam Dominus in virum ejus dignaretur ostendere. Flenti igitur et oranti Theodoræ, ad vesperam apparuit quidam vir canitie venerandus, dixitque : Propter te sanus erit Sisinnius; ut impleatur quod dixit frater meus Paulus apostolus : *Sanctificabitur vir infidelis per mulierem fidelem* (*a*). Hisque dictis discessit ab ejus aspectu. Unde indubium et perspicuum est, beatum Petrum apostolum illic apparuisse.

XII. Et vero statim Sisinnius vocavit ad se Theodoram, aitque illi : Obsecro te ut roges Deum tuum, ne irascatur mihi. Zelotypia enim tui ductus adveni et ingressus sum post te in ecclesiam; et quia volui videre quæ celebrabantur, auditorque esse eorum quæ dicebantur, visum pariter et auditum amisi. Nunc vero quandoquidem hæc me recuperare fecit Clementis adventus, ora eum ut veniat ad me, meque faciat veritatem agnoscere. Etnim mihi servisque meis pro certo putabatur, quod Clementem cum ejus clericis ligarent, eumque distraherent: sed illi lapides et columnas ligasse, et huc illucque traxisse noscuntur.

XIII. Tunc Theodora profecta, narravit sancto Clementi omnia quæ viderat, et quæ a marito suo dicta fuerant. Veniens itaque sanctus ad Sisinnium, cum honore susceptus est. A quo audivit quæcunque ad ædificationem animæ pertinebant: et credidit Deo, corroboratusque est : et cœpit ad genua Clementis advolvi, et clamare :

XIV. Gratias ago vero Deo et omnipotenti, qui me ideo excæcavit ut videam, et ideo auditum abstulit ut auribus percipiam veritatem, quam aliquando deridebam per ignorantiam, et hoc quidem

(*a*) I Cor. VII, 14.

Χ. Ἐκεῖνοι δὲ, οἷς ἐκέλευσε τὸν Κλήμεντα κατασφίγγειν [21] τε καὶ σύρειν, αὐτοὶ τοὺς κειμένους στύλους δεσμοῦντες εἵλκον· ποτὲ μὲν ἔνδοθεν εἰς τὰ ἔξω, ποτὲ δὲ ἐκ τῶν ἔξω εἰς τὰ ἔσω· τοῦτο δὲ καὶ αὐτῷ τῷ Σισιννίῳ ἐδόκει, ὅτι περ τὸν ἅγιον Κλήμεντα δεδεμένον εἵλκόν τε καὶ κατεῖχον [22]. Πρὸς ὃν ὁ ἅγιος Κλήμης [23] ἔφη· Ἡ σκληρότης τῆς καρδίας σου εἰς λίθους ἐτράπη· ἐπειδὴ γὰρ τοὺς λίθους δοξάζεις εἶναι θεούς, λίθους σύρειν κεκλήρωσαι.

ΧΙ. Ἐκεῖνος δὲ, ὡς δῆθεν δεδεμένου κατακαυχώμενος [24], ἔλεγεν· Ἐγώ σε ποιῶ εἰς ὑπόδειγμα πάντων τῶν γοήτων ἀναιρεθῆναι. Τηνικαῦτα ὁ ἅγιος Κλήμης, δεδωκὼς εὐχὴν, καὶ εὐλογήσας τὴν ἐκείνου σύμβιον, ἀπῄχετο [25], τοῦτο ἐντειλάμενος αὐτῇ, μὴ παύσασθαι τὸ παράπαν τῆς προσευχῆς, μέχρις ἂν τὴν παρ' αὐτοῦ ἐπίσκεψιν ὁ Κύριος εἰς τὸν ἄνδρα αὐτῆς καταξιώσῃ ἀναδεῖξαι. Κλαιούσῃ τοίνυν καὶ εὐχομένῃ τῇ Θεοδώρᾳ, πρὸς ἑσπέραν ἐφάνη τις ἀνὴρ τῇ πολιᾷ αἰδέσιμος, καὶ εἶπε· Διὰ σὲ ὑγιὴς ἔσεται ὁ Σισίνιος· ὅπως πληρωθῇ ὅπερ ἔφη ὁ ἀδελφός μου Παῦλος ὁ ἀπόστολος· Ἁγιασθήσεται ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος διὰ τὴν γυναῖκα τὴν πιστήν. Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐκ τῆς ὄψεως αὐτῆς ἀνεχώρησεν. Ὅθεν ἀναμφίβολον ὑπάρχει καὶ κατάδηλον τὸν μακάριον ἐκεῖσε Πέτρον τὸν ἀπόστολον φανῆναι.

ΧΙΙ. Καὶ δὴ ἐξαυτῆς ἐκάλεσε πρὸς ἑαυτὸν ὁ Σισίνιος τὴν Θεοδώραν, καὶ λέγει αὐτῇ· Δέομαί σου ἵνα ἱκετεύσῃς τὸν Θεόν σου, τοῦ μὴ ὀργισθῆναί μοι. Σὲ γὰρ ζηλοτυπήσας, παρεγενόμην καὶ παρεισέβην [26-27] κατόπιν σου εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Καὶ διὰ τὸ θέλειν με ὁρᾷν τὰ τελούμενα [28], καὶ ἀκροατὴν εἶναι τῶν λεγομένων, τήν τε ἀκοὴν ἅμα καὶ τὴν ὅρασιν [29] ἀπώλεσα. Νυνὶ δὲ, ἐπειδὴ [30] τοῦ ταῦτά με ἀνακτήσασθαι ἡ τοῦ Κλήμεντος ἀπειργάσατο παρουσία, δεήθητι αὐτοῦ ὅπως ἔλθῃ πρός με, καὶ ποιήσῃ με τὴν ἀλήθειαν γνῶναι [31]. Ἐπεὶ καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς παισί μου ἀσφαλῶς ἐνομίζετο τὸν Κλήμεντα δεσμεύειν σὺν τοῖς αὐτοῦ κληρικοῖς, καὶ τοῦτον περισύρειν· ἀλλ' οὗτοι λίθους τε καὶ στυλάρια [32] δεσμοῦντες, ἕλκειν τε καὶ ἀνθέλκειν καταφαίνονται [33].

ΧΙΙΙ. Τηνικαῦτα ἡ Θεοδώρα, πορευθεῖσα, διηγήσατο πάντα ἅπερ εἶδε, καὶ ἅπερ ὑπὸ τοῦ αὐτῆς συμβίου ἐλαλήθη [34], τῷ ἁγίῳ Κλήμεντι. Παραγενόμενος οὖν ὁ ἅγιος πρὸς τὸν Σισίννιον, μετὰ τιμῆς [35] ὑπεδέχθη. Παρ' οὗ ἀκηκοὼς ὅσαπερ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ψυχῆς [36] συνέτεινεν, ἐπίστευσε τῷ Θεῷ, καὶ [37] ἐστερεώθη· καὶ ἤρξατο τοῖς γόνασι [38] τοῦ Κλήμεντος προσκυλινδεῖσθαι, καὶ βοᾷν·

ΧΙΥ. Εὐχαριστῶ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ [39] καὶ παντοκράτορι, ὃς διὰ τοῦτό με τετύφλωκεν, ἵνα ὄψωμαι [40], καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀκοὴν ἀφείλετο, ἵν' ἐνωτίσωμαι τὴν ἀλήθειαν, ἧς ποτε δι' ἄγνοιαν κατεγέλων [41].

## VARIÆ LECTIONES.

[21] al. κατασχεῖν. [22] al. κατέχουσι καὶ ἕλκουσι. [23] al. inser. ἰδών. [24] al. τοῦ ἁγίου καυχώμενος. [25] Exemplar 2124, εἰς τὸ αὐτοῦ ἐπισκοπεῖον ἀπίει. *Ad episcopium suum abiit.* Cor. [26-27] al. εἰσῆλθον. [28] al. τελούμενα μυστήρια. [29] al. ὅρασιν καὶ ἀκοήν. [30] deest. in al. [31] al. ἐπιγνῶναι. [32] al. στυλαρίους. [33] al. κατεφαίνοντο. [34] al. ἐδηλώθη ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. [35] al. πολλῆς τιμῆς. [36] al. ψυχῆς αὐτοῦ. [37] al. ἐξ ὅλης ψυχῆς. [38] al. ποσί. [39] al. Θεῷ τῷ ἀληθινῷ. [40] al. ὄψωμαι αὐτόν. [41] al. ἐν ᾗ τὴν ἀλήθειάν ποτε δι' ἄγνοιαν κατεγέλων, ἐν αὐτῇ ἀκούσας δέξωμαι· καὶ τοῦτο.

καὶ τοῦτο μὲν ἐνόμιζον ψευδὲς ὑπάρχειν, ὅπερ ἦν ἀληθὲς, ἐδόκουν δὲ τὸ ἔμπαλιν ἀληθὲς, ὃ ψευδὲς ἐτύγχανε· τὸ σκότος ἐνόμιζον φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος ὑπελάμβανον. Ἀλλ' ἐκαθαρίσθη ὁ νοῦς μου ἐκ τοῦ μολυσμοῦ τῆς εἰδωλομανίας. Ἀληθῶς γὰρ ἔγνων [42] τοὺς δαίμονας ἐξαπατήσαντας [43] τοὺς ἀνθρώπους· ὅπως τῶν μὴ πιστευόντων τὸν Χριστὸν εἶναι Θεὸν κυριεύσωσι πέτραι καὶ λίθοι, κωφοὶ καὶ ἄλαλοι, ὥσπερ κἀμοῦ ἐπεκράτησαν μέχρι τῆς δεῦρο. Ταῦτα καὶ τὰ παραπλήσια [44] τοῦ Σισιννίου φάσκοντος, χαρὰ μεγάλη γέγονεν. Ἐπίστευσε γὰρ σὺν πάσῃ τῇ αὐτοῦ οἰκίᾳ· καὶ ἐπιδεδωκὼς τὸ οἰκεῖον ὄνομα, προσεγγίζοντος [45] τοῦ Πάσχα, ἐβαπτίσθη [46]· ἠριθμήθησαν δὲ οἱ βαπτισθέντες ἐκ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἅμα πάντες ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες σὺν τοῖς νηπίοις τετρακόσιοι εἴκοσι τρεῖς. Διὰ τοῦτον δὲ τὸν Σισίννιον πολλοὶ τῶν περιφανῶν καὶ φίλων Νερούα τοῦ βασιλέως πρὸς [47] τὸν Θεὸν ἐπεστράφησαν.

A putabam falsum esse, quod verum erat; existimabam autem rursus verum, quod falsum erat: tenebras putabam lucem, et lucem tenebras arbitrabar. Sed purgatus est animus meus a sordibus insani idolorum cultus. Vere siquidem agnovi decipi a dæmonibus homines; ut in eos qui non credunt Christum esse Deum, dominentur petræ ac lapides auditu carentes et voce, quemadmodum et mihi imperarunt usque in hunc diem. Ista similiaque Sisinnio proferente, gaudium magnum ortum est. Credidit enim cum omni domo sua; traditoque suo nomine, appropinquante Paschate baptizatus est. Numerati autem sunt qui baptizati fuerunt de domo ejus, omnes simul viri et mulieres cum infantibus, quadringenti viginti tres. Cæterum propter hunc Sisinnium multi illustrium, et amicorum Nervæ imperatoris ad Deum conversi sunt. B

XV. Κατ' ἐκείνου δὲ τοῦ καιροῦ [48] ὁ κόμης τῶν [49] θείων ὀφφικίων Πούβλιος Ταρκουτιανὸς, ἑωρακὼς ἀναρίθμητον πληθὺν τῷ Χριστῷ πιστεύσασαν, προσεκαλέσατο τοὺς προστάτας τῶν ῥεγεώνων, ἐπιδεδωκὼς [50] αὐτοῖς χρήματα, παρέσεισεν [51] αὐτοὺς ἵνα κινήσωσι τάραχον τῷ Χριστιανῷ [52] ὀνόματι.

XV. In illo autem tempore comes sacrorum officiorum Publius Tarquitianus cum innumeram multitudinem Christo videret credidisse, arcessivit præfectos regionum, et data eis pecunia persuasit ut tumultum commoverent adversus nomen Christianum.

XVI. Διοικοῦντος τοίνυν Μαμερτίνου τοῦ ἐπάρχου τοῦ πολιτικοῦ θρόνου [53], στάσις γέγονε τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἐπ' ὀνόματι τοῦ Κλήμεντος· καὶ πρὸς ἀλλήλους συγχυθέντες, ἄλλοι [54] μὲν ἔλεγον· Τί γὰρ κακὸν ἔπραξεν, ἢ τί τῶν καλῶν οὐ κατώρθωσεν; ὅστις γὰρ ἄῤῥωστος παρ' αὐτοῦ ἐπεσκέφθη, ἰάσεως ἔτυχεν· ὅστις πρὸς αὐτὸν λελυπημένος [55] ἀπῆλθε, χαίρων ἀνεχώρησεν· οὐδένα ποτὲ ἔβλαψε, πάντας δὲ ὠφέλησεν. Ἄλλοι δὲ πνεύματι διαβολικῷ ἐκκαυθέντες, ἔκραζον· Γοητικαῖς τέχναις ταῦτα ποιῶν; τῶν θεῶν ἡμῶν τὴν λατρείαν ἀνατρέπει· τὸν Δία λέγει θεὸν μὴ εἶναι. Ἡρακλέα δὲ τὸν ἡμέτερον φύλακα, ἀκάθαρτον εἶναι λέγει πνεῦμα· Ἀφροδίτην τὴν ὁσίαν [56] θεὰν, πόρνην γεγονέναι ὑποτίθεται· Ἑστίαν δὲ τὴν μεγάλην θεὰν πυρὶ κατηναλῶσθαι βλασφημεῖ. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν εὐαγεστάτην [57] θεὰν Ἀθηνᾶν, Ἄρτεμίν τε καὶ Ἑρμῆν, ἅμα τε καὶ τὸν Κρόνον, καὶ τὸν Ἄρεα διαβάλλει. Πάντα τε τὰ ὀνόματα τῶν ἡμετέρων θεῶν, καὶ τοὺς ναοὺς καθυβρίζει. Ἢ θύσει τοῖς θεοῖς ἡμῶν, ἢ αὐτὸς ἐξαλειφθείη.

XVI. Administrante igitur Urbis præfecturam Mamertino, seditio facta est populi Romani de nomine Clementis; atque inter se confusi, alii quidem dicebant: Quid enim mali fecit, aut quid non bonæ rei gessit? Quicumque enim ægrotus ab eo visitatus est, sanitatem est consecutus: quicunque ad eum tristitia affectus abiit, gaudens reversus est: C nullum unquam læsit; imo profuit omnibus. Alii autem diabolico accensi spiritu, clamabant: Magicis artibus ista faciens, deorum nostrorum cultum evertit; Jovem negat esse deum: Herculem vero custodem nostrum, dicit esse immundum spiritum: Venerem deam sanctam, meretricem fuisse docet: Vestam autem magnam deam, igne fuisse consumptam calumniatur. Simili quoque modo sanctissimam deam Minervam, item Dianam, Mercurium, simulque Saturnum et Martem infamat. Atque omnia deorum nostrorum nomina, et templa contumeliis afficit. Aut sacrificabit diis nostris, aut ipse deleatur.

XVII. Τότε Μαμερτῖνος ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος, μὴ φέρων τοῦ δήμου τὴν στάσιν, ἐκέλευσε πρὸς ἑαυτὸν ἀναχθῆναι [58] τὸν μακαριώτατον Κλήμεντα· ὅπερ θεασάμενος, ἤρξατο λέγειν· Ἐξ εὐγενοῦς μὲν ῥίζης προελήλυθας· ὅπερ ἡμῖν ἡ τῶν Ῥωμαίων πληθὺς προσμαρτυρεῖ [59]· ἀλλὰ πλάνην ὑπέστης· καὶ διὰ τοῦτο οὐ φέρουσιν [60]· ἐπειδὴ οὐκ οἶδα τίνα Χριστὸν σέβῃ, καὶ ἐναντία τῶν [61] ἐν τοῖς ναοῖς

XVII. Tunc Mamertinus Urbis præfectus, non D ferens populi seditionem, jussit ad se adduci beatissimum Clementem: quem intuitus, cœpit dicere: E nobili quidem radice prodiisti; quod nobis Romana plebs attestatur: sed errorem subiisti: et ideo non ferunt; quia nescio quem Christum colis, contra deos qui in templis honorantur suscipis. Quocirca oportet ut deponas omnem superfluam

VARIÆ LECTIONES.

[42] al. ἐπέγνων. [43] al. ἐξαπατῶντας. [44] al. inser. τούτοις. [45] al. προσεγγίσαντος. [46] al. ἐβαπτίσθη αὐτὸς καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ἡρ. δ. ο. βάπτ. ἄνδρες. [47] al. ἐπίστευσαν καὶ πρός. [48] Κατ' ἐκείνου δὲ τοῦ καιροῦ. Hinc incipitur apud Surium, Novembris XXIII. Cor. [49] deest in al. [50] al. καὶ δεδωκώς. [51] al. ἔπεισεν. f. παρέπεισεν. [52] al. Χριστιανικῷ [53] ὑπάρχου τὸν πολιτικὸν θρόνον. [54] al. ἄλλος ἄλλο κατ' αὐτοῦ ἔλεγον· τινὲς δὲ ἀντέλεγον· Τί γάρ. [55] al. λυπούμενος. [56] deest in al. [57] deest in al. [58] al. ἀχθῆναι. [59] al. μαρτυρεῖ. [60] al. φέρουσιν σιωπᾷν. [61] desunt in al.

superstitionem, colasque deos eximios. Tunc beatus Clemens: Optarem, inquit, tuæ excellentiæ prudentiam ad meam defensionem attendere, et non propter imperitorum seditionem, sed propter meam doctrinam accusasse me. Nam si canes multi allatraverint nos ac disciderint, non possunt etiam auferre quod homines rationales sumus; ipsique remanent canes sine ratione oblatrantes. Etenim seditio semper ab imperitis proficisci ostenditur, adeo ut nihil habeat tutum, nec etiam verum rectumque. Quamobrem quæratur silentii occasio, in quo pro salute sua homo rationis particeps apud se consultare ac disserere incipiat, quo verum Deum inveniat, cui fidem suam digne commendet.

A τῶν θεῶν ἀποδέχῃ. Διὸ ἀποθέσθαι σε δεῖ πᾶσαν τὴν περιττὴν δεισιδαιμονίαν, καὶ τοῖς ἐξαισίοις θεοῖς λατρεύειν [62]. Τότε ὁ μακάριος Κλήμης ἔφη· Ηὐχόμην τὴν τῆς σῆς ὑπεροχῆς φρόνησιν προσανέχειν μου τῇ ἀπολογίᾳ, καὶ μὴ διὰ στάσιν τῶν ἀπαιδεύτων, ἀλλὰ διὰ τὸν ἐμὸν λόγον γράψασθαί με. Ἐπεὶ, ἐὰν κύνες ἡμᾶς πολλοὶ περιωλάξωσι καὶ κατασχίσωσι, μὴ δύνανται ἀφελέσθαι καὶ τὸ εἶναι ἡμᾶς μὲν λογικοὺς ἀνθρώπους, ἐκείνους δὲ κύνας [63] ἀλογίστως καθυλακτοῦντας. Καὶ γὰρ ἡ στάσις ἀεὶ παρὰ ἀπαιδεύτων προερχομένη διαδείκνυται, ὥστε μηδὲν ἀσφαλὲς [64] ἔχειν, μήτε μὴν ἀληθές. Ὅθεν σιγῆς ζητείσθω πρόφασις, ἐν ᾗ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας ὁ λογικὸς ἄνθρωπος, καὶ καθ' ἑαυτὸν βουλεύεσθαι καὶ διαλέγεσθαι ἀπάρξηται, ἵνα τὸν ἀληθῆ Θεὸν εὕροι, ᾧ τὴν ἑαυτοῦ πίστιν σεμνοπρεπῶς παράθοι.

XVIII. Tunc Publius Tarquitianus, missa relatione ad Trajanum imperatorem, de nomine beati Clementis detulit, dicens: Hunc Clementem seditiosis clamoribus populus non cessat quærere; et fide digna probatio adversus illius gesta inveniri non potest. Tunc Trajanus imperator rescripsit, oportere eum vel consentire sacrificando, aut ultra mare et Pontum in desertum Chersoni adjacens oppidum relegari.

B XVIII. Τότε Πούβλιος ὁ Ταρκουτιανὸς [65], ἀποστείλας ἀναφορὰν Τραϊανῷ τῷ αὐτοκράτορι, ἀνήγαγε περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ μακαρίου Κλήμεντος, φάσκων· Τοῦτον τὸν Κλήμεντα στασιώδεσι κραυγαῖς ζητῶν ὁ δῆμος οὐ παύεται· καὶ ἀξιόπιστος ἀπόδειξις εἰς τὰ κατ' αὐτὸν εὑρεθῆναι οὐ δύναται. Τηνικαῦτα Τραϊανὸς ὁ αὐτοκράνωρ ἀντέγραψε, δέον αὐτὸν ἢ συναινεῖν θύοντα, ἢ πέραν τῆς θαλάσσης καὶ τοῦ Πόντου ἐν ἐρήμῳ παρακειμένῃ τῇ Χερσῶνι [66] πόλει ἐξορισθῆναι [67].

XIX. Cumque ex Trajani jussu res confirmata fuit, cogitabat apud se Mamertinus, quonam modo Clemens voluntarium non peteret exsilium, sed potius diis libamina exhiberet. Verum beatus Clemens contendebat ut ipsius quoque judicis animum ad fidem Christi adduceret, ipseque ostenderet, se C eligere exsilium magis, quam timere. Tantam itaque gratiam Dominus Clementi præbuit, ut Mamertinus præfectus lugeret, ac diceret: Deum quem tu sincere colis, ipse tibi opem feret in hoc exsilii judicio: et constituit navem, cunctisque necessariis impositis, dimisit. Onerata autem est navis. Quinetiam e populo homines religiosi et quidem multi secuti sunt eum.

XIX. Καὶ ὁπότε τῷ τοῦ Τραϊανοῦ κελεύσματι ἐπεκυρώθη, συνεσκέπτετο ὁ Μαμερτῖνος [68], ὅπως ὁ Κλήμης ἑκούσιον ὑπερορίαν μὴ αἰτήσηται, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς θεοῖς σπονδὰς ἐμπαρέξῃ [69]. Ἀλλ' ὁ μακάριος Κλήμης ἠγωνίζετο καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ τὸν λογισμὸν εἰς τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ μεταγαγεῖν, καὶ ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι προαιρεῖσθαι μᾶλλον τὴν ὑπερορίαν, ἢ δεδίττεσθαι. Τοσαύτην τοίνυν ὁ Κύριος χάριν τῷ Κλήμεντι παρέσχετο, ὥστε κατοδύρεσθαι Μαμερτῖνον τὸν ἔπαρχον [70], καὶ λέγειν· Ὁ Θεὸς ᾧ σὺ εἰλικρινῶς λατρεύεις, αὐτός σοι βοηθήσει ἐν ταύτῃ γραφῇ τῆς ὑπερορίας· καὶ ἠρώρισεν ναῦν, καὶ πάντα τὰ ἀναγκαῖα [71] ἐπιβαλὼν, ἀπέλυσεν [72]. Ἐφορτώθη δὲ ἡ ναῦς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ λαοῦ εὐλαβεῖς ἄνδρες [73], καὶ πολλοὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ.

XX. Ubi autem pervenerunt ad exsilii locum, in opere cædendi marmoris, ultra duo millia Christianorum illic invenit, jam diu judicii sententia condemnatorum. Qui sanctum et celebrem episcopum Clementem intuiti, omnes concorditer cum gemitu ac fletu accedentes, dixerunt: Ora pro nobis, sancte pontifex, ut digni efficiamur promis-

Pro supriis habendi sunt etiam Actus Pauli, et liber Pastoris titulo inscriptus, et Revelatio Petri ; *Barnabæ* item epistola.

IDEM, *ibid.*, *lib.* VI, *cap.* 14.

Rufino *interprete.*

In libris Informationum, ut breviter dicam, universam pariter Scripturam divinam compendiosis dissertationibus explanavit : in quibus ne ea quidem quæ apocrypha a quibusdam habentur præteriit ; ut est Petri Revelatio.

Ἐν δὲ ταῖς Ὑποτυπώσεσι, ξυνελόντα εἰπεῖν, πάσης τῆς ἐνδιαθήκου γραφῆς ἐπιστεμημένας πεποίηται διηγήσεις· μὴ δὲ τὰς ἀναλεγομένας παρελθών· τὴν Ἰούδα, λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολάς· τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην ἀποκάλυψιν. Lege *Nicephorum*, lib. IV, cap. 33.

Idem (Clemens) in libris Ὑποτυπώσεων, omnium, ut uno verbo dicam, utriusque Testamenti Scripturarum compendiosam instituit enarrationem ; ne illis quidem prætermissis Scripturis, de quibus inter multos ambigitur ; Judæ epistolam et *Barnabæ*, ac reliquas catholicas epistolas intelligo, et Revelationem quæ dicitur Petri.

*Alium locum* EUSEBII *ex* Hist. Eccl., *lib.* VI, *cap.* 13, *superius retulimus inter veterum testimonia de Epistolis* CLEMENTIS.

IV.

HIERONYMUS, *lib.* De viris illustribus, *cap.* 6, *cum vetere Græco* interprete.

Βαρνάβας Κύπριος, ὁ καὶ Ἰωσὴφ Λευίτης, μετὰ Παύλου τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος καταστὰς, μίαν πρὸς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιστολὴν συνέταξεν, ἥτις εἰς τὰς ἀποκρύφους γραφὰς ἀναγινώσκεται.

Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur.

*Lege Adonem Viennensem, in libro* De festivitatibus, *ad* III *Idus Jun.: Notkerum, Freculfum, Honorium Augustod.*

IDEM, *lib.* XIII Comment. in Ezechiel. XLIII, 19.

Vitulum autem qui pro nobis immolatus est, et multa Scripturarum loca, et præcipue Barnabæ Epistola quæ habetur in scripturas apocryphas, nominat. Cap. 8.

*Idem* HIERONYMUS, adversus Pelagianos, *lib.* III, *cap.* 1, *locum S. Barnabæ de apostolis, laudatum ab Origene, lib.* I contr. Celsum, *perperam citat sub nomine B. Ignatii.*

NICEPHORUS *CP. in fine* Chronographiæ *suæ Epistolam Barnabæ posuerat inter libros Novi Testamenti, quibus contradictum fuit, ut patet ex Anastasii Bibliothecarii versione.*

# RECENTIORUM JUDICIA

## DE EPISTOLA SANCTI BARNABÆ APOSTOLI.

### I.

(J. B. COTELERIUS, *Patres Apostolici*, t. I, p. 5, ed. Amstelodami 1724.)

*De vita et nomine Barnabæ.* Refertur a B. Luca Josem seu Josephum, Levitam, genere Cyprium exstitisse. Scilicet ea in insula plurimi degebant Judæi : a quibus postea, imperante Trajano, uti discimus per Dionem Cassium in Historia illius imperatoris, Eusebium in *Chronico*, Orosium, lib. VII, cap. 12, atque hujus asseclam, pseudo-Hieronymum, tractatu de locis ex Actis apostolorum, infinita hominum multitudo jugulata fuit, urbsque Salamis, peremptis omnibus incolis, funditus eversa. Dicit etiam Lucas Josem cognomen Barnabæ ab apostolis tulisse (quo significetur υἱὸς παρακλήσεως, id est, *filius consolationis et exhortationis.* Utrumque enim παρακλήσεως denotat ; quamvis B. Hieronymo ad Titi II, 15, magis consolationem quam exhortationem sonet. Tradit quippe sanctus Augustinus, alios verbum παρεκλήθην, psal. CXVIII, 52, vertisse *consolatus sum,* alios *exhortatus sum.* Et utraque versio cernitur in S. Hilario ; qui ad ejusdem psalmi versiculum 76, τοῦ παρακαλέσαι reddit *ut exhortetur ;* locumque Apostoli II Cor. I, 3, ita effert : *Benedictus Deus et pater Domini nostri Jesu Christi, Pater miserationum, et Deus omnis exhortationis, qui exhortatur nos in omni tribulatione.* Ubi Vulgata : *Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur et ipsi a Deo,* etc. Sic etiam apud Luciferum, libro. *De non conveniendo cum hæreticis,* hoc modo citatur Apostolus, Hebr. III, 13 : *Sed consolamini vosmetipsos,* pro quo Vulgatus interpres *adhortamini.* A Gregorio autem Nazianzeno, in oratione 36, παράκλητος I Joan. II, 1, exponitur παραινέτης, *exhortator.* Multaque similia passim reperies. Denique sanctus Ambrosius in illud psal. CXVIII, 76 : *Ut exhortetur me,* ait : *Aliquid codices habent in hoc loco,* ut consoletur me. *Sed etiam in Apostolo legimus exhortationem pro consolatione dictam, et consolationem pro exhortatione.* Ex his duabus significationibus παρακλήσεως, primam in explicando nomine Barnabæ accipiunt, Œcumenius ad Act. IV, 36, dum id nominis vult esse μαρτύριον ἀρετῆς φιλοικτίρμονος et demonstrare παραμυθίαν καὶ οἰκτιρμόν ; Notkerus in Martyrologio, tomo VI *Antiquæ Lectionis* Henrici Canisii, ad III Idus Junii, scribens : *Ab apostolis Barnabas vel « filius consolationis » est vocatus, pro eo quod cum habuerit agrum, eumque vendiderit, pretium ejus ante pedes apostolorum, ad consolationem pauperum, posuerit ;* nec non illi qui in Hieronymo, libro. *De nominibus Hebraicis,* vertunt *filius consolationis.* Ad posteriorem vero etiam significationem adduci potest expositio sancti Chrysostomi, homilia 11 in Acta : Βαρνάβας, ὅ ἐστιν υἱὸς παρακλήσεως, ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐπωνομάσθη· καὶ δοκεῖ μοι ἀπὸ τῆς ἀρετῆς εἰληφέναι τὸ ὄνομα, ὡς πρὸς τοῦτο ἱκανὸς ὢν καὶ ἐπιτήδειος. *Barnabas, hoc est « filius consolationis et exhortationis, » ab apostolis cognominatus est. Et mihi videtur, a virtute nomen assumpsisse, quod ad illud aptus esset ac idoneus,* ad consolandum, nempe, ac exhortandum. Accedit huc veriloquium Hieronymianum : *Barnabas, filius prophetæ,* ait *prophetiæ,* hoc est propheta. Prophetarum scilicet sive doctorum est, adhortari et consolari Dei plebem. Quocirca, Act. XV, 32, habetur : Ἰούδας δὲ καὶ Σίλας καὶ αὐτοὶ προφῆται ὄντες, διὰ λόγου πολλοῦ παρεκάλεσαν τοὺς ἀδελφούς, καὶ ἐπεστήριξαν. Juxta nostrum interpretem : *Judas autem et Silas, et ipsi cum essent prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, et confirmaverunt.* Et I Cor. XIV, 3 : Ὁ δὲ προφητεύων ἀνθρώποις λαλεῖ οἰκοδομὴν καὶ παράκλησιν καὶ παραμυθίαν. *Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, et exhortationem, et consolationem.* Vers. 31 : Δύνασθε γὰρ καθ' ἕνα πάντες προφητεύειν, ἵνα πάντες μανθάνωσι, καὶ πάντες παρακαλῶνται. Ex eadem versione : *Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, et omnes exhortentur.*

Hunc Barnabam exstitisse unum ex LXX Domini discipulis comprobari potest testimonio Clementis Alexandrini, cum lib. II *Stromateon,* tum in *Hypotyposibus* apud Eusebium, *Hist. eccl.* lib. I, cap. 12, et lib. II, cap. 1 ; eamque traditionem sequuntur Epiphanius in fine tom. I, lib. I, *Adversus hæreses,* auctor *Chronici* dicti *Alexandrini,* Dorotheus in *Synopsi,* et ii qui Barnabæ res gestas conscripserunt. Contra objicit Beda in Act. IV : *Mirum quo modo hunc Barnabam, qui postea cum Paulo gentium est ordinatus apostolus, ac post longum ejus contubernium, denuo Cyprum, unde ortus fuerat, prædi-*

*caturus rediit, Eusebius, in* Historia ecclesiatica, *de numero esse* LXX *discipulorum Domini Salvatoris arbitratur; cum manifeste scribat B. Lucas, eum post ascensionem Domini, ad discipulatum apostolorum venisse: nisi forte putandum est cum prius ita discipulatum Christi secutum, ut nedum renuntiaverit omnibus quæ possidebat: quod utrum evangelicæ doctrinæ convenerit, cuivis facillime patet.* Verum pace viri venerabilis, nec Lucas dicit Barnabam post ascensionem Domini cœpisse credere, nec videtur necesse ut omnes discipuli omnia sua abjecerint: quod quamvis esset, potuit Noster recens hæreditate adeptum agrum vendere, quo pecuniam ad pedes apostolorum poneret.

Cæterum de Barnaba multa narrantur in Novo Testamento: inter alia, Act. XI, 29, 30, quod Christiani Antiocheni miserint eleemosynam ad Hierosolymitanos per manus illius: ex quo factum arbitror, ut Græci in ordinatione magni œconomi dicerent, εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου καὶ γενναιομάρτυρος, *precibus et intercessionibus sancti et celebratissimi Barnabæ, apostoli et generosi martyris*, quemadmodum videre est in Joan. Morini *Sacris ordinationibus* parte II, pag. 115. Reliqua ad apostolum istum pertinentia, vera, fabulosa, et vulgo cognoscuntur, et ad institutum nostrum non valde faciunt: quare ea missa facimus.

*Epistola Barnabæ.* Venimus ad Epistolam nomen illius præferentem, veteribus laudatam sæpe, desideratam superioribus sæculis, nostro feliciter editam a viris doctissimis Hugone Menardo et Isaaco Vossio. Dubitatur an sit genuinus fetus, an suppositus. Existimatum quidem Clementi Alexandrino, Origeni ac Hieronymo, summis viris, quibus propterea fides facile abrogari non debet, nihil hic fraudis delitescere. At Eusebius, quando *Hist. eccl.* lib. III, cap. 25, Epistolam collocat inter libros spurios, ἐν νόθοις dolum videtur suspicatus: nisi si quis notum volumen eo loci exponat, ut in Amphilochii Epistola iambica ad Seleucam, illud quod non est genuinum sacræ Scripturæ, sive alias auctorem verum titulo præferat, sive ementitum. Certe vix credi potest, quod adeo eximius apostolus *vir plenus Spiritu sancto et fide*[1], segregatus una cum Paulo a sancto Spiritu in opus Evangelii, et collega ejusdem apostoli in gentium apostolatu, ea scripserit quæ in opusculo præsenti continentur: coactas dico allegorias, enarrationes Scripturarum minus verisimiles, fabulas de animalibus, aliaque de quibus postea agemus. Hæc tamen, vix credibilia, non remorata sunt prædictos Clementem, Origenem, Hieronymum: sicut pauci nævi qui honestam faciem Epistolæ a Clemente Romano ad Corinthios Romanorum nomine conscriptæ commaculant, non impedierunt quin tanti ea fieret; quamvis magna, meo quidem judicio, differentia intercedat ratione auctoritatis, Clementem inter et Barnabam, cujus Epistola tantum famæ non est consecuta ac illa Clementis. Ad hæc argumento, quo utitur sanctus Augustinus, lib. I *Contra adversarium legis et prophetarum*, cap. 20, ut apocrypha sub nominibus Andreæ Joannisque scripta exsibilet atque explodat: *Si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia*; eo, inquam, argumento in suspicionem illegitimæ prolis venit Epistola, cum jam diu rejecta et ad apocryphas scripturas amandata fuerit. *Apocrypha*, inquit Hieronymus, epist. 7, ad Lætam, *sciat non eorum esse quorum titulis prænotantur.* Quapropter Origenes, qui putavit opus esse Barnabæ, credidit etiam esse canonicum. *Sunt*, inquit ad vers. 24, cap. I Epistolæ ad Romanos, *præterea (sicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriusque partis, vel utriusque viæ, fautores quidam et adjutores angeli*, etc., ubi quis non videt alludi ad caput 18 nostræ Epistolæ, de duabus viis, et de angelis utrique viæ præpositis? Jam vero lib. I *contra Celsum* idem Adamantius vocem a Barnaba paulo durius in apostolos prolatam, nequaquam rejicit, imo similibus Scripturæ dictis munit ac firmat, insuperque Epistolam sacram esse innuit, et vocat Catholicam; quo quidem nomine etiam indicatur eam saltem a multis Catholicis fuisse admissam, atque instar catholicarum lectitatam: non solum autem significatur, quod aiunt ex Leontio lib. *De sectis*, actione 2, a cujus opinione nullatenus dissentit Œcumenius, scriptam esse ad omnes generaliter, non vero ad unam gentem. Nam si id tantum declararet ea vox, cui unquam venisset in mentem, Joannis secundam, ad unam domum, et tertiam, ad unum hominem exaratas, in catholicarum censum referre? Prudentius itaque factum ab Isidoro Hispal. lib. VI *Originum*, cap. 2 (nam confutari non meretur sententia Hebedjesu, auctoris Chaldaici, affirmantis in Catalogo librorum, catholicas ideo vocari Epistolas Jacobi, Petri, Joannis et Judæ, quod ab iis apostolis omni charactere et lingua fuerint consignatæ), qui cum prædictum vocabulum posteriori sensu usurparet, catholicas nuncupat Epistolas Petri, non item Jacobi, Joannis, et Judæ: quanquam Judæ et Jacobi generaliores sint prima Petri: unde notatum fuit a quodam scholiaste ad Epistolam Jacobi, ms. Regio 705: Προτέτακται ἡ τοῦ Ἰακώβου Ἐπιστολὴ τῶν ἄλλων, ὅτι τε πρῶτος ἐπίσκοπος ἦν, καὶ ὅτι τῆς Πέτρου καθολικωτέρα· ταῖς γὰρ ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν διεσπαρμέναις ἐγράφη δώδεκα φυλαῖς. Hoc est: *Posita est ante alias* catholicas *Epistola Jacobi: tum quia is primus erat episcopus, tum quia illa universalior est epistola Petri* (prima scilicet); *duodecim quippe tribubus per universum orbem dispersis scripta est.* Denique S. Hieronymus, in libro quem *De interpretatione nominum Hebraicorum*, imitatus Philonem ac Origenem,

[1] Act. XI, 24; XIII, 2.

composuit, inter Novi Testamenti libros non statuisset Epistolam Barnabæ, sicut facit, quam ipse cum apocryphis Scripturis legebat, nisi vidisset ita ab Origene fuisse actitatum. Eamdem quoque sententiam deprehendimus in antiqua Stichometria Latina, quæ exstat in duobus libris mss... altero non pridem Puteanorum Fratrum, nunc Christianissimi regis, altero monachorum Sancti Germani. Illic Epistola Barnabæ collocatur post Epistolam Judæ, ante Joannis Revelationem et Actus apostolorum.

Verum in omnia diversa abierat præceptor Origenis, Clemens Alexandrinus, quippe qui opus, quod credit esse Barnabæ, impugnat, licet suppresso, honoris causa, nomine; *Pædagogi* II, cap. 10. Id porro nequaquam commisisset, si ad Canonem pertinere fuisset arbitratus. Ac forte suspicio erit alicui, variasse Clementem, aut se ad multorum opinionem accommodasse, tum cum Scripturarum Canon certos limites nondum acceperat. Si quidem in libris Ὑποτυπώσεων, referente Eusebio *Hist.* lib. VI, cap. 14, una cum Novi Testamenti libris enarraverat Epistolam Barnabæ; quam fortasse pseudepigraphum reputatur, quando confutabat. Sed et Hieronymus, supra citatus de notione vocis *Apocryphum* pro opere falsi tituli; tamen in locis relatis inter veterum Testimonia, Epistolam apocryphum, non pseudepigraphum vult. Quinetiam a Gelasio apocrypha non pro pseudepigraphis duntaxat sumuntur, vel quorum secreti auctores atque incogniti, verum pro omnibus quæ quia notam aliquam mereri videntur, sive suppositionis, sive erroris, sive impietatis, abscondi debent atque ignorari (ἀποκρυφῆς μᾶλλον ἢ ἀναγνώσεως ἀξια, dicit auctor *Synopseos sacræ Scripturæ* creditus Athanasius), nec in publica versari notitia, sicut libri canonici Scripturarum, et ii ecclesiastici Patrum, qui inoffenso pede decurri queunt. Quare inter apocrypha recenset Clementis Alexandrini opuscula, Tertulliani, Cypriani, Arnobii, Lactantii, Eusebii, aliorum, quamvis indubia.

Ex quibus omnibus conficitur, non admodum clarere utrum præsentem Epistolam adjudicare debeamus Barnabæ apostolo, an alteri homini apostolico, qui aut Barnabæ nomen assumpserit, aut Barnabæ fuerit cognominis, prout a primis Christianis nomina apostolorum affectata fuisse docet nos Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. VII, cap. 25. Eo magis inclino, ut censeam non esse apostoli. Quod si quis certiora protulerat, gratissimam ille rem faciet. Ego quod nescio scire me non possum profiteri.

*Epistola Barnabæ, quando scripta.* Dices: Si non est apostoli, quando scripta fuit? quantæ habenda et habita auctoritatis? De primo, patet ex Epistolæ cap. 16 datam fuisse post excidium Hierosolymitanum. Liquet etiam ex Clemente Alexandrino, laudatore Epistolæ, ante finem secundi sæculi prodiisse. Sicut autem per primum non bene quis originem illius repeteret, a temporibus excidium mox subsequentibus; ita male per secundum concluderetur natales ejusdem contigisse, statim antequam Clemens libros suos componeret. An enim necesse fuit, ut ingenii monumentum apocryphum, simul ac e manibus scriptoris exierat, illico ad communem notitiam perveniret, atque a Patribus citaretur? eo præsertim tempore, quo et scribebant, pauci, et qui sua litteris committebant, solos fere in testimonium adhibebant sacros libros: ut non commemorem luctuosissimam voluminum ecclesiasticorum prioribus sæculis exaratorum jacturam. Itaque media via incedendum videtur; et referendum opus ad tempus quod inter utrumque intercedit; ita tamen ut ad primum magis accedat: quam rem character dicendi, apostolicam antiquitatem redolens, non obscure significat.

*Quantæ auctoritatis.* Quantum ad secundam interrogationem, de præsenti tempore nulla oritur difficultas. Constat inter omnes, Epistolam in canone locum non habere. Nec minus constare debet, dignam esse magna veneratione, quæ tantum fuerat ætatis atque existimationis. Si autem consideremus prima sæcula, quando canone diverso utebantur Ecclesiæ; varia in studia scissi fuerunt Christiani. Id ut intelligatur, observare oportet Scripturarum, quæ aut sacræ sunt, aut tales sunt habitæ a nonnullis, non unam apud sanctos Patres reperiri divisionem. Interdum duplex solummodo fit Scriptura; canonica, cujus dictator Spiritus sanctus, et apocrypha, cujus auctor homo solus. Ita Hieronymus in *Prologo galeato*, Augustinus, l. II *De doctrina Christiana*, cap. 8, et Isidorus, *Originum* lib. VI, cap. 2. Sic etiam duo genera Scripturarum ponuntur in Eusebio, *Hist. eccl.* lib. III, cap. 3, ὁμολογουμένων καὶ ἀναντιῤῥήτων et τῶν μὴ τοιούτων, in Athanasii seu alterius *Synopsi*, κανονιζομένων et μὴ κανονιζομένων in Cyrilli Hierosolymitani quarta catechesi, τῆς διαθήκης καὶ παρὰ πᾶσιν ὁμολογουμένων et ἀποκρύφων καὶ ἀμφιβαλλομένων, in Gregorii Nazianzeni carmine 33, θείων seu γνησίων et παρεγγράπτων seu μὴ γνησίων; apud Hieronymum epistola 129, et in caput II Epistolæ ad Titum, et Commentario in Psalmos, si tamen hujus libri auctor existimandus est, ad psalmum CXLIX, *ecclesiasticarum* et *apocrypharum*: apud Innocentium papam, epist. 3, cap. 7, *receptarum in canone* ac *repudiandarum*. Aliquando triplex Scriptura perhibetur: canonica, omnino recipienda: apocrypha, penitus rejicienda; et dubia, inter utramque posita; ab aliquibus videlicet admissa, repudiata ab aliis; mista et media inter genuinam ac notham; veræ proxima, cui contradicitur quidem, honor tamen habetur ut legatur catechumenis; quam demum licet non eodem in pretio habeant Catholici ac canonicam, ut ex ea fidei dogmata confirment, non ideo quemadmodum apocryphum abominantur, atque e templis eliminant, quinimo cum reverentia excipiunt, ac in ecclesiis ad plebis ædificationem lectitant. Ista edoce-

mur ab Origene ad Joannis IV, 22; Eusebio, *Hist.* lib. III, cap. 3, 25, 31, et alibi; Athanasio in Epistola Festali, et in *Synopsi divinæ Scripturæ*; Amphilochio in Iambico carmine ad Seleucum, Hieronymo in præfationibus ad Judith, et ad tria Salomonis volumina; Rufino in *Symboli expositione*, et Nicephoro Constantinopolitano in *Canone Scripturarum*. Porro utriusque hujus divisionis membra subdividuntur. In prima, canonicæ Scripturæ, juxta sententiam sancti Augustini, loco citato ex *Doctrina Christiana*, vel ab omnibus accipiuntur Ecclesiis catholicis, vel a pluribus et gravioribus, vel a paucioribus minorisque auctoritatis, vel forte a pluribus at non gravioribus, aut denique forsan a gravioribus sed non pluribus; sicque aut omnimodæ, aut majoris, aut æqualis auctoritatis censeri debent. Quam inæqualitatem auctoritatis Judæis non fuisse inauditam colligo ex Philone, lib. *De vita contemplativa*; Josepho, libro I *contra Appionem*, atque Hieronymo, in præfationibus ad Reges, ad Tobiam, ad Juditham, ad Opera Salomonis et ad Danielem. Ab eodem Augustino, lib. XVIII *De civitate Dei*, cap. 36, duplex canon Scripturarum Veteris Testamenti statui videtur; earum quas Judæi pro canonicis habent, et earum quas Ecclesia: qua de re consulendæ Isidori *Origines*, lib. VI, cap. 1. In eadem prima divisione libri apocryphi gradus similiter obtinent, prout ad veritatem ac pietatem, falsitatem et impietatem magis aut minus vergunt. In secunda pariter divisione, dubiæ Scripturæ, apud Eusebium lib. II, cap. 23; lib. III, cap. 3 et 25, diversitatem accipiunt ex proximitate ad canonicas vel ad apocryphas; cum a pluribus Ecclesiis publice lectitantur, cum ab antiquis doctoribus reperiuntur allegatæ, cumque spuriæ videntur ac de quibus quam maxime dubitatur.

His ita positis, evanescit omnis difficultas. Epistola Barnabæ ab Origene et quibusdam Ecclesiis canonica reputata fuit; a Clemente Alexandrino interdum canonica, interdum dubia, interdum non canonica, seu apocrypha in bono sensu primæ divisionis ab Eusebio dubia, spuria, citata quidem ab antiquis, at melioris notæ apocryphis propinquior: ab Hieronymo apocrypha, seu extra canonem, ad Ecclesiæ ædificationem pertinens: a Nicephoro Constantinopolitano non canonica, non apocrypha, sed cui contradicitur: a nullo apocrypha deterioris notæ, noxa scilicet, hæretica, impia; cujus generis videtur fuisse Evangelium inscriptum nomine Barnabæ; quod in concilio Romano opera Gelasii damnatum est. Vide supra initio notarum in *Constitutiones apostolicas* (1), Indiculum Scripturarum, e bibliotheca Regia depromptum.

*Titulus Epistolæ.* Restat aliud nihil, nisi de titulo Epistolæ inquirere, ad quos scripta fuerit. Res non magni est momenti. Ut enim præclare Tertullianus: *Nihil de titulis interest, cum ad omnes scripserint apostoli, tum ad quosdam.* Ac forte ἀνεπίγραφος semper exstitit; qualem cernimus Joannis apostoli primam. Quod si aliter se res habeat, conjiciam ex tota orationis serie, ad Christianos Hebræos missam, tenaces nimium antiquatæ legis, ad Hebræos inscriptam fuisse. Hincque potuit fieri ut, accepto rumore de Epistola quadam Barnabæ ad Hebræos a se non visa, Tertullianus cap. 20, lib. *De pudicitia*, Epistolam Pauli canonicam ad Hebræos, de cujus auctore ac auctoritate ambigebatur, putaverit a Barnaba fuisse destinatam. Atque hactenus de Epistola.

*Antiqua versio.* Vetus autem interpretatio barbariem ubique, ubique negligentiam ostendit, estque imperfecta et mutila, tum passim, tum præcipue ad finem, ubi posteriora capita resecantur, forte quia minus docta videbantur interpreti, atque ad mores magis pertinentia: igitur omissis iis, paucisque vocibus insertis, colophonem per doxologiam imponit. Suum tamen illi versioni pretium: cui debemus priora capita, cum non paucis emendationibus Græci contextus, ut nihil dicam de antiquitate illius ac simplicitate.

*Stichometria.* Cæterum ineditam Stichometriam, cujus memini, placuit hic apponere, tametsi mutilam et corruptam; quia non mediocrem fructum afferet legentibus, atque conferentibus cum illa Nicephori Constantinopolitani, cum mss. Bibliorum codicibus, cumque laterculis Scripturarum.

---

*Versus Scripturarum sacrarum.*

| | |
|---|---|
| Genesis. . . . . Versus | MMMMD. |
| Exodus. . . . . | MMMDCC. |
| Leviticum. . . . . | MMDCCC. |
| Numeri. . . . . | MMMDCL. |
| Deuteronomium. . . . . | MMMCCC |
| Jesu Nave. . . . . | MM. |
| Judicum. . . . . | MM. |
| Ruth . . . . . | CCL. |
| Regnorum. Primus liber . . . . | MMD. |
| — Secundus liber. . . | MM. |
| Regnorum Tertius liber. . . . . | MMDC. |
| — Quartus liber. . . . . | MMCCCC. |
| (*Excidisse videntur libri Paralipomenon.*) | |
| Psalmi Davidici. . . . . | MMMMM. |
| Proverbia. . . . . | MDC. |
| Ecclesiastes. . . . . | DC. |
| Cantica canticorum. . . . . | CCC. |
| Sapientia. . . . . | M. |
| Sapientia Jesu . . . . . | MMD. |
| Duodecim Prophetæ . . . . . | MMMCX*. |
| Osee. . . . . | DXXX. |

(1) Hujusce *Patrologiæ* t. I, col. 467.

* Numerus generalis cum particularibus non concordat.

| | | |
|---|---|---|
| Amos. | | CCCCX. |
| Michæas. | | CCCX. |
| Joel. | | XC. |
| Abdias. | | LXX. |
| Jonas. | | CL. |
| Nahum. | | CXL. |
| Ambacum. | | CLX. |
| Sophonias. | | CLX. |
| Aggæus. | | CX. |
| Zacharias.. | | DCLX. |
| Malachiel. | | CC. |
| Esaias. | | MMMDC. |
| Jeremias. | | MMMMLXX. |
| Ezechiel.. | | MMMDC. |
| Daniel. | | MDC. |
| Machabæorum sic: | Liber primus. | MMCCC. |
| — | Liber secundus. | MMCCC. |
| — | Liber tertius. | M. |
| Judith. | | MCCC. |
| Esdras. | | MD. |
| Esther. | | M. |
| Job. | | MDC. |
| Tobias. | | M. |
| Evangelia quatuor. | Matthæus. | MMDC. |
| — | Joannes. | MM. |
| — | Marcus. | MDC. |
| A — | Lucas | MMDCCCC. |
| Epistolæ Pauli. | Ad Romanos. | MXL. |
| — | Ad Corinthios prima. | MLX. |
| — | Ad Corinthios secunda. | LXX*. |
| — | Ad Galatas | CCCL. |
| — | Ad Ephesios | CCCLXXV. |
| | (*Deest ad Philipp. et ad Thes.*) | |
| — | Ad Timotheum prima. | CCVIII. |
| — | Ad Timotheum sec. | CCLXXXIX. |
| — | Ad Titum | CXL. |
| — | Ad Colossenses. | CCLI. |
| — | Ad Philemonem | L. |
| Petri prima | | CC. |
| Petri secunda | | CXL. |
| Jacobi. | | CCXX. |
| B Joannis prima | | CCXX. |
| Joannis secunda. | | XX. |
| Joannis tertia | | XX. |
| Judæ. | | LX. |
| Barnabæ Epistola. | | DCCCL**. |
| Joannis Revelatio | | MCC. |
| Actus apostolorum. | | MMCC. |
| Pastoris*** | | MMMM. |
| Actus Pauli. | | MMMMDLX. |
| Revelatio Petri. | | MMLXX****. |

* Numerus mancus.
** *Anastas. Biblioth. ex Niceph. CP.* MCCCVI.
*** *Supple* liber.
**** *Al.* CCLXX.

## II.

(Hugo MENARDUS, Præfat. ad Epistolam S. Barnabæ anno 1645, curante Luca Dacherio, editam.)

Sanctus Barnabas, natione Cyprius, gente Judæus, tribu Levites, qui et Joseph appellatus unus e septuaginta duobus Christi discipulis fuit, ut docent Clemens Alexandrinus, lib. II *Stromatum*,et Eusebius, lib. I *Hist. eccl.*, cap. 12, et lib. II, c. 1. Agrum quem habebat vendidit, et attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum,ut scribitur Act. IV; una cum sancto Paulo gentium apostolus declaratus est a prophetis et doctoribus qui erant Antiochiæ, Spiritu sancto revelante, Act. XIII. Multas terras et maria obivit, ad Christi fidem disseminandam, multis ac variis exantlatis laboribus.Multas Ecclesias fundavit, inter quas Mediolanensem. De tempore quo passus est,nihil certi statui potest, cum nullus alicujus notæ scriptor antiquus suppetat, qui, de illius morte ;scripserit, ut notat Baronius. Ferunt quamdam ab eo scriptam esse epistolam, quæ inter canonicas Scripturas non habetur ; quam etsi citent Clemens Alexandrinus et Origines tamen inter scripturas dubias,nothas et apocryphas connumeratur, cum nunquam Ecclesiæ auctoritate pro canonica recepta sit. Quod satis experientia constat, et ex Eusebio, lib. III *Hist. eccl.*, cap. 19, qui eam inter scripturas minime germanas recenset. *Inter scripturas minime legitimas annumerantur* Acta Pauli,*et liber qui vocatur* Pastor,*et* Apocalypsis Petri, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα Ἐπιστολή, id est, *quibus addatur quæ fertur nomine Barnabæ Epistola.* Idem censet divus Hieronymus. lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* : *Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur ;* et lib. XIII *Commentariorum in Ezechielem*, cap. 43 : *Barnabæ epistola, quæ habetur inter scripturas apocryphas*... Ejusdem sententiæ, est Nicephorus Callistus lib. II, c. 46, et lib. IV cap. 33. Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus in *Canone Scripturarum* eam inter Scripturas Novi Testamenti, ὅσαι ἀντιλέγονται, id est quibus contradicitur, recenset, non vero inter apocryphas. De illa tacet synodus Romana sub Gelasio papa, sola Barnabæ Evangelii facta mentione, quod inter scripturas apocryphas connumerat.

Illius sæpe meminit Alexandrinus, multosque ex ea profert locos, quemadmodum et Origenes, quos omnes in nostris observationibus notivimus : eamque citat sanctus Gregorius Nazianzenus in *Philocalia*.Sanctus Hieronymus in libro *De interpretatione nominum Hebraicorum*, post explicationem eorum quæ reperiuntur in Apocalypsi,interpretatur ea quæ exstant in sancti Barnabæ Epistola, hoc modo : *De Epistola Barnabæ. Abraham, pater videns populum*, etc.

Hi sunt veteres auctores qui de hac epistola scripserunt aut meminerunt. Quæ quidem jure inter scripturas apocryphas a citatis auctoribus connumeratur, tum quia, an Barnabæ sit incertum est, tum quia in ea quædam reperiuntur quæ difficultate minime carent. Siquidem nonnullæ sunt in ea salebræ, ad quas minus cauti offendere possint, quas tamen pro modulo explanavi ; non eo quidem animo,quasi velim eam ab omni nævo pertinacius excusare ; quemadmodum hodie video nonnullos,qui vetera quædam monumenta a se edita, continentia meras nutricularum nænias, seu potius ægroti veteris somnia,quæ ad primum intuitum viris doctis nauseam moveant,tanta animi contentione (quamvis sine ratione) defendere conantur, ut velint ea scriptorum omnium veterum ac recentiorum auctoritati præferri. Nec id movere quemquam debet, quod Clemens Alexandrinus, et Origenes, cum hanc citant epistolam, nunquam eam apocryphan esse dixerint. Siquidem ejusmodi auctores sæpe utuntur apocryphis : ut libro Enoch, Pastoris, Matthiæ Traditionum libro, Petri Apocalypsi,Evangelio Ægyptiorum, et similibus. Unum tamen certum est, hanc epistolam, quæ modo a nobis exit, eam esse quam sanctus Hieronymus, Clemens Alexandrinus, et Origenes olim præ manibus habuerunt ; cum omnes locos ab illis ex ea citatos, in hac quam edimus,epistola, reperire liceat. Et ex nostris observationibus manifestum erit : uno excepto, qui profertur a Clemente Alexandrino, lib. VI *Stromatum*, cum exponens hunc Psalmistæ locum : *Hæc porta Domini, justi intrabunt per eam*, sic et : Ἐξηγούμενος τὸ ῥητὸν τοῦ Προφήτου, Βαρνάβας ἐπιφέρει· Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν,ἡ δικαιοσύνη, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ οἱ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες. Id est : *Enarrans dictum Prophetæ, Barnabas infer* : *Cum multæ portæ sint apertæ, quæ est justitia, ea est in Christo, in quam beati sunt omnes, qui sunt ingressi.* Sed puto, aut lapsum esse memoria Clementem Alexandrinum,aut certe locum depravatum, et legendum esse Κλήμης non Βαρνάβας. Nam hic locus habetur in epistola sancti Clementis ad Corinthios, ubi idem locus Psalmistæ exponitur : « Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. » Πολλῶν οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες. Id est : « *Hæc porta Domini,justi intrabunt in eam.* » *Cum igitur multæ portæ apertæ sint, quæ in justitia est, eadem et in-*

*Christo est, in quam beati omnes qui intrarunt.* Ex quo loco legendum est apud Clementem Alexandrinum ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, et exponendum, *ea quæ in justitia est.* Id etiam patet ex ipso Clemente Alexandrino, lib. I *Stromatum*, ubi idem locus, sed longior, citatur ex eadem epistola sancti Clementis ad Corinthios, nominato tantum sancto Clemente circa finem contextus, paucis verbis mutatis ; hoc modo : « *Hæc est porta Domini, justi intrabunt in eam* : » *Cum ergo multæ apertæ sint portæ in justitia, hæc fuit in Christo,in quam beati omnes qui intrarunt, et iter suum direxerunt in sanctitate cognoscendi potestate prædita.* Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ κατὰ λέξιν φησὶ τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν δοκίμων· « Ἤτω τὶς πιστὸς, ἤτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἤτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἤτω γοργὸς ἐν ἔργοις. » Id est : *Jam Clemens in Epistola ad Corinthios his verbis inquit, exponens differentiam eorum qui sunt probati in Ecclesia* : « *Sit aliquis fidelis,sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in discretione sermonum, sit stupendus in operibus.* » Tandem notandum est quosdam existimasse hæc verba Clementis Alexandrini lib. II *Stromatum*, ὁ νόμος ἀπαγορεύει ἀδελφῷ δανείζειν, id est, *lex prohibet fratri fenerari*, etc., citari ex Epistola Barnabæ, quod non ita est : sed paulo ante citantur hæc verba ex Barnaba, quæ in hac Epistola habentur sub finem illius, Ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας· Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, φησὶ, δῴη καὶ ὑμῖν γνῶσιν, etc., usque ad illa verba, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης., etc., quæ sunt ex textu Clementis Alexandrini, qui tandem subjungit, *sufficit hoc dicere, quod lex prohibet fratri fenerari*, quæ quidem verba non exstant in hac epistola, quæ sancto Barnabæ ascribitur. Tenuis quædam difficultas restat circa nomina Hebraica, quæ sanctus Hieronymus profert ex Epistola sancti Barnabæ in libro *De nominibus Hebraicis*. Siquidem unum eorum, nempe *Nahum*, in epistola desideratur : sic enim ait sanctus Hieronymus, *Manasses, oblitus, Nahum, germen.* Sed error obrepsit, et legendum est, *Nave*, ut habetur in hac Epistola, qui fuit pater Josue, juxta Septuaginta ; vel *Nun*, quod idem est secundum textum Hebraicum. Et ratio est, quia *Nahum* non significat germen, sed *consolatorem*, teste eodem Hieronymo, libri citati capite de Jona, et Nahum. *Nahum*, inquit *consolator*, a radice נחם, id est *consolari*. At Nave, seu Nun est germen, juxta eumdem Hieronymum,ejusdem lib : cap. 1 : *Nave, semen, germen pulchritudo*, a verbo conjugationis *Niphal* ינון, id est *germinabit.*

Cum autem hæc unica feratur sancti Barnabæ Epistola, notandum tamen esse putavi, Epistolam sancti Pauli ad Hebræos a Tertulliano, libro *De pudicitia*, sancto Barnabæ attribui, ut clarum est ex ejus verbis : *Exstat enim et Barnabæ titulus ad Hebræos ; adeo satis auctoritatis viro, ut quem Paulus juxta se constituerit in abstinentiæ tenore* : « *Aut ego*

*solus,aut Barnabas, non habemus hoc operandi potestatem* (*I Cor.* IX) : » *et utique receptior apud Ecclesias Barnabæ epistola illo apocrypho* Pastore *mœchorum. Monens itaque discipulos, amissis omnibus iniitiis, ad perfectionem magis tendere ; nec rursus fundamenta pœnitentiæ jacere ab operibus mortuorum : « Impossibile enim est, inquit, eos qui semel illuminati sunt, et donum cœleste gustaverunt et participaverunt Spiritum sanctum,et verbum Dei dulce gustaverunt,* »etc., quæ verba legere licet in Epistola Pauli ad Hebræos, cap. VI. Hinc capiendus est Philastrius lib. *De hæresibus*, cap. 60 : *Sunt alii qui epistolam beati Pauli ad Hebræos non asserunt esse ; sed dicunt, aut Barnabæ esse beati apostoli, aut Clementis.* Ubi haud dubie Tertullianum intelligit. Sed de his satis : nunc restat ut de illius argumento, sive subjecto breviter agam.

*Epistolæ argumentum, divisio.* Cum Judæi quidam ad fidem Christi conversi galaticarentur (ut cum Tertulliano loquar), hoc est, legem Mosaicam una cum Evangelio retinendam esse putarent,idque multis Christianis persuaderent,sanctus Barnabas, sive quis alius, sanctum Paulum imitatus, eorum doctrinam hac epistola convellere conatur, docetque multis Scripturæ locis, ac figuris, legem Moysis jam abrogatam esse,eique Evangelium successisse. Hic est hujus epistolæ scopus ; ad quem nonnulla hic, quæ non sunt προηγουμένου, seu præcipui argumenti, sed veluti secundarii tractatus, ut de adventu Christi, passione, etc.,referuntur : nam illius gratia tractantur, cum ad ejus intelligentiam non parum conferant, juxta morem oratorum, qui interdum alio digrediuntur, non inutiliter quidem, cum id plenioris elucidationis gratia facere soleant. Sub finem epistolæ multa docet Christianos, quæ ad vitam recte instituendam plurimum conducunt. Hinc fit, ut hæc epistola in duas partes commode distribui possit : quarum altera est didascalica, quæ multis argumentis docet nullum esse amplius legis Mosaicæ,et Judaicarum cæremoniarum usum: altera paræneticа, in qua præclara et utila monita salutis et præcepta dantur.

*Prior pars epistolæ.* Prior pars capita duodecim complectitur. In primo de cessatione sacrificiorum Mosaicæ legis agitur ; in secundo de jejuniorum ejusdem legis abolitione ; in tertio agitur de instantibus, calamitatibus admonenturque fideles ad virtutum studium, quod Judæi suis jejuniis et cæremoniis postponebant ; in quarto tractatur de Christi adventu, missione apostolorum, Christi passione et exaltatione ; in quinto de hominis reparatione disputatur ; in sexto rursus de Christi passione,et de quibusdam illius circumstantiis ; in septimo de antiquatione circumcisionis veteris, et de circumcisione aurium et cordis ; in octavo de escis prohibitis in veteri lege, deque illarum mystica interpretatione ; in nono de baptismo et cruce ; in decimo de reprobatione populi Judaici,et gentilium electione ; in undecimo de abrogatione Sabbati Judaici ; in duodecimo de templi Judaici repudiatione ac demolitione, et de templi spiritualis ædificatione.

*Secunda pars epistolæ.* Secunda pars duobus capitibus absolvitur. In primo agitur de via lucis, hoc est, de iis quæ Christiano agenda sunt ; in altero de via tenebrarum, hoc est, de iis quæ animæ fideli fugienda ac vitanda sunt : tum demum sequitur epilogus.

Hæc autem epistola ab Origene, lib. I *contra Celsum* sub finem, Catholica, id est universalis appellatur : *Exstat sane in Barnabæ catholica epistola scriptum*,etc.,quia non ad unam certam gentem,aut nationem scripta est, sed ad omnes Christianos : ita enim definiuntur catholicæ apostolorum epistolæ, ut manifestum est ex Leontio, lib. *De sectis*, cap. 2 : Καθολικαὶ δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴ οὐ πρὸς ἕν ἔθνος ἔγραψαν, ὡς αἱ τοῦ Παύλου, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντα, id est, *Catholicæ dictæ sunt, quod non ad unam scriptæ sunt gentem, ut Pauli Epistolæ, sed generaliter ad omnes.*

---

## III.

### (Isaacus VOSSIUS, Præfatio ad Epistolam S. Barnabæ, Amstelodami anno 1646 ab ipso editam ad calcem Epistolarum S. Ignatii martyris.)

Aliquot jam sunt anni quod hanc Barnabæ Epistolam, quam ab incomparabili Salmasio acceperam,in lucem emittere decreveram. Sed iter meum obstitit, quominus institutum illud tum temporis perficere licuerit. Dum vero Angliam lustro, alia sese obtulit occasio, qua scriptum illud, quod jam diu lucem merebatur, tandem aliquando divulgaretur. Parabat tum novam Ignatii editionem reverendissimus Hiberniæ primas, Ussurius Armachanus. Illi itaque postulanti et offerenti ut una cum Ignatianis hæc quoque Barnabæ excuderetur epistola, non tantum libenter id concessi, sed etiam maximopere gavisus sum, in illas manus incidere antiquissimum istud monumentum, a quibus immensum quantum splendoris mutuari sibi posset. Et nisi ingens isthoc incendium,quod non exiguam partem urbis. Oxoniensis vastavit, omnia quoque exemplaria absumpsisset,pulcherrimam ejus auctoris editionem jamdiu habuissemus. Non defuere tamen in Galia viri docti, qui indignum putabant, scriptum hoc diutius in tenebris latitare. Itaque nuper Hugo Menardus, monachus ordinis Sancti Mauri, novam nobis editionem adornavit. Quin plurimum hoc nomine meritus sit de publico, nemo

est, qui inficias iverit. Plus tamen meruisset, si contigisset illi plura videre exemplaria. Cum enim tota illa editio ex uno promanarit codice, fieri aliter non potuit quin inemendatissima prodiret. Mihi, licet non usque adeo fortuna faverit, ut quisquam invidere debeat, ea tamen contigit felicitas, ut tribus in hoc corrigendo usus simus. Primum mihi Florentiæ suppeditavit bibliotheca Medicea, altera duo bibliotheca Vaticana et Theatinorum, qui Romæ agunt. Illorum usum acceptum fero Lucæ Holstenio, viro summo et nunquam non infra merita sua laudando. Quid itaque ope istorum trium codicum præstitum sit, videbit is, qui operæ pretium duxerit, editionem hanc cum altera, quam dixi, committere.

Nescio autem cur quidem opinati sint hanc Epistolam non esse Barnabæ, cum tamen et Clemens, et Origenes, et alii, illam ei tribuant. Offensi sunt, credo, viri docti, quod hic loca quædam S. Scripturæ aliter explicentur, quam explicari debebant. Persuaderi nequeunt, sic potuisse ea capi a viro tantæ auctoritatis, cujus toties sacri libri meminerint, quippe semper Pauli apostoli comes fuerit individuus, et ipse quoque unus e minoribus apostolis. Sed quis a primis illis Christianis omnigenam scientiam et doctrinam expostulet; quis illos non æque hallucinatos existimet, atque eorum nepotes; præsertim in rebus nihil ad fidem pertinentibus? Nunquid et in epistola Clementis, quam nobis dedit vir maximus Patricius Junius, bibliothecarius regius (cui ego tantum debeo, ut plura ei debere non possim), similia occurrunt? Quis enim bono animo concoquere, possit fabellam illam, quam de phœnice narrat, deque pluribus ultra Oceanum mundis? Non puto etiam quemquam velle admittere expositionem istam, ut linteum coccineum Raab meretricis, signum fuerit sanguinis Christi, et alia quædam id genus, quæ non est hujus loci referre. Atqui tamen iste Clemens, pari jure atque Barnabas, dictus est apostolus. Non debent itaque in hoc reprehendere quod in altero excusant. Notum est cuilibet, quam nimium mystice et superstitiose (pene etiam inepte) primi illi Christiani Scripturas sacras sint interpretati. Si itaque et in hoc auctore quædam occurrant quæ eruditis displiceant, dandum id potius moribus veterum Christianorum quam ut putetur scriptum esse supposititium. Sed neque hoc quemquam movere debet, quod Eusebius et Græci posteriores inter ἀπόκρυφα reposuerint Epistolam Barnabæ. Non enim hoc eo factum quod dubitarent de auctore, sed quod non probarent mysticas istas interpretationes multorum S. Scripturæ locorum. Eadem ratione et Clementis Alexandrini, et multa Originis opera, inter apocrypha relata sunt. Neque tamen unquam dubitatum fuit quin genuina essent illa opera. Et certe: si omnia quæ aliquando inter apocrypha habita sint rejicere velimus, rejicienda quoque esset D. Pauli ad Hebræos Epistola, item Judæ apostoli Epistola, et illa Clementis ad Corinthios. Quod quam absurdum sit, quis est qui non videat.

Alii ex stylo et scriptionis genere dixerunt, sese deprehendere epistolam hanc esse spuriam. De Ignatii epistolis idem affirmabant. Sed nimium sane acuti volunt videri, qui talia jactant. Non ita facile est spuria scripta a genuinis distinguere, quam sit nativas gemmas dignoscere ab adulterinis. Cum enim veri lapilli cum fictitiis committuntur et comparantur, tum ut plurimum fucus apparet: ita purpura ad purpuram dijudicatur, ita et in aliis mercibus fit. Sed quid est, unde isti, qui negant epistolas has esse Barnabæ, et Ignatii, isthoc colligere potuerint? Nunquid alia eorum scripta viderunt? Non certe. Unde ergo iis innotuit, quo stylo usi sint Barnabas et Ignatius? At inquiunt isti sese nihilominus scire vera esse, quæ sentiant. Si ita est, jam verbum non addam. Pergamus, et videamus, ecquid operæ pretium fuerit ad hanc Epistolam adnotasse.

---

## IV.

### (Ex prælatione Editionis Oxoniensis anni 1680.)

*Cum in editione Scriptorum veterum ecclesiasticorum versarer, præterire non licuit S. Barnabæ Epistolam, primævæ antiquitatis, argumenti sacri, et aucioris (quod præfert) nomine pariter sacri, commendatissimam. Hæc postquam per plurima sæcula in bibliothecarum pluteis delituisset, revendissimi Usserii, Armachani primatis, studio et auspiciis prelo hoc in loco subjiciebatur an.* 1643. *Sed urbis Oxoniæ parte magna gravi incendio correpta, typographeum, cum tota supellectile, schedis impressis, et exemplari ipso, conflagravit, ita ut ex clade ista nihil superesset, præter paginas nonnullas, quæ penes correctorem, quantum conjicere datur, fuerant; quasque vir eruditissimus Eduardus Bernadus SS. theol. doctor, et astronomiæ professor Savilianus redemit, mihique benigne communicavit. Paulo post, nempe anno* 1645, *opus ab Hugone Menardo, monacho congregationis S. Mauri, adnotationibus eruditis illustratum, cura confratris Lucæ Dacherii, Menardo morte prærepto, in Lucem Parisiis prodiit. Porro an.* 1646 *illustrissimus D. Isaacus Vossius, luculentissimæ ejus Epistolarum S. Ignatii editioni epistolam hanc adjunxit; et notas, breves quidem, sed eruditas addidit. Demum an.* 1672 *Joan. Bapt. Cotelerius, Societatis Sorbonicæ theologus, Bibliothecæ suæ SS. Patrum qui temporibus apostolicis floruerunt, Epistolam hanc inseruit, versionemque novam adornavit, notasque laudatissimas apposuit.*

*Quæ de opere ipso dicenda supersunt, ut viri magni memoriæ litem, verbis illustrissimi primatis prædicti, quæ flammas evaserant, exhibebo.*

JACOBI ARMACHANI DE BARNABÆ EPISTOLA PRÆMONITIO.

« Polycarpi ad Philippenses Epistolam, longe prolixiorem illa quæ habetur typis excusa, apud se Græce scriptam exstitisse, Baronio [2] persuaserat Franciscus Turrianus, Societatis Jesu presbyter. Sed exemplari illius diligentius inspecto, partem ipsius maximam ad epistolam, quæ *Barnabæ* apostoli ferebatur olim nomine, pertinuisse, deprehendit postea Jacobus Sirmondus, ejusdem societatis theologus. Neque aliter habuisse, vel bibliothecæ Vaticanæ, vel cardinalis Columnæi codices, ostendit Petrus Halloixius [3], et ipse jesuita.

« Nempe in primo exemplari, ex quo Columnæus ille codex (qui omnium putatur antiquissimus) et reliqui qui supersunt hodie sunt descripti, librariorum vitio quaternio vel omissus vel transpositus est : cujus defectu factum est, ut in Græcis superstitibus et finem epistolæ Polycarpi desideremus, et principium, Barnabæ.

« Nam longe antiquioribus etiam temporibus, non Ignati solum litteras huic Polycarpi Epistolæ (quod ex fine ipsius liquet) subjectas fuisse, sed simul cum eis et istam Barnabæ : ex illo Hieronymi loco, in libro III *adversus Pelagianos*, blandiente conjectura, ut crederem, pene inductus sum : *Ignatius, vir apostolicus et martyr, scribit audacter : Elegit Dominus apostolos, qui super omnes homines peccatores erant.* Ut enim in posteriore Ignatianarum Epistolarum collectione, cum reliquis præfixæ fuissent Mariæ Castabalitæ nomine inscriptæ litteræ, eas etiam ipsius Ignatii inscripto titulo, in Antoni[1] Melissa [4] productas fuisse animadvertimus : ita etiam in priore illa cum inter Polycarpi et Ignatii eidem subjunctas epistolas, etiam illa Barnabæ interposita legeretur ; non mirum si ἁμαρτήματι μνημονικῷ consimili, et eodem modo excusabili, Ignatii nomine citaverit Hieronymus, quod proprie erat tribuendum Barnabæ.

« In ea enim, quam nunc damus, illius Epistolæ sententia hæc reperta est : Τοὺς ἰδίους ἀποστόλους τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους. Quam et ante Hieronymi tempora in eadem exstitisse verba illa Originis [5] fidem faciunt : « Γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα Καθολικῇ ἐπιστολῇ (ὅθεν ὁ Κέλσος λαβὼν τάχα εἶπεν, εἶναι ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους τοὺς ἀποστόλους), ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους ἀποστόλους Ἰησοῦς ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. » *Scriptum est sane in Barnabæ Catholica epistola (unde forlasse Celsus occasionem arripuit, ut apostolos infames et nequissimos diceret), quod apostolos suos elegisset Jesus, qui erant omni iniquitate iniquiores.* Ubi *Catholicam* hanc appellat epistolam, quod nulli particulari vel personæ, vel ecclesiæ inscripta ea esset, sed Christianorum fratrum, ubicunque degentium, ipsi universitati. Neque vero mirabitur, Ignatii nomine productum fuisse ab Hieronymo, quod erat Barnabæ ; qui Barnabæ etiam titulo a Clemente Alexandrino laudatum animadverterit, quod Romano Clementi fuerat ascribendum. Is enim citato loco psalmi (*Aperite mihi portas justitiæ, in ipsas ingressus confitebor Domino ; hæc est porta Domini, justi transibunt per eam* [6]), prophetæ dictum hoc a Barnaba sic expositum fuisse ait : Πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ [ἐν] δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες. *Cum multæ portæ sint apertæ ; quæ est justitiæ, ea est in Christo : in quam beati sunt omnes qui sunt ingressi.* Quæ quidem, in Barnaba frustra quæsita, in priore Clementis Epistola (a doctissimo Patricio Junio non ita pridem edita) totidem verbis expressa invenimus.

« Porro duas hasce imperfectas Polycarpi et Barnabæ Græcas epistolas, ex Andreæ Schotti apographo sua manu descriptas vir clarissimus Claudius Salmasius, una cum antiqua Latina Barnabæ versione, ex vetere Corbeiensis bibliothecæ codice a Joanne Cordesio exscripta, Isaaco Vossio, celeberrimi illius Gerardi filio, summæ spei juveni, tradidit : quam cum Græco Barnabæ textu conjunctam, additis etiam eruditis notis, ad prelum ille apparavit. Ut igitur in Sylloges hujus initio, Græcum Polycarpum, posteriore sui parte ex antiqua versione Latina suppletum, exhibuimus : ita et ad ejus finem Barnabam, priore sui parte ex alia vetere interpretatione similiter redintegratum (non sine humanissimi Vossii consensu) repræsentare visum fuit. Ex cujus utriusque collatione mutua est deprehensum, non solum primam Epistolæ partem in exemplari Latino fuisse conservatam, quam defuisse diximus in Græco ; sed etiam postremam vice versa retentam fuisse in Græco, quæ aberat a Latino, atque in intermediis præterea, nonnulla habere Græcum quæ desunt in Latino [7], et Latinum rursus quæ non reperiuntur in Græco ; cujus generis ea sunt, quæ in utroque contextu uncis includenda curavimus.

« Ex duobus autem præcipuis membris tota hæc constat Epistola : quæ in contextu Græco hac inter se transitione connexa videmus. Ταῦτα μὲν οὕτως. Μεταλάβωμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν· ubi pro μεταλάβωμεν, alii μεταβάλωμεν, Patricius Junius noster μεταβῶμεν legendum conjicit. In priore autem parte sententia hæc longe ante præcesserat : Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν, quam

[2] Baron., *Notat. in Martyrolog. Rom*, Januar. 26. [3] P. Halloix. *Notat. in Vit. Polycarpi, cap.* 16, 17, 18. [4] Meliss. lib. II, serm. 19. [5] Origen. *contra Celsum*, lib. I, p. 50. [6] Psal. CXVIII, al. CXVII, *v.* 19, 20. Inter quæ et illud, a Clemente Alexandr. v *Stromat.* citatum : Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνίητε.

vetus Latinus interpres suo loco motam huc transtulit, totius Epistolæ epilogum hunc satis inconcinnum statuens. *Hæc autem sic sunt. Habetis interim de majestate Christi, quomodo omnia in illum, et per illum facta sunt. Cui sit honor, virtus, gloria, nunc et in sæcula sæculorum.* Secunda Epistolæ parte penitus prætermissa : quam idcirco, Latina eruditissimi Gerardi Langbaini versione, in hac editione locupletandam curavimus.

« Ab hac vero *duarum viarum* distinctione pars ista ducit exordium : Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας· ἥ τε τοῦ φωτὸς, καὶ ἡ τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν δύο ὁδῶν· ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ. Ad quæ verba respexisse Origenem non est dubium, in libro III Περὶ ἀρχῶν, cap. 2, ita scribentem : *Eadem quoque Barnabas in Epistola sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum : quibus et præesse certos quosque angelos dicit : viæ quidem lucis, angelos lucis, tenebrarum autem viæ angelos Satanæ.* Etsi enim in priore quoque Epistolæ parte (uti etiam in pseudo-Clementinis Constitutionibus [8], quarum auctorem, ut ex Romano Clemente, Ignatio, et aliis alia, ita quæ de duabus vitæ mortisque viis fusius enarrat, ex hac ipsa Barnabæ epistola intervertisse, vel prima facie legenti constabit) *duarum viarum* facta sit mentio, hoc tamen tantum in loco, angelorum lucis et Satanæ, iisdem præfectorum, occurrit commemoratio. Adde quod et Satanæ ipsum nomen ab Hieronymo, in fine libelli *De nominibus Hebraicis*, inter ea recensetur, quæ ex Epistola Barnabæ sunt selecta, nec in priore tamen hujus Epistolæ parte uspiam exstat, in qua reliqua omnia sunt reperta : si modo *Nave* (quo nomine Jesu, sive Josue patrem Græci indigitant) pro *Nahum* reposueris ; quem librarii temeritate hic fuisse infultum, *germinis* adjuncta interpretatio satis evincit. Cum Nahum sit *consolator*, Nave vero, *semen, germen*, vel *pulchritudo* : uti jam prius in eodem libro exposuerat ipse Hieronymus [9].

« Longiorem quoque hanc fuisse Epistolam, Στιχομετρία illa satis indicat, quam Latinis (nam Græca editio hic est mutila) ex Nicephori patriarchæ Constantinopolitani *Chronographia*, tradidit Anastasius, Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius. In qua, ut septem Catholicæ (quæ vocantur) Jacobi, Petri, Joannis et Judæ Epistolæ, 1300 versibus, ita et hæc Barnabæ, 1306 comprehensa fuisse dicitur. In posteriore denique Epistolæ parte reperta ista sunt, a Clemente Alexandrino, in libro II *Stromatum*, ex Barnaba citata : Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, δῴη καὶ ὑμῖν σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐπιστήμην, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ὑπομονήν. Γίνεσθε οὖν θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ Κύριος ἀφ' ὑμῶν. Ἵνα εὑρητε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς A τούτων ἐπιβούλους. Ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσε. Ubi postrema illa, ex Barnabæ nostri contextu, ita sunt restituenda : Ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τούτων ἐπιβούλους (vel ἐπιβόλους, ut emendat Sylburgius,) ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσε, idem sc. Barnabas ; sub ipsius Epistolæ clausulam, paulo post, eos ad quos scribit, ita salutans : σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Ut tum ex principio, tum ex fine manifeste deprehensum appareat, posterius membrum hoc (utcunque a Latino interprete silentio prætermissum), ejusdem corporis partem esse, cujus et primum.

« Ad totius vero Epistolæ auctorem et auctoritatem quod attinet, idem ille Clemens (ut de discipulo ipsius Origene nihil dicam) et auctoris Barnabæ, et B auctoritatis apostolicæ, eam fuisse credidit. In libro enim illo II *Stromatum*, alia postea testimonia ex ea producens, hac utitur præfatione : Ὅπως δ' ἡμεῖς τοῦ διαβόλου τὰς ἐνεργείας καὶ τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα εἰς τὴν τοῦ ἁμαρτωλοῦ ψυχὴν ἐπισπείρειν φαμὲν, οὗ μοι δεῖ πλειόνων λόγων, παραθεμένῳ μάρτυν τὸν ἀποστολικὸν Βαρνάβαν (ὁ δὲ τῶν ἑβδομήκοντα ἦν, καὶ συνεργὸς τοῦ Παύλου) κατὰ λέξιν ὧδέ πως λέγοντα. *Quomodo autem nos diaboli operationes, et spiritus immundos in peccatoris animam seminare dicamus, non mihi pluribus verbis opus est, si adduxero testem Barnabam apostolicum (erat autem is ex Septuaginta, et Pauli adjutor* [10]*) his verbis sic dicentem.* Et in V : Βαρνάβας, ὁ καὶ αὐτὸς συγκηρύξας τῷ Ἀποστόλῳ κατὰ τὴν διακονίαν τῶν ἐθνῶν C τὸν λόγον. *Barnabas, qui ipse quoque in gentium ministerio prædicavit verbum una cum apostolo Paulo.* Neque *apostolici* solum, sed etiam *apostoli Barnabæ* nomine, in II *Stromatum* libro, eamdem epistolam laudat : ejusdemque, non minus quam reliquarum Scripturarum canonicarum, in libris *Hypotyposeon* contractas explicationes exhibuit [11].

« *Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur*, ait in *Ecclesiasticorum scriptorum Catalogo* B. Hieronymus, et libro XIII *Commentariorum in Ezechiel*, cap. 43. *Vitulum* inquit, *qui pro nobis immolatus est, et multa Scripturarum loca, et præcipue Barnabæ Epistola, quæ habetur inter Scripturas apocryphas, nominat.* Utrum vero ex propria mente ab *apostolo ad ædificationem Ecclesiæ compositam* hanc fuisse Epistolam ille dixerit, ex aliorum autem sensu in apocryphorum classem conjecerit, exquirant alii : in eam certe sententiam propendisse illum aliquando, ex *Nominum Hebraicorum* libello colligi posse videatur ; in quo, cum reliquis Novi Testamenti Scripturis, etiam Barnabæ istam Epistolam conjunctam ab eo fuisse cernimus.

[8] *Constitut. apostolic.* lib. VII, cap. 1, 2, et deinceps. [9] Hieron. *De nominib. Hebraic.*, in Exodo. [10] Idem etiam affirmat in libro VII *Hypotyposeon* (apud Euseb., lib. II Hist., κεφ. α'). [11] Ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις Euseb. lib. VI *Hist.*, κεφ. ιγ',ιδ'.

« In illa Nicephori Constantinopolitani patriarchæ Στιχομετρίᾳ, quam Latinis Anastasium Romanæ Ecclesiæ bibliothecarium tradidisse diximus, a Novi Testamenti apocryphis quidem scriptis separatur, sed inter ea *quibus contradicitur* (ut et Apocalypsis Joannis) recensetur. In altero vero Indiculo, quem Anastasii Nicæni in S. Scripturam Quæstionibus subjectum vidimus, una cum apocryphis simpliciter adnumeratur : et ipsius Hieronymi in *Prologo galeato* suffragio accedente, et universalis Ecclesiæ simul judicio, quæ Barnabæ scriptum nullum in sacrum Canonem unquam admisisse comperta est Montani enim spiritu afflatus fuit Tertullianus [12], cum epistolæ ad Hebræos Barnabæ affixit titulum : et altera hæc, ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή, ab Eusebio [13] non solum inter scripturas *quibus contradicitur*, sed etiam inter *nothas* collocatur. Ut hic etiam locum habeat, quod de aliis ejusdem generis ab Augustino [14] est dictum. *Hæc scripta castitas Canonis non recepit : non quod eorum hominum, qui Deo placuerunt, reprobetur auctoritas ; sed quod ista non credantur ipsorum esse.*

« Quanquam non longe post ipsius Barnabæ tempora exaratam fuisse hanc Epistolam, tot illa a Clemente Alexandrino (qui proximo post apostolos sæculo claruit) ex ea, in *Stromatum* libris, laudata testimonia, fidem faciunt. Quibus et illa ejusdem in *Pædagogo*, lib. II, cap. 10, adjungere liceat : Καὶ τὸν μὲν λαγὼν κατ' ἔτος πλεονεκτεῖν φασι τὴν ἀφόδευσιν, εἰς ἀριθμοὺς οἷς βεβίωκεν ἔτεσιν ἴσχοντα τροπάς· Quæ ex istis Epistolæ hujus mutuatum cum fuisse, monuit me D. Petrus Turnerus, Savilianus in Academia Oxoniensi matheseos professor eruditissimus : Ὅτι ἡ λαγῶος κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν· ὅσα γὰρ ἔτη, ζῇ, τοσαύτας ἔχει τροπάς. Sed et aliquam hic præferunt vetustatis speciem, ipsarum apocrypharum scripturarum, quarum jam diu in Ecclesia obsolevit memoria, citationes non paucæ : inter quas et illam fortasse quis annumeraverit : *Regna in terris decem regnabunt : et resurget retro pusillus, qui deponet tres in unum* ; licet ea Danielis capitulo VII, uti olim in LXX Interpretum editione legebatur, desumptam fuisse ego quidem existimaverim : cum Theodotionis interpretatio, quam in Daniele, altera illa Posthabita, Ecclesiam postea recepisse confirmat Hieronymus [15], hanc nobis hodie lectionem exhibeat : Δέκα βασιλεῖς ἀναστήσονται, καὶ ὀπίσω..... »

*Reliqua desiderantur : quid autem eruditissimus, Hiberniæ juxta et melioris litteraturæ primas, de epistolæ hujus auctore senserit, quanquam non ex dictis liquido appareat, indicia tamen sunt satis clara quæ fidem faciant, propendisse eum in hanc sententiam, ut crederet opus hoc scriptori ignoto deberi. Esto ergo huic operi aliena manu S. Barnabæ nomen appositum : aut, si libeat, Epistolam hanc consolatoriam (quæ sæpius dicitur ideo scripta, ut lectores lætos faceret), ex argumenti designatione, ab auctore ipso*, Barnabas, *sive* consolator, *appellatam ; eo fere modo quo liber Salomonis* Coheleth, *sive* Ecclesiastes, *dicitur ; aut Hermæ opus* Pastor *inscribitur. Quidquid sit, necesse est ut fateamur, optima fide scriptorem hunc usum fuisse : non alienos, imo non aliquos, captavisse titulos ; hoc vero solum sibi arrogasse, ut ceu e fidelium grege minimus aliquis, unus ex illis, frater fratribus salutaria monita proponeret, per omnia orthodoxus et apostolorum, præsertim S. Pauli, vestigiis insistens : ut si non laborum et itinerum, saltem dogmatum participem ubique agnoscamus. Interea animadvertendum, Historiam Jobi, Ruth, Estheris, et Paralipomenon, aliosque ex libris in Hebraicum Canonem receptis, quod pariter obtinet in Epistola ad Hebræos, auctorum nomina minime præferre, et tamen de illorum fide nulla est controversia. Interim dispiciendum videtur, an nos hac tempestate rectius de Epistolæ hujus auctore possimus judicare, quam qui proximo vixerint sæculo. Clemens Alexandrinus, atque Origenes, qui S. Barnabæ ascripsere. Porro adnotandum, scripto alicui non ideo statim fidem omnem abrogari, si de ejus auctore aliquando fuerit dubitatum, aut si ipsum per aliquod tempus delituerit. Norunt eruditi hæc ipsa scriptis quibusdam in Canonem nunc et olim receptis accidisse ; et quæ de S. Barnabæ epistola refert Eusebius, eadem eum non modo de S. Joannis Apocalypsi et S. Judæ et catholicis omnibus Epistolis, sed etiam de illa ad Hebræos, quæ nunc S. Paulo ascribitur, licet olim S. Barnabæ imputaretur, retulisse.*

*Constat Epistolam hanc, quæ fere tota est in Synagogæ ritibus, et sanctarum Scripturarum mysticis sensibus evolvendis, ad rudis vulgi captum minus accommodatam, et proinde verisimile est a lectione ejus publica Ecclesiam post tempus aliquod abstinuisse : quod et hodie factum de nonnullis reconditioris argumenti periochis quæ in sacro Canone continentur. Hoc vero fidenter dixerim, Epistolam hanc quo penitius intelligetur, eo accepliorem futuram, et ad sacrarum Litterarum, nec non antiquissimorum Patrum cognitionem plurimum facturam. Quanquam enim perpetuus Veteris Instrumenti ad Messiam respectus nobis quasi per transennam ex Chaldæi Paraphrastis stricturis, scriptorum Talmudicorum, Rabbinorumque malignis interpretamentis compareat : olim tamen quando in omni Synagoga hebdomadatim non lectæ tantum, sed et enarratæ erant Scripturæ ; Midrasch iste mysticus, sive evangelicus Veteris Instrumenti sensus, non minus omnibus innotuit quam ipse sacer textus : et proinde non minus idonea suppeditabat argumenta ad convincendos Judæos, quam ea quæ ex disertissimis sacrarum Litte-*

[12] Tertuliam. *De pudicitia*, cap 20, et ex eo, Hieronym., *Catalog. script. ecclesiast. In Paulo.* [13] Euseb., lib. VI *Histor. ecclesiast.* κεφ. ιϛ'. ιϛ'. Id *ibid.*, l. III, κεφ. κε'. [14] Augustin., *De civitat. Dei*, lib. XVIII, c. 38 [15] *Præfat. in Daniel.*

*rarum vocibus fuissent deducta. Hinc factum est, quod Dominus noster et ejus apostoli, fere passim adversus Judæos exinde argumenta deprompserint: et si forte aliqua apud auctorem nostrum occurrant quæ longius petita videntur, illa ipsa, aut eorum saltem vestigia in Epistolis Paulinis quis poterit reperire.*

*Sed nolumus pertinaci nimis patrocinio. S. Barnabæ, aut quicunque Epistolæ hujus auctor demum fuerit, invidiam facere; ne iniquum petendo, eo quod æquum est excidamus. Modica sunt quæ in ejus gratiam poscimus, nec, ut puto, facile recusanda: ut nimirum si non ipsi, saltem annis ejus honos habeatur: si non apostolum agnoscamus, eum tamen ceu Patrem revereamur: et demum, si non in Canonem illum recipiendum ducamus, saltem in classicis scriptoribus, pro dignitate quam olim obtinuit apud Ecclesiæ scriptores antiquissimos, numeremus.*

---

## V.

(D. LE NOURRY, *Apparatus ad Bibliothecam maximam vet. Patr.*, Paris. 1703, in-fol., p. 38.)

### ARTICULUS PRIMUS.

*Analysis Epistolæ S. Barnabæ.*

Auctor hujus Epistolæ, præmissa eorum ad quos scribit brevi salutatione, laudat illorum fidem, charitatem, aliaque, quibus repleti erant, Spiritus sancti dona. Nulla vero alia ratione animum se ad scribendum appulisse profitetur, nisi ut fidem illorum perfectiorem redderet, ostenderetque Deum ideo prophetas suo Spiritu afflasse, ut fœdus novum, Incarnatione Filii sui ineundum, omnibus prænuntiarent. Hinc ille argumentum suum aggressus, ex eorumdem prophetarum oraculis Christum Dominum jure merito legis Mosaicæ abrogasse sacrificia, nullaque alia, quam spiritus et cordis postulare demonstrat. Quamobrem illos sollicite admonet, ab iis caveant, qui legem Moysis et Christi simul observandam esse docerent. Ideo vero illam rescissam esse probat: *ut dilectio Jesu consignetur in cordibus vestris in spem fidei illius;* hisque tribus virtutibus, *meditemur timorem Dei, et custodiamus mandata illius.* Subinde aliis prophetarum locis planum utique facit Christum ideo carnem induisse, mortemque obiisse, ut, mortis imperio destructo, mundum sanguine suo redimeret. Quod Judæi cum credere noluerint, voluit ille Evangelium suum omnibus gentibus ab apostolis prædicari. Addit Christum et six ex Patris præcepto, sicuti prædictum fuerat, lubens mortuus sit, ipsum tamen verum esse Dei Filium. Explicat deinde quomodo prophetæ et verbis et figuris significarint Christum in passione aceto et felle potandum, purpura induendum, spinis coronandum; sed hæc omnia surdis Judæorum auribus decantata. Inde autem colligit aures cordis circumcidendas, docetque circumcisionem Judæorum antiquatam, Mosaicasque leges, quibus cibi nonnulli prohibebantur, spirituali sensu intelligendas. Post hæc ostendit ab iisdem prophetis insuper prænuntiatum fore ut Judæi nec Christi baptismo abluerentur, nec crucem ejus agnoscerent, atque ob ejusdem Christi ab illis ejuratam divinitatem exhæredes facti, in eorum locum adoptati Christiani subrogarentur. Denique postquam de Sabbati celebratione, Dominicæ diei institutione, templi Hierosolymitani destructione, Deique in cordibus nostris habitatione disserit, primam claudit Epistolæ partem.

In secunda, quæ brevior est, stylum ad informandos Christianorum mores convertit; duasque eapropter demonstrat esse hominum vias. Et priorem quidem, cui angeli præsunt, quæque *via lucis* dicitur, cum explicat, ibi quid Christianus agere, quid fugere debeat, omnium oculis subjicit. Posteriorem vero, quæ *subest angelis Satanæ, et via tenebrarum* cognominatur, explanando palam ille facit quæ sint vitia, et mala opera, quibus inquinata anima pœnis inferni addicitur. Postremo ut imperatis divinis morem gerant, adhortatur, comprecaturque ut sui meminerint apud Deum, cujus in gracia ut semper maneant, expetendo, Epistolæ coronidem imponit.

### ARTICULUS II.

*Hanc epistolam eamdem esse, quæ ab antiquissimis Ecclesiæ Patribus laudatur.*

Constat Epistolam hanc eamdem esse, quam ab antiquissimorum Ecclesiæ temporum Patribus Barnabæ nomine citatam fuisse ex eorumdem testimoniis planum fit. Id autem vel ex sola Clementis Alexandrini auctoritate invictissime demonstratur. Quos enim ex ea locos protulit, ît ex Epistolæ initio, ubi Græca verba deleta, atque ex medio, ac tandem ex fine, ubi Latina interpretatio deficit, excerptos esse manifestissimum est. Erravit igitur Moynius [16], Calvinianæ sectæ olim Rothomagi minister, qui posteriorem hujus Epistolæ partem nec ejusdem scriptoris, nec ejusdem styli ac priorem videri arbitratus est. Hanc quippe ipsam partem, præter memoratum Clementem ab Origine Gregorioque Nazianzeno eodem Barnabæ nomine citatam legimus.

### ARTICULUS III.

*De auctore hujus epistolæ antiquorum scriptorum opiniones.*

Tota igitur de hac Epistola difficultas in eo ver-

[16] *Varia sacra.*

satur, utrum a Barnaba apostolo, cujus præfert nomen, vere profecta sit. Non una siquidem ea de re antiquorum Ecclesiæ Patrum fuit sententia. Posteriores vero scriptores in plures magisque diversas opiniones abierunt. Clemens etenim Alexandrinus nullus unquam dubitavit eam verum genuinumque fetum esse Barnabæ, quem apostolum, virum apostolicum, unum ex septuaginta, et Pauli adjutorem appellat. Hæc videre est in illius *Stromatum* libris secundo, quinto et sexto [17]. Clementi autem præceptori suo subscripsit Origines : ac postea Gregorius Nazianzenus Origenis ipsius verba transcribendo, in eadem quoque opinione se fuisse haud obscure significavit.

Verum adversus Clementem pugnare videtur Eusebius [18] ; quandoquidem ubi de ejusdem Clementis Operibus sermonem instituit : *In iisdem*, inquit, *libris affert testimonia Scripturarum, quæ a nonnullis repudiantur, nempe ex* Sapientia *Salomonis, item ex Epistola Clementis ac Barnabæ*. Et paulo post [19] : *Idem in libris* Ὑποτυπώσεων *omnium, ut uno verbo dicam, utriusque Testamenti scripturarum compendiosam instruit narrationem, ne illis quidem prætermissis scripturis, de quibus inter multos ambigitur, Judæ Epistolam, et Barnabæ, ac reliquas catholicas Epistolas intelligo*. Tum denique ex sua sic ipse sententia pronuntiat [20] : *Pro spuriis habendi sunt etiam Actus Pauli... Barnabæ item Epistola*. Unde intelligas Eusebium, quorumdam antiquiorum vestigiis inhærendo, Epistolam Barnabæ pro spuria habuisse. Hieronymus vero [21] illam *inter Scripturas apocryphas amandat*. Uterque porro Nicephorus, Constantinopolitanus scilicet atque Calixtus, Eusebii verba sensumque expressit : sed quænam sit Eusebii ac Hieronymi de apocryphorum definitione opinio, adhuc est in controversia.

ARTICULUS IV.

*Sententia recentiorum.*

Quantum ad recentiores. Hugo Menardus, Benedictinæ gentis monachus, de hac Epistola sic sentit [22] *Jure*, inquit, *inter scripturas apocryphas a citatis auctoribus connumeratur ; tum quia an Barnabæ sit, incertum est ; tum quia quædam reperiuntur, quæ difficultate minime carent ; siquidem nonnullæ sunt in ea salebræ, ad quas minus cauti offendere possint*. Nec ulli, subdit, mirum esse debet, quod illa nec a Clemente, nec ab Origene apocrypha censeatur, *siquidem hujusmodi auctores utuntur apocryphis*. Fluctuat animo Cotelerius, summisque se ait difficultatibus præpediri quominus Barnabæ eam attribuat, quam tamen illi omnino abrogare non audet. Re autem perpensa, in hunc concludit modum : *Ego magis inclino, ut censeam non esse apostoli ;* profiteturque se gratias iis habiturum, qui voluerint *certiora proferre*. Natalis vero Alexander, memoratusque Moynius illam Barnabæ penitus abjudicant, et apocryphum atque supposititiciam esse contendunt. Contra vero Hamondus, Vossius, Bullus et Dupinius eam non alium quam Barnabam auctorem habere propugnant.

ARTICULUS V.

*Primum argumentum examinatur.*

Qui Epistolam hanc Barnabæ abjudicant, his nituntur argumentis. Et primo quidem ii Eusebii atque Hieronymi, qui eam ad apocrypha et spuria ablegant, auctoritate a nobis superius allata utuntur. Docet quippe idem Hieronymus [23] : *Apocrypha eorum non esse quorum titulis prænotantur :* vel, ut addit Gelasius papa, aliquo inficiuntur errore. Alii tamen negant Eusebii Hieronymique de Barnabæ Epistola verba debere alterutro sensu accipi. Non quidem primo, cum Epistolam hanc Barnabæ nomine inscribi non inficientur, ac Hieronymus eam a Barnaba compositam esse affirmet. Neque secundo, cum illam non tantum omnis erroris expertem, sed etiam ut ait Hieronymus [24], *ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem agnoscant*. Eo igitur sensu eam uterque spuriam et apocryphum esse dixit, quod inter canonicos divinæ Scripturæ libros non adnumeretur.

Verum ex posita olim ab Augustino regula urgent eorum adversarii : ea quæque scripta ab Ecclesia recipi debuisse, quæ a quolibet apostolo prodiisse constiterit. Inde quippe sanctus ille doctor contra adversarium Legis et Prophetarum libros, Andreæ et Joannis nomen præferentes, apocryphos esse probat [25], quia *si illorum essent, recepti essent ab Ecclesia*. Quod si respondeas quosdam putavisse hanc Epistolam inter Scripturas canonicas ab Origene computari, atque eo in numero in antiquis earumdem Scripturarum catalogis reperiri : instabunt iisdem in catalogis alios itidem libros reperiri, qui pro canonicis nunquam habiti sunt ; atque Origenis verbis id quod aiunt, nullo significari modo contendent.

Respondent itaque alii secundum Augustini mentem, non omnia omnino apostolorum, vel potius apostolicorum virorum, sicuti Barnabæ, scripta in canonicorum numerum esse referenda ; quandoquidem et liber Hermæ, et Clementis Romani Epistola hunc in numerum minime referuntur. Addunt præterea non eo ipso scriptum aliquod pro canonico habendum, quod ab apostolo quopiam editum sit ; sed id insuper Ecclesiæ definitione renuntiari debere asseverant.

Nos autem Augustini mentem ex alia, quam de libris apocryphis statuit, certiori regula explicandam esse censemus. Cum enim ipse accuratius definit quis liber dicendus sit apocryphus [26] : *Scripturæ apocryphæ*, inquit, *nuncupantur, eo quod occulta earum origo non claruit Patribus a quibus*

[17] Vide supra *Testimonia veterum*. [18] Lib. VI *Hist.*, cap. 13. [19] lib. III, cap. 25. [20] Ibid., c. 14. [21] *De script. eccles.* [22] Præfat. in Epist. Barnab. [23] Epist. 7, ad Lætam. [24] *De script. eccles.* [25] Lib. I, *contra advers. Legis et Prophet.* cap. 20. [26] Lib. XV *De civitate Dei*, cap. 23, § 4.

*usque ad nos auctoritas veracium Scripturarum certissima et notissima successione pervenit.* Ex hac autem libri apocryphi definitione recte adversario suo, libros Andreæ et Joannis objicienti respondet, eos plane esse apocryphos ; quia si ab iis quorum tanta erat apud Ecclesiam auctoritas, vere prodiissent, id et Patribus perspectum, et ab Ecclesia fuisset receptum. Quapropter cum e contrario origo epistolæ Barnabæ Patribus, nimirum Clementi, Origeni atque aliis claruerit, ex allata Augustini definitione inter apocryphas scripturas annumerari non debet.

## ARTICULUS VI.

*Secundum argumentum expenditur.*

Secundum argumentum, quo hæc Epistola Barnabæ abjudicetur, inde desumptum est, quod videatur incredibile apostolum eas scripsisse, quas ibi legimus, coactas nimirum allegorias, enarrationes Scripturarum minus verisimiles, anilesque de animalibus fabulas. Respondet Hamondus, *Gnosticos, Scripturæ sacræ mystice interpretandæ facultatem sibi arrogantes, multa Veteris Testamenti testimonia ad impuros usus accommodasse.... Hinc Barnabas hac fere universa Epistola sua Veteris instrumenti loca quamplurima mystice, etiam cabalistice exposita, Gnosticorum doctrinis opponit.*

Respondent alii Clementem Alexandrinum, Origenem, aliosque qui hanc Epistolam Barnabæ adjudicant, nihil coactum in ejus allegoriis, nihil non verisimile in enarrationibus, nihil denique fabulosum in ea reperisse ; imo nihil quod non apostolicum virum, nihil quod a Barnabæ ipsius stylo alienum aliquid, aut illo indignum præ se ferat. Quapropter quosdam nostræ ætatis viros temeritatis audacter incusant, qui de stylo apostolicorum scriptorum melius quam eorumdem discipuli, aliique suppares, aut ejusdem ætatis homines, se judicare posse confidunt. His adjiciunt illud fuisse Judæorum ad Christianam fidem, sicut ipse Barnabas, noviter conversorum ingenium ; ut Scripturas sacras allegoriis ac mysticis enarrationibus interpretarentur, multaque in animalium proprietates observarent.

Addemus, nos paulo post demonstraturos hanc Epistolam si Barnabæ non sit, auctoris esse ejusdem cum illo, aut certæ proximæ ætatis. Nemini autem vero videbitur simile scriptorem pium et doctum, viris apostolicis coævum, quippe quomodo apostoli Scripturas exponerent, apprime noverat, ab eorum stylo, et scribendi interpretandique methodo hac in Epistola penitus descivisse.

## ARTICULUS VII.

*Tertium argumentum examinatur.*

Tertium argumentum est, Barnabam modo tam hyperbolico non vocaturum apostolos iniquissimos hominum, et super omne peccatum peccatores. At contrariæ sententiæ propugnatores ac patroni respondent, hæc verba non omnino ad litteram, sed benignius accipienda, nihilque aliud sonare quam apostolos, quod quidem verum est, ante conversionem suam multa magnaque peccasse.

Nos vero hoc idem argumentum ab Origene jam olim fuisse dilutum respondemus [27]. Cum enim *fortasse* Celsus ex iisdem auctoris nostri verbis *occasionem*, ipso teste Origene, *arripuisset, ut apostolos infames et nequissimos diceret, Jesum ad apostolicam functionem elegisse homines omni iniquitate iniquiores ;* sic illum, et quidem apposite ad rem nostram confutat : *Quid igitur absurdi, si Jesus ostendere volens humano generi quantum ejus medicina contra pestes animarum polleat, infames et nequissimos elegit, ut morum purissimorum exemplum fierent amplectentibus ejus Evangelium.* Nihil ergo absurdi, nihil Barnaba indigni, nec nimium hyperbolici in his verbis esse vir summæ eruditionis Origenes arbitratus est : Hieronymus autem hanc sententiam viro apostolico ita dignam credidit, ut in libro contra Pelagianos scripto, eamdem Ignatii martyris nomine laudare non dubitaverit.

## ARTICULUS VIII.

*Moynii conjecturæ discutiuntur.*

Moynius aliis quibusdam contra eamdem epistolam pugnat conjecturis : quæ quidem quamvis sint levissimæ, tamen cum nullus hactenus iis respondisse legatur, pro more nostro, ne quid relinquamus intactum, illas singillatim examinabimus. Ait itaque : « Hæc epistola si esset Barnabæ, illam non secus ac Evangelium Matthæi tumulo suo condi jussisset. » Verum quis Moynio Barnabam Epistolæ suæ exemplar semper, aut saltem, cum mortem obiit, secum asservasse patefecit ? Num moris est apud homines epistolarum suarum sic apud se servare exemplaria ? Demus tamen Moynio penes morientem Barnabam fuisse Epistolæ suæ exemplar : nunquid ergo lucubrationem suam vir modestissimus eodem in pretio ac Matthæi Evangelium habebat ? Si id contendat Moynius, dicemus eum ideo cum hoc Evangelio, non autem cum sua Epistola, sepeliri voluisse ; quia illud historiam vitæ, mortis ac miraculorum Christi, quam semper præ oculis habuerat, complectebatur.

Instat tamen Moynius apocryphos libros ab auctore nostro citari. Quid inde ? Nonne et doctissimi viri Paulum et Judam libros itidem apocryphos laudavisse fatentur ? Nonne et Paulus ipse ethnicorum, quos apocryphis ab auctore nostro citatis præstare nemo dixerit, attulit auctoritatem ?

Urget adhuc [28] Barnabam Epistolæ ad Hebræos, nomine Pauli prænotatæ, fuisse auctorem. Atqui, inquit ille, *non video quare secundis curis argumentum istud iterum pertractasset cum quadam primæ delibatione, quasi in Epistola ad Hebræos materiam istam nimis perfunctorie, minusque feliciter esset*

[27] Lib. *cont. Celsum.* [28] Lib. cit.

*prosecutus*. Neque hoc argumentum priore validius est. Primo quippe falsum est Barnabam hanc ad Hebræos scripsisse Epistolam. Deinde, esto, scripserit. Nunquid non potuit idem auctor duabus ad diversos diversæ regionis homines, quos iisdem doctrinis et præceptis imbuere volebat, datis epistolis, idem tractare argumentum ? Denique nonne idem auctor plures de re eadem litteras scribere, eademque in illis repetere et inculcare quandoque cogitur ?

Urget iterum Moynius hanc epistolam a primi et secundi sæculi scriptoribus, puta Clemente Romano, Polycarpo, Ignatio etiam in suis adversus Judæos disputationibus nullibi laudatam. Verum quas alias iidem scriptores aliorum epistolas et scripta citaverint, in medium proferre debuerat. Quid vero, si hæc Epistola in eorum manus non venerit ? Sed conjecturis non est opus ; certum quippe est hanc Epistolam a Clemente Alexandrino sæculi secundi auctore, ut supra vidimus, citari ; quod ad vanam objectionem plane diluendam satis superque dictum sit.

Instat denique hanc Epistolam a Barnaba, qui sub Nerone martyrium passus est, scribi non potuisse ; quippe quæ post eversam a Tito Hierosolymam data fuerit. Atqui hoc illud est quod in notis et observationibus suis argumentum *invictissimum et evidentissimum* appellat. Id itaque paulo prolixiori responsione solvendum est.

### ARTICULUS IX.

*Quandonam hæc epistola scripta sit.*

Jam enim quo tempore hæc Epistola scripta sit, indagandum. Qui eam Barnabæ tribuunt, hi ante ejus obitum datam esse indubie pronuntiant. Quibus vero res in ambiguo est, ii tamen illius auctorem temporibus apostolorum floruisse vero putant similius. Denique qui a Barnaba profectam negant eam post excidium Hierosolymitanum, sed ante finem secundi sæculi scriptam esse opinantur. Moynius his addit illam post necem Justini, qui anno 162 aut 163 martyr occubuit, et ante Tertulliani mortem, quæ circa annum 215 contigit, obsignatam fuisse. Neque tamen ille alia ratione opinionem suam confirmat, quam quod nonnullæ de emissario Judæorum hirco cæremoniæ in hac Epistola memorentur, quas sicut apud Justinum, licet de iis disserat, frustra quæsieris, ita apud Tertullianum tantummodo invenias. Verum a quo didicit Moynius hanc Epistolam penes Justinum unquam fuisse, ipsumque eam legisse ? Fac tamen et habuerit et legerit, nunquid ideo omnes hirci emissarii cæremonias, ne iis quidem, quæ in Epistola Barnabæ occurrunt, prætermissis, debuit commemorare ? Nihil igitur hac negativa conjectura magis frivolum, minusque ad rem aliquam asserendam idoneum.

Quo porro tempore Barnabas obierit, incertum est. Unde nescio quid sibi velit Moynius, cum ex communiori opinione asseverat illum sub imperio Neronis martyrio affectum. Qui enim id investigaverunt diligentius hi ingenue fatentur apud antiquos scriptores nihil succurrere, unde quandonam Barnabas ab Cypro insula redierit, vitamque martyrio posuerit, certo definiatur. Constat autem illum post Hierosolymam anno 72, aut juxta doctiores chronologos 70 a Tito destructam, vitam potuisse producere. Petrus siquidem et Paulus anno tantum 66, id est uno aut tribus post excidium Hierosolymitanum annis, martyrii palmam adepti sunt. Nihil ergo vetat quominus Barnabas in Epistola sua hujusce excidii fecerit mentionem.

Certo autem certius est hanc eamdem Epistolam non solum ab Origene citari, sed etiam a Clemente Alexandrino, qui, ut ait Eusebius, primis apostolorum temporibus proximum se fuisse testatur. Unde conficitur Clementem, qui Epistolam hanc, sicuti ex frequentioribus ejus citationibus liquet, magni æstimare videbatur, ab apostolicis viris, quis verus illius auctor exstiterit, curiosius indagasse, nec difficiliter didicisse. Deinde idem Clemens circa annum 200 fato functus est, proindeque libros suos, ubi hanc Epistolam laudavit, in lucem prius emiserat. Atqui illam non ut recens aliquod, sed antiquæ auctoritatis scriptum laudat, ideoque quam putabat martyrio Ignatii antiquiorem. Quin imo ubique pro certo ponit illam a Barnaba apostolo scriptam, nullumque, quem nosset, huic opinioni refragari. Tanti viri tantæque eruditionis, ac temporibus apostolicis adeo vicini auctoritas, maximi certe apud omnes debet esse ponderis ; cum in primis nulla firma rationum argumenta, nihilque illi, nisi conjectura quædam, parum valida opponatur. Cæterum quantumvis Clemens in Epistolæ auctoris nomine errasse diceretur, ex ejus tamen auctoritate invictissime demonstratur illam vel ab uno ex apostolis, vel saltem ab aliquo ex proximis eorum successoribus fuisse exaratam.

Id quidem ex manuscriptis codicibus Græcis et Latinis confirmari potuisset, si qui omnino incorrupti, ac verum Epistolæ titulum præferentes ad nos pervenissent. At in Græcis codicibus caput ejus amputatum est, et titulus qui in Græca Menardi editione legitur, ex Eusebio videtur desumptus. Latinus vero bibliothecæ nostræ codex, qui omnium procul dubio est antiquissimus, hac tantum epigraphe inscribitur : *Incipit epistola Barnabæ feliciter*, atque demum in fine sic concluditur : *Explicit epistola Barnabæ.*

### ARTICULUS X.

*Ad quos hæc epistola scripta sit.*

Integri autem si exstarent manuscripti illi codices, nobis utique non modo Epistolæ hujus titulum indicassent, sed eos etiam ad quos illa directa est. Id enim sua non caret difficultate. Putant siquidem nonnulli ex tota orationis serie conjici posse eam ad Christianos missam Hebræos, tenaces nimirum antiquæ legis, et ad Hebræos esse inscriptam. Verum vel ex ipsa totius Epistolæ, a nobis superius facta synopsi, exploratum fit, ideo præcipue ad eam

scribendam auctorem ejus impulsum ut eos ad quos scripsit præmuniret, prohiberetque ne ab iis deciperentur qui legem Moysis et Christi simul servandam esse asserebant. Atqui hic error ejusdem fere cum Christiana religione est ætatis : illumque non solum Hebræos, sed etiam hæreticos, quales erant Ebionitæ et Cerinthiani, docuisse certissimum est. Præterea etsi a soli Hebræis error hic disseminatus fuisset, poterant tamen ipsi eo quo flagrabant religionis suæ studio, illum apud omnes cum Hebræos, tum gentiles ad Christianam fidem conversos ubique disseminare. Potuit ergo auctor noster non ad Hebræos tantummodo, sed etiam ad Christianos, quos ab Hebræis vel hæreticis decipi metuebat, suam dirigere epistolam.

Objicitur tamen Tertullianum Epistolam Pauli ad Hebræos citasse Barnabæ nomine; *forsitan*, inquiunt, *accepto rumore de Epistola quadam Barnabæ ad Hebræos a se non visa?* Sed hac objectione levis conjectura alia multo leviori probatur. Verumenimvero si Tertullianus Epistolam ad Hebræos Barnabæ assignat, eamdem alii Lucæ, alii Clementi adjudicant. Nunquid ergo in hanc sententiam abierunt: *forsitan rumori accepto de Epistola quadam Lucæ vel Clementis ad Hebræos a se non visa?* Quid hac conjectura futilius? Dicendum igitur Epistolam ad Hebræos a Tertulliano Barnabæ nomine idcirco laudatum, vel quia eum vere putabat ejus Epistolæ auctorem, seu potius mavis, interpretem; vel quia cum illam ab aliquo Pauli socio et discipulo scriptam crederet, id nulli potiori jure quam Barnabæ tribuendum judicavit: vel denique aliis fretus conjecturis, ex falso auctorum aut codicum manuscriptorum errantium testimonio desumptis, quas jam divinare promptum non est.

Porro si certo definiri non possit qui homines, cujusve regionis ii fuerint ad quos hanc Barnabas misit Epistolam, constat tamen eos Christianos fuisse, qui in assequenda vitæ Christianæ perfectione profectus aliquos jam fecerant, quosque ut magis ac magis in ea proficerent, adhortatur; quos denique admonet, caveant sedulo ab hereticis, qui vanis argutiis et subtilitatibus legem Moysis ac Christi simul observandam aliis suadere conabantur. Quamobrem idem auctor noster eos tota epistola sua contra hæreticorum illorum errores munit, ac Christianæ pietatis præceptis informat.

## ARTICULUS XI.

### *De hujus Epistolæ fortuna, et variis ejus editionibus.*

Epistola hæc fortunam habuit variam, mirumque in modum mutabilem. Cum enim tanto, ut supra diximus, splendore et secundo et duobus, ac forsitan etiam tribus sequentibus Ecclesiæ sæculis micuisset, deinceps ita evanuit, ut præter utrumque Nicephorum, qui verba Eusebii aut saltem eorum sensum descripsere, vix alius de ea mentionem fecisse reperiatur. Nostro tandem sæculo Græce et Latine variis in Bibliothecis feliciter inventa, e tot sæculorum tenebris emersit.

Usserius quippe archiepiscopus Armachanus primam ejus editionem ex manuscriptis, quæ mutuo ab aliis acceperat, Oxonii anno 1642 adornavit. Sed, Vossio teste, una urbis hujus parte paulo post igne consumpta, hoc incendio omnia editionis hujus exemplaria perierunt. Unus tamen codex, flammis ereptus, in bibliotheca ejusdem urbis, si qua edito ipsius Catalogo fides habenda sit, asservatur.

Hæc prima Epistolæ nostræ editio doctis ita parum innotuit, ut eam ab Hugone Menardo primum editam vix unus aut alter non agnoscat. At certe omnes facile concedent eum primum fuisse, qui illam typis mandatam nostri juris fecerit. Is enim cum incidisset in manuscriptum Latinum bibliothecæ Corbeianæ, annorum plus quam 900 codicem, aliumque Græcum, inter Thuriani scripta Romæ inventum, a doctissimo Sirmondo accepisset, ex utroque exemplari ad parandam editionem suam totis viribus incubuit. Sed collatis codicibus, altera Epistolæ parte in Latinum versa, variisque observationibus compositis, priusquam aliquid prelo committi potuerit, immatura morte extinctus est. Quapropter Lucas Dacherius paratæ ab illo editionis curam in se recepit eamque præmissa a se præfatione anno 1645 absolvit.

Anno subsequente Isaac Vossius iterum eamdem Epistolam ex tribus manuscriptis, uno bibliothecæ Florentinæ, altero Vaticanæ, tertio Theatinorum Romanorum, Amstelodami emisit in publicum. In his autem omnibus codicibus manu exoratis Epistola caret initio, atque uni ex Ignatii Epistolis proxime, et absque titulo conjungitur.

Cotelerius anno 1672 ex Sirmondi ms. Græco codice, de quo ante diximus, illam rursus edidit, novaque versione, antiquiore tamen non omissa, donavit; præfixitque Operibus *sanctorum Patrum, qui temporibus apostolorum floruerunt*. At multa hujus editionis exemplaria incensis bibliopolæ apothecis, igne consumpta sunt.

Denique Moynius cum Rothomago Leisdam docendæ theologiæ causa se contulisset, ubi eamdem Epistolam inter sua *Varia sacra* edi curavit. Ultimam autem hanc editionem ille ex codice manuscripto Florentino, quem in Hollendiam Rullæus attulerat, et in quo hæc Epistola uni ex Ignatianis absque titulo et principio connectitur, se adornasse testatur. Quod sane magno nobis indicio est hunc manu exaratum codicem non alium esse a primo ex iis tribus quicis Vossium in accuranda sua editione usum esse diximus. Cæterum utrique Vossius et Moynius non aliam versionem Latinam, quam antiquiorem, a Menardo inventam et adornatam, atque a Dacherio editam adhibuerunt.

## ARTICULUS XII.

### *De notis et observationibus in hanc Epistolam.*

Singuli harum editionum auctores Epistolam illam notis et observationibus suis illustrarunt. Quas edidit Menardus, eæ fere omnes vel ad correctionem explicationemque textus, vel ut illa styli

esse apostolici probetur, conducunt. Nonnullas tamen quandoque admisset eruditionis suæ testes, ex quibus facile intelligas multo perfectiorem futuram fuisse ejus editionem, si per mortem viro tam docto ad umbilicum illam perducere licuisset.

Nullus Vossio pauciores brevioresque in hanc Epistolam adnotationes edidit; nec ille quidem prolixiores facere consueverat. Omnes fere correctionem textus spectant. Quædam, sed paucissimæ, quosdam obscuros locos explicant; atque in illarum præcipua observatione disputatur, quo spinarum genere corona Christi patientis compacta fuerit.

His multo plures longioresque in hanc Epistolam animadversiones a Cotelerio compositæ sunt. Sed optandum sane, ut in iis quæ non minus quam septem supra triginta numerantur, vir ille eruditus ab auctoris scopo non ita sæpe digressus fuisset, suisque non tam facile indulsisset conjecturis.

Moynius postremus omnium notas observationesque divulgavit in hanc Epistolam, cæteris omnibus longe diffusiores tantæque prolixitatis, ut ad solam eruditionis suæ, præsertim Hebraicæ, ostentationem compositæ videantur. Nulla quippe est observatio, ubi non sint digressiones, et sæpe ex ipsis digressionibus in alia fit iterum digressus, ita ut textus auctoris, notis obrutus, lectorum oculis evanescat. Nec ille quidem alia ratione se tot tamque diffusas animadversiones publicasse innuit; nisi quia prærepta sibi occasione typis mandandi novam Operum Josephi, quam a longo tempore moliebatur editionem, quidquid magis eruditum, magisque curiosum ad eam perficiendam præparaverat, hoc in notas observationesque suas congerendum esse putaverit. Non contemnimus viri docti eruditionem, sed prudentiori judicio ac locis aptioribus collocanda erat.

## ARTICULUS XIII.

*Novæ observationes in hanc Epistolam.*

Si quid nobis tot tamque diversis observationibus addendum superesset, Christiana libertate cum Moynio aliisque nonnullis de eorum confidentia expostularemus, qua et auctorem nostrum et antiquissimos Ecclesiæ scriptores eo argunt, quia plures Veteris Testamenti locos de Messia interpretati sint, quos illi ad eum minime respicere arbitrabantur. Nihil enim hac accusatione nobis videtur iniquius, nihil plane absurdius. Constat siquidem Christum apostolis et discipulis suis sensum, ut ait Scriptura ipsa, aperuisse, *ut intelligerent Scripturas* [29], maxime vero illos ejusdem Scripturæ locos, qui adventum ejus, mortem, cæteraque ipsius facta prænuntiabant. Atqui apostoli et discipuli Christi eosdem Scripturæ sensus, quos a divino præceptore suo acceperant, suis quoque discipulis, id est auctori nostro, aliisque ejusdem ævi scriptoribus aperuerunt. Cur ergo in Scripturis sacris, quibus Christus prædicabatur, exponendis tam turpiter errasse criminantur? Nunquid ultimæ nostræ ætatis homines in iis explicandis doctiores sunt et acutiores, quam illi qui ab apostolis vel ab eorum discipulis suscepti et educati, in eorum schola scientiam Scripturarum didicerunt? Caveant inconsiderati Patrum accusatores, ne vano litteralis sensus, quem ubique venditant, prætextu, a littera occidente percussi, in cæcitatis errorem, quem aliis temere inurunt, ipsimet prolabantur.

Observandum præterea auctorem nostrum quædam utriusque Testamenti citasse testimonia, quæ cum in sacris libris non reperiantur, illa a Judæorum Christianorumque traditionibus desumpsisse existimandum est. Quædam vero ex quarto libro Esdræ protulit: sed illum censoria Moynii nota male inustum ex his, quæ de hoc scripto in nostris ad Ambrosii Opera admonitionibus [30] disputavimus quivis facile intelligat.

Adnotandum quoque ab auctore nostro antiquos non tantum hæreticos expugnari, sed etiam impios nostri sæculi Socinianos, contra quos Christi divinitas in hac Epistola invictissime asseritur.

Nonne enim ibi Barnabas illum aperte terrarum Dominum appellat, hunc que ipsummet esse testatur, cui a Patre suo æterno ante mundi creationem dictum est: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram?* Sed præstat eum verbis suis loquentem audire: *Et ad hoc Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit orbis terrarum Dominus, cui dixit die ante constitutionem sæculi: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.*

Quid vero quod idem auctor noster non modo solem *opus manuum ejus* scilicet Christi, asserit: sed in ipso et propter ipsum esse omnia diserte pronuntiat: *Habes etiam*, inquit, *in hoc gloriam Jesu, quod in ipso sunt omnia, et in ipsum.*

Denique ne plura alia passim in hacce Epistola simili modo dictata congeramus, id tantum juvat subjungere, quo Christus in cordibus nostris, tanquam in templis Deo consecratis habitare dicitur: *Quia oportebat eum in carne apparere, et habitare in nobis; templum enim sanctum, fratres mei, Domino est habitatio cordis nostri.*

Quis autem, amabo te, nisi jam præjudicata opinione plane obcæcatus homo, negare audeat hæc omnia ab auctore nostro non de alio scribi unquam potuisse, nisi de vero germanoque Dei Filio, qui ejusdem omnino cum Patre suo sit naturæ et substantiæ, ipsique perfecte planeque coæternus?

Animadvertendum denique hanc auctoris nostri Epistolam adnos integram non pervenisse: siquidem Græci codices manuscripti titulo et principio carent, pluribusque scatent erratis, quæ nisi aliorum ope codicum emendari non queunt. In codice Latino

[29] Luc. XXIV, 45. [30] Admonit. in lib. S. Ambros. *De. bon. mort.*

secunda pars Epistolæ deficit ; primæ vero additus est finis,quasi nihil amplius desideretur. Vetus autem interpres Latinus non omnia auctoris verba reddidit, et nonnulla aliquibus in locis, quæ in Græco habentur, ab ipso prætermissa sunt. Quapropter ille vel in mutilum codicem incidit,vel data opera quædam omisit,vel denique auctoris sui sensum non assecutus est.

# VI.

(GALLANDIUS, *Vet. Patr. Bibliotheca*, t. I, Venetiis, 1765, in-fol., Proleg., p. XXIX.)

## CAPUT PRIMUM.

*Num S. Barnabas auctor sit Epistolæ quæ sub ejus nomine circumfertur. Clemens Alexandrinus et Origenes eam Barnabæ asserunt. Hieronymus item, cujus testimonium edisseritur atque astruitur. Eusebii Cæsariensis locus expensus.*

Inter vetustissima sæculi I ecclesiastica monumenta, tertium locum occupat Epistola quæ sub S. Barnabæ nomine circumfertur. De auctore haud una est scriptorum tum veterum tum recentiorum sententia.

Ut autem hinc exordiamur, sæculo II desinente Clemens Alexandrinus plerisque in locis, supra inter veterum testimonia relatis,hanc Epistolam constanter Barnabæ attribuit, et quidem *apostolo, testi apostolico,* uni *ex* LXX *Domini discipulis* et *Pauli adjutori,*ut ipsemet eum appellat. Quin et in libris Ὑποτυπώσεων, Eusebio teste [31-32], compendiosam Novi Testamenti Scripturarum enarrationem instituens idem Clemens,Barnabæ item Epistolam eas inter recensuit. Alicubi tamen presbyter Alexandrinus consilium mutasse videtur ; dum enim ex eadem Epistola nonnulla delibat [33], Barnabæ sententiam interdum respuit ; quamvis tanti viri reverentia tactus,ejus nomini parcat, ut post Cotelerium Potterus admonuit.

Clementem Alexandrinum præceptorem suum secutus Origenes, circa medium sæculi III, non solum a Barnaba scriptam putavit Epistolam verum etiam *catholicam* vocitavit, et *Scripturæ* nomine insignivit [34]. *Sunt,* inquit, *præterea (sicut in multis Scripturæ locis invenimus) etiam utriusque partis vel utriusque viæ fautores quidam et adjutores angeli,* etc. Quibus nimirum verbis ad Epistolæ nostræ caput 18 digitum intendisse Origenem liquet.

In eamdem porro sententiam de Barnaba Epistolæ auctore ivisse quoque S. Hieronymum jure quis dixerit, Clementis fortasse Alexandrini vel potius Origenis sive auctoritate sive exemplo permotum. Siquidem in opere *De interpretatione nominum Hebraicorum,* inter Novi Testamenti libros Epistolæ quoque Barnabæ locum ipse dedisse comperitur. Opus illud scribebat doctor maximus anno 388. Deinceps vero, anno scilicet 392, quo librum *De viris illustribus* edidit, de ejus Epistolæ auctoritate, non autem de auctore, aliter censuisse existimatur. Sic enim ibi [35] : *Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur.* Quem in locum scite Pearsonius [36] : « *Barnabæ* Epistolam fuisse tradit (S. Hieronymus) non ipsi supposititiam, aut spuriam ; *ad ædificationem Ecclesiæ pertinuisse* asserit ; non itaque hæreticam putavit : *lectam* tamen *inter apocryphas scripturas* docet, nec ab Ecclesia repudiatam innuit. ».

Quod autem Hieronymus Epistolam Barnabæ ad apocryphas scripturas amandet, non usque adeo negotium facessere debet,ut statim adulterina censenda sit, ipsique apostolo abjudicanda ; quam contra fuisse ab eo compositam perspicue tradit sanctus doctor. Idque ut clarius adhuc pateat, exemplo illustrabo. Legitur in decreto Gelasiano [37]: *Historia Eusebii Pamphili apocrypha.* Cedo,statuitne his verbis sanctus pontifex *Historiam* Eusebii *ecclesiasticam* episcopo illi Cæsariensi fuisse suppositam ? Minime omnium : at id solummodo edicere voluit Gelasius, Eusebii *Historiam* non esse publice in Ecclesia legendam dum *apocryphum* declaravit. Nimirum hujus vocis ἀπόκρυφα vis et notio probe tenenda, ut res ejuscemodi rite expediantur. Constat enim inter eruditos, vocem istam non uno sensu accipiendam. Rem fuse pertractat inter alios Svicerus [38] ; sed brevius exactiusque cl. Fontaninus [39] : « Apud veteres Patres, inquit, *apocrypha* ea vere sunt, quæ *canonicis* opponuntur. Hinc Annalium parens Baronius [40], *apocrypha esse ait, quasi non hagiographa ; non tamen, ut ea* (Gelasius) *ab Ecclesia omnino proscribat.* Augustinus tradit [41] ea denotari *nomine apocryphorum, quæ ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt.* Duplex enim erat scriptura : *canonica,* cujus auctor Spiritus sanctus ; et *apocrypha,* cujus auctor homo solus. Illa publice in Ecclesia ; hæc non ita, legi poterat. Quare librum *apocryphum* esse, idem censetur atque auctoritate carere, qua *publice in Ecclesia,* ut *canonica* leguntur, legi possit. Duplicis enim generis apocrypha Gelasius enumerat, *ortho-*

[31-32] Euseb., *Hist. eccles.*, lib. VI, cap. 14. [33] Clement. Alex., *Pædag.*, lib. II, cap. 10, p. 221, edit.Oxon. 1715. [34] Origen., *Explanat. in Epist. ad Rom.* I, 24. [35] Hieron., *De vir. illustr.*, cap, 6. [36] Pearson., *Vindic. Ignat.*, part. I. cap. 4 pag. 289. [37] Gelas., Decr., cap. 4. [38] Svicer. *Tes. eccl.*, v. Ἀπόκρυφος, tom. I, p. 457. [39] Fontanin., *Hist. Aquil.*, lib. V. cap. 11, § 8, pag. 354. [40] *Baron.*, ad an. 31, § 9, [41] **Aug.**, *De Civit. Dei*, lib. XV, cap., 23.

*doxorum* et *hæreticorum*. Hæc omnino rejiciuntur : illa canonicis opponuntur, et publica tantum, ob nævos quosdam, in Ecclesia lectione privantur. » Hactenus vir eruditus. Itaque dum Hieronymus Epistolam fuisse a Barnaba compositam scribit, *quæ inter apocryphas scripturas legitur*, ejus verba sic sunt accipienda, ut vere a Barnaba compositam Epistolam asseveret, quæ tamen inter canonicas scripturas minime adnumeretur. Frustra enim est Basnagius [42], dum nobis suadere conatur Hieronymum populariter fuisse locutum et tituli habita ratione, non pro rei veritate, dum Barnabam *composuisse* hanc Epistolam litteris tradidit.

Veterum testimoniis huc usque allatis contraire videtur Eusebius, qui Barnabæ Epistolam νόθοις accenset [43]. Verum « improprie, inquit Valesius, hoc nomen usurpat Eusebius, pro libris scilicet qui ambiguæ sunt auctoritatis ; cum νόθοι dici debeant libri adulterini, et ab hæreticis conficti. Quod ut manifestius appareat, intelligendum est tres species esse librorum sacrorum. Alii sunt extra controversiam veri : alii extra controversiam falsi : tertii sunt de quibus inter antiquos ambigitur. Hi postremi νόθοι dici non possunt, cum a multis habiti sint pro veris. Restat igitur, ut secundi dicantur νόθοι sive adulterini. » Hæc vir ille doctissimus. Enimvero postquam ἐν τοῖς νόθοις Actus Pauli, Barnabæ Epistolam aliaque nonnulla retulisset Eusebius, statim subdit : *His adjunge, si lubet, Joannis Revelationem, quam nonnulli ex albo Scripturarum expungunt ; alii vero inter libros omnium consensu probatos adnumerant.* Verumtamen certum est, eodem Eusebio teste, Apocalypsim nunquam inter libros νόθους sive adulterinos fuisse relatam, sed tantum inter eos qui ἀντιλεγόμενοι sive dubii habebantur. Cum igitur ἀκριβολογίᾳ hic utatur episcopus Cæsariensis, aliunde sententia ejusdem est repetenda. Quid plura ? Eusebius deinceps seipsum emendat : eamdem enim Barnabæ Epistolam, quam modo vivimus ab eo νόθοις attributam, mox ἀντιλεγομένοις adjungit in hæc verba [44] : Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις· τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος Σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιράχ· καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς· τῆς τε Βαρνάβα, καὶ Κλήμεντος, καὶ Ἰούδα : *In iisdem libris* (Στρωματέων) *affert* (Clemens) *testimonia scripturarum, quæ a nonnullis repudiantur : nempe ex Sapientia Salomonis, et ex ea quæ dicitur Sapientia Jesu filii Sirach : item ex Epistola ad Hebræos, et ex Clementis ac Barnabæ Epistolis.* Et paulo post his gemina profert. Ubi cl. Valesius ad rem nostram hæc adnotat : « Inter ἀντιλεγομένας scripturas Eusebius, tum hoc loco, tum in præcedenti capite recenset Epistolam Judæ et reliquas alias catholicas, item Epistolam Barnabæ; quas tamen nemo inter apocryphas scripturas merito recensuerit. »

Non est itaque cur Eusebii auctoritatem tantopere urgeant nonnulli recentiores critici, quo Epistolam nostram Barnabæ abjudicent. Tantum enim abest ut illam Eusebius spuriam, adulterinam, supposititiciam esse existimarit, ut maxime etiam integram sinceramque agnovisse dicendus sit ; quippe qui eam recenseat inter libros ἀντιλεγομένους, in quorum albo refert etiam [45] *Epistolam quæ dicitur Jacobi, et quæ Judæ, et secundam Petri ; Joannis item alteram et tertiam, nec non Epistolam ad Hebræos et Apocalypsim.* Uno verbo, de Epistolæ tantum auctoritate, num scilicet in sacrarum Scripturarum canone reponenda esset, cum nonnullis veterum ambigebat Eusebius, ut pluribus evincit Tilemontius [46]. Quibus addas velim, ab auctore quoque Stichometriæ quæ Nicephoro CP. tribuitur, inter eas scripturas quæ ἀντιλέγονται, Barnabæ Epistolam recenseri. Quin et in antiqua Stichometria Latina, in præfatione ad Barnabam a Cotelerio edita, eadem Epistola post Epistolam Judæ atque ante Joannis Revelationem et Actus apostolorum relata conspicitur.

Cum igitur ex vetustissimorum Patrum testimoniis constet, Epistolæ nostræ auctorem fuisse Barnabam Cyprium, apostolum, testem apostolicum, unum ex LXX Domini discipulis et Pauli adjutorem; in nihilum abit Christiani Scotani figmentum, qui duos Barnabas distinguit [47] ; quorum « alter fuerit ex evangelistis et comitibus apostolorum, alter vero e sublimioribus apostolis, id est proprie ita appellatis. » Cui quidem erudito viro hæc Isaaci Vossii verba regerimus [48] : « Unde habes, inquit, quod duo fuerint Barnabæ inter apostolos aut apostolorum discipulos ? Unde item habes quod unus ex sublimioribus, hoc est e duodecim fuerit apostolis, non autem e LXX discipulis, uti habet Clemens Alexandrinus ? Ego vero quod scripsi, id ipsum confirmat inscriptio hujus Epistolæ, in qua Pauli συνέκδημος appellatur : confirmat Hieronymus in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*, etc., ut mirer quid te moverit, quamobrem duos finxeris Barnabas. » Neque magis proficit Tentzelius [49] ; qui nonnullis levibus conjecturis adductus, in eam sententiam devenit, Epistolam nostram Alexandriæ in Ægypto extremis Adriani temporibus, ab aliquo scholæ catecheticæ Alexandrinæ doctore sub Barnabæ nomine fuisse confictam [50]. Moynium prætereo, qui ejusdem Epistolæ auctorem facit S. Polycarpum Smyrnensem antistitem, eo tantum nomine quod in ma-

[42] Basnag., *Annal. polit. Eccles.*, ad an. 56, §. 54. [43] Euseb. *Hist eccl.*, lib. III, cap. 25. [44] Id., *ibid.*, lib. VI, cap. 13 et 14. [45] Id., *ibid.* lib. III, cap. 24. 25, et alibi. [46] Tillem., *Memoir. eccl.*, tom. I. not. 6, in S. Barnab., p. 658. [47] Schotan., *Diatr. de auctor. Vers. LXX Intt.*, cap. 4, p. 118. [48] Is. Voss., *Append. ad lib. de LXX Intt.*, p, 143. [49] Tentzel, apud Fabr. *Bibl. Eccles.* p. 42, § 10. [50] Videsis Fabric., *Bibl. Gr.*, tom. III, p. 173, 174.

nuscriptis codicibus illa cum Polycarpiana jungatur, neque hujus finem aut ejus initium exemplaria quæ supersunt exhibeant. Quod quidem argumentum quam infirmum sit quamque inane, jamdudum demonstrarunt Caveus, Tentzelius [51], Basnagius [52] aliique. Ipseque profecto Moynius ab eo urgendo abstinuisset, si Usserii verba in præmonitione de Barnabæ Epistola, a Joanne Fello edita eo ipso anno quo sua *Varia sacra* evulgavit, legere sibi licuisset: « Nempe, inquit ille, in primo exemplari ex quo Columnæus ille codex (qui omnium putatur antiquissimus) et reliqui qui supersunt hodie sunt descripti, librariorum vitio quaternio vel omissus vel transpositus est: cujus defectu factum est, ut in Græcis superstitibus et finem Epistolæ Polycarpi desideremus et principium Barnabæ. » Quod si nec-
B dum sententia decedere statuisset vir eruditus, ipsi saltem animadvertendum erat, apud utrumque veterem interpretem etiamnum exstare cum Epistolæ Polycarpianæ finem, tum quæ est Barnabæ initium.

## CAPUT II.

*Potiores objectiones diluuntur, eaque potissimum, qua hujus Epistolæ integritas impetitur.*

Verum, his missis, quid insuper adversæ sententiæ patroni præcipue objiciant, inspiciamus. Et primum quidem Barnabæ adjudicant Epistolam, quod auctor quædam Veteris Testamenti loca minus apte allegata et mystice nimis exposita, in medium producat. Huic autem objectioni verbis Hammondi occurrere placet, quæ sic se habent [53]: « Apostoli
C Barnabæ quæ non ita pridem prodiit Epistola, ex hoc uno Gnosticorum charactere commode explicari poterit; alias, ut complicatum et prolixum ænigma, certissimam lectoribus crucem factura. Isti quippe Simonis asseclæ, γνῶσιν, id est, Scripturæ sacræ mystice interpretandæ facultatem sibi arrogantes, multa Veteris Testamenti mysteria ad impuros usus suos accommodabant... Hinc Barnabas hac fere universa Epistola sua, Veteris Instrumenti loca quamplurima, mystice etiam et cabalistice exposita, Gnosticorum doctrinis opponit. » Hammondi vestigiis insistens Joannes Fellus [54]: « Constat, inquit, Epistolam hanc, quæ fere tota est in Synagogæ ritibus et sacrarum Scripturarum mysticis sensibus evolvendis, ad rudis vulgi captum minus esse ac-
D commodatam; et proinde verisimile est, a lectione ejus publica Ecclesiam post tempus aliquod abstinuisse... Hoc vero fidenter dixerim, Epistolam hanc quo penitius intelligatur, eo acceptiorem futuram, et ad sacrarum litterarum nec non antiquissimorum Patrum cognitionem plurimum facturam. Quanquam enim perpetuus Veteris Instrumenti ad Messiam respectus nobis quasi per transennam ex Chaldei Paraphrastis stricturis, scriptorum Talmudicorum
A Rabbinorumque malignis interpretamentis compareat, olim tamen quando in omni synagoga hebdomadatim non lectæ tantum, sed et enarratæ erant scripturæ, Midrasch iste mysticus sive evangelicus Veteris Instrumenti sensus, non minus omnibus innotuit quam ipse sacer textus; et proinde non minus idonea suppeditabat argumenta ad convincendos Judæos, quam ea quæ ex disertissimis sacrarum litterarum vocibus fuissent deducta... Et si forte aliqua apud auctorem nostrum occurrunt quæ longius petita videntur, illa ipsa aut eorum saltem vestigia in Epistolis Paulinis quis poterit reperire. » Hactenus ille. Hinc factum ut cum viris doctis concludam, vetustissimos Patrum. Clementem Alexandrinam, Origenem, cæteros qui Epistolam nostram tanquam sincerum Barnabæ fetum agnoscunt, nihil absonum in ejus enarrationibus, nihil detortum, coactum nihil in ejus allegoriis, nihil denique viro apostolico indignum in ea detexisse; adeoque nihil quod ejus ætatem non ferat: ut proinde minime audiendi videantur nonnulli recentiores, qui de stylo scriptorum apostolicorum melius quam eorumdem discipuli, aliique aut synchroni aut suppares homines, se judicare posse confidunt. Qua de re plura satis apposite aliis observata apud Zornium [55] reperias.

Pergunt adversarii, eaque regerunt quæ de apostolis Epistolæ auctor his verbis pronuntiat [56]: *Quando autem*, ait, *apostolos suos qui prædicaturi erant illius Evangelium elegit homines omni peccato iniquiores*, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους, *ut ostenderet quod non venit vocare justos sed peccatores ad pœnitentiam; tunc palam fecit se esse Filium Dei.* Quis autem credat, inquiunt, apostolos, hominum iniquissimos et *super omne peccatum peccatores*, a Barnaba fuisse vocatos? Simplices quidem rudes, imperitos atque homines interdum malos fuisse illos in sacris litteris legimus; at peccatores omnium maximos eos exstitisse non legimus.

Quibus primum ex virorum doctissimorum sententia reponimus, nihil in Scripturis occurrere quod huic Barnabæ dicto repugnet. Deinde vero quid obstat quin ejus verba sic accipiantur, ut nihil aliud sonent, quam apostolos antequam vocarentur, plura et gravia quidem peccasse? Id sane de Matthæo publicano constat; id quoque de apostolo Paulo, qui, ut ipsemet de se scribit [57], *prius blasphemus fuit et persecutor et contumeliosus;* quinque seipsum appellat *peccatorum primum*, sic inquiens: Χριστὸς Ἰησοῦς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ· quo forte in primis respexit Barnabas, ejusdem Pauli συνέκδημος, dum apostolos priusquam eligerentur, homines vocat ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους· neque enim quidquam nos cogit, ut de omnibus et singulis apostolis id ab eo dictum intelligamus. Quid quæris? Duos lucu-

[51] Tentzel., *Exercit. select.*, part. I, p. 152. [52] Basnag., *Annal. polit. eccl.*, ad an. 50, § 57. [53] Hammond., *Dissert.* I, cap. 7, §§ 4, 5, pag. 22, 23. [54] Fell., præfat. ad Epist. Barn. [55] Zorn., *Opusc. sacr.*, tom. I, p. 648 seq. [56] Barn. Epist., cap. 5. [57] I Tim. I, 13, 15.

lentissimos hujus a Barnaba prolatæ sententiæ patronos, Origenem et Hieronymum, in promptu habemus. Ille scilicet contra Celsum disputans, Barnabæ dictum fortasse arripientem, quo *infames homines fuisse apostolos, publicanos et nautas nequissimos*, diceret, hæc habet [58]: Τί οὖν ἄτοπον, βουλόμενον παραστῆσαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τὸν Ἰησοῦν, ὁπηλίκην ἔχει ψυχῶν ἰατρικήν, τοὺς ἐπιῤῥήτους καὶ πονηροτάτους ἐπιλέξασθαι, καὶ τούτους προαγαγεῖν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστ' αὐτοὺς παράδειγμα εἶναι ἤθους καθαρωτάτου τοῖς δι' αὐτῶν προσαγομένοις τῷ Χριστοῦ Εὐαγγελίῳ. *Quid ergo absurdi est si Jesus ostendere volens humano generi, quam efficacia sint quæ morbis animarum adhibet remedia, infames et nequissimos elegerit, illosque eo provexerit, ut purissimæ vitæ exemplum essent iis, qui eorum ministerio ad Evangelium Christi adducerentur?* Viden Origenem, virum illum longe doctissimum, in quo *tanta vis ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, ut omnes pene multum longeque superaret* [59]; Origenem, inquam, nihil absoni huic sententiæ inesse, nihil Barnaba indigni censuisse?

Neque aliter S. Hieronymus, qui Pelagianis objicit eamdem Barnabæ sententiam [60], licet memoriæ lapsu illam Ignatio martyri tribuat; tantumque abest ut eam vel leviter notet, ut maxime etiam ipsam ex Psalmista [61] confirmans, sic tandem graviter statim concludat: *Quibus testimoniis si non uteris ad auctoritatem, utere saltem ad antiquitatem, quid omnes ecclesiastici viri senserint.* Porro utriusque testimonio vim addere videtur S. Joannes Chrysostomus; cujus verba licet de solo apostolo Paulo efferantur, mire tamen ad mentem Barnabæ quadrare, nemo, ut opinor, ierit inficias. Sic igitur ille [62]: Ἂν τοίνυν λέγῃ τις, ὅτι πᾶσιν ἀφεῖναι βούλεται ὁ βασιλεύς, οὐχ οὕτω πιστεύσουσι τῷ λόγῳ, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν πάντων φαυλότερον αὐτῶν τούτου τυχόντα· οὐκ ἔστι γὰρ λοιπὸν ἀμφισβήτησις. Τοῦτο καὶ Παῦλός φησιν, ὅτι βουλόμενος ὁ Θεὸς πληροφορῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι πάντα αὐτοῖς ἀφίησι, τὸν πάντων ἁμαρτωλότερον εἵλετο. *Si quis ergo dixerit velle regem omnibus veniam dare, non tam facile credent, donec viderint omnium improbissimum veniam consecutum: nulla enim postea dubitatio supererit. Hoc et Paulus dicit: quod nempe volens Deus homines certiores facere, quod omnia illis condonet, eum qui plus quam omnes peccato obnoxius erat, delegit.*

Verum ad alia properantes, unam adhuc objectionem breviter solvere nostra interest, qua nimirum impetitur hujus Epistolæ integritas. Nonnullis itaque viris eruditis monumentum istud vetustissimum vel plerisque insitionibus infectum, vel otiosis laciniis aliunde ascitis adauctum videtur. Si autem ab iisdem quæras cur demum istiusmodi judicium ferant, suas tantum conjectationes nullis rationum momentis innixas tibi obtrudunt. In primis vero posteriorem Epistolæ partem paræneticam, quatuor postremis capitibus 18-21 constantem, plane subditiam esse contendunt. Jamque interpolamenti suspicionem, a coactis allegoriis aliisque capitibus petitam, modo satis diluimus: nunc vero ad illud præcipuum de additamento quod objicitur, stylum convertimus. Nec multis quidem opus, qua evanida evincatur interpellatio. Clemens namque Alexandrinus locum recitat ex Epistolæ nostræ capite ultimo. descriptum hisce verbis [63]: Ἀμέλει μυστικῶς ὁ Βαρνάβας· Ὁ δὲ Θεὸς ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κυριεύων, φησι, δώῃ ὑμῖν σοφίαν, κ. τ. λ. *Mystice profecto Barnabas: Deus qui universo mundo dominatur*, inquit, *det vobis sapientiam,* » etc. Origenes item verbis disertissimis, et quidem duobus in locis [64], Barnabæ sententiam laudat *de duabus viis*, quæ in ejus Epistolæ capite 18 occurrit: *Eadem quoque*, inquit, *Barnabas in Epistola sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus et præesse certos quosque angelos dicit.* Sic et S. Hieronymus in libro quem, Philonem et Origenem imitatus, *De nominum Hebraicorum interpretatione* composuit, inter Hebraica nomina quæ in Barnabæ Epistola exstant, vocem *Satan* recenset, quæ sane non alibi quam in capite 18 ejusdem Epistolæ occurrit. Cum itaque jam inde a sæculis II, III et IV Patrum vetustissimi, Clemens Alexandrinus, Origenes atque Hieronymus, eadem ac nos etiamnum in Barnabæ Epistola perlegerint; immerito enimvero posteriorem ejusdem partem subsecutis temporibus fuisse superadditam, nonnulli recentiores suspicantur. Hinc vero ipsemet Dodwellus [65] veterum auctoritate permotus, quatuor laudata postrema capita Barnabæ abjudicare non audet, licet ea pro ejusdem Barnabæ διδαχῇ haberi posse conjiciat. Sed isto: διδαχῆς titulum aliquando præ se tulerint ista; num ideo sequioris manus assumentum esse jure quis dixerit? « Nimirum, ut verbis utar cl. Felli [66], in primis sæculis nonnulli, ut adversus hæreses prescriberent aut placita sua commendarent, dogmata apostolicorum virorum scriptis mandarunt, et illorum διδαχάς appellavere. Hujus generis videtur fuisse liber quem memorant Eusebius [67] et Athanasius [68], cujus epigraphe erat: τῶν ἀποστόλων διδαχαί. Sed præterquam quod numerus versuum, in Stichometriis antiquissimis huic Epistolæ assignatus, suadet hanc accessionem ad ejus molem omnino desiderari; pariter a Clemente Alexandrino et Origene, nec non auctore Constitutionum laudatur, ac aliæ partes hujus Epistolæ. Et si in Latinis exemplaribus desiderari, idoneum sit argumentum unde confici possit, quidquid sic

[58] Origen., *cont. Cels.*, lib. I, § 63. [59] Vinc. Lirin., *Common.*, cap. 17. [60] Hieron., lib. III *contr. Pelag.*, § 2. [61] Psal. XV, 4. [62] Chrysost., hom. 4 *in Epist.* I *ad Tim.*, § 2, Opp. tom. IX, pag. 569. [63] Clem. Alex., *Strom.* lib. II, cap. 18, p. 472. [64] Origen. Περὶ ἀρχῶν, lib. III, cap. 2, § 4, Opp. tom. I, p. 140, et lib. I *Explan., in Epist. ad Rom.*, I, 24. [65] Dodw., *Dissert.* I *in Iren.*, § 31, p. 56. [66] Fell. not. ad Barnab. Epist., cap. 18. [67] Euseb., *Hist. eccl.* lib. III, cap. 25. [68] Athan. epist. 39.

μειοῦρον est, genuinum non esse scriptum; periclitabitur prioris Epistolæ partis fides, quandoquidem Græce non compareat. Clonclusionem quæ in Latinis exemplaribus hodiernis comparet, librariis deberi libenter concesserim; siquidem ii istiusmodi epilogis libros a se conscriptos alibi passim ornarunt. Sed et iteratæ scriptionis post solemnem valedictionem non desunt exempla. Sic Epist. II ad Timotheum, post doxologiam, quædam resumpto calamo subnectuntur, ut alia ejus generis præteream. » Hæc ille.

Ad reliquas levioris momenti difficultates quod attinet, illas mira sane dexteritate dissolvit Papebrochius vir doctissimus [69], quem proinde consulere præstat. Eas istem, ut tempori parcam, prætermitto quæ a Moynio primum excitatæ, deinde a Tentzelio, Basnagio aliisque instauratæ fuerunt; eo vel maxime quod Moynianas perstringens potissimum cl. Nourrius [70], alias quoque diluisse videatur. Cæterum, quod laudatus Papebrochius ex hujus Epistolæ capite 15 conjecerit, illam forte ab aliquo Chiliastarum post annum 97 fuisse perscriptam: ex ea quidem suspicione ipsum exemissent Menardus in primis et Cotelerius, quorum editiones videre sibi haud contigisse testatur.

## CAPUT III.

*Quo tempore scripta fuerit, inquiritur.*

Sed tandem ad tempus inquirendum accedamus, quo Epistola ipsa exarata fuisse existimatur. Nimirum, ut optime Millius [71], paulo post annum æræ vulgaris 70, sive cum jam recens fuisset eversum templum, deletaque urbs Hierosolymitana. Et id quidem ex eadem Epistola satis liquet. Sic enim ibi [72]: Πέρας γοῦν πάλιν λέγει· « Ἰδοὺ οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον, αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι. ΓΙΝΕΤΑΙ. Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς, καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ΝΥΝ. » *Et tandem rursus ait* [73]: « *Ecce qui destruxerunt templum hoc, ipsi illud ædificabunt. Idque* EVENIT. *Nam quia bellum gerunt,* NUNC *ab hostibus destructum est.* » Ita enim cum Fello et Cotelerio in edito distinguendus hic locus, reclamante licet Menardo, qui τὸ νῦν male jungi nomini ἐχθρῶν autumabat.

Haud equidem ignoro, Moynium et Tentzelium hinc potius Barnabæ adjudicandi Epistolam ansam arripere, eo scilicet nomine quod tempora minime quadrent. Barnabas enim, inquiunt, ex communi sententia Nerone imperante martyrium subiit, adeoque ante quam templum Hierosolymitanum solo æquaretur: quam quidem objectionem tanti ducunt ii viri critici, ut invictum argumentum appellare non dubitent. Attamen tantum abest ut istiusmodi difficultati vim aliquam inesse alii censeant ut maxime etiam eadem insuper habeant. Et jure quidem. Nam quæ communis fertur sententia de Barnabæ sub Nerone martyrio, nullo idoneo teste, nulla veterum auctoritate firmatur: nullumque apud antiquos scriptores vestigium occurrit, unde quo tempore supremum diem obierit Barnabas, certo statuatur. Contra vero, cum constet ex Eusebio [74] et Hieronymo [75], apostolos Petrum et Paulum ultimo Neronis anno, id est anno 68, martyrii palmam fuisse adeptos: quidni ergo Barnabas post captam a Sito Hierosolymam anno 70, aliquot adhuc annos ab eorum apostolorum martyrio vixisse potuerit, et quidem in primis cum jam e medio sublato Nerone, persecutio desierit; ut proinde circa annum 72 aut 73 Epistolam scripserit?

At enim ex Alexandri monachi elogio in S. Barnabam perspicuum est ipsum vivente adhuc Paulo apostolo ex hac vita migrasse: idque patet ex ultimis illius verbis ad Joannem Marcum, consobrinum suum quæ sic se habent [76]: Ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ δεῖ με τελειωθῆναι εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀπειθούντων Ἰουδαίων· σὺ δὲ ἐξελθὼν ἔξω τῆς πόλεως κατὰ δυσμὰς, εὑρήσεις τὸ σῶμά μου· καὶ τοῦτο θάψας, ἔξελθε ἀπὸ Κύπρου· καὶ πορεύου εἰς τὸν Παῦλον, καὶ ἴσθι μετ' αὐτοῦ, ἕως οὗ ὁ Κύριος οἰκονομήσει τὰ κατὰ σέ· μέλλει γὰρ τὸ ὄνομά σου μεγαλυνθῆναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. *Hodie infidelium Judæorum manibus me consummari oportet: tu vero extra civitatem, occidentem versus egredere, et corpus meum invenies: quod cum sepelieris, exie Cypro, et ad Paulum proficiscere; et esto cum illo, quoad Dominus res tuas disposuerit: futurum est enim, ut nomen tuum per totum terrarum orbem divulgetur.* Hæc ibi. Et Barnabæ quidem hortanti morem gessisse Marcum, e Pauli Epistolis patet. Hic enim ad Colossenses scribens [77], eos salutat nomine *Marci consobrini Barnabæ;* qui nempe primum in causa fuerat cur Paulus a Barnaba secesserit, ut habetur in Actis [78]; quique deinceps ad officium reversus, Paulo fidus comes adhæsit, eique demum post mortem Barnabæ utilem operam in ministerio apostolico præstitit, ut ad Philemonem [79] et ex posterioribus vinculis ad Timotheum [80] scribens, idem testatur Apostolus. Atqui quæ Colossensibus et Philemoni inscriptæ exstant Epistolæ, juxta virorum eruditorum [81] sententiam, ab Apostolo exaratæ feruntur anno 62; quæ autem secunda est ad Timotheum anno 67, cum nimirum jampridem e vivis excessisset Barnabas, cujus hortatu Joannes Marcus exinde Paulo sese comitem addidit. Ita ferme Tentzelius [82], qui et hanc objectionem tantum ponderis habere arbitratur, ut eidem nihil obverti posse asseveret quam Epistolam

[69] Papebr., *Act. SS.*, Jun. tom. II, pag. 459, § 5. [70] Nourr. *App. ad. Bibl. PP.*, tom. I, pag. 38 seq. [71] Mill., *Prolegom. ad N. T.*, § 144 [72] Barnabab. Epist. cap. 16. [73] Isa XL X, 17. [74] Euseb., *Chron.*, ad an. MMLXXX. [75] Hieron., *De vir illustr.*, cap. 1 et 5. [76] Alex. *Mon.*, apud Bolland.. *Act. SS.*, Junii, tom. II, pag. 445. [77] Coloss. V, 10. [78] Act. XV, 37-39. [79] Philem., vers. 24. [80] II Tim. IV, 11. [81] Pears., *in Annal. Paul.*, pag. 20, 25; Mill., *in Prolegom. ad N. T.*, §§ 80, 82, 125; Tillem., *Mem. eccl.*, tom. I, p. 292, 595, [82] Tentz. ad Hieron., *De vir illustr.*, edit. Fabric.. cap. 6, § 3, pag. 40.

nostram ; quæ quidem, subdit, cum sit ipsum ἀρτιγόμενον, non est argumenti loco assumenda. Id sane a viro erudito nollem dictum.

Age nunc videamus num adeo firma sit istiusmodi objectio, ut eam nedum everti, sed ne ullo quidem pacto hebetari liceat. Quod ut præstemus, advertendum primum omnium, totam Tentzeli argumentationem unius Alexandri monachi Cyprii testimonio fulciri, scriptoris nimirum obscuri nominis atque ætatis incertæ. Antiquiorem enimvero sæculo IX ipsum non fuisse constat apud eruditos [83] : litteris namque consignasse fertur Vitam Nicephori, patriarchæ CP., qui eodem sæculo IX ineunte floruisse comperitur. Ecquæ porro fides scriptori huic adhibenda, qui et laudatorem potius quam historicum agit et illa quæ multis retro sæculis ante ipsius ævum contigere, nobis enarrat? Neque est quod quis reponat, monachum istum sub Laudationis suæ finem tradidisse [84], *pauca illa quæ de Barnabæ vita et martyrio* perhibet, ab *auctore* Stromatum *Clemente aliorumque veterum scriptis*, a se collecta fuisse atque exposita. Siquidem in promptu habemus quæ de Barnaba profert Clemens Alexandrinus ; quorum tamen vix ullum vestigium apud monachum Cyprium reperias. Reliqua vero quæ ille sive a Theodoro Lectore, sive a Nilo Doxopatrio, aliisque forte sequioris ævi scriptoribus desumpsit, sublesta nimis fide laborant ; perinde ac illa Barnabæ monita Joanni Marco tradita, quæ unus ipsemet monachus Laudationi suæ intexuit : adeo ut nullam omnino vim ad assensum extorquendum habeant, quæ a scriptoribus istiusmodi proferuntur. Graviter enim et vere dixit Baronius noster, vir maximus [85] : *Quod a recentiore auctore in rebus antiquis sine alicujus vetustioris auctoritate profertur, contemnitur.* Illud quoque accedit, absona pleraque ac falsa in ejusdem monachi Laudatione occurrere ; quæ sane ad ipsius fidem obtundendam elevandamque non minimum valeant : qua de re in primis consulendi laudatus Baronius [86] ac Tillemontius [87].

His vero vix dum ita enarratis, ad manus nostras pervenit viri doctrina et eruditione præstantis pereruditum sane *Commentarium in vetus marmoreum S. Neapolitanæ ecclesiæ Kalendarium*, qui Alexandri monachi causam defendendam suscepit, illumque sæculo VI desinente floruisse contendit [88]. Dolemus enimvero serius nobis detectum opus, quo hactenus dicta utcunque temperandi facultas data esset. At illud saltem concedit V. C. hunc monachum Cyprium, « non multum quidem judicio valuisse, nec raro in paulo antiquioribus rebus a veritate aberrasse : quin et insulanas narrationes majorem partem scriptas, alicubi forsitan per ora traditas, secutum esse : » ut propterea minus fide dignus jure nobis videatur, in iis quæ persequimur investigandis.

Itaque, ut his demum certiora solidioraque objiciamus, quæ ad sententiam nostram confirmandam propius accedant : primum quidem ex apostolorum Actis [89] satis liquet, Paulum inter et Barnabam dissensum, post unum alterumve mensem a coacto Hierosolymitano concilio accidisse. Anno autem Dionysiano 51 habitum fuisse concilium illud, rata est celebriorum chronologorum opinio [90] : adeoque hoc ipso anno, sive ut maxime sub initium insequentis 52 Barnabæ a Paulo discessio contigisse videtur. Jam vero quatuor aut quinque post annos ab eo divortio, utrumque iterum convenisse, haud obscure, meo quidem animo, e priore ad Corinthios Epistola colligitur [91]. Ibi enim Barnabæ velut socii fidissimi meminit Apostolus his verbis : *Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut et cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas? Aut ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?* Enimvero, aut ego maxime fallor, aut Barnabas Paulo adhærebat, dum de eo hæc scribebat Apostolus. Prior autem ad Corinthios Epistola anno 56 desinente [92], vel 57 ineunte [93], scripta perhibetur. Unde pronum est arguere Barnabam, postquam se a Paulo sejunxerat, anno 51, jam inde post quatuor vel quinque annorum spatium, ut modo innuimus, in ejus demum societatem rediisse : ut proinde nil mirum, si Joannis Marci Barnabæ consobrini meminerit Apostolus anno 62, dum ad Colossenses et ad Philemonem scriberet ; ipsumque in primis recenseat anno 67, quo secundam ad Timotheum scripsit Epistolam, inter eos socios e quibus sibi assistentibus opportunum in suis vinculis solatium Romæ reciperet.

Neque tantum desinente anno 56, sed etiam sub sequentis 57 finem vel fortasse ineunte 58, quo tempore posterior inscripta fuit Corinthiis Epistola [94], vitam adhuc egisse Barnabam, censuerunt nonnulli ecclesiastici scriptores Joanne Chrysostomo antiquiores. Ad illa enim Apostoli verba [95] : *Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias*, hæc adnotat Chrysostomus [96] : Καὶ τίς οὗτός ἐστιν ὁ ἀδελφός ; Τινὲς μὲν τὸν Λουκᾶν· καί φασι διὰ τὴν ἱστορίαν ἥνπερ ἔγραψε. Τινὲς δὲ τὸν Βαρνάβαν· καὶ γὰρ καὶ τὸ ἄγραφον κήρυγμα Εὐαγγέλιον καλεῖ. *Et quisnam est hic frater? Nonnulli quidem his verbis Lucam significari putant : atque hoc dicunt propter eam historiam quam litteris mandavit. Alii vero Barnabam : etenim prædicationem quoque non scriptam*

[83] Fabric., *Bibl. Gr.*, tom. X, pag. 473. [84] Alex. Mon., apud Bolland. l. c., num. 8, p. 438. [85] Baron., prælocut. ad *Annal. eccl.*, tom. I, § 42. [86] Id., *ibid.*, ad an. 51, § 53 et alibi. [87] Tillem., *Mem. eccl.*, tom. I, pag. 412. 655 et seqq. [88] Mazoch., *Comment.*, vol. II, pag. 555-557. [89] Act. XV, 30-38. [90] Vid. Tillem., *mém. ecc.*, tom. I, pag. 543. [91] I Cor. IX, 5, 6. [92] Tillem., l. c., p. 563. [93] Pears. *Annal. Paul.*, p. 15 ; Wh. II *Prolegom. ad N. T.*, § 9. [94] Tillem., Pears. et Mill. locis cit. [95] II Cor. VIII, 18. [96] Chrys., hom. 8. in Epist. II ad Cor. § 1, Opp. tom. X, pag. 564.

*Evangelium nuncupat.* Unde videas Chrysostomo item probari eorum veterum scriptorum sententiam, qui Apostoli verba de Barnaba fuerunt interpretati. Verum apertissime Theodoritus in eumdem locum [97] : Τὸν τρισμακάριον Βαρνάβαν τὰ εἰρημένα χαρακτηρίζει. Αὐτὸς γὰρ καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ σὺν τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, τῆς χειροτονίας τετύχηκε, τοῦ θείου Πνεύματος εἰρηκότος· Ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον, εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. *Hæc verba designant beatissimum Barnabam. Ipse namque Antiochiæ cum beato Paulo ordinatus est, dicente divino Spiritu : « Segregate mihi Barnabam et Saulum, ad opus ad quod vocavi eos. »* Neque aliud sane suadere videtur contextus Paulinus. Siquidem verbis modo recitatis *de fratre, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias,* subdit statim Apostolus : *Non solum autem, sed et ordinatus est comes peregrinationis nostræ.* Quis porro comes iste? Non Lucas, non Silas, non Apollo, non Joannes Marcus, ut nonnulli veteres et recentiores censuerunt; sed solus Barnabas. Hic enim unus legitur χειροτονηθεὶς συνέκδημος ἡμῶν, ut Paulus ibidem loquitur; ad illa procul dubio respiciens, quæ de se ipso et Barnaba traduntur in Actis [98] : Καὶ ἐπιθέντες τὰς χεῖρας αὐτοῖς, ἀπέλυσαν, quod nuspiam de aliis expresse legimus.

Quid quod idem S. Joannes Chrysostomus censuisse quoque videtur, ut viro erudito notatum [99], Barnabam superstitem adhuc fuisse, dum ad Colossenses Apostolus scriberet. In illa enim verba [100]: *Salutat vos... Marcus consobrinus Barnabæ,* hæc habet S. doctor [1] : Καὶ τοῦτον ἐνεκωμίασε τέως ἀπὸ τῆς συγγενείας· μέγας γὰρ ἦν ἀνὴρ ὁ Βαρνάβας. Περὶ οὗ ἐλάβετε ἐντολὰς, ἐὰν ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς, δέξασθε αὐτόν. Τί γάρ; οὐκ ἐδέχοντο καὶ χωρὶς τούτου; ναί· ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς βούλομαι, φησί· καὶ τοῦτο τὸν ἄνδρα δείκνυσι μέγαν. *Hunc quoque jam laudavit ex cognatione : erat enim Barnabas vir magnus. « De quo accepistis mandata : si venerit ad vos, suscipite illum. » Quid vero? non aliter suscepissent? Maxime. Sed cum magno, inquit, studio : et hoc magnum virum ostendit.* Scriptam autem anno 62 fuisse hanc ad Colossenses Epistolam, ex virorum eruditorum sententia superius vidimus. Ex quibus ergo, si prioris Epistolæ Corinthiacæ verba in medium adducta probe accipiantur; si Theodoritum, Joanne Chrysostomum eosque scriptores ecclesiasticos quos idem sanctus doctor collaudat, præ Alexandro monacho, ut par est, audiamus : concludendum profecto erit, inanem esse Tentzelii objectionem, illius tantum monachi Cyprii testimonio innixam; cum satis constet Barnabam, adeoque Joannem Marcum consobrinum suum, post discessionem a Paulo quæ anno 51 contigisse merito existimatur, Apostolo iterum jam adhæsisse anno 56, quin et in vivis ad huc egisse anno tum 58, tum 62, neque uspiam appareat, ipsum ante Hierosolymitanum exidium supremum diem obiisse : ut proinde nihil obstet quo minus post annum 70, quo πανολεθρία illa Judaica contigit, ejus in Epistola sua meminisse auctor potuerit. Verum hac de re Mazochium V. C. adire præstat [2], qui ex Actis Joanni Marco tributis copiose satis ac erudite de anno emortuali S. Barnabæ ages, ipsum anno 76 Christi fidem suo sanguine consignasse, longe verisimile censet.

## CAPUT IV.

### *Quantæ sit auctoritatis, et quanti æstimanda.*

Jam vero, ut quantæ sit auctoritatis eadem Epistola, demum dispiciamus; illam maximi esse faciendam quisque jure fatebitur, tum pro dignitate atque existimatione quam olim apud vetustissimos ecclesiasticos scriptores obtinuit, tum in primis illius pretio ac utilitate quam ex ea in Ecclesiam derivare compertum est. « Et sane, verbis utor Dacherii V. C. [3], quanquam Epistolam hanc pro canonica et extra dubitandam fidem legitima minime proferamus : stylum tamen re vera majestatis apostolicæ dignum, materiamque nascentis Ecclesiæ rebus accommodatam non modo sapit, sed ingerit etiam clementioribus lectorum judiciis: ita ut, si πορφύρα παρὰ τὴν πορφύραν διακριτέα, profecto de sua cum cæterorum apostolorum scriptis comparatione, suffragium secundum sperare debeat. » Hæc ille. Qua de re nos quoque nonnulla paulo ante, cap. 2 attigimus.

Illud vero potissimum animadvertere juverit, e Barnabæ Epistola Ecclesiam catholicam præsidii plurimum petere ad Unitariorum impietatem evertendam, doctrinamque orthodoxam de Jesu Christi Filii Dei τῇ προϋπάρξει ejusque τῷ ὁμουσίῳ fortiter astruendam stabiliendamque : ut post Bullum [4] et Grabium [5] pluribus ostendit vir doctus Prudentius Maranus [6]. De cæteris porro Christianæ doctrinæ capitibus, ex eadem Epistola eruendis, præ reliquis nuper satis erudite disseruit cl. Marechalus [7]. His autem hactenus observatis addere libet ex Vossio [8] et Hodio [9], S. Barnabam quamvis ex Græca LXX virali versione Scripturæ loca describere consueverit plerumque tamen Hebraicam veritatem secutum fuisse. Cujus quidem rei ut unum vel alterum exemplum in medium proferatur, ex LXX, Isaiæ XXVI, 16 hæc recitat auctor [10] : Ἰδοὺ

[97] Theodor. *in Epist. II ad Cor.* VIII, 18, 19, Opp. tom. III, pag. 243. [98] Act. XIII, 3. [99] Tillem., l. c., p. 413 [100] Coloss. IV, 10. [1] Chrysost., hom 11 *in Epist. ad Coloss.*, § 2, Opp. tom. XI, pag. 406. [2] Mazoch., *Comment. in vet. marm. Kalend.*, vol. II, p. 570-572. [3] Dacher., Epist. nuncup. ad prim. edit. Menardi, Paris. 1645. [4] Bull. *Def. fid. Nic.*, sect. I, cap. 2, § 2, et sect. cap. 2, § 1. [5] Grab., Annot. ibid. pag. 21, 44. [6] Maran,, *Divin D. N. J. C.*, lib. IV, cap. 2, p. 371-373. [7] Marech., *Concord. des SS. Pères*, tom. I, pag. 1 seq. [8] Is. Voss., *De translat. LXX intt,*, cap. 21, pag. 69. [9] Humfr. Hod. *De Bibl. text. orig,*, lib. III, cap. 3. pag. 277. [10] Barn. Epist., cap. 6.

ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Verba tamen proxime subsequentia ex Hebræo fonte repetit : Καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, *Et qui speraverit in illum, vivet in æternum.* Ubi LXX : Καὶ ὁ πιστεύων οὐ μὴ καταισχυνθῇ, *Et credens non confundetur.* Alibi autem ex Gen. II, 2, hæc habet [11] : Καὶ συνετέλεσεν (ὁ Θεὸς) ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, κ. τ. λ. *Et consummavit (Deus) in die septima*, etc. At LXX, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ, *in die sexta.* Hinc S. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis : *Pro die sexta, in Hebræo diem septimam habet.* Quem in locum plura observat eruditus Grabius [12], digna sanæ quæ apud ipsum legantur. Alia vero ejusmodi exempla, ex eadem Epistola repetenda.

## CAPUT V.

*Judicium cl. Mazochii : cujus etiam eruditæ observationes in aliquot ejusdem Epistolæ loca, reliquis editoribus præterita, in medium adducuntur.*

Sed ecce tibi vir doctissimus cujus paulo ante meminimus, dum Barnabæ gesta fuse persequitur miraque ingenii dexteritate illustrat, aliquot etiam ejus Epistolæ loca egregie pro more suo edisserit : ut proinde operæ pretium me facturum existimem, si luculentas illius observationes hoc loci describam. Sic autem se habent [13] : « Ex quo primum tempore ab Hugone Menardo publicam lucem aspexit Epistola quæ sub Barnabæ apostoli nomine a Clemente Alexandrino, Origene et aliis laudata fuit ; tot jam virorum eruditissimorum animadversionibus patuit, ut supervacaneum sit quidquam in eam novi aggredi. Tamen obiter illam percurrenti inciderunt mihi quædam aliis præterita, quæ hic breviter aspergerem.

« Caput 6 sic incipit Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολήν, etc. *Cum autem fecit* PRÆCEPTUM (Christus), *quid dicit ? Qui est qui judicetur mecum ?* et quæ porro ex Isaiæ L, 8, 9, recitat. Hic observatu non indignum est, ἐντολήν, *præceptum*, absolute et per excellentiam vocari Patris jussionem de Incarnatione et toto humanæ reparationis negotio, quod ἐντολὰς τοῦ Πατρός, *præcepta Patris*, vocat ipse Christus, Joan. XV, 10. Ac fortassis alluditur a Barnaba ad illud psalmi XXXIX, 8, 9 : *Tunc dixi : Ecce venio..... ut faciam voluntatem tuam :* quam voluntatem mox LEGEM vocat : *Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.* Omnino hac præceptione divina plenæ sunt utriusque fœderis paginæ : hoc tantum hic novum, quod ea hic absolute PRÆCEPTUM nuncupetur. At vetus interpres *Dei præceptum* reddidit, ut insolens loquendi genus clarius efficeret.

« Paulo post, recitato Mosis testimonio de adipiscenda terra fluente lacte et melle, statim hæc subdit : *Quid dicat* ἡ Γνῶσις (*Cognitio*, sive *Scientia*) *discite.* « *Sperate in eum, qui in carne manifestandus est vobis, Jesum.* Γνώσεως, *scientiæ*, nomine ævo apostolico intellectas fuisse arcanas et allegoricas veteris fœderis significationes, nemo ignorat. Ea est *Clavis scientiæ*, in qua sibi legis peritos placuisse Christus notavit [14]. At hoc amplius hic animadvertimus, Γνῶσιν, *scientiam*, quasi librum citari, et ex eo verba illa proferri : *Sperate*, etc. Quod quidem ex Clemente Alexandrino [15] multo est evidentius, ubi hæc verba ex Barnaba sic recitantur, ut φησίν, quod hic deest, suppleatur : *Quid dicat Cognitio, discite* : Ἐλπίσατε, φησίν, ἐπὶ τόν, etc. *Sperate*, inquit, *in eum*, etc., uti supra. Ubi animadvertis, illud φησίν afferri ex ore Barnabæ, utique ex *Cognitionis* sive *Scientiæ* libro citantis. Plures olim fuisse hujusmodi *Scientiæ* libros circumlatos, ab Judæis allegorica sectantibus conscriptos, non est dubium. Ad eos ergo Barnabas plerumque ablegat lectores, ubi ad allegorias digreditur. Scimus hodienum in *Targumim* loca complura ad Messiam referri : quod ex eadem Γνώσει manavit. Notandum est autem in ascripto loco, etsi omnia verbis totidem ex Γνώσει recitentur, illud tamen Ἰησοῦν *Jesum*, quod ad finem additur, ex Barnabæ manu profectum, non ab auctore Γνώσεως. Quem quidem Judæum fuisse necesse est, alioqui a Barnaba Judæos convicturo minime citandum. Judæus autem Messiam norat, Jesum non norat.

« Statim ibidem sequitur : *Homo enim* γῆ ἐστι πάσχουσα, *terra est patiens.* Apparet hic Barnabam, aut quisquis est auctor, philosophis aures admovisse. Nam illud πάσχουσα, *patiens*, ad philosophorum τεχνικὴν γλῶτταν est referendum, qua materiam *pati* dicebant. Homo, inquit, est ex terra, non quidem agente, sed patiente. Cujus statim rationem reddit his verbis : Ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. *A facie enim terræ fictio* (seu *formatio*) *Adæ extitit.* Ubi pulcherrima Hellenistarum locutio occurrit Hebraicum enim מפני *Mippene* (quod Judæi Hellenistæ perpetuo, ἀπὸ προσώπου, h. e. *a facie* reddunt) quamlibet causam, etiam materialem, uti philosophi loquuntur, designat. Ergo tantumdem est, *a facie terræ* ac si dixisset, *ex terra* formatum esse Adam. Et hæc etiam ibidem totidem verbis Clemens refert.

« Cap. 7 [16], sicuti etiam in sequentibus capitibus, pluries illud Προσέχετε, *Attendite*, intercalatur : quod peculiare est ἀλληγορούντων, ad attentionem acuendam.

« Cap. 9 [17] : Ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος καὶ Ἄραψ καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων, etc. : *Verum et omnis Syrus et Arabs et omnes idolorum sacerdotes*

[11] Barn., Epist. cap. 15. [12] Grab., *Epist. ad J. Mill. de lib, Judic. genuin. LXX Intt. vers.*, pag. 67. [13] Mazoch., ubi supra. [14] Luc. XI 52. [15] Clement. Alexandr. *Strom.* lib. V, cap. 10, p. 683 edit Oxon. 1715. [16] Barn. Epist. cap. 7. [17] Ibid.

*circumciduntur*. Quæ merito difficultatem crearunt. Verum hæc non sunt ad severiorem trutinam exigenda, sed παχυτέρως, *crassiuscule*, accipienda hunc ferme in modum : Quivis Syrus, quivis Arabs, quivis simulacrorum sacerdos circumcisionem admittit ; aut : Ne Syri quidem et Arabes, et profani sacerdotes a circumcisione abhorrent. Nam quia inter Syros et Arabes, interque profanos sacerdotes essent, qui illo se modo mundiores præstarent, licuit Barnabæ apostolo dicere, circumcisionem promiscue ab illis usurpari. Quis non in talibus similia loquitur ? Cæterum Arabum plurimos fuisse verpos, sicuti et sacerdotes Ægyptios, non est dubium. Ac ne de Syris quidem est dubitandum, si quidem verum sit quod antiqui crediderunt, Phœnices περιτομήν admisisse. Origenes *ad Rom.* II, 25, inter cæteros circumcisionis cultores etiam Phœnices numeravit his verbis : *Si replicetis historias vestras, invenietis non solum Ægyptiorum sacerdotes, sed et Arabas et Ægyptios et* PHOENICES *aliosque, quorum studia gratia hujusmodi superstitionis nobilius vigent.*

« Cap. 16 [18] : *Adhuc et de templo dicam vobis, quomodo errantes miseri,* ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν, *in* VIAM *speraverunt, et non in Deum ipsum qui fecit eos, quasi domus Dei esset.* Hic non est dubium quin ὁδοῦ, *viæ*, nomine templum veniat : nam et in templo totam Judæorum fiduciam fuisse repositam, notat illa celebris conclamatio, *Templum Domini, templum Domini*, et quod initio noster de *templo* proposuit dicere, et quod mox subdit, *Quasi* (via scilicet illa) *domus Dei esset*. Vidit hoc et vetus interpres, qui pro ὁδόν *viam*, posuit *ædem ;* sic enim reddidit : *In* ÆDEM *spem habuerunt*. Cotelerius quidem ad quædam Seniorum loca allusum suspicatur, in quibus ὁδός similiter pro *templo* sumi posse videtur. Verum et hic Barnabas, et ibi LXX οὐδόν, *limen*, scripsisse videntur, consueto schemate utentes, quo pars pro toto sumitur, et quo hodieque utimur, ubi *Limina apostolorum* invisere dicimur. Legendum est igitur ἐπὶ τὸν οὐδὸν... *in limine*, h. e. *templo spem collocantes*. Cæterum si Barnabas *viam*, τὴν ὁδόν, uti nunc legitur, scribere voluisset, ad finem οὖσαν posuisset, non ὄντα, quod non nisi cum οὐδόν convenit : ὡς, inquit, ὄντα οἶκον Θεοῦ. Idem, uti dixi, judicium erit de locis LXX viralibus III Reg. VIII, 44-48, in quibus nunc προσεύξονται... ὁδόν legitur, cum legendum sit οὐδόν. *Adorabunt limen*, etc. Sicuti etiam II Paral. VI, 34-38. Non inaudita est apud veteres *liminis adoratio*. Scitum est etiam antiquos o pro integra diphthongo ou primitus scripsisse (ut in nummis Συρακοσίων pro Συρακουσίων, et sexcenta ejusdem modi,) quod postmodum, descriptoribus fraudi fuisse, non est dubitandum. Dixerit aliquis in modo laudatis Senioruml ocis ὁδόν esse retinendum, quia ei Hebraice respondet DERECH, *via ;* cum contra οὐδός respondeat Hebraico SAPH, quod est *limen*. Verum sciendum est Hebraicum DERECH, cum a *calcando* veniat, non tantum *viam* significare, sed et *pavimentum*, et in recitatis locis etiam *limen*, quod statim ab ingredientibus calcatur. Deinde cum Jer. XXXV, 4, φυλάσσοντος τὴν ὁδόν, *custodientis viam*. pro τὸν οὐδόν, *custodientis limen* (nam Heb. est SAPH) meo judicio positum inveniatur ; non video quin eadem mutatio locis supra depromptis potuerit accidere. Postremo ne tricemur diutius, si grammaticos audimus, ὁδός, via, et οὐδός, *limen*, unum idemque nomen sunt. Nam et Homero οὐδός pro ὁδός *via*, usurpatur : et contra Suidas testatur vocem ὁδός, si tenuetur prima syllaba, significare οὐδόν, i. e. *limen*, allato Sophoclis loco. Paria in Eustathio reperies, et in Sophoclis scholiaste ad celebrem ejus locum a Suida et Eustathuo laudatum. De quibus vide H. Stephanum [19]. Nec te turbet quod hæc antiqua et poetarum peculiaria videantur : nam in LXX et Judæis Hellenistis plurima occurrunt, partim antiquata, partim Alexandrinæ aut aliarum ignotarum dialectorum peculiaria. » Hactenus V. C.

## CAPUT VI.

*De variis ejusdem Epistolæ editionibus ac versionibus : in primis vero de vetere Latina, ubi et paucula de cura nostra.*

Jam vero ne officio nostro penitus deesse videamur, ad varias et quidem potiores Epistolæ hujus editiones ac versiones recensendas accedamus. Illam itaque primus prelo subjecerat Oxonii anno 1643 Jacobus Usserius, « Verum, inquit Fellus [20], ejus urbis parte magna gravi incendio correpta, typographeum cum tota supellectile, schedis impressis et exemplari ipso, conflagravit. »

Quo autem ferme tempore Oxonii suam parabat editionem Usserius, de ipsa Epistola Parisiis evulganda cogitabat Hugo Menardus, monachus Benedictinus e congregatione S. Mauri. Jamque typis præsto erat opus, eruditis adnotationibus illustratum ; sed anno 1644 ineunte, morte prærepto viro docto, illius edendi curam in se recepit ejus syncellita Lucas Dacherius, qui et auctum præfatione sua, insequente anno 1645 in lucem emisit. Ut autem primæ hujus editionis ratio lectori utcunque comperta sit, ipsius cl. editoris verba hic describere juverit. Sic igitur ille : « In Philastrii episcopi Brixiensis volumen manu scriptum e Corbeiensi monasterio, cum incidisset aliquando R. P. domnus Hugo Menardus, ibidem proxime post Epistolam Tertulliani *De cibis Judaicis*, Barnabæ nomine insignitam *Epistolam* una cum Jacobi apostoli Epistola deprehendit : moxque in animum induxit, eam ut ex pulvere et squalore exueret, appositeque notis dilucidaret. At quia ex primoribus Ecclesiæ Patribus,

[18] Barn. Epist., c. 7 [19] H. Steph, *Thes.*, tom. II, col. 1183. [20] Fell., præfat. ad Epist. Barnab.

Clemente Alexandrino, Origene, Tertulliano, Gregorio Nazianzeno, Hieronymo aliisque non paucis, hac in Epistola Barnabam, seu quemvis alium, Græce fuisse locutum haud dubie didicerat, hæsit non parum implicatus: nec ejusmodi monumentum, sic imperfectum ac nævis scatens, ut illa qua codex exscriptus est ætas ferebat, in publicum ausus est inferre. Verum suppetias tandem attulit doctissimus Sirmondus. Societatis Jesu presbyter: is quippe de apographo Græco, quod Romæ inter mss. et schedas R. P. Turriani eruditione ac rerum multarum scientia clarissimi repererat, libentissime accommodavit Menardo. Unde autem exscripserit apographum Turrianus, res est nobis prorsus ignota. At vero veluti genuinam nomine Barnabæ Epistolam, ab antiquis scriptoribus laudatam atque usurpatam, Versio ipsa Latina, sine dubio ante annum nongentesimum scripta persuadet; cum ferme continuo textui Græco respondeat in omnibus..... Mutilum est Græcum, mutila versio Latina. Græcum quidem lacunis et hiatibus initio tantum Epistolæ deformatur..... Versio autem caret parte postrema, cui accessionem nova interpretatione ex Græco Romano attulit Menardus..... Codicem unicum habuit, cum Græcum tum Latinum, neque sanum ubique satis; ut proinde nunc cura, nunc conjectura illi fuerit adhibenda: quod tamen sic parce et prudenter fecit, ut in linea non facile litteram mutaret, sed ad marginem adnotaret. » Huc usque Dacherius.

Postea anno 1646 Amstelodami typis denuo excudendam curavit eamdem Epistolam Isaacus Vossius ad calcem Epistolarum S. Ignatii M., notis brevibus sed eruditis illustratam: cujus exemplar a Salmasio primo acceptum contulit cum tribus mss. codicibus, ex bibliothecis Medicea Florentina, Vaticana et Theatinorum Romæ degentium repetitis. Quibus subsidiis adjutus vetustissimum hoc monumentum multo castigatius evulgavit: « cum enim Menardi editio, ut ipsemet ait, ex uno, promanarit codice, fieri aliter non potuit quin inemendatissima prodiret. »

Elapsis vero viginti sex annis a prima Vossii editione, hanc Barnabæ Epistolam rursum in vulgus emisit Parisiis 1672 cum vetere Latina versione, nova insuper interpretatione, notisque luculentis adornatam Joannes Baptista Cotelerius, eamque præclaræ suæ *Patrum apostolicorum* editioni inseruit. Quam quidem editionem sub finem ejusdem sæculi, anno 1698, Antuerpiæ seu potius Amstelodami typis consignavit cum notis variorum Joannes Clericus, iterumque sæculi currentis anno 1724 nonnullis Joannis Davisii suisque animadversionibus auctam. Denique, ut Felli, Moynii aliorumque prætereamus editiones, eamdem Epistolam prelo commisit Richardus Russel anno 1746, in sua *Patrum apostolicorum* collectione Lodinensi.

Inter versiones autem hujus Epistolæ principem locum sibi vindicat vetus Latina: de qua præter ea quæ sparsim hinc inde attigimus, sic censet cl. Cotelerius [21]; « Vetus interpretatio barbariem ubique, ubique negligentiam ostendit; estque imperfecta et mutila, tum passim, tum præcipue ad finem, ubi posteriora capita resecantur; forte quia minus docta videbantur interpreti, atque ad mores magis pertinentia: igitur omissis iis, colophonem perdoxologiam imponit. Suum tamen illi versioni pretium: cui debemus priora capita, cum non paucis emendationibus Græci contextus; ut nihil dicam de antiquitate illius ac simplicitate. » Auctorem autem hujus versionis fuisse S. Philastrium Brixensem episcopum conjecit Papebrochius [22], eumque secutus Fabricius [23]. At immerito sane. Neque enim Menardus, primus veteris illius interpretationis detector, neque Vossius, neque Cotelerius, neque alii qui deinceps hanc Epistolam vulgarunt, id unquam litteris tradidere. Error autem duumvirum illorum e verbis Dacherii modo relatis fortasse ortus; quibus docemur « Menardum in Philastrii episcopi Brixiensis volumen ms. e Corbeiensi monasterio incidisse » in quo una cum aliis veterum opusculis, vetustam quoque Barnabæ Epistolæ interpretationem deprehendit, quam ex eodem codice descripsit in lucem emissurus. Pluribus egit hac de re Galeardus V. C. in præfatione ad luculentam veterum Patrum Brixianæ Ecclesiæ collectionem; quem, si vacat, lector adeat [24].

Recentioribus vero versionibus præstat Anglica Guilielmi Wakii cum Epistolis Clementis, Ignati et Polycarpi, nec non Hermæ *Pastore*, Londini edita ann. 1693 et 1710. De hac autem versione loquens Joannes Clericus in epistola nuncupatoria posterioris *Patrum apostolicorum* editionis Cotelerianæ, ad eumdem Wakium jam archiepiscopum Cantuariensem, hæc habet: « Fuit et alia ratio, eaque majoris ponderis, propter quam existimavi tibi hanc *Patrum apostolicorum* editionem non displicituram. Nemo nimirum erat, qui minus dedignaretur ejusmodi scriptores; quorum plerosque, et eos quidem *genuinos*, S. Barnabam, S. Ignatium, S. Clementem et S. Polycarpum, ad quos accessere *Pastor* Hermæ et Ignatii *Martyrium*, in Anglicum sermonem summa fide atque elegantia, quoad res ferebat, convertisti, et prœmiis pereruditis ac judicio summo conscriptis ornasti. » Ita Clericus. Quæ quidem in primis hic describere placuit, ut constet ipsum mutasse sententiam: siquidem antea in sua *Historia ecclesiastica* [25] sinistrum tulerat de S. Barnabæ Epistola judicium, quam hoc loci demum *genuinam* appellat.

Reliquum est ut paucis edisseramus qua ratione

[21] Cotel. *Judic. de Epist. S. Barn.* sub fin. [22] Papebr. *Act. SS.* Jun., tom. II, p, 457-460. [23] Fabric., *Bibl. Gr.*, tom X pag. 3, et præfat. ad S. Philastr. [24] Galeard., Præfat. *ad collect. vet. PP. Brix. eccl.*, p. XX-XXVI. [25] Cler., Hist. *eccl.*, ad ann. 71, § 2, pag. 474.

ad novam parandam editionem accesserimus. Nimirum commemoratis hactenus virorum doctorum lucubrationibus instructi, ad Barnabæ textum quod attinet et veterem ejus interpretem exprimendum, editionem. Cotelerianam omnium emendatissimam selegimus. Quo autem facilius comparatio institueretur, Græca inter utramque versionem media stitimus, veterisque hiatus juxta nuperum exemplar Londinense Russelianum distinximus: quo quidem ordine alia insuper nonnulla vetustissimorum Patrum opuscula mox subsecutura digessimus. CII. A editorum qui nobis præivere adnotationes prolixiores contraximus, earumque in primis delectum fecimus quæ textum Græcum aut veterem interpretem emendarent illustrarentve, pauculis etiam intextis, sive nostris sive aliunde petitis. Quæ aliorum sunt, nomine cujusque subjecto dignoscuntur: quæ autem ANONYM. nota signantur, ea sunt quæ *ex ora Menardinæ editionis manu ignota* desumpta, Clericus in suam transtulit editionem: nostris vere nullibi signum ullum appinximus; quod semel monuisse sufficiat.

---

# VII.

(P. Gottfridus LUMPER, *Historia... de vita, scriptis et doctrina SS. Patrum.* Augustæ Vindelic., 1783, in-8°, t. I, p. 149.)

## CAPUT PRIMUM.

### DE EPISTOLA S. BARNABÆ APOSTOLO TRIBUTA.

*(In hoc capite, post allata veterum recentiorumque pro hujus Epistolæ authentia vel contra ejus genuinitatem argumenta, quæ jam satis superque exposita sunt, auctor sic concludit: « Mea opinione, in re hac adeo incerta nihil certius est quam auctorem Epistolæ hujus omnino incertum esse. »)*

## CAPUT II.

### DOCTRINA AUCTORIS HUJUS EPISTOLÆ.

ART. I. — *Observationes dogmaticæ.*

§ I. *De sacra Scriptura.* — Evangelia sanctorum Matthæi atque Lucæ apostolicæ originis esse, neque primum post apostolorum obitum a Christianis varias in sectas abeuntibus (quemadmodum Freretus hariolatur atque fingit) conficta, ut Christo, ac B institutæ ab eo religioni famam quamdam existimationemque conciliarent, invicte hac ex Epistola comprobatur: profert enim ex utroque Evangelio et Matthæi (2) et Lucæ aliqua loca (3). Epistolam etiam D. Pauli ad Romanos (4) secundæque ad Timotheum, (5) atque etiam primæ Petri (6) sententias ac phrases est imitatus pseudo-Barnabas. Forsitan etiam ex Apocalypsi protulit ea, quæ habet capite 21, dum ait: *Prope siquidem est dies, in qua omnia cum malo peribunt. Prope est Dominus, et merces ejus* (7). Videtur insuper pseudo-Barnabas semel usurpasse sententiam Ecclesiastici, dum nimirum adhortatur hominem Christianum ad colendam castitatem, ita scribens: *Quantum potes, et supra quam potes, coles castitatem* (8). Plura non afferri

(2) « Quia non venit vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam. » Ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. Barnab. cap. 5, collat. cum Matth. xx, 16. Idem cap. 6: « Attendamus ergo, ne forte, sicut scriptum est, multi vocati, pauci electi inveniamur. » Collat. cum Matth. c. xxii, v. 14.

(3) « Omni petenti te tribue. » Barnab., cap. 19: Παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου. Collat. cum Luc. cap. vi, v. 30, et Matth. cap. v, v. 42.

(4) « Sed videamus utrum hic populus hæres sit, an vero primus; et utrum testamentum ad nos, an ad illos pertineat. Audite nunc quid Scriptura dicat de populo: Orabat Isaacus Rebeccæ uxoris suæ causa, quod esset sterilis: et illa concepit. Postea vero Rebecca egressa est ad interrogandum Dominum, et dixit Dominus ad illam: *Duæ gentes in utero tuo sunt, ac duo populi in ventre tuo: atque unus populus alterum superabit; et major serviet minori.* Debetis intelligere, quis sit Isaacus, quæ Rebecca; et de quibusnam declaraverit, quod hic vel ille populus major futurus sit. » Ἀλλ' ἴδωμεν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονόμος, ἢ ὁ πρῶτος, καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς ἢ εἰς ἐκείνους. Ἀκούσατε νῦν περὶ τοῦ λαοῦ, τί λέγει ἡ Γραφή. Ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν, καὶ συνέλαβεν. Εἶτα καὶ ἐξῆλθε Ῥεβέκκα πυθέσθαι παρὰ Κυρίου, καὶ εἶπε Κύριος πρὸς αὐτήν· Δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου, καὶ δύο λαοὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ σου, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Αἰσθάνεσθαι ὀφείλετε, τίς ὁ Ἰσαὰκ, τίς ἡ Ῥεβέκκα καὶ ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μείζων ὁ λαὸς οὗτος, ἢ ἐκεῖνος. Barnab., cap. 13, coll. Rom. ix, 10-12, et Gen. xxv, 23. — Idem, 12: Ὅτι ἐν αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. Coll. Rom. xi, 36. C

(5) Idem c. 5: « Ille autem, ut vacuam faceret mortem, et de mortuis resurrectionem ostenderet, quia in carne oportebat eum apparere, ut promissum parentibus redderet. » Collat. II Tim. i, 10 et Rom. xv, 10.

(6) « Quatenus est in nobis, meditemur timorem Dei, et ejus præcepta servare contendamus, ut in illius justificationibus lætemur. » Ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν. Barnab. Ep., cap. 4, collatum cum prima D. Petri Epistola cap. i, v. 17. — Idem Barnabas: « Dominus non accepta persona judicat mundum. Unusquisque secundum quæ facit, accipiet. » Idem, c. 4, collat. I Petri i, 17, et I Cor. iii, 8. D

(7) Ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. Ἐγγὺς ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. Barnabas in Epist. c. 21, collatum cum Apocalypsi, cap. xxii, v. 12.

(8) Ὅσον δύνασαι, ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου ἁγνεύσεις. « Quantum potes, et pro anima tua coles castitatem. » Cujus loco legendum esse censet Cotelerius ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σου ἀγωνεύσεις (*sic*), hoc est, pro tua anima decertabis: quo respiciatur sententia Ecclesiastici cap. iv, v. 33. *Pro justitia agoniza pro anima tua, et usque ad mortem certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

ab auctore Epistolæ, quæ D. Barnabæ apostolo vulgo tribuitur, non est, quod mireris, in tam brevi epistola.

Cæterum quamvis auctor hujus Epistolæ, judicibus Vossio atque Hodio (9), ex Græca septuagintavirali versione S. Scripturæ loca describere consueverit, plerumque tamen Hebraicam veritatem secutus fuit. Cujus quidem rei quædam exempla in medium proferre juvat. Ex LXX Interpretum versione Isaiæ c. XXVIII, v. 16, hæc recitat auctor (10) : *Ecce immitto in fundamenta Sionis lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem :* Ἰδοὺ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Verba tamen proxime subsequentia ex Hebræo fonte repetit (11) : Καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. *Et qui sperarit in illo, vivet in æternum*, ubi LXX : Καὶ ὁ πιστεύων μὴ καταισχυνθῇ : *Et credens non confundetur.* — Alibi autem ex Genes. II, 2, hæc habet : Καὶ συνετέλεσεν (ὁ Θεὸς) ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, κ. τ. λ. *Et consummavit (Deus) in die septima*, etc. : at LXX : ἐν ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ, *in die sexta.* Hinc S. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis : *Pro sexta die, in Hebræo diem septimam habet.* Quem in locum plura observavit eruditus Grabius (12) digna sane, quæ apud ipsum legantur, Alia vero ejusmodi exempla ex Epistola repetenda.

§ II. *De Filii Dei præexistentia, consubstantialitate*, etc. — Filium a Deo Patre genitum fuisse ante jacta mundi fundamunta, perque ipsum condita fuisse hæc universa auctor Epistolæ, quæ Barnabæ inscribitur, non longe ab initio Epistolæ, juxta veterem translationem Latinam (nam Græca ibi desiderantur) profitetur de Servatore nostro sic loquens : *Et ad hoc Dominus sustinuit* pati pro anima nostra, cum si orbis terrarum Dominus; cui dixit Deus ante constitutionem sæculi : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (13). » Et paulo post, solem dicit « opus manuum Filii Dei. » Locus illustris est in eodem capite (14) : « Tunc ostendit se esse Filium Dei. Nisi enim venisset in carne, quomodo homines ipsum videntes salvi esse possent, cum videntes solem, qui aliquando esse desierit, et opus est manuum ejus, non possint radios ejus diutius intueri ? » Denique capite 12, hæc de Servatore nostro habet : Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. « Habet etiam in hoc gloriam Jesu : quod in ipso sint omnia, et in ipsum. » Pro explicatione hujus textus de creatione ac conversatione omnium rerum per et in ipsum multum valent parallela prorsus S. Pauli verba ad Colossenses (15) : Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, κ. τ. λ.; et mox : Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, ac versu 17 : Τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε.

Veram Filii divinitatem non minus egregie declarat hic auctor sua in Epistola. Nam ibi Filium Dei appellat « orbis terrarum Dominum, » idque antecedenter (ut loquuntur scholæ) ad œcononiam illam, quam nostræ salutis causa suscipere dignatus est.

Ait etiam gloriam Jesu tantam esset, ut *per ipsum et propter ipsum sint omnia* (16) ; hoc est, ab ipso ut causa efficiente, omnia fiant, et ad ipsum, tanquam finem omnia referantur : quæ certe de creatura sine blasphemia dici non possunt. Quibus addas illustrem locum in ejusdem Epistola (17) ubi docet Dominum, qui omnia presciverit, ideo dixisse se populo suo cor lapideum ablaturum, ipsique cor novum et carneum inditurum, ὅτι ἔμελλεν ἐν σαρκὶ φανερούσθαι, καὶ ἐν ἡμῖν κατοικεῖν. Ναὸς γὰρ ἅγιος, ἀδελφοί μου, τῷ Κυρίῳ, τὸ κατοικητήριον ἡμῶν τῆς καρδίας. Id est, « quoniam ipse in carne appariturus esset, et in nobis habitaturus. Templum enim sanctum est Domino, fratres mei, cordis nostri domicilium. » Ubi de Domino, qui in carne sive natura humana se manifestavit, hoc est de Filio Dei, Diserte loquitur, eumque « Dominum in cordibus sanctorum, » tanquam in « templis Deo consecratis, habitare docet. » Quæ verba tam clare exprimunt divinam Filii majestatem atque omnipræsentiam, ut nostra explicatione non indigeant. Notatu quoque digna sunt verba Barnabæ

(9) Joan. Vossius *De translat. LXX intt.*, cap. 21, pag. 69. Humfredus Hodius. *De Bibl., textu orig.*, lib. III, cap. 3, pag. 277.

(10) Barnab. Epist., cap. 6.

(11) Ibid., cap 15.

(12) Grabius, Epist. ad Millium *De lib. Jud. genuin. LXX interpretum versionis.* pag. 67.

(13) Epistol. Barnab., capite 5. Luce meridiana clarius patet ex laudatis verbis auctoris fides quoad divinitatem Verbi ; frustraque conatus est Lucas Mellierius seu potius Samuel Crellius vim argumenti eludere : veteres siquidem omnes fere in eodem sensu intellexerunt illa Geneseos verba, iisque usi fuerunt ad comprobandum hoc dogma. Cæterum Crellium egregie ac strenue refutavit Grabius.

(14) Τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ εἶναι. Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἂν ἐσώθημεν ἄνθρωποι, βλέποντες αὐτόν ; ὅτι τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον, ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, βλέποντες, οὐκ ἰσχύουσιν εἰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι. Epist. Barn., cap. 5. Fierine potest, ut quis validiora afferat verba, pro divinitate atque præexistentia Filii Dei, Jesu Christi ? et simul nobilem hanc ac sublimem Salvatoris ideam, cum notione humanæ nostræ naturæ uniat ? Cæterum opinior auctorem hunc respexisse hic ad aliquem Scripturæ locum, ubi Spiritus sanctus nos docet, in terris neminem videre posse Deum, quin post hanc visionem illico moriatur. Hoc posito, ex adductis hujus scriptoris verbis ita comprobata remanet orthodoxa ejus circa hoc dogma fides, ut de illa dubitare amplius nemini liceat.

(15) Epist. ad Coloss., cap. I, vers. 16, 17.

(16) Cap. 12.

(17) Cap. 5 Epist. S. Barnab.

capite 12 : « Ecce iterum Jesus non filius Navæ (Græce melius, υἱὸς ἀνθρώπου), sed Filius Dei, antequam in carne manifestarentur (18) ; » pergit vero Barnabas, loc. cit. « Quoniam ego dicturi erant Christum esse filium Davidis, reformidans et intelligens errorem sceleratorum, iterum dicit David : « Dixit Dominus Domino meo, » etc. Quo Davidis dicto jam ipse Salvator divinitatem personæ suæ Judæis insinuaverat, Matthæi XXII, 41. Jesum Christum verum Deum esse et Filium Dei, alio argumento præterea demonstrat, dum ait (19) : Quando autem apostolos suos, qui prædicaturi erant illius Evangelium, elegit, homines omni peccato iniquiores, ut ostenderet quod non venit vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam, tunc palam fecit se esse Filium Dei (20) :

Alia etiam in loco sequentia scribit (21) : « Quid iterum dicit Moyses Jesu filio Navæ (Josuæ) cum illi prophetiæ gratia prædito, id nominis imponeret, ideo solum, ut omnis populus intelligeret, Patrem de Filio suo Jesu cuncta manifestasse filio Navæ ? imposito igitur eo nomine quando misit eum in exploratorem terræ dixit : *Accipe librum in manus tuas, et scribe quæ dicit Dominus, quoniam in novissimis diebus Filius Dei Jesus exscindet a radicibus omnem domum Amaleci.*

(18) Græce, ἐν σαρκὶ φανερωθείς, quæ cum plane consona sint Pauli verbis I Tim. III, 16, Θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκί, ad hæc Barnabam respexisse, vero haud est absimile.

(19) Epist. Barnabæ capite 5.

(20) Offendit hic locus plurimos criticos, isque reprehensione maxima dignus ab iis censetur. Quis enim credat, inquiunt, apostolos hominum iniquissimos et super omne peccatum peccatores a viro apostolico fuisse vocatos ? Simplices quidem, rudes, imperitos, atque homines interdum malos fuisse illos, in sacris Litteris legimus ; at peccatores omnium maximos eos extitisse non legimus. Annon hæc opinio in ipsius Salvatoris nostri detrimentum ac contumeliam redundat ? Si enim Christus Jesus Hujusmodi viros ad prædicandum suum Evangelium mittere voluisset, hæc electio scandalum præbuisset Hebræis præoccupatis jam et incitatis contra Salvatorem, eisque occasione dedisset, detrahendi de ejus fama ac doctrina, proinde et improvide in tali electione egisset, quod cogitare de summa sapientia blasphemum est. Verum his ratiunculis ex virorum aliorum doctissimorum sententia primum reponimus, nihil in Scripturis occurere, quod huic Barnabæ dicto repugnet. Deinde vero quid obstat, quin ejus verba sic accipiantur, ut nihil aliud sonent, quam apostolos, antequam vocarentur, plura et gravia quidem peccasse ? Id sane de Matthæo publicano constat : id quoque de apostolo Paulo ; qui, ut ipsemet de se scribit I Tim. cap. I, vers. 13 et 15, primus *blasphemus fuit, et persecutor, et contumeliosus*, quique seipsum appellat *peccatorem primum*, si inquiens : *Christus Jesus venit in mundum salvare peccatores, quorum ego primus sum.* Quo forte in primis respexit auctor, dum apostolos, priusquam eligerentur, homines vocat omni peccato iniquiores : neque enim quidquam nos cogit, ut de omnibus et singulis apostolis id ad eo dictum intelligamus. Quid quod duos luculentissimos hujus ab auctore nostro prolatæ sententiæ patronos, Origenem et Hieronymum in promptu habemus. Ille

A Porro Jesum Christum non solum verum Deum esse, sed et verum hominem fuisse aperte profitetur hic auctor, dum dicit Christum Dei Filium propter nos passum : « Si ergo, » inquit ille (22), « Dei Filius, qui est Dominus, qui judicaturus est vivos et mortuos, qui passus est, ut plaga illius vividos, nos redderet : credamus non potuisse Filium Dei pati, nisi propter nos, sed et cruci affixus, aceto et felle potabatur. »

Postquam hic auctor longum texuerat operum bonorum et præceptorum catalogum, ac omnia pene morum dogmata compendis fuerat complexus, tandem de vita æterna ac resurrectione carnis hæc subdit (23) : « Cognosces autem quis sit bonus mercedis retributor. » De transgressoribus autem mandatorum et studium bonorum operum negligentibus B ait (24) : « Non consequentur mercedem justitiæ.... æquum igitur est ut edocti justificationes Domini, quotquot prius scriptæ sunt, in eis ambulemus. Qui enim eas facit, in regno Dei gloria cumulabitur : qui vero alia elegerit, simul cum operibus suis peribit. Propterea resurrectio, propterea retributio. »

Hæc sunt quæ animadversione digna in hac Epistola legi quoad dogma.

§ III. *De baptismo, justificatione*, etc. — Nihil scilicet *contra Celsum* lib. I, § 63, disputans, auctoris nostri dictum forte arripientem, quo infames homines fuisse apostolos, publicanos et nautas nequissimos diceret, hæc habet : « Quid ergo absurdi est, si Jesus ostendere volens humano generi quam C efficacia sint, quæ morbi animarum adhibet remedia, infames et nequissimos elegerit, illosque eo provexerit, ut purissimæ vitæ exemplum essent iis qui eorum ministerio ad Evangelium Christi adducerentur. » Vide Origenem, virum illum longe doctissimum, in quo tanta vis ingenii, tam profundi, tam acris, tam elegantis, teste Vincentio Lirinensi in *Commonit.*, cap. 17, ut omnes pene multum longeque superaret. Originem nihil absonum huic sententiæ inesse, nihil Barnaba (quem auctorem illius arbitrabatur) indignum censuisse. Neque aliter S. Hieronymus, qui Pelagianis objicit eamdem hujus auctoris sententiam libro III *contra Pelag.* 5, 2, licet memoriæ lapsu illam Ignatio martyri tribuit ; tantumque abest, ut eam vel leviter notet, ut maxime etiam ipsam ex Psalmista, psalm. XV, v. 4. confirmans, sic tandem graviter concludat : « Quibus testimoniis si non uteris ad auctoritatem, utere saltem ad antiquitatem, quid omnes viri ecclesiastici senserint. » Porro utriusque testimonio vim D addere videtur S. Joannes Chrysostomus ; cujus verba licet de solo apostolo Paulo offerantur, mire tamen ad mentem auctoris nostri quadrare, nemo, ut opinor, ierit inficias. Sic igitur ille hom. 4 *in Epist. ad Tim.* V, 2, opp. t. IX, pag. 569 : « Si quis ergo dixerit velle regem omnibus veniam dare, non tam facile credent, donec viderint omnium improbissimum veniam consecutum : nulla enim postea dubitatio supererit. Hoc et Paulus dicit, quod nempe volens Deus homines certiores facere, quod omnia illis condonet, cum qui plusquam omnes peccato obnoxius erat, delegit. »

(21) Epist. Barnab. cap. 12.

(22) Ibid., cap. 7.

(23) Ibid., cap. 19.

(24) Ibid., cap. 20.

pulchrius potest dici iis quæ hic tradit noster auctor de mirifica virtute divini sacramenti baptismatis, Docet enim quod, quando descendimus in aquam, pleni sumus peccatis et sordibus ; sed statim ac emergimus, incipimus fructum afferre in cordibus nostris per timorem Dei et spem in Jesum Christum, quam Spiritu sancto afflante habemus : « Nos descendimus quidem in aquam pleni peccatis et sordibus ; inde autem emergimus fructum afferentes, in corde timorem et spem in Jesum habentes in spiritu (25).» Ἡμεῖς μὲν καταβαίνομεν εἰς τὸ ὕδωρ γέμοντες ἁμαρτιῶν καὶ ῥύπου, καὶ ἀναβαίνομεν καρποφοροῦντες, ἐν τῇ καρδίᾳ τὸν φόβον καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὸν Ἰησοῦν ἔχοντες ἐν τῷ πνεύματι. Textum Græcum attuli hic integrum, quia, ut mihi videtur utilitatem magnam in re theologica præ se fert.

Ostendit nobis hic auctor excellentiam Christiani super Hebræum, dum docet non Hebræos sed Christianos solummodo introductos esse a Deo in terram semini Abrahæ promissam : « Itaque nos sumus, ait ille egregie (26), quos introduxit in terram bonam. » Deinde postquam explicavit omnia, quæ in Veteri Testamento per figuram significabant mortem Redemptoris, docet, hæc manifesta esse Christianis, Judæis vero, eo quia obdurati, et duræ cervicis, obscura : « Nobis quidem manifesta sunt, Judæis autem obscura, quia non audierunt vocem Domini.» Juxta hunc auctorem igitur causa obcæcationis Judæorum non alia fuit, quam eorum prævaricatio, et quia rebelles fuerant verbo Dei. Tandem dicit Moysen vere accepisse tabulas legis : sed quia Hebræi propter eorum infidelitatem digni non fuerant, Christianis traditæ sunt, qui eas per manus Salvatoris acceperunt, et ob infinita merita passionis ejus : « Accepit itaque Moyses ipsi vere digni non fuerunt. Quomodo nos habuerimus, discite. Moyses cum esset famulus, eas accepit ; nobis autem ipse Dominus, cui sumus in populum hæreditatis, tradidit pro nobis passus (27); » loca hæc, et ad pietatem alliciunt, et mentem erudiunt. Fieri nequit, ut serio et attento animo aliquis loca hæc percurrat, quin simul plurimi faciat excellentiam nostræ vocationis, et auctorem hujus diligat. Caveat unusquisque nostrum, ne Judæorum calamitatem incurrat et per propriam infidelitatem se in dignum reddat magnis his utilitatibus, quæ Christianorum religionem comitantur.

Justificationem per renovationem, ac veram remissionem peccatorum fieri, clarissime etiam docet hic auctor, ita scribens (28) : « Ubi ergo nos reformavit, per remissionem peccatorum effecit, ut aliam formam haberemus, animam nempe puerili similem, ipse enim formavit nos. Ecce igitur nos denuo formati sumus, quemadmodum rursus in alio propheta dicit : *Ecce*, inquit Dominus, *auferam ab eis*, hoc est, ab eis quos Domini Spiritus providebat, *corda lapidea, et immittam illis corda carnea* (29) ; quia oportebat eum in carne apparere, et habitare in nobis : templum enim sanctum, fratres mei, Domino est habitatio cordis nostri.» Et alibi (30) : «Antequam Deo crederemus, erat cordis nostri domicilium corruptioni obnoxium, et imbecille, ad modum templi vere per manus ædificati : plenum siquidem erat idolorum cultu, et erat domus dæmoniorum ; quo faceret, quæcunque Deo contraria sunt. Ædificabitur autem in nomine Domini. Attendite, ut templum Domini magnifice ædificetur Quomodo ? discite : accepta remissione peccatorum, et spe habita in nomen Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati : quare in domicilio nostro vere Deus existit ; habitat in nobis, Quomodo ? verbum ejus fidei, vocatio ejus promissionis, sapientia justificationum, mandata doctrinæ : ipse in nobis prophetat ; ipse in nobis inhabitat ; morti addictis nobis aperit fores templi, id est os ; nobis dat pœnitentiam, sicque introduxit in templum incorruptum. »

De confessione autem hic auctor exponens præcepta vitæ moralia, et vitam lucis, sic ait post cætera : « Confiteberis peccata tua, non accedes ad orationem tuam in conscientia mala (31). »

Disserens noster auctor de duabus viis oppositis, lucis et tenebrarum, dari ait angelos bonos, et malos : quorum primi, qui sunt missi a Deo, ducunt nos per vias lucis ; alii vero, qui sunt ministri Satanæ, præsunt viæ tenebrarum : « Uni siquidem (viæ lucis) præpositi sunt lucis consiliarii, angeli Dei : alteri vero (tenebrarum viæ) angeli Satanæ (32) ; » locus hic velut indubium fidei testimonium traditionis circa angelorum custodiam suscipi debet. Videbimus infra præter auctorem hujus Epistolæ, alios haberi veteres Ecclesiæ Patres, qui distinctionem hanc ponunt bonos inter et malos angelos, habito respectu ad custodiam quam hominibus præstant.

§ IV. *De Veteris Testamenti abrogatione, necessitate in Jesum Christum.* — Circa Vetus Testamentum auctor Epistolæ ostendere conatur inutilitatem et inefficacitatem sacrificiorum et cæremoniarum veteris legis ; docetque, Deum omnia hæc repulisse ut locum haberet oblatio humana Jesu Christi, quæ necessitatis jugum non imponit : « Hæc ergo vacua fecit, inquit ille, ut nova lex Domini nostri Jesu Christi, quæ sine jugo necessitatis est, humanam habeat oblationem (33). » Jugum hoc, quo caret lex evangelica, nihil aliud est, juxta hunc auctorem,

(25) Epist. Barnab., cap. 11, sub finem.
(26) Ibid., cap. 6.
(27) Ibid., cap. 6.
(28) Ibidem, cap. 14,
(29) Ezech. II, 19.
(30) Epist. Barn., cap. 16.
(31) Ibid., cap. 19.
(32) Ibid., cap. 14.
(33) Ibid., cap. 2.

quam spiritus servitutis, per quam servitutem, vetustum fœdus a novo secernitur, juxta divum Paulum ad Galatas aientem : *State in libertate Evangelii Jesu Christi, et nolite iterum jugo servitutis contineri* (34); quo sane in loco patet. Apostolum loqui de lege Moysis. Addit paulo infra noster hic auctor, Moysen fregisse tabulas lapideas, in quibus lex vetus erat inscripta, non ut ostenderet tantum Hebræis fœdus cum Deo initum per eorum idololatriam solutum esse, sicuti explicat locum hunc Fleury (35), sed ut amor Jesu Christi in cordibus nostris consignaretur, « et projecit Moyses tabulas lapideas de manibus suis, ut dilectio Jesu consignetur in præcordiis vestris (36). » Fieri nequit, quin dignoscatur in hoc, et in supra allato textu diversitas inter duo Testamenta, quæ in timore ac dilectione posita est. Timor Hebræos respicit; dilectio Christianos.

Circa circumcisionem, tradit auctor eam vanam esse sine circumcisione cordis, et fide in Filium Dei. Judæis dein ante oculos ponit Abrahæ exemplum, qui primus, inquit, « circumcisionem dedit, in spiritu prospiciens in Filium, circumcidit accepto trium litterarum documento (37), » etc. Eam autem circumcisionem veram esse demonstrat qua, aures et cor hominis circumciderentur, et taliter dociles, obedientes redderentur; circumcisionem vero corporis illam non esse, quam Deus principaliter mandasset : « Nam, inquit, omnes Syri, arabes, Ægyptii, idolorum sacrificuli sunt circumcisi; num autem etiam ideo de fœdere divino antiqui, vel novi Testamenti participant? »

Occasione sumpta ab eo, quod refertur in Exodo (38), scilicet quod Hebræi pugnantes contra Amalecitas, vincebant, cum levaret Moyses manus; sin autem paululum remisisset, superabat Amalec, tradit hic auctor, debuisse Israelitas inde cognoscere salutem consequi non posse nisi per spem in Jesum Christum; et per spem in hunc reportari posse victoriam ab inimicis. Cur hoc? » ait ille loquens de historia modo allata (39), Πρὸς τί; « Ut cognoscerent, illico respondet, « quod non poterant servari, nisi per spem in illum » (Jesum); et paulo superius : « Quia, inquit, si in hunc non speraverint, semper debellabuntur. » Duo hæc loca maximi sunt momenti, et ex his innotescit, quænam esset fidelium mens primo Ecclesiæ ævo circa necessitatem gratiæ medicinalis Salvatoris, fidei in ipsum, ejusque mediationis, etiam ante Incarnationem.

Quoad diem Sabbati in lege Moysis præceptum ut Deo sacrum, noster hic auctor docet, Christianorum Sabbatum esse diem octavum, qui est dies resurrectionis Jesu Christi : « Diem octavum in lætitia agimus, in quo Jesu resurrexit a mortuis (40); » quod sane pro primo Ecclesiæ sæculo attenta consideratione dignum est. Verum declarat insuper eodem loco, alterum dari Sabbatum omnino spirituale, quod est initium æternæ vitæ, sicuti Sabbatum Christianorum; nos ex hoc Sabbato ad illud tendere, quando veniens Filius tempus iniqui abolebit, ac judicabit impios, et mutabit solem ac lunam stellasque : quod quidem Sabbatum poterimus nos ipsi sanctum reddere, juxta hunc auctorem, per bona opera in præsenti vita exercita. « Poterimus..... tunc eumdem diem sanctum reddere, ipsi prius sancti effecti. »

Tradit insuper auctor hic, quod in sex annorum millibus consummabuntur universa : sicque id probat (41) : « Advertite, filii, quid dicat (Scriptura) : Consummavit (creationem mundi) in sex diebus : hoc dicit, quia omnia consummabit Dominus in sex millibus annorum; apud illum dies æquiparantur mille annis, ut ipsemet testatur (in Psalmis), dicens : *Ecce hodiernus dies erit tanquam mille anni* (42); itaque, filii, in sex annorum millibus consummabuntur universa. Hæc opinio licet aliquibus singularis videri potest, nihilominus plures Ecclesiæ Patres habuit propugnatores. Autumant etiam nonnulli, opinionem hanc ex Scripturis posse comprobari, et aliqua ejus vestigia haberi in Epistola D. Pauli ad Hebræos (43), ubi in die septima et in Sabbato æternam requiem designat. Ego autem optimum duco, nihil hac in quæstione proponere, ac Jesu Christo adhærere et ejus apostolis docentibus, neminem novisse, *quæ Pater posuit in potestate*, et quomodo extrema dies ventura sit, cujus præcedentia signa

(34) Ad Galat. v, ℣. 1.
(35) T. I *Hist. eccl.*
(36) Barnab. Epist., cap. 4.
(37) Ibid., c. 9. Cl. Tillemontio et Marechal nostro reprehensione hic dignus videtur auctor, quod Judæis circumcisionem carnis magis quam cordis jactantibus, reponat : — Omnis Syrus et Arabs, et omnes sacerdotes idolorum, sed et Ægyptii in circumcisione sunt, — quærens, an forte et isti de Testamento sint. Verum non video quidquam erroneum in hoc. De Pythagora totius idololatriæ apud Græcos mystagogo, legitur, quod fuerit circumcisus, ut abdita ingrediens Ægyptiorum, mysticam disceret philosophiam, ritus scilicet sacrificiorum ac consecrationum. Nec pugnat auctor cum seipso et cum Scriptura ab ipso allegata, qua dicitur Jeremiæ IX : « Omnes gentes incircumcisæ sunt carne, omnis autem domus Israel incircumciso corde; » ibi enim gentium nomine solum intelliguntur Philisthæi Syro-Græci atque Alexandrini. Nam immediate præcedit ibidem comminatio visitationis divinæ super Ægyptum, et super Idumæam, et super Edom, et super filios Ammon. Arabibus, Æthiopidus et Nubianis, aliisque plurimis communem fuisse quamdam circumcisionem, scilicet politicam ac profanam, ex causa plane naturali, Jobus Ludolphus demonstrat *Æthiopicis*, Judæis autem præcepta fuit signaculum fidei de nascituro ex semine Abrahæ Messia; quod auctor noster nullatenus negat.
(38) Cap. XVII, ℣. 11.
(39) Barn. Epist., cap. 12.
(47) Ibid.
(40) Ibid., c. 15.
(42) Psalm. LXXXIX, 4.
(43) Epist. ad Hebræos, cap. IV.

prænuntiant quidem, tempus autem non determinant, sicuti peregit auctor hujus Epistolæ.

ART. II. — *Observationes morales.*

Videamus modo, quæ circa mores tradat hic auctor. Post distinctionem duarum viarum, quas supra memoravi, utriusque notas exhibet. Insigniora lucis opera sunt : imo diligere proximum nostrum plusquam nos ipsos : « Diliges proximum tuum plusquam animam tuam (44). » Agitur hic, ut unicuique innotescit, de dilectione erga proximum, quæ vitam etiam daret pro ejus salute, si quando sese præberet occasio ; et licet gradus hic dilectionis in perfectioribus solum adinveniatur, nihilominus certum est ex Scripturis, et ex traditione, ad hanc dilectionem omnes Christi fideles in genere teneri, et peccare dum occasiones negligunt ad implendum præceptum, quod naturaliter fluit ex præcepto dilectionis erga Deum. Tenemur diligere proximum propter Deum, et Deum ipsum in nostro proximo diligimus : at quis inficiari audebit, debere nos diligere Deum plusquam nos ipsos, et sanguinem effundere propter ejus amorem ?

Oportet secundo communicare in omnibus eum proximo, et nihil proprium retinere : « Communicabis in omnibus cum proximo tuo, nec quidquam dices proprium (45). » Viguit hic mos apud primos fideles, ut constat ex Actis apostolorum (46). Tertio diligere « ut pupillam oculi omnes, » qui nobis loquuntur verbum Dei : « Diliges, ut pupillam oculi, omnem qui tibi loquitur verbum Domini. « Quarto confiteri peccata nostra : « Confiteberis peccata tua. » Tandem cavere, ne unquam « in oratione accedamus ad Deum in conscientia mala (47). » Præcipuæ hæ sunt notæ viæ lucis : « Hæc est, dicit auctor, via lucis. »

Inter opera tenebrarum, notabiliora sunt idolorum servitus, temeritas, elatio potestatis, simulatio, cor duplex, homicidium, rapina, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus Dei timor. In hac tenebrarum via continentur pariter persecutores bonorum, osores veritatis, et amatores mendacii : « In qua tenebrarum, via sunt, bonorum persecutores, osores veritatis, amatores mendacii (48). » Quinimo et ii omnes, qui diligunt vana, consectantur remunerationem, non miserentur inopis, non laborant in gratiam illius, qui labore ac ærumnis confectus est, ad obtrectationem prompti, aversantes egenum, affligentes afflictum, « divitum advocati, pauperum judices iniqui. »

Alio in ejusdem epistolæ loco, quo abuti aliqui possent in contemptum religionis, tantum progreditur cum allegoria, ut docere videatur, Deum nunquam voluisse quorumdam ciborum usum Hebræis interdicere ; sed solummodo horrorem ingerere de iis vitiis, quæ per diversa illa animalia significantur : « Itaque, ait ille, mandatum Dei non est, ne manducent ; sed Moyses in spiritu locutus est (49). » Opinor ego textum hunc non ita stricta et litteraliter accipiendum esse, ut non possit in orthodoxo sensu intelligi : si mens enim hujus auctoris recte perpendatur, et finis, quem sibi proponit una cum toto contextu, facile constabit auctorem id unum docere velle, scilicet mandatum Dei Hebræis impositum abstinendi a quibusdam cibis, non tantum obstrinxisse illos, ne vere ac realiter hisce cibis vescerentur ; verum etiam, ut ea peccata horrerent quæ in cibis illis significabantur ; hinc immediate post adductum textum, ait, Deum sic præcepisse abstinentiam a carne porcina, quasi si dixisset, homines non debere adhærere iis, qui similes sunt porcis (50). Et infra loquens semper de ciborum distinctione præcepta in lege Moysis, tradit, Judæos accepisse verba illa Moysis, ac si de escis « simpliciter » egisset (51). Adverbium hoc, simpliciter, omnem enodat difficultatem allati textus ; constat enim, hunc auctorem nunquam voluisse Judæos solutos a præcepto abstinendi realiter a cibis in lege vetitis, sed unice intendisse ope hujus abstinentiæ eos retrahere a vitiis ibi connotatis.

ART. III. — *Observationes ad philologiam sacram spectantes.*

Dum Barnabæ gesta fuse prosequitur, miraque ingenii dexteritate illustrat vir doctissimus Mazochius, aliquot etiam ejus epistolæ loca egregie pro more suo edisserit : ut proinde operæ pretium me facturum existimem, si luculentas illius observationes sacræ philologiæ studio permultum profuturas hoc loco describam (52). Prima observatio respicit caput sextum epistolæ, quod sic incipit (53) : Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολήν, etc. Cum autem fecit præceptum (Christus), quid dicit ? Qui est, qui judicetur mecum ? » Et quæ porro ex Isaiæ L, 8, 9 recitat. Hic observatu non indignum est, ἐντολήν, *præceptum*, absolute, et per excellentiam vocari Patris jussionem de Incarnatione et toto humanæ reparationis negotio, quod ἐντολὰς τοῦ Πατρός, *præcepta Patris*, vocat ipse Christus Joan. XV, 10, ac fortassis alluditur a Barnaba ad illud psalmi XXXIX, 8, 9 ; *Tunc dixi : Ecce venio . . . . ut faciam voluntatem tuam :* quam voluntatem mox *legem* vocat : *Deus*

(44) Ep. Barnab,, cap. 19.
(45) Ibid.
(46) Actuum cap. II et IV.
(47) « Non accedes ad orationem tuam mala in conscientia. » Ep. Barn., cap. 19.
(48) Ep. Bar., cap. 20.
(49) Ibid. cap. 10.
(50) « Quapropter sic suem ait, quasi diceret, non adhærebis hominibus talibus, qui similes sunt porcis. » IBID.
(51) « Moyses de escis tria decreta locutus est, illi vero Judæi, quasi de escis simpliciter egisset, acceperunt. » IBID.
(52) Mazoch. Commentar. in vet. Marm. Kalend, Vel. II, pag. 572-574.
(53) Epist. Barnab., cap. 6. lit. C.

*meus volui, et legem tuam in medio cordis mei.* Omnino hac præceptione divina plenæ sunt utriusque Fœderis paginæ: hoc tantum hic novum, quod ea hic absolute *præceptum* nuncupetur. At vetus interpres *Dei præceptum* reddidit, ut insolens loquendi genus clarius efficeret.

Eodem in capite paulo post (54) recitato Moysis testimonio de adipiscenda terra fluente lacte et melle, statim hæc subdit Barnabas: « Quid dicat Γνῶσιν (*cognitio*, sive *scientia*), discite: Sperate in eum, qui in carne manifestandus est vobis, Jesum. » Γνώσεως (scientiæ) nomine, ævo apostolico intellectas fuisse arcanas et allegoricas veteris Fœderis significationes, nemo ignorat. Ea est clavis scientiæ, in qua sibi legis peritos placuisse, Christus notavit (55). At hoc amplius hic animadvertimus, Γνῶσιν *scientiam*, quasi librum citari, et ex eo verba illa proferri: Sperate, etc. Quod quidem ex Clemente Alexandrino (56), multo est evidentius, ubi hæc verba ex Barnaba sic recitantur, ut φησίν, quod hic deest, suppleatur: Quid dicat cognitio, discite: Ἐλπίσατε, φησὶν, ἐπὶ τὸν etc., *Sperate*, inquit, *in eum*, etc., uti supra. Ubi animadvertis, illud φησίν afferri ex ore Barnabæ, utique ex Cognitionis, sive Scientiæ libro citantis. Plures olim fuisse hujusmodi *Scientiæ* libros circumlatos, ab Judæis allegorica sectantibus conscriptos, non est dubium. Ad eos ergo Barnabas plerumque ablegat lectores, ubi ad allegorias digreditur. Scimus hodiedum in *Targumim* loca complura ad Messiam referri: quod ex eadem Γνώσει manavit.

Notandum est autem in ascripto loco, etsi omnia verbis totidem ex Γνώσει recitentur, illud tamen Ἰησοῦν *Jesum*, quod ad finem additur, ex Barnabæ manu profectum, non ab auctore Γνώσεως, quem quidem Judæum fuisse necesse est, alioquin a Barnaba Judæos convicturo minime citandum. Judæus autem Messiam norat, Jesum non norat. Statim ibidem sequitur: « Homo enim γῆ ἐστι πάσχουσα, terra est patiens. » Apparet hic Barnabam, aut quisquis est auctor, philosophis aures admovisse. Nam illud πάσχουσα, *patiens*, ad philosophorum τεχνικὴν γλῶτταν (terminum technicum) est referendum, qua materiam *pati* dicebant. « Homo, inquit, est ex terra, » non quidem agente, sed patiente. Cujus statim rationem reddit his verbis: « Ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο A facie enim terræ fictio (seu formatio) Adæ exstitit. » Ubi pulcherrima Hellenistarum locutio occurrit. Hebraicum enim מִפְּנֵי *Mippene* (quod Judæi Hellenistæ perpetuo, ἀπὸ προσώπου, hoc est, *a facie* reddunt) quamlibet causam, etiam materialem, uti philosophi loquuntur, designat. Ergo tantumdem est, *a facie terræ*, ac si dixisset, ex terra formatum esse Adam. Et hæc etiam ibidem totidem verbis Clemens refert cap. VII (57), sicuti etiam in sequentibus capitibus, pluries illud προσέχετε, *attendite*, intercalatur, quod peculiare est ἀλληγορούντων, ad attentionem acuendam. Cap. IX (58): Ἀλλὰ καὶ πᾶς Σύρος καὶ Ἄραψ καὶ πάντες οἱ ἱερεῖς τῶν εἰδώλων, etc., quæ sic Latine vertit vir clarissimus Cotelerius doctor Sorbonicus... « Verum et omnis Syrus et Arabs, et omnes idolorum sacerdotes circumciduntur. » Quæ merito difficultatem crearunt. Verum hæc non sunt ad severiorem trutinam exigenda, sed παχυτέρως, *crassiuscule*, accipienda hunc ferme in modum: Quivis Syrus, quivis Arabs, quivis simulacrorum sacerdos circumcisionem admittit. Aut: Ne Syri quidem et Arabes et profani sacerdotes a circumcisione abhorrent. Nam quia inter Syros et Arabes, interque profanos sacerdotes essent, qui illo se modo mundiores præstarent; licuit Barnabæ apostolo dicere, circumcisionem promiscue ab illis usurpari. Quis non in talibus similia loquitur? Cæterum Arabum plurimos fuisse verpos, sicuti et sacerdotes Ægyptios, non est dubium. Ac ne de Syris quidem est dubitandum, si quidem verum sit, quod antiqui crediderunt, Phœnices περιτομὴν admisisse. Origenes ad Rom. II, 25, inter cæteros circumcisionis cultores etiam Phœnices numeravit his verbis: « Si replicetis historias vestras, invenietis non solum Ægyptiorum sacerdotes, sed et Arabas et Ægyptios, Phœnices, aliosque, quorum studia gratia hujusmodi superstitionis nobilius vigent. »

Cap. XVI: « Adhuc et de templo dicam vobis, quomodo errantes miseri, ἐπὶ τὴν ὁδὸν ἤλπισαν, in viam speraverunt, et non in Deum ipsum, qui fecit eos, quasi domus Dei esset (59). » Hic non est dubium, quin ὁδοῦ, viæ, nomine templum veniat: nam et in templo totam Judæorum fiduciam fuisse repositam, notat illa celebris conclamatio: *Templum Domini, templum Domini*, et quod initio noster de templo proposuit dicere et quod mox subdit; *quasi* (via scilicet illa) *domus Dei esset.* Vidit et hoc vetus interpres, qui pro ὁδὸν, (*viam*) posuit *ædem.* Sic enim reddidit: *In ædem spem habuerunt.* Cotelerius quidem ad quædam Seniorum loca allusum suspicatur, in quibus ὁδός similiter pro templo sumi posse videtur. Verum et hic Barnabas, et ibi LXX οὐδὸν, *limen*, scripsisse videntur, consueto schemate utentes, quo pars pro toto sumitur, et quo hodiedum utimur, ubi *limina apostolorum* invisere dicimur. Legendum est igitur ἐπὶ τὸν οὐδὸν... *in limine*, hoc est, *templo spem collocantes* Cæterum si Barnabas *viam*, τὴν ὁδὸν, uti nunc legitur, scribere voluisset, ad finem οὖσαν posuisset, non ὄντα,

(54) Ep. Barnab., cap. 6, sub lit. B.
(55) Luc. XI, 52.
(56) *Strom.*, lib. V, cap. 10.
(57) Barnab. Epist., cap. 7, pag. 122, l. D, apud Gallandium.
(58) Ibidem, p. 125.
(59) Ibidem, p. 135, A.

quod nonnisi τῷ οὐδόν convenit : ὡς, inquit, ὄντα οἶκον Θεοῦ. Idem, ut dixi, judicium erit de locis LXX. viralibus, III Reg. VIII, 44, 48, in quibus nunc προσεύξονται... ὁδόν legitur cum legendum sit οὐδόν. *Adorabunt limen*, etc., sicuti etiam II Paral. VI, 34, 38. Non inaudita est apud veteres *liminis adoratio*. Scitum est etiam antiquos ὁ pro integra diphthongo ου primitus scripsisse (ut in nummis Συρακοσίων pro Συρακουσίων, et sexcenta ejusdem modi) quod postmodum descriptoribus fraudi fuisse, non est dubitandum. Dixerit aliquis in modo laudatis Seniorum locis ὁδόν esse retinendum, qua ei Hebraice respondet *derech*, *via* ; cum contra οὐδός respondeat Hebraico *saph*, quod est *limen*. Verum sciendum est, Hebraicum *derech*, cum a calcando veniat, non tantum *viam* significare, sed et pavimentum, et in recitatis locis etiam *limen*, quod statim ab ingredientibus calcatur ; deinde cum Jer. XXXV, 4, φυλάσσοντος τὴν ὁδόν *custodientis viam* pro τὸν οὐδὸν, *custodientis limen* (nam Hebr. est *saph*) meo judicio positum inveniatur ; non video, quin eadem mutatio locis supra depromptis potuerit accidere. Postremo ne tricemur diutius, si grammaticos audiamus, ὁδός *via*, et οὐδός *limen*, unum idemque nomen sunt. Nam et Homero οὐδός pro ὁδός, *via*, usurpatur. Et contra Suidas testatur vocem ὁδός, si tenuetur prima syllaba, significare οὐδόν, id est *limen*, allato Sophoclis loco. Paria in Eustathio reperies, et in Sophoclis *Scholiaste* ad celebrem ejus locum a Suida et Eustathio laudatum. Nec te turbet, quod hæc antiqua et poetacum peculiaria videantur : nam in LXX et Judæis Hellenistis plurima occurruntpartim antiquata, partim Alexandriæ, aut aliarum ignotarum dialectorum peculiaria. » Hactenus V. C. Mazochius.

ART. IV. — *De diversis S. Barnabæ Epistolæ editionibus et versionibus* (Vide *Dissertationem* D. Le Nourry, art. XI, et Gallandium, cap. 6, supra.)

---

## VIII.

(Carolus Josephus HEFELE, *Patrum Apostolicorum Opera*, Tubingæ, 1842, in-8 ; Prolog. p. VII.)

I. Inter S. Pauli socios coadjutores Joses Barnabas eminet, in Cypro natus, genere Judæus et Levita, qui Christiani amoris fervore motus,agrum suum vendidit, pretiumque ante pedes apostolorum posuit (*Act.* IV, 37).

Numero LXX discipulorum Christi eum fuisse ascriptum veteres non absone tradunt (60), eorumque narrationem ad veritatem accedere recentiores non incaute credunt. Cognomen *Barnabæ*, teste S. Scriptura, ab apostolis Nostro impositum, idem esse quod בר כבואה seu *filium orationis inspiratæ*, ex versione S. Lucæ, Act. IV, 36, υἱὸς παρακλήσεως, satis apparet (61). Josen Barnabam a Josepho Barsaba (At. I, 23) non esse distinguendum, et utrumque nomen eamdem denotare personam, nostris temporibus Ullmannus (62) et alii probare studebant aliorum assensu destituti, beneque reclamantibus viris doctissimisDe Wette (63), Olshausen (64) et Winer (65). Plura de vita et laboribus Barnabæ apostolicis nobis tradunt libri sacri :

a) Act. IX, 26, 27. Paulum conversum primus Barnabas circa a. 40 apostolis adhuc illum timentibus, adduxit.

b) Act. XI, 22. Paulo post Barnabas ab apostolis Antiochiam missus est, ut hanc Ecclesiam regeret.

c) Act. XI, 25. Apostolici hujus muneris socium Paulum sibi addidit.

d) Act. XI, 30. Barnabas et Paulus circa a. 44 pecunias Antiochiæ collatas Hierosolyma pertulerunt.

e) Act. XIII et XIV. Ambo annis 45 et 46 p. Ch. nomen Domini prædicantes Cyprum et Asiam Minorem peragrarunt.

f) Act. XV, 2 sq. et Gal. II, 1, 9. Barnabas et Paulus reversi ab Antiochenis, ob seditionem propter Judaistas obortam Hierosolymam missi, concilio apostolorum interfuerunt. A. 50-52.

g) Act. XV, 37 sq. Aliquo tempore præterlapso Barnabas et Paulus secundum iter apostolicum ingredi statuebant, sed dissensione Marci causa oborta Barnabas a Paulo discessit, assumptoque Marco Cyprum navigavit. De fatis ejus subsequentibus liber Actuum apostolorum prorsus silet. Sed..

h) I Cor. IX, 5. 6, edocemur, Barnabam non minus ac Paulum *labore manuum victum quæsivisse* (juxta Vulgatam et nonnullos Patres : *feminam non secum duxisse*).

i) Gal. II, 13. Petri simulationem ob metum Judaistarum Barnabas Antiochiæ imitatus est. a. 32 seu a. 55.

k) Barnabam anno 57 iterum S. Pauli fuisse co-

(60) Clem. Alex., *Strom.* l. II, c. 20, p. 489 ed. Pott. Euseb., *H. E.* I, 12. Epiphan., *Hær.* 20, 4.

(61) De hac re disputavi in libro meo : *Das Sendschreiben des Apostels Barnabas aufs Neue untersucht, übersetzt und erklärt*, etc. Tub. 1840, p. 6-8.

(62) *Studien u. Kritiken*. 1828, p. 377 sqq.

(63) *Kurze Erklärung d. Apostelgesch.*, p. 1 ad I, 23.

(64) *Bibl. Commentar.*, t. II, p. 574.

(65) *Bibl. Realwörterbuch*, s. v. *Joseph Barsabas*. Cf. librum meum *Das Sendschreiben*, etc. p. 9-11.

mitem et ab eo societate Titi ad Corinthios esse missum, Gallandius (66) ex II Cor. VIII, 18 sqq., evincere conatus est. Sed erravit vir doctissimus (67).

I) Anno 62 Marcus, Barnabæ consobrinus et itineris comes, iterum in societate Pauli versabatur (Cfr. Coloss. IV, 10); quo fit, ut Barnabam illo anno jam mortuum fuisse putemus. Idem concludi potest ex I Petr. V, 13, et II Tim. III, 11 : nec minus Alexander, monachus Cyprius (sæc. VI vel IX), Barnabæ laudator, tempus martyrii ejus annis 53-57 assignat (68).

Hæc sunt quæ de vita et fatis Barnabæ comperta habemus. Multas alias easque fabulosas narrationes in libello meo supra citato congestas reperies p. 11-15 et p. 31-47.

II. Barnabæ nostro Epistola tribuitur, Græco sermone conscripta, de cujus authentia adhuc sub judice lis est. Defenderunt eam Ludovicus Elias Dupin (69), Nicolaus Nourrius (70), Gallandius (71), et nostris temporibus Henke (72), Rördam (73) et Franke (74); authentiam Epistolæ impugnaverunt Hugo Menardus (75), Tentzelius (76), Natalis Alexander (77), Remi Ceillier (78), Ittigius (79), Moshemius (80), Lumperus (81), Hugius (82), Ullmannus (83), Neander (84), Mynster (85) et Winer (86). Ipse ego in tertio libri mei capite, p. 147-195, pluribus verbis hanc sententiam tueri conatus sum; paucis nunc disputabo.

a) Antiquissimus authentiæ testis est Clemens Alexandrinus, qui septies Epistolam Barnabæ laudat, quaterque eam *apostolo* Barnabæ tribuit. (*Vide supra, inter veterum testimonia.*)

b) Præceptorem suum secutus est Origenes.

Lib. I *contr. Cels.*, n. 63, t. I, p. 378 ed. BB. : Γέγραπται δὴ ἐν τῇ Βαρνάβα καθολικῇ ἐπιστολῇ· ὅτι ἐξελέξατο τοὺς ἰδίους ἀποστόλους Ἰησοῦς, ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἀνομίαν ἀνομωτέρους. Cap. 5.

*De princ.* III, c. 2, n. 4, t. I. p. 140 : *Eadem quoque Barnabas in Epistola sua declarat, cum duas vias esse dicit, unam lucis, alteram tenebrarum, quibus et præesse certos quosque angelos dicit : viæ quidem lucis angelos Dei, tenebrarum autem viæ angelos Satanæ.* Cap. 18.

Sacris quoque Scripturis Origenes epistolam nostram adnumerasse videtur lib. I *Comment. in Ep. ad Rom.*, 24, t. IV, p. 473 : *Sunt præterea, sicut in multis Scripturæ locis invenimus, etiam utriusque partis, vel utriusque viæ fautores quidam et adjutores angeli.*

Sed neminem latet, cum Clementem, tum Origenem sæpius libros apocryphos et nothos pro genuinis habuisse, ideoque testimonio illorum pro epistolæ nostræ authentia non plenam vim esse tribuendam. Bene Hugius addit Clementem non cum eadem reverentia, quam scriptis vere apostolicis tribuit, de epistola nostra disputare.

c) Eusebium et Hieronymum authentiam Epistolæ nostræ negavisse, multi male credunt.

Legimus quidem in illius *Historia ecclesiastica*, III, 25 : Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου Πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ ἡ ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολή.

Sed Eusebius, epistolam nostram τοῖς νόθοις accensens, improprie hanc vocem usurpavit, et revera non de libris *adulterinis*, sed de ἀντιλεγομένοις, sive *dubiis* libris, et a nonnullis *repudiatis* verba fecit, ut ipse paulo post testatur dicens, Ταῦτα μὲν πάντα (i. e... Acta Pauli Pastor, etc. et Epistola Barnabæ) τῶν ἀντιλεγομένων ἂν εἴη.

Non minus Eusebius in sexto *Historiæ* suæ libro, c. 14, epistolam nostram τοῖς ἀντιλεγομένοις ascribit, docens : Clementem Alexandrinum in libris *Hypotyposeon* omnes libros sacræ Scripturæ enarrasse, ne ἀντιλεγομένοις quidem libris prætermissis, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθὼν· τὴν Ἰούδα, λέγω, καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολὰς, τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. *Auctoritatem* igitur epistolæ, non ejus *authentiam*, Eusebius in dubium vocavit.

Pene eadem dicenda sunt de Hieronymo, scribente : *Barnabas Cyprius, qui et Joseph Levites, cum Paulo gentium apostolus ordinatus, unam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur* (87). Quem in locum scite Pearsonius (88) : *Barnabæ Epistolam fuisse tradit* (Hieronymus), *non ipsi suppositam, aut spuriam ; « ad ædificationem Ecclesiæ » pertinuisse asserit, non itaque hæreticam putavit ;*

(66) *Bibl. vet. PP.*, t. I, Proleg. p. XXXIV.
(67) Cfr. Olshausen, *Commentar.*, t. III, p. 783, et libellum meum supra citatum, p. 23 et 28.
(68) Cfr. libellum meum, p. 231 sqq. et 159.
(69) *Biblioth. des auteurs*, etc., t. I.
(70) *In apparatu ad Bibl. Max. PP.*, t. I, diss. III.
(71) *Bibl. vet. PP.*, t. I, Proleg. p. XXIX sqq.
(72) *De epistolæ quæ Barnabæ tribuitur authentia.* Jen. 1827.
(73) *Comment. de authentia Ep. Barnabæ.* Hafniæ, 1828.
(74) In *Guerike et Rudelbach Zeitschrift für luth. Theol.*, 1840, fasc. 2.
(75) In Epistolæ nostræ editione.
(76) Apud Fabric., *Bibl. eccles.*, p. 42, § 10.
(77) *Hist. eccles.*, sæc. I, c. 12, art. 8.
(78) *Histoire générale des auteurs*, etc. t. I, p. 498 sqq.
(79) In selectis capitibus *Historiæ eccl.*, sæc. I, t. I, p. 20.
(80) *Commentar. de rebus Christ. Const. M.*, p. 461.
(81) *Historia theol. critica*, t. I, p. 150.
(82) *Zeitschrift für das Ertzbisthum Freiburg.* Fasc. 2, p. 132; fasc. 3. p. 208 sqq.
(83) *Studien u. Kritiken*, t. I, p. 381.
(84) *Kirchengesch*, t. I, 3, p. 733.
(85) *Studien und Kritiken*, II, 323.
(86) *Bibl. Realwörterbuch*, s. v. *Barnabas.*
(87) *Catal. script. eccles.*, c. 6.
(88) *Vindic. Ignat.*, p. I, c. 4, p. 289. Cfr. Galland., c., p. XXX.

« lectam *tamen* inter apocryphas Scripturas » *docet nec ab Ecclesia repudiatam innuit.* Apocryphi autem libri tum ii vocantur, qui authentici quidem, sed ab auctoritate canonica remoti, et in sacrarum Scripturarum canone non repositi sunt; tum ii, qui non sunt eorum, quorum titulis prænotantur (ψευδεπίγραφα). Hieronymum priori sensu Barnabæ epistolam apocryphan appellasse patet, cum eam Barnabæ quidem ascribat, et nihilominus inter apocryphas Scripturas eam lectam esse contendat.

Testimonia igitur scriptorum antiquorum authentiæ Epistolæ favere nemo negabit. Nihilominus non levibus moti argumentis eam apostolico viro abjudicandam censemus.

1. Si Epistola nostra ab antiquis pro authentica fuisset reputata, certe inter libros canonicos ea legeretur; sicut Augustinus de apocryphis Andreæ et Joannis dicit : *Si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia* (89).

2. Epistolam nostram *post* eversionem Hierosolymæ exaratam esse, ex cap. 16 facile conjicitur. Sed supra lit. I vidimus, Barnabam sine dubio tunc temporis non amplius in vivis degisse.

3. Capite 5 apostoli ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομώτεροι vocantur. Talia Barnabam, apostolorum socium, dixisse vix putem. Ista autem hyperbola multo magis secundi sæculi rhetorem prodit.

4. Quæ capite 10 incredibilia de lepore, hyæna, etc., proferuntur, magis nugatorem allegorizantem, quam apostolorum redolent.

5. Barnabas, qui provincias Asiæ Minoris peragraverat, multosque annos Antiochiæ in Syria vixerat, bene compertum habere debuit, falsum id esse, quod capite 9 affirmatur, omnes idolorum sacerdotes Syrosque omnes esse circumcisos.

6. Innumeræ allegoriæ nugatoriæ, præsertim c. 5 — 11, ab illo non possunt esse conscriptæ, qui propter eloquentiæ ardorem ab apostolis בר כבואה est appellatus.

7. Quoad sacros Judæorum ritus falsa quædam in epistola nostra c. 7 et 8 leguntur, quæ *Levitam* Barnabam, qui diutius Hierosolymis vixerat, auctorem habere non possunt.

8. Epistola nostra injuste de Judaismo disputat, circumcisionem carnis superstitiosam esse pronuntiat (c. 9), Sabbatum vituperat (c. 15), leges Mosis a Judæis non ad litteram intelligendas fuisse contendit (c. 10), et œconomiam Veteris Testamenti non Evangelio demum, sed jam illo die, quo Moses tabulas legis de manibus projecit, abolitam esse, Judæosque tunc testamentum in perpetuum perdidisse docet (c. 4 et 14). Cuncta hæc non a Barnaba exspectes, qui, ut fideles e gentibus et e Judæis componeret, Antiochiam est missus; sed secundum sæculum talia sapiunt, similemque contra Judaismum fervorem in epistola ad Diognetum reperies.

III. Revera primis sæculi secundi temporibus 107-120 Epistolam nostram exaratam esse putem.

1. Post eversionem templi Hierosolymitani eam scriptam esse, ex capite 16 satis liquet. Sic enim ibi : Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτὸς καθηρέθη (ὁ ναὸς) ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν· νῦν κ. τ. λ. Qui aliter quam nos distinguunt, et τὸ νῦν nomini ἐχθρῶν jungunt, statim post annum 70 p. Ch.n. has litteras datas esse contendunt (90).

2. Primis sæculi secundi temporibus, Judaistæ, Ecclesiam in periculum vocantes, eodem ferventi modo impugnabantur a S. Ignatio Antiocheno et ab auctore epistolæ ad Diognetum.

3. Non ante sæculum secundum Christiani Sabbatum celebrare desierunt; quod jam evenisse, epistola nostra docet c. 15.

4. Auctor Epistolæ nostræ contra eosdem hæreticos, Judaistas et Docetas, verba facit, quos S. Ignatius vituperat. Ut hic, ita et Noster *incarnationem* Christi contra Docetas (c. 5 et 6) prædicare conatus est.

5. Theologumena multa Epistolæ nostræ, præsertim quoad typologiam, simillima sunt doctrinæ S. Justini et Tertulliani, i. e. scriptorum sæculi secundi.

6. In omnibus codicibus antiquis Epistola Barnabæ *postposita* est epistolæ Polycarpi, fortasse quia junior, certe non multo antiquior putabatur.

7. Non ita multo post annum 120 Epistolam nostram conscriptam esse.

α) ex capite 16 patet, ubi de eversione Hierosolymæ ita disseritur, ut palam sit Æliam Capitolinam nondum ab Adriano fuisse exstructam.

β) Post annum 137, secundo bello Judaico finito, nullum amplius Judaistarum periculum adesse poterat. Denique.

γ) Celsus jam circa annum 150-160 ex Epistolæ nostræ cap. 5 (ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομώτεροι) convicia contra apostolos hausisse videtur (91).

IV. Quibusnam lectoribus Epistola fuerit destinata, nullibi, deficiente pleniore salutationis formula, claris verbis expressum est. Origenes epistolam nostram *catholicam* nominat, sed ex capite primo et fine noni patet, ad *certos* quosdam fideles, *arctiori* vinculo auctori junctos, litteras has fuisse datas. Argumentum primæ partis epistolæ et totius demonstrationis methodus certiores nos faciunt, auctorem ad *fideles e Judæis*, sine dubio Hellenistas, instante periculo Judaistarum verba fecisse. Danielem Schenkel Basileensem, certiora de lectoribus proferentem, temere id egisse, alibi demonstravimus (92).

(89) *Contr. adversarium Legis et Prophetarum*, I, 20.

(90) Galland., l. c., p. XXXIII.

(91) Origen. *c. Cels.*, n. 63, t. I, p. 378.

(92) In libello : *Das sendschreiben d. A. Barnabas*, etc., p. 132 sq.

V. Idem vir doctus, Daniel Schenkel (93), ut litem de authentia Epistolæ componeret, probare conatus est Epistolam Barnabæ genuinam quidem esse, sed non integram, omnesque ejus partes, viris doctis displicentes, a therapeuta quodam, Christianorum sacra secuto, originem traxisse, qui mystica sua sapientia viri apostolici litteras augere sit ausus. Nos contra alibi integritatem Epistolæ defendere studuimus (94). Paucis nunc rem absolvam.

1. *Secunda* seu parænetica pars Epistolæ, c. 18 — 21, quæ jam ante Schenkelium a pluribus in dubium vocabatur, quippe quæ in veteri versione Latina non exstet,

α) jam ab antiquissimis illis scriptoribus, qui primi Epistolæ mentionem faciebant, Clemente et Origene, lecta est, et laudata et citata.

β) Eadem in omnibus, quos habemus, Græcis codicibus exstat.

γ) Non minus in stichometriis veterum pars hæc secunda numerabatur.

δ) Sancti Pauli quoque Epistolæ parti didacticæ alteram partem paræneticam adjungunt.

ε) In parte secunda de duabus viis disseritur, quarum jam in parte prima cap. 4 et 6 mentio fuerat facta.

ζ) Styli diversitatem ex diversa utriusque partis indole ortam esse facile perspicimus.

2. *Prima* quoque Epistolæ pars integra et ab interpolationibus libera est reputanda.

α) Singula enim capita unius argumenti sunt partes, eumque habent finem, ut demonstretur, Judaismum esse abolitum, novæque eum œconomiæ salutis cessisse, quam typis præmonstrare, jam ab initio, Judaismi munus erat.

β) Falsum est, quod Schenkelius contendit, caput sextum non cum septimo, sed demum cum tertio decimo, orationis nexu esse conjunctum. Ea enim capita, quæ Schenkelius delenda putat, c. 7 — 12 incl., nil aliud, nisi continuationem antecedentis demonstrationis, novam œconomiam a Judaismo typis fuisse præmonstrandam, continent.

γ) Duo alia quoque capita, 15 et 16, quæ Schenkelio displicent, minime sunt rejicienda, quippe quæ ad demonstrationem necesse pertineant. Quod si enim abolitio Judaismi fuerat demonstranda, etiam de abrogatione *Sabbati* (c. 15) et *templi* (c. 16) verba facienda erant.

δ) Capita Schenkelio displicentia non aliter de Veteri Testamento disputant, ac ea quæ pro genuinis sunt reputata. Ubique idem fervor contra Judaismum nobis occurrit.

ε) Perperam Schenkelius affirmat, de Novo quoque Testamento contraria doceri in diversis capitibus.

ζ) Jam Clemens Alexandrinus, qui primus Epistolæ nostræ meminit, capita ista displicentia legit et laudavit, et ne minimum quidem interpolationis testimonium ullibi exstat.

VI. De doctrina Barnabæ cfr. libellum meum : *Das Sendschreiben d. A. Barnabas*, etc., p. 242 — 262. De eadem re disputarunt Franke, in *Rudelbach.* et Guericke ; *Zeitschrift fur luth. Theol.*, etc., 1840, Fasc. II, et van Gilse, Heyns et Junius in tribus commentatibus de theologia Patrum apostolicorum morali, ab Academia Lugduno-Batava 1833 præmio ornatis.

VII. Post Nicephorum patriarcham Constantinopolitanum († 828) et auctorem antiquæ cujusdam Stichometriæ, a Cotelerio pulicatæ, usque ad sæculum XVII nemo Epistolæ nostræ notitiam habuisse videtur.

Primus iterum eam, epistolæ Polycarpi conjunctam, Jacobus Sirmondus S. J. in codice Turriano detegebat. Paulo post in aliis tribus codicibus, Bibliothecæ Vaticanæ, cardinalis Columnæ et Andreæ Schotti S. J., eadem Epistola reperiebatur. Hugo autem Menardus, e congregatione S. Mauri, antiquam Epistolæ versionem Latinam in codice Corbeiensi ante sæc. IX) invenerat. Apographon codicis Schottiani et veteris illius versionis Latinæ Claudius Salmasius Isaaco Vossio, Vossius Usserio tradidit. Quo facto Jacobus Usserius, Armachanus, Hiberniæ primas, a 1643 Oxonii Epistolam Barnabæ prelo subjecit. Sed ingens incendium, quod non exiguam partem urbis Oxoniensis vastavit, omnia quoque exemplaria absumpsit.

Quo autem ferme tempore Usserius suam præparabat editionem, de ipsa Epistola Parisiis evulganda cogitabat Hugo Menardus, monachus Benedictinus. Ipso mortuo 1644, Lucas Dacherius, ejusdem congregationis, Menardi editionem 1645 in lucem emisit, textui Turriano versione Corbeiensi adjecta.

Emendatiorem Barnabæ Epistolam 1646 Amstelodami edidit Isaacus Vossius, pluribus aliis codicibus usus, Florentino, Vaticano et Romano Theatinorum. Plures deinde secutæ sunt editiones, præsertim Cotelerii, Russelii et Gallandii, quam posteriorem nos præcipue ducem habuimus, non pedisequi instar eam secuti.

VIII. Notandum denique, in omnibus Græcis codicibus deesse capita 1-4 inclus. et dimidium quinti.

(93) In Ullmanni. etc. : *Studien und Krit.*, 1837, 652-686.

(94) *Tubing. Theolog. Quartalschrift.* 1839, I, p. 60 sqq. et in libello meo supra citato, p. 196 sqq.

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΒΑΡΝΑΒΑ

## ΤΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑΘΟΛΙΚΗ

—

# SANCTI BARNABÆ

## APOSTOLI

## EPISTOLA CATHOLICA

(GALLAND., *Vet. Patr. Bibliot.*, I, 115; HEFELE, *Patr. apostolic. Opera.* Tubingæ 1842, in-8, p. 1. Initium hujus Epistolæ antiquæ versioni Latinæ codicis Corbeiensis (ante sæc. IX) debemus, cum desint in textu Græco quatuor prima capita cum quinti dimidio. Hanc versionem antiquam, quæ textus Græci lacunam supplet, ex Gallando mutuamur; ubi autem incipit textus Græcus, quem comitatur versio Cotelerii, editionem cl. viri Hefelii sequimur subjecta pressioribus typis veteris interpretationis continuatione. EDIT.)

—

### I. *Salutatio Barnabæ ad fratres.*

Avete, filii et filiæ (1), in nomine Domini nostri Jesu Christi qui nos (2) dilexit, in pace (3). Magnarum et honestarum Dei æquitate (4) abundantiam sciens esse in vobis, supra modum exhilaror beatis et præclaris spiritibus vestris : quod sic naturalem gratiam (5) accepistis. Propter quod plurimum gratulor (6) mihi, sperans liberari ; quia vere video in vobis infusum spiritum ab honesto (7) fonte Dei. Cum persuasum mihi sit hoc, et plenius (8) sciam, quia dum ad vos alloquor, multa mihi bona successerunt in via æquitatis Domini. Ideo, fratres (9) et ego cogito diligere vos super animam : quia magnitudo fidei et dilectio habitat in illo, et spes vitæ illius. Cogitans ergo hoc (quasi (10) curæ mihi fuerit, ut vobiscum partiar ex eo (11) quod accepi) futurum mihi talibus spiritu servienti (12) hoc in mercede ; appropiavi (13) pauca vobis mittere, ut fidem vestram consummatam habeatis, et scientiam.

VARIORUM NOTÆ.

(1) *Avete, filii et filiæ.* — *Avete.* Sic a Vulg. interp. vertitur χαίρετε Matth. XXVIII, 9. ANONYM. — *Filii et filiæ.* Ita fideles appellat, quos per Evangelium genuit : et hic stylus apostolicus est. I Cor. IV, 14, 17. Gal. IV, 19. I Joan. II, 1 MEN.

(2) *Nos. Vos.* Usserius. FELL.

(3) *In pace Magnarum*, etc. Mallem sic constitui : *in pace magna. Rerum honestarum Dei æquitate abundantiam*, etc. ANONYM.

(4) *Æquitate.* Sic ms. At Felli editio Oxon. *æquitatum.* — Forte *qualitatum*, id est δικαιωμάτων. Vide Rom. V, 17. ANONYM.

(5) *Naturalem gratiam.* Naturalis gratia est firma, altius radicata, et plantata in anima justi. Sic infra cap. IX, Vet. interp. reddit τὴν ἔμφυτον δωρεάν, *naturale donum.* MEN. — Imitatio Jac. I, 21. Δέξασθε τὸν ἔμφυτον λόγον. ANONYM.

(6) *Plurimum gratulor... quia video.* Iis consona, quæ de Barnaba habentur Act. XI, 23. *Qui quum perveni set* (Antiochiam), *et vidisset gratiam Dei, gavisus est*, etc.

(7) *A honesto.* Scilicet egregio. Glossæ veteres : *Honestus, egregius* : ἀξιόλογος. MEN.

(8) *Plenius.* Sic Felli edit. Oxon. Sic etiam legendum jubet Menardus. At ms. cum editt. *plenus.*

(9) *Fratres.* Ita edit. Hxon. Al. cum ms. *fors.* — Vossius quoque legit *fratres*, quasi per compendium fuerit scriptum *fras* : quod exscriptor non intelligens, mutavit in *fors* ; quæ vox quidem Latina est, sed caret hic sensu. CLER.

(10) *Quasi.* Forte, *quia si.*

(11) Clemens Alex. Στρωμ. lib. II, cap. 6, p. 445, edit. Oxon. h. l. laudat : Εἰκότως οὖν ὁ ἀπόστολος Βαρνάβας· Ἀφ' οὗ, φησὶν, ἔλαβον μέρους ἐσπούδασα κατὰ μικρὸν ὑμῖν πέμψαι· ἵνα μετὰ τῆς πίστεως ὑμῶν, τελείαν ἔχητε καὶ τὴν γνῶσιν.

(12) *Spiritu servienti.* Sequor Fellum in edit. Oxon. ad mentem Menardi. Sic et Potterus ad Clem. Alex. locum mox describendum. Al. cum ms. *spiritus servientes.* Usserius, *spiritibus.*

(13) *Appropiavi.* Imo *approperavi.* Vide II Tim. IV, 8; 21, Tit. III, 12 ubi σπούδασον a Vulg. int. vertitur *festina*, Gloss. vet. Σπουδάζω, *festino, propero.* CLER.

Tres sunt ergo constitutiones Domini, vitæ spes, initium et consummatio. Propalavit enim Dominus per prophetas, quæ (14) præterierunt; et futurorum dedit nobis initia scire. Sicut ergo locutus est, honestius et altius accedere (15) ad aram illius. Ego autem non tanquam doctor (16), sed unus ex vobis, demonstrabo pauca, per quæ in plurimis lætiores sitis (17).

II. *Sacrificia Judaica abolita sunt.*

Cum sint ergo dies nequissimi (18), et contrarius (19) habeat hujus sæculi potestatem,debemus attendentes inquirere æquitates Domini.(20) Fidei ergo nostræ adjutores (21),timor et sustinentia: quæ autem nobiscum pugnant, patientia est et continentia. Hæc cum apud Dominum permanent casta (22), collætantur illis sapientia et intellectus (23).

Adaperuit enim nobis per omnes prophetas,quia non utitur nostris hostiis,neque victimis,neque oblationibus, hæc dicens : *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum holocaustomatibus arietum,et pinguaminibus agnorum : et sanguinem hircorum et taurorum nolo ; nec si veniatis videri mihi* (24). *Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris? calcare aulam meam non adjicietis. Si attuleritis mihi similaginem, vanum : supplicamentum exsecratios mihi est. Neomenias vestras et diem magnum* (25-26) *non sustineo* : *jejunium, et ferias* (27), *et dies festos vestros odit anima mea* [1]. Hæc ergo vacua fecit, ut nova lex Domini nostri Jesu Christi, quæ sine jugo necessitatis (28) est, humanam habeat oblationem. Dicit Dominus iterum ad illos : *Nunquid ego præcepi parentibus vestris, cum exierunt de terra Ægypti, ut offerrent mihi hostias et victimas* [2]*? Sed hoc præcopi illis, dicens : Unusquisque vestrum adversus proximum non habeat malitiam ; et juramentum mendum* (29) *non habet* [3] (30). Intelligere ergo debemus, cum non simus sine intellectu,consilium benignitatis Patris nostri : quia nobis dicit, volens nos similiter errantes quærere, quemadmodum ad illum accedamus ; nobis enim dicit : *Sacrificium Deo cor contribulatum ; et humiliatum Deus non despicit* [4]. Certius ergo inquirere debemus, fratres, de nostra salute, ut ne quando habeat (31) introitum in nobis, et evertat nos a vita (32) nostra.

III. *Jejunia Judæorum non sunt vera nec Deo accepta.*

Dicit ergo iterum de his ad illos : *Utquid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox vestra in clamore? Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, ut quis humiliet animam suam sine causa. Neque si curvaveris quasi*

[1] Isa. I, 11-14. [2] Jer. VII, 22, 23. [3] Zach. VIII, 17. [4] Psal. L, 19.

VARIORUM NOTÆ.

(14) *Quæ*. Ita edit. Oxon. quam sequitur Wakius in sua Anglica versione. Al. cum ms. *qui*.

(15) *Accedere*. Menardus, *accedite*. Fellus litteris miniatis præmittit, *oportet*. « Sed in præceptis, inquit Clericus, passim ante infinitivum δεῖ subauditur. »

(16) *Non tanquam doctor*. Respexit forte ad illud Matth. XXIII, 8 : *Vos autem nolite vocari Rabbi : unus est enim Magister vester ; omnes autem vos fratres estis*. Et ibid., 10 : *Nec vocemini magistri : quia magister vester, unus est Christus*.Vide quoque Jac. III, 1. Sic in eamdem sententiam infra cap.IV: *Hoc rogo vos tanquam unus ex vobis*.

(17) *In plurimis lætiores sitis*. Ita I Joan. I, 4 : *Et hæc scribimus vobis ut gaudeatis, et gaudium vestrum sit plenum*.MEN.—Sic in calce hujus Epist., εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς. FELL.

(18 *Cum sint dies nequissimi*. Ita Paulus Ephes. V, 16, *quoniam dies mali sunt*. MEN.

(19) *Contrarius*. Id est Satan. Glossarium vetus ms. : *Satan,adversarius,contrarius*.Quæ subduntur, *Habeat hujus sæculi potestatem*, respondent Joan. XII, 31 ; XIV, 30 ; XVI, 11 : *Princeps hujus mundi* ; et Ephes. VI, 12 : *Sed adversus principes et potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum*. MEN.

(20) Clemens Alex. l. c. : Τῆς μὲν οὖν πίστεως ἡμῶν εἰσιν οἱ συλλήπτορες, φόβος καὶ ὑπομονή· τὰ δὲ συμμαχοῦντα ἡμῖν, μακροθυμία καὶ ἐγκράτεια. Τούτων οὖν, τὰ πρὸς τὸν Κύριον, μενόντων ἀγνῶς, συνευφραίνονται αὐτοῖς σοφία, σύνεσις, ἐπιστήμη, γνῶσις. — Vocem συλλήπτορες ita explicat Hesychius : Συλλήπτορα,συναγωνιστήν. id est adjutorem. Et in Glossis veteribus : Σύλληψις, βοήθεια, *opitulatio*. MEN.

(21) *Adjutores*. Ms. cum editt. *adjutor est* ; si Fellum excipias, apud quem, *adjutores sunt*, ex Clem. Alex. Jamque Menardus statuerat, expuncto verbo substantivo, legendum uno verbo, *adjutores*.

(22) *Casta. Integra*. MEN. — *Caste*. COT.

(23) *Intellectus*. Addit Fellus litteris miniatis, *scientia, cognitio* ; quas duos voces putat veterem interpretem præteriisse, cum exstent apud Clem. Alex.

(24) *Videri mihi*. Ita edit. Oxon. Al. cum ms. *videre mihi*. — Lege *videri*, ut apud Tertull. lib. *adversus Judæos* cap. 5, pag. 608 : *Nec si veniatis videri mihi*. Juxta LXX : Οὐδ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι : id est, nec si veniatis apparere mihi. *Videri mihi* est *videri a me*, phrasis Græca. MEN.— Videsis Cl. Sabatierii *Bibl. sac. Lat. Vers. ant.* ad Isa II, 11.

(25-26) *Neomenias vestras et diem magnum*. Editt. Clerici et Russelii, post *Neomenias vestras*, addunt *et Sabbata*. Habent quidem LXX : καὶ τὰ Σάββατα. Habent et Tertullianus, et Hieronymus, aliique apud Sabatierum l. c. At ea non agnoscit vetus Barnabæ interpres, neque in prima Menardi Paris. edit. neque in altera Felli Oxon.

(27) *Ferias*. Apud LXX : ἀργίαν, *otium*. Sed interpres legisse videtur ἀργίας, ferias. MEN.

(28) *Sine jugo necessitatis*. Non astricta legi Mosaicæ. Ζυγῷ δουλείας, *jugo servitutis*. Gal. V, 1. MEN.

(29) *Mendum*. Cave hoc mutes cum Menardo et Oxoniensibus,in *mendax* : est enim prisca vox Latina,ut docet Charisius lib.I : *Mendum* in mendacii significatione dicitur ; *menda*, in culpa operis aut corporis. Hinc factum *mendax*. CLER.

(30) *Habet* Leg. Menardus, *habeat*. Sicque edidit Fellus. Eorte *amet*., sicut Zach. VIII, 17 : *Juramentum mendax ne diligatis*.

(31) *Habeat*. Videtur deesse vocabulum, *Satan*, vel *Contrarius*, vel quid simile, ante *habeat*. MEN.

(32) *Vita* Oxon. conjicit *via*. Sed non opus est : nam *vita* est pro vitæ instituto. CLER.

*circulum collum tuum, et sacco te circumdederis, et cinerem straveris : nec sic celebrabis jejunium acceptum* [5]. Ad nos autem sic dicit : *Cum jejunaveris* (33), *volve omnem nodum injustitiæ, et omnem consignationem iniquam dele* (34), *resolve suffocationes impotentium commerciorum* (35), *dimitte quassatos in remissionem, et omnem cautionem malignam dissipa. Frange esurienti panem tuum, et egenos sine tecto induc in domum tuam : cum videris nudum, vesti ; et domesticos seminis tui non despicies* (36). *Tunc erumpet temporaneum* (37) *lumen tuum, et vestimenta tua* (38) *cito orientur* (39) *: et præibit ante te justitia, et claritas Dei circumdabit te. Tunc exclamas* (40), *et Deus exaudiet te : cum adhuc loqueris, dicet : Ecce adsum ; si abstuleris a te nodum et suadelam malorum* (41), *et verbum murmurationis ; et dederis esurienti panem ex animo* [6]. In hoc ergo, fratres, providens est misericors Deus, quia in simplicitate crediturus esset populus, quem comparavit dilecto suo ; atque ante ostendit omnibus nobis, ut non incurramus tanquam proselyti ad illorum legem.

IV. *Antichristus ante portas, ergo fugiamus errores judaizantium et opera malæ viæ.*

Oportet ergo de histantibus (42) multum scrutantes scribere, quæ nos (43) possint sanare. Fugiamus ergo ab omni opere iniquitatis, et odio habeamus errorem hujus temporis,ut futuro diligamur (44).Non demus (45) animæ nostræ spatium,ut possit habere potestatem discurrendi cum nequissimis et peccatoribus ; ne quando similemus (46) illis.*Consummata enim tentatio*,sicut scriptum est (47),sicut Daniel dicit, *appropinquavit* [7].Propter hoc enim Dominus intercidit (48) tempora et dies,ut acceleret dilectus (49) illius ad hæreditatem suam.Dicit sic propheta : *Regna* (50) *in terris decem regnabunt, et resurget retro pusillus, qui deponet tres in unum* [8]. De regnis similiter. De hoc ipso dicit iterum Daniel : *Et vidi quartam bestiam, nequam et fortem, et sæviorem cæteris bestiis marinis : et apparuerunt illi decem cornua : et ascendit aliud cornu breve in medio illorum ; et dejecit cornua tria de majoribus cornibus* [9]. Intelligere ergo debemus. Adhuc et hoc rogo vos tanquam unus ex vobis, omnes amans super animam meam, ut attendatis vobis et non similetis eis qui peccata sua congerunt, et dicunt : Quia testamentum illorum, et non nostrum est (51). Nostrum est autem, quia illi in perpetuum perdiderunt illud quod Moyses accepit. Dicit enim

[5] Isa. LVIII, 4, 5. [6] Isa. LVIII, 6-10. [7] Dan. IX, 24-27. [8] Dan. VII, 24. [9] Dan. VII, 7-8.

## VARIORUM NOTÆ.

(33) *Jejunaveris.* Sic Fellus. Al. cum ms. *jejunaveritis.*

(34) ***Et omnem consignationem iniquam dele.*** Ite legari debent ista ad marginem, unde in textum induxit ea nescio quis : sunt quippe alia versio verborum, πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα, quæ heic redduntur, *Et omnem cautionem malignam dissipa* : a Cypriano autem lib. *De Orat. Domin.* ante finem et lib. III *Ad Quirinum* cap. I : *Et omnem consignationem injustam dissipa.* Cot.

(35) *Impotentium commerciorum. Impotentium*, id est violentorum. *Commerciorum*,in textu Græco, συναλλαγμάτων. nam συνάλλαγμα est *commercium.* Glossæ veteres : συνάλλαγμα, *commercium.* Men.

(36) *Et domesticos seminis tui non despicies.* Juxta LXX. At Vulg. juxta textum Heb., *Et carnem tuam ne despexeris.* Sed sensus idem esse videtur : nam *domestici seminis tui*, sunt homines ejusdem tecum naturæ et carnis. Id.

(37) *Temporaneum.* Ita apud Tertullianum, lib. *De resurr. carnis.* In textu Græco πρώϊμον juxta textum Heb., id est, *matutinum.* Id.

(38) *Vestimenta tua.* Apud LXX. Juxta textum Hebraicum legitur ἰάματα, *sanitates ;* pro quo quidam legerunt, ἱμάτια, *vestimenta*, ut notat S. Hieronymus. Hinc factum est, ut interpres Barnabæ verterit, *vestimenta* : quod vocabulum sumpsit pro carne Tertullianus, lib. *De res. carnis.* Men. — Sic legit quoque interpres qui versionem antiquam ab Irenæo, Tertulliano et Cypriano receptam adornavit. Fell.

(39) *Orientur.* Sic leg. Menardus : sicque edidit Fellus. Al. cum ms. *oriuntur.*

(40) *Exclamas.* Lege, *exclamabis*, ut agud S. Cyprianum lib. III *De testimoniis.* Men.

(41) *Suadelam malorum.* Χειροτονία apud LXX redditur hic *suadela*,quia perorantes extensa manu verba faciebant. Fell.— Opinari quis posset interpretem nostrum scripsisse, *suadelam manuum.* Quæ conjectura non est Menardi, ut fertur apud Clericum, sed Ed. Bernardi.

(42) *De histantibus.* Volo, *de his statibus :* περὶ τούτων καταστάσεων. Bern. — Al. *de his tantis*, vel *instantibus.* Lectio *de his talibus*, περὶ τοιούτων, Fello videtur aliquanto commodior. Usserius vero legebat : *Oportet ergo non de instantibus multum scrutantes scribere vobis, quæ non possint sanare.* Porro quænam has inter lectiones sit seligenda, suadet ipsemet vetus Interpres, apud quem infra cap. XVII, sic legas : *Si enim de instantibus ac futuris scribam vobis.*

(43) *Nos.* Ita edit. Oxon. Al. ms. *non.*

(44) *Futuro diligamur.* Eellus in edit. Oxon. ex conjectura Usserii, *futura diligamus.* Sic legit et Menardus.

(45) *Demus.* Usser. *debemus.* Fell.

(46) *Similemus.* Sic et paulo post, *similetis :* verbum neutraliter sumitur. Men.

(47) *Sicut scriptum est.* etc. Usserius, *de qua scriptum est, sicut Daniel dicit.*Fellus autem sic : *Sicut scriptum est a Daniele.*

(48) *Intercidit.* Ms. *interdicit.* Hæc respiciunt Matth. XXIV, 22. Vide Isa. X, 23 ; et Malach. III, 1. Fell.

(49) *Dilectus.* Usser. *dilectos.* Fell.

(50) *Regna.*Ita LXX:βασιλεῖαι.At Hebr.ut in Vulg., *reges.* Men.

(51) *Et non nostrum est.* Editi ad unum omnes : *Et nostrum est.*Locum mutilum adeoque corruptum esse agnovit Cl. Marianus in notis ad *S. Justini M. Cohort. ad Græc.* cap. 13, p. 17. Itaque illum sic restituit : *Dicunt quia Testamentum illorum, et non nostrum est.* Hanc autem emendationem insinuat cum hujusce capitis contextus,tum in primis ipsemet S. Barnabas infra cap. XIII : Ἴδωμεν... εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς, ἢ εἰς ἐκείνους, *Videamus..... utrum*

Scriptura : *Et fuit Moyses in monte jejunans quadraginta diebus, et quadraginta noctibus : et accepit testamentum a Domino, tabulas lapideas scriptas manu Dei* [10]. Sed conversi in idola, perdiderunt illud : dicit enim Dominus Moysi : *Moyses, descende celerius, quia præteriit legem populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti* [11]. *Et projecit Moyses tabulas lapideas de manibus suis* [12] : et confractum est testamentum eorum ; ut dilectio Jesu consignetur in præcordiis vestris, in spem fidei, illius. Propter quod attendamus novissimis diebus. Nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ nostræ et fidei, si non odio (52) iniquum et futuras tentatienes habeamus ; sicut dicit Filius Dei : *Resistamus* (53) *omni iniquitati, et odio habeamus eam.* Ergo considerate opera malæ viæ. Non separatim debetis seducere vos tanquam justificati ; sed in unum convenientes (54) inquirite, quod communiter dilectis conveniat et prosit. Dicit enim Scriptura : *Væ illis, qui sibi intelligunt, et apud se docti videntur* [13]. Simus spirituales, simus templum (55), consummatum Deo ; in quantum est in nobis, meditemur timorem Dei (56), et custodiamus mandata illius (57).

Dominus non accepta persona judicat mundum. Unusquisque secundum quæ facit accipit (58) : si fuerit bonus, bonitas eum antecedit ; si nequam, merces nequitiæ eum sequitur. Attendite, ne (59) quando quiescentes jam vocati addormiamus in peccatis nostris ; et nequam accipiens potestatem nostram, suscitet (60) et excludat a regno Domini. Adhuc et illud intelligite, cum videritis (61) tanta signa et monstra in populo Judæorum, et sic (62) illos derelinquit Dominus. Attendamus ergo, ne forte, sicut scriptura est, *multi vocati, pauci electi,* inveniamur [14].

V. *Novum fœdus, passione Christi fundatum, est nobis ad salutem, Judæis ad interitum.*

Propter hoc Dominus sustinuit tradere corpus suum in exterminium, ut remissione peccatorum sanctificemur, quod est sparsione sanguinis illius (63). Scriptum est (64) enim de illo, quædam ad populum Judæorum, quædam ad nos. Dicit autem sic : *Vulneratus est propter iniquitates nostras, et vexatus est propter peccata nostra : sanguine* (65) *illius sancti sumus. Tanquam ovis ad victimam adductus est : et sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum* [15]. Supergratulari ergo debemus Domino, quia et præterita nobis ostendit, et sapientes fecit ; et de futuris non sumus sine intellectu. Dicit autem : *Non injuste tenduntur retia avibus* [16]. Hoc dicit, quia juste periet (66) homo habens viam veritatis, scientiam (67), et se

[10] Exod. xxxiv, 28. [11] Exod. xxxii, 7. et Deut. ix, 12. [12] Exod. xxxii, 19. [13] Isa. v, 21. [14] Matth. xx, 16 ; xxii, 14. [15] Isa liii, 5, 7. [16] Prov. i, 17.

## VARIORUM NOTÆ.

*Testamentum ad nos, an ad illos pertinent.* Quam quidem Barnabæ sententiam S. Justinius l. c. his verbis illustrat : Εἰ δὲ τις φάσκοι τῶν προχείρως ἀντιλέγειν εἰθισμένων, μὴ ἡμῖν τὰς βίβλους ταύτας, ἀλλὰ Ἰουδαίοις προσήκειν, διὰ τὸ ἔτι καὶ νῦν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν σώζεσθαι, καὶ μάτην ἡμᾶς ἐκ τούτων φάσκειν τὴν θεοσέβειαν μεμαθηκέναι λέγοι· γνώτω ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς βίβλοις γεγραμμένων, ὅτι οὐκ αὐτοῖς, ἀλλ' ἡμῖν ἡ ἐκ τούτων διαφέρει διδασκαλία. *Quod si quis ex iis qui libenter contradicere solent, non nostros hos libros, sed Judæorum proprios esse dicat, eo quod etiamnum in eorum synagogis asserventur, ac frustra religionem his libris acceptam a nobis referri : noverit ille ex iis ipsis quæ his in libris scripta sunt, non Judæorum, sed nostram esse horum librorum doctrinæ possessionem.* Nimirum contendebant Judæi, suum esse, non Christianorum, Vetus Testamentum. Quos ergo hic refellit S. Barnabas. Hac de re quoque Eusebium consule *Demonstr. evang.*, lib. i, cap. 6.

(52) *Non odio.* Ms. *non modo.* Usser. *non modo animum.* Fell.

(53) *Resistamus.* etc. Hanc Christi sententiam in toto Evangelio non repereris : sed Barnabas eam audivit ab ipso Christo, aut ab aliquo discipulo : qualis est hæc Pauli sententia, Act. xv, 35 : *Et meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit : Beatius est magis dare, quam accipere.* Men.

(54) *In unum convenientes.* His similia Hebr. x, 24, 25. Fell.

(55) *Simus templum.* S. Paulus hac loquendi formula sæpe utitur, I Cor. iii, 16, 17 ; vi, 19. II Cor. vi, 16 ; Ephes. ii, 21 ; II Thess. ii, 4. Fell.

(56) *Meditemur timorem Dei.* Juxta illud Isa. xxxiii, 18 : *Cor tum meditabitur timorem.* Men.

(57) Hunc locum laudat Clemens Alex. Στρωμ., lib. ii, cap. 7, pag. 447 : Καὶ Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος, « Οὗοι οἱ συνετοὶ παρ' ἑαυτοῖς, καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες, » προστάξας, ἐπήγαγεν· « Πνευματικοὶ γενώμεθα, ναὸς τέλειος τῷ Θεῷ· ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐφ' ἡμῖν, μελετῶμεν τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσειν ἀγωνιζώμεθα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτοῦ εὐφρανθῶμεν. ».

(58) *Accipit.* Edit. Oxon. *accipiet.* Sic. I Cor. iii, 8 : *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.*

(59) *Attendite, ne,* etc. Alludit ad parabolam decem virginum, Matth. xxv. Men.

(60) *Nostram, suscitet. Nostram,* id est nostri, id est in nos. *Suscitet,* lege, *susciletur,* adversus nos videlicet. Men. — At Fellus post *suscitet,* addit litteris miniatis *nos.*

(61) *Cum videritis,* etc. Verbum *videritis* est præteritum hoc loco. Nam infra loquitur de subversione templi Hierosolymitani jam facta. Men.

(62) *Et sic.* Id est, Quod sic. Men.

(63) *Sparsione sanguinis illius* I Petr. i, 2 : *In aspersione sanguinis Jesu Christi.* Men.

(64) *Scriptum est.* Pro more interpretis, rectius, *scripta sunt.* Sic enim fortasse legit : Γέγραπται γὰρ περὶ αὐτοῦ τὰ μὲν πρὸς τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων, τὰ δὲ πρὸς ἡμᾶς. Fell. Sic et Men.

(65) *Sanguine.* Legisse videtur interpres, τῷ αἵματι. Fell.

(66) *Periet.* Semel lectorem moneo, me non probare maximam partem lectionum, quas Menardus ad oram veteris hujus interpretationis apposuit. Ita *peribit* correxit pro *periet,* cum non hoc minus quam alterum, in usu fuerit ævo posteriori. Ita et alibi, *interiet, exiet* et *transiet,* etiam apud Tibullum. Voss.

(67) *Habens viam veritatis, scientiam.* Felli edito Oxon., *Habens viæ veritatis scientiam.*

a via tenebrosa non continet adhuc. Et ad hoc Dominus sustinuit pati pro anima nostra, cum sit orbis terrarum Dominus; cui dixit die (68) ante constitutionem sæculi (69) *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [17]. Quo modo ergo sustinuit, cum ab hominibus hoc paleretur, discite. Prophetæ ab ipso habentes donum (70), in illum prophetaverunt. Ille autem, ut vacuam faceret mortem, et de mortuis resurrectionem ostenderet, quia in carne oportebat eum apparere, sustinuit, ut promissum parentibus redderet (71); et ipse sibi.

populum novum parans, dum in terris degit, ostenderet, quod facta resurrectione ipse esset et judicaturus. Porro, docens Israelem, atque tam magna prodigia et signa faciens, prædicavit, ac illum [Israelem] summe dilexit. Quando autem apostolos suos, ipsius Evangelium prædicaturos, elegit, homines omni peccato iniquiores, ut ostenderet, quod non venit *vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [18], tunc palam fecit, se esse Filium Dei. Nisi vero in carne venisset, quomodo servati fuissemus nos homines, videntes eum? quandoquidem ii, qui solem hunc aliquando desiturum, opus manuum ejus, aspiciunt, non valent radios illius obtueri. [Porro] igitur Filius Dei ideo in carne venit, ut summam imponeret peccatis eorum, qui ad mortem persecuti sunt prophetas ipsius. Ob hoc igitur pas-

A (72) τὸν λαὸν τὸν καινὸν (73) ἑτοιμάζων ἐπιδείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς ὢν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ. Πέρας (74) γέ τοι διδάσκων τὸν Ἰσραὴλ, καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα ποιῶν, ἐκήρυξε, καὶ ὑπερηγάπησεν αὐτόν (75). Ὅτε δὲ τοὺς ἰδίους ἀποστόλους, μέλλοντας κηρύσσειν τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ, ἐξελέξατο (76), ὄντας ὑπὲρ πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀνομωτέρους... ἵνα δείξῃ, ὅτι οὐκ ἦλθε καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν... τότε ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν Υἱὸν Θεοῦ εἶναι (77). Εἰ γὰρ μὴ ἦλθεν ἐν σαρκὶ, πῶς ἂν ἐσώθημεν ἄνθρωποι, βλέποντες αὐτόν; ὅτι τὸν μέλλοντα μὴ εἶναι ἥλιον (78), ἔργον χειρῶν αὐτοῦ ὑπάρχοντα, βλέποντες οὐκ ἰσχύουσιν εἰς ἀκτῖνας αὐτοῦ ἀντοφθαλμῆσαι. Οὐκοῦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐς τοῦτο ἦλθεν ἐν σαρκὶ, ἵνα τὸ τέλειον τῶν ἁμαρτιῶν κεφαλαιώσῃ τοῖς διώξασιν ἐν θανάτῳ τοὺς

*Sequitur vetus interpretatio.*

populum . . . paraus . . . resurrectione facta, in terris . . . judicabat (79) illis (80) . . . ad vitam ducens populum Judæorum, et magna signa et monstra faciens, non crediderunt nec dilexerunt illum (81). Tunc apostolos suos, qui incipiebant prædicare Evangelium suum, elegit, qui erant super omne peccatum peccatores; ut ostenderet, quia non venit *vocare justos, sed peccatores* . . . . . Tunc ostendit se esse Filium Dei. Si enim non venisset in carne, quo modo possent homines sanari (82) . . .? cum respicientes solem. . . . . qui est opus manus Dei, non possint radios ejus diutius intueri. Filius ergo Dei ideo in carne venit, ut consummationem peccatorum definiret eis, qui persecuti sunt ad mortem prophetas illius. . . . . Dicit autem Isaias: *Plaga corporis illius omnes sanati sumus.* Et alius propheta: *Feriam pastorem, et dispergentur oves gregis.* Ipse autem voluit sic pati . . . . . Dicit enim qui prophetat de illo:

[17] Gen. I, 26. [18] Matth. IX, 13.

VARIORUM NOTÆ.

(68) *Cui dixit die.* Post *dixit*, videtur deesse τὸ *Pater*. Nam inde probare contendit, et Filii et excellentiam, quod sit terrarum orbis Dominus, et quod ei dixerit *Pater: Faciamus hominem*, etc. Quod etiam repetit infra cap. VI, Λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ περὶ ἡμῶν, ὡς λέγει τῷ Υἱῷ· Ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα, etc. Id est: *Dicit enim Scriptura de nobis, sicut dixit Filio* (supple *Deus*, ut ex antecedentibus patet): *Faciamus hominem ad imaginem*, etc. MEN. — Mihi magis placet Bulli conjectura, qui hunc locum sic fortasse restituendum censet: *Cui dixit Deus ante constitutionem mundi.* Videsis ejus *Defens. Fid. Nic.*, sect. I, cap. 2. § 2.

(69) *Ante constitutionem sæculi.* Id est, ante plenam et perfectam mundi constitutionem, quia homine nondum creato, non erat mundus plane perfectus. MEN.

(70) *Prophetæ ab ipso habentes donum*, etc. Prophetiæ videlicet. Nam prophetæ Dei Spiritu afflati prophetarunt. MEN. — Hunc locum strenue defendit Grabius in *Adnot.* ad Bulli *Defens. Fid. Nic.*, § 5, pag. 15 contra Lucam Mellierum, seu Samuelem Crellium. Quin etiam ipsi videtur ex Barnaba descripsisse Irenæus, quæ habet lib. IV, cap. 20, n. 4: *Prophetæ ab eodem Verbo propheticum accipientes charisma, prædicaverunt ejus secundum carnem adventum.* Quibus paria scripserat lib. IV, cap. 7, n. 2: *Omnes qui ab initio cognitum habuerunt Deum, et adventum Christi prophetaverunt, revelationem acceperunt ab ipso Filio.*

B (71) *Sustinuit, ut promissum parentibus redderet.* Id est, passus est, ut quæ priscis patribus per prophetas prænuntiata sunt, adimpleret. Et τὸ *ut* sequelam significat, non causam: quasi diceret: *Ita ut promissum parentibus redderet.* MEN.

(72) Hic incipit textus Græcus superstes.

(73) Ms. κενόν, male.

(74) Πέρας *porro*, ut sæpe apud Barn.

(75) Sc. τὸν Ἰσραήλ.

(76) Il. l. Laudat Orig. *c. Cels.* I, n. 63, t. I, p. 378. Ed. BB, Vide: Hefele, das Sendschreiben des A. Barn. p. 160.

(77) Conjunge hæc cum verbis anteced.: *quia in carne oportebat*, etc. Eamdem sententiam reperies in *Orac. Sibyll.* Proœm. V, 10-15.

(78) I. e. qui aliquando desinere debet. MEN.

(79) *Judicabat.* Al., ex conjectura, *judicat* vel *judicabit.* Menardus tamen leg. *indicabat*, ut modo vidimus.

(80) *Illis.* Al. forte, *ille ad summam, vel ad finem docens.* Vel: *Finis autem docens.* Integrum hunc locum sic restituit Fellus: *Et ipse sibi populum novum parans, resurrectione facta in terris agens, ostendit quod judicabit illos: et ad extremum ad vitam ducens, etc.*

(81) *Non crediderunt, nec dilexerunt illum.* Hæc non sunt in textu Græco. Lege tamen, *sed non crediderunt*, etc. MEN. — Legit interpres ἐκήρυξαν, καὶ οὐχὲρ ἠγάπησαν. Voss. et FELL.

(82) *Sanari.* Forte *salvari.* Menardus pro ἐσώθημεν legit ἐσώθησαν.

προφήτας αὐτοῦ. Οὐκοῦν εἰς τοῦτο ὑπέμεινε (83). Λέγει γὰρ ὁ Θεός· τὴν (84) πληγὴν τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, ὅτι ἐξ αὐτῶν, [καὶ (85)]· Ὅταν πατάξω τὸν ποιμένα, τότε σκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Αὐτὸς ἠθέλησεν οὕτω παθεῖν· ἔδει γάρ, ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ. Λέγει γὰρ ὁ προφητεύων ἐπ' αὐτῷ· Φεῖσαί μου τῆς Ψυχῆς ἀπὸ ῥομφαίας, καθήλωσόν μου τὰς σάρκας, ὅτι πονηρευομένων συναγωγαὶ ἐπανέστησάν μοι· Καὶ πάλιν λέγει (86)· Ἰδοὺ τέθεικά μου τὸν νῶτον εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου ἔθηκα ὡς στερεὰν πέτραν (87).

A sus est. Dicit enim Deus, plagam carnis ejus ab illis esse [19], [et] : *Cum percutiam pastorem, tunc dispergentur oves gregis* [20]. Ipse [autem] sic pati voluit ; oportebat quippe, ut in ligno pateretur. Dicit enim, qui de illo prophetavit : *Parce animæ meæ a gladio* [21] ; *clavis confige carnes meas* [22], *quia concilia malignantium insurrexerunt in me* [23]. Et rursus ait : *Ecce posui dorsum meum ad flagella, et genas ad alapas ; faciem autem meam posui sicut* [24] *solidam petram* [25].

VI. *Christi passio et novum fœdus jam et prophetis annuntiatur.*

Ὅτε οὖν ἐποίησεν ἐντολήν, τί λέγει (88) ; Τίς ὁ κρινόμενός μοι ; Ἀντιστήτω μοι. Ἢ τίς ὁ δικαζόμενός μοι ; Ἐγγισάτω τῷ παιδὶ Κυρίου. Οὐαὶ ὑμῖν· ὅτι πάντες ὑμεῖς παλαιωθήσεσθε ὡς ἱμάτιον, καὶ τὴς καταφάγεται ὑμᾶς. Καὶ πάλιν λέγει ὁ προφήτης· Ἐπεὶ ὡς λίθος ἰσχυρὸς ἐτέθη εἰς συντριβήν (89)· ἰδοὺ ἐμβάλλω εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν λίθον πολυτελῆ, ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον. Εἶτα τί λέγει ; Καὶ ὃς ἐλπίσει ἐπ' αὐτὸν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Ἐπὶ λίθον οὖν ἡμῶν ἡ ἐλπίς ; Μὴ γένοιτο ! ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἰσχύει ἔθηκε τὴν σάρκα (90) αὐτοῦ ὁ Κύριος. Λέγει γάρ. Καὶ ἔθηκέ (91) με ὡς στερεὰν πέτραν. Λέγει δὲ πάλιν ὁ προφήτης· Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Καὶ πάλιν λέγει. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη καὶ

B Cum autem fecit, quod præceptum ei fuerat, qui ait ? *Quis est, qui litiget mecum ? Resistat mihi Vel quis est, qui judicium ineat adversum me ? Appropinquet puero Domini. Væ vobis, quia omnes vos veterascetis quasi vestimentum, et tinea devorabit vos* [26]. Et iterum dicit propheta : *Sicut lapis fortis positus est in contritionem* [26] ; *ecce immitto in fundamenta Sionis lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem* [27]. Deinde quid loquitur ? *Et qui speraverit in illum, vivet in æternum.* In lapide ergo spes nostra ? Absit ! sed quia Dominus in fortitudine posuit corpus suum. Ait namque : *Et posuit me sicut solidam petram* [21]. Adhuc autem dicit propheta : *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes hic factus est in caput anguli* [29]. Et iterum ait : *Hæc*

*Vetus interpretatio.*

*Parce animæ meæ a gladio.* Et : *Confige clavis carnes meas : quia nequissimorum conventus insurrexerunt in me.* Et iterum dicit : *Ecce posui dorsum meum ad flagella, et maxillas meas ad palmas* (92). *Faciem autem meam posui tanquam solidam petram.*

VI Cum autem fecit Dei præceptum, qui dicit ? *Quis est qui contradicit ? resistat mihi. Quis æqualis futurus est* (93) *mihi ? propinquet puero Dei. Væ vobis, quia vos omnes veterascitis* (94) *tanquam vestimentum; et tinea devorabit vos.* Iterum dicit propheta : *Tamquam lapis . . expositus est in afflictionem. Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum* (95), . . . Et quid dicit ? *Et qui crediderit in illum, non confundetur* (96). In lapide ergo fides nostra ? Absit ! Sed quia in fortitudine posuit corpus illius . . . . . Dicit iterum propheta : *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. . . . Hic est dies, . . . . quem fecit Dominus* , . . . . . Quid ergo dicit ? . . *Circumvenerunt me conventus nequissimorum ; valluverunt me tanquam apes.* . . Et iterum dixit : *Super vestem meam sortes miserunt.* In carne ergo incipiente illo venire. . . ante ostensa sunt quæ passurus erat. Dicit ergo propheta ad Judæos : *Væ animæ iniquorum, . . . . . qui* (97) *dicunt*

[19] Isai LIII, 8 ; Zach. XIII, 6. [20] Zach. XIII, 7 ; Matth XXVI, 31 ; Marc. XIV, 27. [21] Psal. XXI. 21. [22] Psal. CXVIII, 120. [23] Psal. XXI, 17. [24] Isai. L, 6, 7. [25] Ibid., 8, 9. [26] Isa. VIII, 14, juxta textum Hebraicum, non juxta LXX. [27] Isa. XXVIII, 16, cfr. Rom. IX, 22, I Petr. II, 6. [28] Isa. L, VII. [29] Psal. CXVII, 22.

VARIORUM NOTÆ.

(83 Profert aliam causam adventus Christi, ut consummarentur peccata Judæorum addita Christi morte. MEN. cfr. Matth. XXIII. 31 sqq.

(84) Ms. πηγήν. Vet. interpr. : *plaga corporis illius omnes sanati sumus.*

(85) Ita restituo ex veteri versione Lat., quæ habet : *Et alius propheta.* Sensus est : Annuntiavit Deus per prophetas, Judæos Christum esse interfecturos, et hanc necem ipsis interitum fore.

(86) Cfr. Justin. *Apol.* I, n. 38.

(87) Faciem non avertens.

(88) Sc. Patris jussio de incarnatione et toto humanæ incarnationis negotio.

(89) Veterem interpretem imitati vocem ἐπεί in versione nostra negleximus.

(90) Σάρξ Christi propter ἰσχύν propheta λίθος vocatur.

(91) Ἔθηκα Oxon. et LXX.

(92) *Palmas.* Colaphos palmas impactos. Glossæ vet. *Depalmare*, κολαφίζειν. CLER.

C (93) *Quis æqualis futurus est.* Interpres legebat εἰκασόμενος loco δικαζόμενος. MEN.

(94) *Veterascitis.* Al. Forte *veterascetis*, juxta Græcum. Sic et Felli editio Oxon.

(95) *Ecce mittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum.* Locus mutilus, et legendus ut apud S. Cyprianum, lib. II, *De testimoniis : Ecce immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem honoratum ;* juxta textum Græcum Barnabæ, ubi in præsenti legitur ἐμβάλλω, ut I Pet. II, 6. Ἰδοὺ τίθημι, κ. τ. λ. MEN.

(96) *Non confundetur.* Ita Rom. IX, 33 : οὐ καταισχυνθήσεται. In textu Græco Isaiæ XXVIII. 16 : οὐ μὴ καταισχυνθῇ, id est *non confundatur.* In textu Græco Barnabæ : *Qui sperabit in eum, vivet in æternum.* MEN.

(97) *Qui.* Al. *quia.* Fellus retinet *qui.*

*est dies magna et mirabilis, quam fecit Dominus* [30]. Simplicius vobis scribo, ut intelligatis, ego, purgamentum vestræ charitatis. Quid vero porro dicit propheta ? *Obsedit me concilium malignantium* [31], *circumdederunt me sicut apes favum* [32], et : *Super vestem meam miserunt sortem* [33]. Cum igitur in carne esset appariturus et passurus, præmonstrata est ipsius passio. Nam in Israelem dicit propheta *Væ animæ eorum, quia pessimum consilium inierunt adversus semetipsos, dicentes : Alligemus justum, quoniam molestus nobis est* [34]. Et vero dicit ad illos Moses : *Ecce ista ait Dominus Deus : Intrate in terram bonam* [35], *quam juramento promisit Dominus Abrahæ et Isaac et Jacob ; et ut hæreditatem possidete eam, terram fluentem lacte et melle* [36]. Quid dicat cognitio discite : *Sperate* [inquit] *in Jesum, qui in carne manifestandus est vobis.* Homo [enim] et terra quæ patitur ; ex substantia enim terræ formatus est Adam. Quid ergo dicit : [in] *terram bonam, lacte ac melle fluentem* ? Benedictus sit Dominus noster, qui sapientiam et intelligentiam occultorum suorum posuit in nobis. Dicit enim propheta : *Parabolam Domini quis intelliget, nisi sapiens et peritus, et diligens Dominum suum ?*

θαυμαστὴ, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος (98). Ἁπλούστερον ὑμῖν γράφω, ἵνα συνιῆτε (99)· ἐγὼ περίψημα τῆς ἀγάπης ὑμῶν (100). Τί οὖν λέγει πάλιν ὁ προφήτης ; Περιέσχε με συναγωγὴ πονηρευομένων, ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον, καὶ Ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον (1). Ἐν σαρκὶ οὖν αὐτοῦ μέλλοντος φανεροῦσθαι καὶ πάσχειν, προεφανεροῦτο τὸ πάθος. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ· Οὐαὶ τῇ ψυχῇ αὐτῶν, ὅτι βεβούλευνται βουλὴν πονηρὰν καθ' ἑαυτῶν, εἰπόντες· Δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι (2). Λέγει δὲ καὶ Μωσῆς αὐτοῖς (3)· Ἰδοὺ τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός. Εἰσέλθετε εἰς τὴν γῆν τὴν ἀγαθὴν, ἣν ὤμοσε Κύριος τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ κατακληρονομήσατε αὐτὴν, γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. Τί λέγει ἡ γνῶσις (4), μάθετε· Ἐλπίσατε [φησὶν (5)], ἐπὶ τὸν ἐν σαρκὶ μέλλοντα φανεροῦσθαι ὑμῖν Ἰησοῦν. Ἄνθρωπος [γὰρ] γῆ ἐστι πάσχουσα (6)· Ἀπὸ προσώπου γὰρ τῆς γῆς ἡ πλάσις τοῦ Ἀδὰμ ἐγένετο. Τί οὖν λέγει (7) ; [εἰς] τὴν γῆς τὴν ἀγαθὴν, τὴν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι ; Εὐλογητὸς ὁ Κύριος ἡμῶν, ὁ σοφίαν καὶ νοῦν θέμενος ἐν ἡμῖν τῶν κρυφίων αὐτοῦ. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης. Παραβολὴν Κυρίου τίς νοήσει, εἰ μὴ σοφὸς

*Vetus interpretatio*

*inter se : Circumveniamus (8) justum, quia insuavis est nobis.* Et Moyses autem dicit ad illos : . . *Hæc dicit Dominus Deus : Intrate in terram bonam, quam promisit Dominus Abrahæ, Isaac et Jacob ; et domini estote illius terræ, quæ trahit lac et mel.* Quid dicat scientia, discite : *Credite,* inquit, *in eum qui in carne apparebit, Jesum.* Homo enim tersa est. . : cum ex terra sit figmentum Adæ. Quid ergo dicit : *In terram bonam, fluentem lac et mel ?* Et benedictus Dominus. . , quia (9) sapientiam et sensum posuit in nobis absconditorum suorum. Dicit autem per prophetas parabolam Dominus (10) : *Quis intelliget, nisi sapiens, . . et diligens Dominum suum ?* Quia ergo, cum nos cognovit (11) in remissionem peccatorum, fecit nos aliam figuram tamquam pueros habere, ut spiritu figuraret nos. Nos enim, sicut dicit Scriptura (12). . . . : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram : et supersit bestiis terræ, et avibus cœli, et piscibus maris.* Et Dominus, videns bonam figuram nostram, dixit : *Crescite et multiplicamini, et replete terram.* . . . Iterum vobis ostendam, quo modo vobis dicit (13) secundam figu-

[30] Psal. CXVII, 24. [31] Psal. XXI, 17. [32] Psal. CXVII, 12. [33] Psal. XXI, 19. [34] Isa. III, 9 ; Sap. II, 12. [35] Exod. XXXIII, 1. [36] Levit. XX, 24.

VARIORUM NOTÆ.

(98) Loquitur de ea die, qua lapis reprobatus factus est in caput anguli.

(99) Ἁπλούστ. Συνιῆτε. Hæc laudat Clem. Alex. *Strom.* V, c. 10, q. 683.

(100) I.e.omnia pro vobis et facere et pati paratus. Cfr. I Cor. IV, 13, et Ign. ad Eph. c. 18.

(1) Cfr. Justin. *Apol.* I, n. 38.

(2) Cfr. Justin. *Dial. c. Tryph.*, n. 17.

(3) Hæc et sequentia usque ad τὸν κύριον αὐτοῦ habet Clem. Alex. *Strom.* V, 10, p. 683.

(4) I. e. profundior Veteris Test.et antiquæ œconomiæ divinæ cognitio — homini Christiano reclusa. Cfr. Neander R. G. I, 415.

(5) Φησὶν, γὰρ, εἰς, uncis inclusa, restituo (monente Davisio) ex Clem. Alexandrino,cum et vetus interpres ita legerit.

(6) Homo quia e terra est creatus, ideo Christus secundum humanam suam naturam terræ potest comparari.

(7) Hic incipit secunda loci biblici Exod. XXXIII, 1, interpretatio allegorica seu gnostica. Terra illa primum humanam Christi naturam denotabat, nunc Christianos, Salvatore renatos pueros Dei innuit.

(8) *Circumveniamus.* Int. Vet. videtur legisse ἐνεδρεύσωμεν, ut est Sap. II, 12. Eamdem interpretatio habetur apud S. Cyprianum, lib. II, *De testimoniis.* MEN.

(9) *Et benedictus Dominus . . . quia.* Interpres vocem *et* interponens, videtur ea quæ sequuntur pro sacræ Scripturæ sensu laudasse.Fortasse Prov. III, 33, aut Psal. CXVIII, 12, sed Clemens Alex. præsentem lectionem Græci textus confirmat. Ita Fell. qui ex Græcis item supplet *noster* et pro *quia* lgit *qui.*

(10) *Dicit autem per prophetas parabolam Dominus* Locus corruptus. Lege, ut in textu Græco, et apud Clementem : *Dicit enim propheta : Parabolam Domini quis intelliget ?* Locus habetur Isa. XL, 13, Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου ; *Quis novit sensum Domini ?* Dixit autem Barnabas *parabolam,* quæ est sermo allegoricus et obscurus, ut divinæ mentis obscuritatem ostenderet. MEN. — Hanc Menardi emendationem secutus est Fellus in textu, nihil monens.

(11) *Cognovit.* Fellus in textu restituit, *recognovit* Sed in nota : Rectius, inquit, *renovavit.* Quod sane pridem Menardus monuerat.

(12) *Nos enim, sicut dicit Scriptura.* Locus corruptus. Legendum, ut in textu Græco : *De nobis enim dicit Scriptura, sicut dicit Filio,* Deus videlicet, aut Pater. MEN.

(13) *Vobis dicit.* Forte, *nobis fecit.* — Menardus autem integrum hunc locum corruptum reputans, sic restituit : *Rursus vobis ostendam, quomodo in novissimis temporibus fecit ;* antecedentibus et intermediis omissis.

(23) Al. ἀνιστάμενοι, *instabiles, depulsi*. Sensus : me relinquentes eritis, sicut pulli nido ablato.

(24) Sensus : Per prophetam Christus de se nuntiat : *Ego fons vivus* (ut supra)... *beabo vos.*

(25) Γνῶσῃ *scias*, LXX.

(26) Sensus : Christus est aqua perennis, in cacumine montis fontem habens.

(27) Sensus : In perpetuum gratia Christi vobis affluit ; aliquando vero videbitis eum in majestate, et replebimini reverentia.

(28) Hisce verbis Barnabas larga bona indicat, quæ ex baptismo et cruce nobis affluant.

(29) Χνοῦς, quod Noster cum LXX legit ; 1 (*lanugo*, 2) *tenuis palea, gluma*. Schleusn. L. Χοῦς, *terra erruta, pulvis*. Voss.

(30) *Judæorum*. Observabit lector, vocem Ἰσραὴλ ubique ab interprete reddi *Judæus*. FELL.

(31) *Horruit cœlum*, etc. Juxta LXX : Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα. ' Sed deest ἡ γῆ : quod tamen vocabulum Maldonatus hunc locum exponens, in quibusdam exemplaribus reperiri testatur. MEN.

(32) *Renuosa*. Puto legendum *ruinosa*. MEN. — Oxoniensis editor habet in contextu *eremosa ;* in notis vero conjicitur *arenosa :* nam, inquit, loca arenosa in primis deserta vel *renudosa*. Stephanus *le Moine* conjiciebat *rimosa*, hoc est, præ siccitate hians. Vide quæ scripsit p. 818, in Barnabam. Crediderim scriptum fuisse *eremi*, idque a dormitante librario corruptum ; qualium depravationum nulla certa ratio excogitari potest. CLER.

(33) *Sina*. Oportuit *Sion* dicere. *Sina* ergo est erratum, aut memoriæ in Barnaba, aut incuriæ in librariis. Vix enim crediderim, ab eo montes *Sina* et *Sion* pro uno eodemque fuisse habitos. De distinctione horum montium exstat tractatus antiquus inter opera Cypriano supposita. COT. — Utrobique *Sion* Fellus restituit. Additque : « Sion scribi omnino debuit. Sed altera lectio interpretis tempore obtinuit : interim inveteratus error tempore non invalescit. »

(24) *Aliis pusillis ablatis*. Apud LXX : Ἔσῃ γὰρ ὡς πετεινοῦ ἀνεπταμένου νεοσσὸς ἀφῃρημένος. Ex quo facile emendantur verba vet. interpretis hoc modo : *Eritis enim tanquam alitis pullus ablatus*. MEN. — Fellus in contextu, *alitis pusillus ablatis*. Al. *alitis pusilli ablati*.

*rum peribit* [64]. Animadvertite, quomodo aquam et crucem simul descripsit. Illud enim significat : Beati qui, cum sperassent in crucem, descenderunt in aquam ; quia mercedem, inquit, in tempore suo [habebunt], id est, tunc retribuam. Nunc vero ait : *folia non defluent.* Hoc significat : Omnis sermo, qui ex ore vestro exierit in spe et charitate, erit in conversionem ac spem multis. Rursum alius propheta dicit : *Et erat terra Jacobi laudata super omnem terram* [65]. Hæc significant vas spiritus ejus, quod [propheta] magnificat. Deinde quid dicit ? *Et erat fluvius a dextra fluens, et ex eo emergebant arbores pulchræ ; et quicumque ex illis manducaverit, vivet in æternum* [66]. Hoc ait, quod nos descendimus quidem in aquam pleni peccatis ac sordibus ; inde autem emergimus fructum afferentes, in corde timorem et in spiritu spem in Jesum habentes. *Et quicumque ex illis manducaverit, vivet in æternum.* Id dicit : Quicumque eos audierit vocantes, et crediderit, vivet in perpetuum.

A προσώπου τῆς γῆς. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται ἀσεβεῖς ἐν κρίσει, οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων· ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται. Αἰσθάνεσθε, πῶς τὸ ὕδωρ καὶ τὸν σταυρὸν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὥρισε. Τοῦτο γὰρ λέγει· Μακάριοι, οἱ, ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐλπίσαντες, κατέβησαν εἰς τὸ ὕδωρ, ὅτι τὸν μὲν μισθὸν, λέγει (35), ἐν καιρῷ αὐτοῦ, τότε, φησὶν, ἀποδώσω. Νῦν δὲ λέγει· Τὰ φύλλα οὐκ ἀποῤῥυηθήσεται (36). Τοῦτο λέγει· ὅτι πᾶν ὃ ἐὰν ἐξέλθῃ ἐξ ὑμῶν διὰ τοῦ στόματος, ἐν πίστει καὶ ἀγάπῃ, ἔσται εἰς ἐπιστροφὴν καὶ ἐλπίδα πολλοῖς. Πάλιν ἕτερος προφήτης λέγει· Καὶ ἦν ἡ γῆ τοῦ Ἰακὼβ ἐπαινουμένη παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν. Τοῦτο λέγει τὸ σκεῦος (37) τοῦ πνεύματος αὐτοῦ, ὃ δοξάζει (38). Εἶτα τί λέγει ; Καὶ ἦν ποταμὸς ἕλκων ἐκ δεξιῶν, καὶ ἀνέβαινεν ἐξ αὐτοῦ δένδρα ὡραῖα· καὶ ὃς ἐὰν φάγῃ ἐξ αὐτῶν, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο λέγει, ὅτι ἡμεῖς μὲν καταβαίνομεν εἰς τὸ ὕδωρ γέμοντες ἁμαρτιῶν καὶ ῥύπου, καὶ ἀναβαίνομεν καρποφοροῦντες ἐν τῇ καρδίᾳ τὸν φόβον, καὶ τὴν ἐλπίδα εἰς τὸν Ἰησοῦν ἔχοντες ἐν τῷ πνεύματι. Καὶ ὃς ἐὰν φάγῃ ἀπὸ τούτων, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. Τοῦτο λέγει, ὃς ἂν, φησὶν, ἀκούσῃ τούτων καλουμένων (39), καὶ πιστεύσῃ, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

B

## XII. *Crux Christi sæpe in V. T. annuntiata. — Josue typus Christi.*

Similiter et crucem significat in alio propheta dicente : *Et quando hæc consummabuntur ? Et dicit Dominus : Cum lignum inclinatum* [succisum] *denuo erectum constiterit, et cum de ligno sanguis stillaverit* [67]. Habes iterum de cruce, et de eo, qui erat

Ὁμοίως πάλιν περὶ τοῦ σταυροῦ ὁρίζει ἐν ἄλλῳ προφήτῃ λέγοντι· Καὶ πότε ταῦτα συντελεσθήσεται (40) ; Καὶ λέγει Κύριος (41)· Ὅταν ξύλον κλιθῇ καὶ ἀναστῇ, καὶ ὅταν ἐκ ξύλου αἷμα στάξῃ. Ἔχεις πάλιν ἐπὶ σταυροῦ, καὶ τοῦ σταυροῦσθαι μέλλοντος.

### *Vetus interpretatio.*

*folia ejus non decident, sed omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Non sic impii, non sic ; sed tanquam pulvis, quem abjecit* (42) *ventus a facie terræ. Propterea non resurgunt* (43) *impii in judicio, neque peccatores in concilio justorum ; quoniam scit Deus viam justorum ; et via impiorum peribit.* Sentire autem debetis, quo modo aquam et crucem in uno dono (44) constituit. Hoc ergo dicit : Felices, qui speraverunt in aquam et in crucem. . . . . Mercedem. . in tempore suo ; . . tunc, inquit, reddam. Modo autem qui dicit (45) : *Folia illius non decident.* Hoc est, quia omnis sermo qui exierit per os vestrum. . . erit in spem et resurrectionem multis. Et iterum alius Propheta dicit : *Erit* (46) . . *Jacob laudabilis super omnem terram.* Terram vas spiritus illius. . magnificat. Deinde quid dicit ? *Erat flumen trahens a dextra ; et ascendebant inde arbores speciosæ : et quicumque ex illis manducaverit vivet in perpetuum.* Hoc est, quia nos descendimus in aquam pleni peccatis et sordibus, et ascendimus fructibus pleni, in præcordiis nostris timorem et spem habentes in Dominum. . . . Ideo dicit : *Et qui manducaverit. . . . vivet in perpetuum.* . . . . . .

XII. Similiter et crucem significat, in alio propheta dicente : *Et quando hæc consummabuntur : et dixit Dominus : Cum lignum inclinatum fuerit et resurrexerit, et cum de ligno sanguis stillaverit.* Habes iterum de cruce, et de eo qui incipit crucifigi. Dicit autem iterum in Moyse, cum pugnaret populus Judæorum

[64] Psal. i, 3-6. [65] Soph. iii, 19, [66] Ezech, 12. [67] IV Esd. v, 5.

### VARIORUM NOTÆ.

(35) Leg. ἔξει, Dav.

(36) Al. ἀποῤῥυήσεται, ut paulo superius.

(37) I. e *corpus Christi*, ut supra c. 7. Olim τὸ σκεῦος de propheta interpretatus sum, l. c.

(38) Clem. Alex. *Strom.* II', 12, p. 550 : Καὶ ἦν ἡ γῆ τοῦ Ἰακὼβ ἐπαινουμένη π' π. τ. γ. φησὶν ὁ προφήτης, τὸ σκεῦος πνεύματος αὐτὸς δοξάζων — *Ipse laudans corpus humanum.* Barnabas dixit : *Hæc verba significant corpus Christi, quod propheta laudibus effert.* Alias τὴν γῆν Ἰακώβ de *novo populo Dei* seu de cœtu Christianorum interpretatus sum. Cfr, libellum meum : *Das Send schreiben d. A. Barnabas. Tubing.* 1840, p. 95.

(39) Al. λαλουμένων.

(40) Ex libro apocrypho. Cfr. Ittig., *Hist. eccl.* p. 131 sq.

(41) In uno cod. Rom. hic multa interpolata leguntur de filiis Sem, etc., argumento Epistolæ nostræ prorsus aliena.

(42) *Abjecit.* Leg. *abjicit.*

(43) *Resurgunt.* Lege *resurgent*, ut in Græcis Barnabæ, apud LXX, et in textu Hebraico. Hilarius tamen, Ambrosius et Hieronymus legunt, *resurgunt.* Men. — Fellus quoque in contextu exhibet *resurgent.*

(44) *In uno dono.* Forte *in uno loco.* Græca sunt, ἐπὶ τὸ αὐτό. Fell.

(45) *Qui dicit.* Dele *qui* cum Menardo, Fello aliisque.

(46) *Erit.* Forte *erat.* Ex mox, *Terram* secundo loco, forte vacat. Cot. — Nihil tamen mutat Fellus.

Λέγει δὲ πάλιν ἐν τῷ Μωσῇ, πολεμουμένου τοῦ Ἰσραὴλ ὑπὸ τῶν ἀλλοφύλων (47). Καὶ ἵνα ὑπομνήσῃ αὐτοὺς πολεμουμένους, ὅτι διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθησαν εἰς θάνατον, λέγει εἰς τὴν καρδίαν Μωσῇ τὸ Πνεῦμα, ἵνα ποιήσῃ τύπον σταυροῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος πάσχειν· ὅτι, ἐὰν μὴ ἐλπίσωσιν ἐπ' αὐτῷ, εἰς τὸν αἰῶνα πολεμηθήσονται (48). Τίθησιν οὖν Μωσῆς ἓν ἐφ' ἓν ὅπλον ἐν μέσῳ τῆς πήγης (49) καὶ σταθεὶς ὑψηλότερος πάντων, ἐξέτεινε τὰς χεῖρας (50), καὶ οὕτως πάλιν ἐνίκα ὁ Ἰσραήλ. Εἶτα, ὁπόταν πάλιν καθεῖλε, πάλιν ἐθανατοῦντο. Πρὸς τί; Ἵνα γνῶσιν, ὅτι οὐ δύνανται σωθῆναι, ἐὰν μὴ ἐπ' αὐτῷ (51) ἐλπίσωσι. Καὶ ἐν ἑτέρῳ προφήτῃ λέγει· Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα ὁδῷ δικαίᾳ μου (52). Καὶ πάλιν Μωσῆς ποιεῖ τύπον τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι δεῖ αὐτὸν παθεῖν, καὶ αὐτὸν ζωοποιῆσαι (53), ὃν δόξωσιν ἀπολωλεκέναι ἐν σημείῳ (54), πίπτοντος τοῦ Ἰσραήλ. Ἐποίησε γὰρ πάντα ὄφιν δάκνειν αὐτούς, καὶ ἀπέθνησκον, ἐπειδὴ ἡ παράβασις διὰ τοῦ ὄφεως ἐν Εὔᾳ γέγονεν· ἵνα ἐλέγξῃ αὐτούς, ὅτι διὰ τὴν παράβασιν αὐτῶν ἐν θλίψει θανάτου παραδοθήσονται. Πέρας γέ τοι αὐτὸς Μωσῆς ἐντειλάμενος· Οὐκ ἔσται ὑμῖν οὔτε γλυπτὸν, οὔτε χωνευτὸν εἰς θεὸν ὑμῖν, ποιεῖ, ἵνα τύπον τοῦ Ἰησοῦ δείξῃ. Ποιεῖ οὖν Μωσῆς χαλκοῦν ὄφιν, καὶ τίθησιν ἐν δοκῷ (55), καὶ κηρύγματι καλεῖ τὸν λαόν. Ἐλθόντες οὖν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐδέοντο Μωσέως, ἵνα ὑπὲρ αὐτῶν ἀνενέγκῃ δεόμενος περὶ τῆς ἰάσεως αὐτῶν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς Μωσῆς· Ὅταν, φησὶ, δηχθῇ τις ὑμῶν, ἐλθέτω ἐπὶ τὸν ὄφιν τὸν ἐπὶ τοῦ

A cruci affigendus [præsagium]. Adhuc vero [hac de re] dicit in Mose, quando Israel impugnabatur ab alienigenis[68]. Et ut commonefaceret eos, quod propter peccata sua traderentur ad mortem, ad cor Mosis dicit Spiritus, ut faciat figuram crucis et ejus qui erat passurus; quia, si in hunc non speraverint, in perpetuum vincentur. Posuit itaque Moses arma super arma in medio aggeris, et omnes supereminens manus extendit; sicque rursus Israelitæ vincebant. Cum autem iterum manus demittebat, iterum occidebantur. Cur hoc? Ut cognoscerent, quod non possent servari, nisi per spem in illum. Et in alio propheta dicit: *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum, et contradicentem viæ justæ meæ*[69]. Et iterum Moses facit figuram Jesu, quod passurus esset, et vitam præbiturus

B ipse, quem putabant necasse in cruce, cadente Israel. Quoniam enim peccatum per serpentem in Eva contigit, effecit Deus, ut cuncti serpentes morderent eos; et moriebantur, ut argueret eos, quod propter peccata sua in angustias mortis essent tradendi[70]. Denique Moses, qui præceperat: *Non erit vobis neque sculptile, neque conflatile in deum vestrum*[71], ipse id facit, ut ostendat figuram Jesu. Facit ergo Moses serpentem æneum, ac collocat in trabe atque per præconem convocat populum. Congregati igitur orabant Mosen, ut pro ipsis sacrificaret, deprecans pro sanatione eorum. Dixit autem Moses ad illos: *Cum*, inquit, *aliquis ex vobis morsus fuerit, veniat ad serpentem in ligno positum, et*

*Vetus interpretatio.*

et ceciderunt Judæi ab alienigenis; ut illos (56) commemoraret, dum oppugnantur, quia propter peccata sua trahuntur in mortem, dixit in precordiis Moysi Spiritus: Fac figuram crucis. . . . . : quia si non crediderint in illum, in perpetuo oppugnabuntur (57). Et iterum . . . . . : ascendit Moyses in . . aggerem, et stans . . . manus extendebat, et : . vincebant Judæi : deinde cum deposuerat, vincebat Amalec. Hoc ad quid? Ut scirent quia non possunt liberari, nisi in cruce Christi speraverint. Et iterum dicit in alio propheta : *Expandi manus meas tota die ad populum impersuasibilem, et contradicentem viæ justæ.* Item Moyses facit figuram Jesu, quia oportebat illum pati, et quia ipse vivificavit (58), quem illi putaverunt perdidisse. . . . Cadente enim populo Judæorum, quia jusserat Dominus, ut morsu colubræ . . . . morerentur, quia præteritio Evæ per colubram fuerat (59), voluit illos corripere; et ideo . . . . sic morti tradere, qui mandata ejus præterierunt. Ad summam, ut ipse Moyses qui præceperat, dicit (60) : *Non erit vobis, neque conflatile, neque sculptile.* . . . . ; ipse fecit serpentem æreum, ut figuram Jesu ostenderet :

[68] Exod. XVII, 11. [69] Isai. LXV, 2. [70] Num. XXI, 6; Joan. III, 14. [71] Deut. XXVII, 15.

## VARIORUM NOTÆ.

(47) I. e. *Amalec.* Cfr. Justin. *Dial. c. Tryph.* n. 111, p. 204: Tert. *adv. Jud.* c. 10; *adv. Marc.* III, 18, ubi iidem typi reperiuntur.

(47) *In perpetuum vinceutur*, ita ut nunquam victorum jugum excutere possint; nam hæc est interdum vis verbi πολεμοῦμαι. CLER.

(49) Πήγη = πάγη *locus excelsus* apud Hesych. Voss. ms. πηγμῆς, male l. πήγματος *tabulatum*, MEN.

(50) Stabat igitur in forma crucis.

(51) Ἐπὶ σταυρῷ DAVIS. Interpr. : *In cruce Christi.*

(52) Sensus : *In cruce pendi ob populum improbum.* Eodem modo verba prophetæ interpretatur Justinus *Apol.* I, n. 35; *Dial. c. Tryph.* n. 97.

(53) Ita Dav. Ms. male : ζωποιήσουσι.

(54) I. e. *cruce*, ut apud Justin. *Dial. c. Thyph.*, n. 72, n. 94.

(55) Ita Gall., *in cruce*, vet. interp. ms. ἐνδόξως *gloriose.*

C (56) *Illos.* Leg. *illis.* MEN. — Mox *trahuntur*, forte *traduntur.*

(57) *In perpetuo oppugnabuntur.* Εἰς τὸν αἰῶνα πολεμηθήσονται : hoc est, *in perpetuum vincentur ;* ita ut nunquam victorum jugum excutere possint : nam hæc est interdum vis verbi πολεμέομαι. Vertit Cotelerius, *semper debellabuntur ;* quod significat, omnibus bellis inferiores futuros. Sed ἀεί et εἰς αἰῶνα differunt : quod miror virum diligentem, et verba pene in translatione adnumerantem fugisse, CLER.

(58) *Vivificavit.* Forte *vivificabit.* Et mox, *perisse* pro *perdidisse.*

(59) *Præteritio Evæ per columbram fuerat. Præteritio* est trangressio, prævaricatio : ut sæpe ponit *præterire* pro *trangredi, prævaricari.* Dicit *colubram* feminime, priscorum more, Nonius Marcellus cap. 3, *Colubra feminine.* Lucilius *Satyr.* lib. XX. MEN.

(60) *Ut... dicit.* Forte leg. *et.... dicens;* aut delendum *ut.*

*credat atque speret, quod, licet ille non vivat, potest vitam præstare; et confestim servabitur*[72]. Atque ita faciebant. Habes etiam in hoc gloriam Jesu quod *in ipso sunt omnia et in ipsum*[73]. Quid iterum dicit Moses ad Josue, filium Navœ, cum illi, prophetæ, id nominis [Josue = Jesus] imponeret, ideo solum. ut omnis populus intelligeret, Patrem de Filio suo Jesu cuncta manifestasse filio Navæ? Imposito igitur eo nomine, quando misit eum in exploratorem terræ [Chanaan], dixit: *Accipe librum in manus tuas, et scribe, quæ dicit Dominus: radicibus excisurum esse Filium Dei in novissimis diebus omnem domum Amalecî*[74]. Ecce rursum: Non filius hominis, sed Dei Filius Jesus, qui in figura et in carne apparuit[75]. Quoniam vero dicturi erant, Christum esse filium Davidis, reformidans et intelligens errorem sceleratorum, ait [David]: *Dixit Dominus Domino meo: Sede a dextris meis; donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*[76]. Et Isaias porro ita loquitur: *Dixit Dominus Christo meo Domino cujus apprehendi dexteram, ut obediant ei gentes, et fortitudinem regum disrumpam*[77]. Ecce, quomodo David eum Dominum vocet et Dei Filium.

A ξύλου πικείμενον, καὶ ἐλπισάτω πιστεύσας, ὅτι νεκρὸς ὢν δύναται ζωοποιῆσαι. Καὶ παραχρῆμα σωθήσεται. Καὶ οὕτως ἐποίουν. Ἔχεις καὶ ἐν τούτῳ τὴν δόξαν τοῦ Ἰησοῦ, ὅτι ἐν αὐτῷ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν (61). Τί λέγει πάλιν Μωσῆς τῷ Ἰησοῦ (62), τῷ τοῦ Ναυῆ υἱῷ, ἐπιθεὶς αὐτῷ τοῦτο ὄνομα ὄντι προφήτῃ, ἵνα μόνον ἀκούσῃ πᾶς λαὸς, ὅτι πάντα ὁ Πατὴρ φανεροῖ περὶ τοῦ Υἱοῦ [(63) αὐτοῦ] Ἰησοῦ υἱῷ Ναυῆ. Καὶ ἐπιθεὶς τοῦτο ὄνομα, ὁπότε ἔπεμψε κατάσκοπον τῆς γῆς [(64) εἶπε]· Λάβε βιβλίον εἰς τὰς χεῖράς σου, καὶ γράψον, ἃ λέγει Κύριος· ὅτι ἐκ ῥιζῶν ἐκπόψει πάντα τὸν οἶκον τοῦ Ἀμαλὴκ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν. Ἴδε (65), πάλιν Ἰησοῦς οὐχ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου, ἀλλ' ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τύπῳ καὶ ἐν
B σαρκὶ φανερωθείς. Ἐπεὶ οὖν μέλλουσι λέγειν (66), ὅτι ὁ Χριστὸς υἱός ἐστι Δαβίδ, φοβούμενος καὶ συνιὼν τὴν πλάνην τῶν ἁμαρτωλῶν λέγει· Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου. Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. Καὶ πάλιν λέγει οὕτως Ἡσαΐας· Εἶπε Κύριος τῷ Χριστῷ μου Κυρίῳ (67), οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη, καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω. Ἴδε, πῶς λέγει Δαβὶδ αὐτὸν Κύριον καὶ Υἱὸν Θεοῦ.

### *Vetus interpretatio*

. . . . . et posuit in cruce (68), et per præcones convocavit populum. Et cum venissent, rogabant Moysen ut . . . pro sanitate eorum Dominum rogaret. Et tunc dixit illis Moyses: *Cum aliquis ex vobis morsus fuerit, veniat ad colubram . . . . et speret, . . quoniam cum sit ipsa mortua, potest alias sanare; et sin mora curabitur.* Et ita sciebant . . . . . Quid dicit iterum Moyses Ause filio Nave? (69) ut ostenderet Jesum esse Filium Dei, audiente populo, quia omnia Pater ostendit Filio suo. Clamavit Moyses filium Nave, et imposuit illi nomen Jesus, . . . . . et dixit: *Accipe librum in manu tua, et scribe quæ dicit Dominus: quia amputabit a radicibus omnem domum Amalec Filius Dei Jesus in novissimis diebus.* Ecce iterum Jesus, non filius Nave, sed Filius Dei, . . . . . in carne apparuit. . . . . .

[72] Num. xxi, 9. [73] Coloss. i, 16. [74] Exod. xvii, 14. [75] I Tim. iii, 16. [76] Psal. cix, 1; Matth. xxii, 43-45. [77] Isai. xlv, 1.

## VARIORUM NOTÆ.

(61) Ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα..... καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται Cfr. Hebr. i, 2.

(62) *Josue* antea *Ause* vocabatur, et appellatus est Josue (=Jesus), ut typus esset Christi. Cfr. Num. xiii, 17; Justin. *Dial c. Tryph.*, n. 113.

(63) Ita ex vet· interp. Lat. restituit Fell.

(64) Ita ex vet. interp. Lat. restituit Cot.

(65) Ita Fel. Et Gall. ex vet. interp.: *ecce.* ms. οἱ δέ, male.

(66) Sc. *Judaistæ* seu *Ebionitæ.*

(67) Κύρῳ *Cyro* LXX.

(68) *In cruce.* Legebat ergo ἐπὶ σημείου At hodie in textu desunt hæc verba, ac tantum legimus, καὶ τίθησιν ἐνδόξως: *et gloriose collocat.* Eadem habet S. Justinus *Dialog. cum Tryph.* n. 94. Αὐτὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ διὰ τοῦ Μωσέως τὸν χαλκοῦν ὄφιν ἐνήργησε γενέσθαι, καὶ ἐπὶ σημεῖον ἔστησε, δι' οὗ σημείου ἐσώζοντο ὀφιόδηκτοι: *Ipse* (Deus) *in solitudine per Mosem effecit, ut serpens æneus fieret, eumque signo imposuit: quo signo servabantur qui a serpentibus morsi fuerint.* Ita Maranus ad h. l Justini.

(69) *Ause filio Nave.* Hæc aliter in textu Græco, qui sic videtur castigandus: Τῷ Αὐσῇ τοῦ Ναυῇ υἱῷ Josue autem appellatus est *Ause,* ut videre est ex lib. i *Recognit.* S. Clementis: *Igitur Moyses his administratis Ausen quemdam nomine præponens populo,* etc. Sic Tertullianus *Lib. adv. Judæos,* et lib. iii, *contra Marcionem: Dum Moysi successor destinatur Auses filius Nave, transfertur certe de primo nomine et incipit vocari Jesus.* Idem docet pluribus locis S. Justinus martyr in *Dialogo cum Tryphone.* Lactantius lib. vi, *De vera sapientia* cap. 17, etc. Res gesta habetur Num. xiii, 17: ἐπωνόμασε Μωσῆς τὸν Αὐσῆ υἱὸν Ναυῆ, Ἰησοῦν Μεν. — Atqui reprehendit S. Hieronymus lib. i, *adv. Jovin.* cap. 12, et initio *Comment. in Oseam,* nec non ad versum ultimum psalmi lxxii, codices tum Græcos, tum sui temporis Latinos, quod Num. xiii, 17, *Ause,* non *Osee* scriptum exhiberent; cum tamen inter utrumque parva vel nulla videatur esse differentia. Ac forte scripserant LXX Ὡσηέ. Ita namque nunc etiam legitur apud Philonem lib. *De nominum mutatione,* et olim legebatur in ejusdem Judæi opere *De nominibus Hebraicis,* sicut patet ex versione Hieronymi, quæ sectione de Numerorum libro, *Osee* repræsentat, non *Ause.* At Justinus M., Origenes, Eusebius, Theodoritus, Tertullianus, Lactantius, Rufinus, atque Augustinus, Αὐσῆ Αὐσῆν, *Ause, Ausen* et *Auseam* vocant. Simile quid versionis LXX notatur ab Origene *ad Joan.* i, 28 in secundo filio Judæ patriarchæ, Hebraice dicto *Onan,* Græce Aunan. Αὐνάν Cot.

XIII. *Christianos, non Judæos, fœderis divini esse hæredes, jam in V. T. annuntiatum est.*

Ἀλλ' ἴδωμεν, εἰ οὗτος ὁ λαὸς κληρονόμος, ἢ ὁ A πρῶτος, καὶ εἰ ἡ διαθήκη εἰς ἡμᾶς, ἢ εἰς ἐκείνους. Ἀκούσατε νῦν περὶ τοῦ λαοῦ, τί λέγει ἡ Γραφή. Ἐδεῖτο δὲ Ἰσαὰκ περὶ Ῥεβέκκας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὅτι στεῖρα ἦν· καὶ συνέλαβεν. Εἶτα καὶ ἐξῆλθε Ῥεβέκκα πυθέσθαι παρὰ Κυρίου, καὶ εἶπε Κύριος πρὸς αὐτήν. Δύο ἔθνη ἐν τῇ γαστρί σου, καὶ δύο λαοὶ ἐν τῇ κοιλίᾳ σου, καὶ λαὸς λαοῦ ὑπερέξει, καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Αἰσθάνεσθαι ὀφείλετε, τίς ὁ Ἰσαὰκ, τίς ἡ Ῥεβέκκα, καὶ ἐπὶ τίνων δέδειχεν, ὅτι μείζων ὁ λαὸς οὗτος, ἢ ἐκεῖνος. Καὶ ἐν ἄλλῃ προφητείᾳ λέγει φανερώτερον ὁ Ἰακὼβ πρὸς τὸν Ἰωσὴφ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, λέγων· Ἰδοὺ, οὐκ ἐστέρησέ με Κύριος τοῦ προσώπου σου· προσάγαγέ μοι τοὺς υἱούς σου, ἵνα εὐλογήσω αὐτούς. Καὶ προσήγαγεν [τὸν Μανασσῆ καὶ] (70) Ἐφραὶμ, τὸν B Μανασσῆ θέλων ἵνα εὐλογηθῇ (71), ὅτι πρεσβύτερος ἦν· ὁ γὰρ Ἰωσὴφ προσήγαγεν εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα τοῦ πατρὸς Ἰακώβ. Εἶδε δὲ Ἰακὼβ τύπον, πνεύματι, τοῦ λαοῦ τοῦ μεταξύ. Καί τί λέγει; Καὶ ἐποίησεν Ἰακὼβ ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ ἔθηκεν [τὴν δεξιὰν] (72) ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἐφραὶμ τοῦ δευτέρου καὶ νεωτέρου, καὶ ηὐλόγησεν αὐτόν. Καὶ εἶπε Ἰωσὴφ πρὸς Ἰακώβ· Μετάθες σου τὴν δεξιὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Μανασσῆ, ὅτι πρωτότοκός μού ἐστιν υἱός. Καὶ εἶπεν Ἰακὼβ πρὸς Ἰωσήφ· Οἶδα, τέκνον, οἶδα· ἀλλ' ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι, καὶ οὗτος δὲ εὐλογηθήσεται. Βλέπετε, ἐπὶ τίνων τέθεικε, τὸν λαὸν εἶναι τοῦτον πρῶτον, καὶ τῆς διαθήκης κληρονόμον. Εἰ οὖν ἔτι καὶ διὰ τοῦ Ἀβραὰμ ἐμνήσθη, ἀπείχομεν τὸ τέλειον τῆς γνώσεως ἡμῶν. Τί οὖν λέγει τῷ Ἀβραάμ; Ὅτι ἐπι- C στευσας, ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην· ἰδοὺ τέθεικά σε

Sed videamus, utrum hic populus hæres sit, an vero prior; et utrum testamentum ad nos, an ad illos pertineat. Audite nunc, quid Scriptura dicat de populo: Orabat Isaacus Rebeccæ uxoris suæ causa, quod esset sterilis; et illa concepit [78]: postea vero Rebecca egressa est ad interrogandum Dominum, et dixit Dominus ad illam: *Duæ gentes in utero tuo sunt, ac duo populi in ventre tuo atque unus populus alterum superabit et major* [natu] *serviet minori* [79]. Debetis intelligere, quis sit Isaaccus, quæ Rebecca, et de quibusnam declaraverit, quod populus hic sit major, quam ille. Et in alia prophetia manifestius loquitur Jacobus ad filium suum Josephum, dicens: *Ecce, Dominus non privavit me facie tua; adduc mihi filios tuos, ut benedicam eis* [80]. Et adduxit [Manassen et] Ephraimum, cupiens, ut Manasses benediceretur, quia erat natu major. Itaque Josephus adduxit eum ad manum dexteram patris sui Jacobi. Vidit autem spiritu Jacobus figuram populi venturi. Et quid narrat Scriptura? *Et commutavit Jacobus manus suas, et* [dexteram] *posuit super caput Ephraimi, minoris ac junioris et benedixit illi Dixitque Josephus ad Jacobum: Transfer dexteram tuam super caput Manassis, quia primitivus filius meus est* [81]. *Et respondit Jacobus Josepho: Scio, fili, scio; sed major serviet minori; benedicitur autem etiam ille* [82]. Aspicite, de quibusnam voluerit, esse hunc primum populum et testamenti hæredem. Si ergo adhuc et per Abrahamum populus ille commemoratus est, tunc scientia nostra ad perfectionem est redacta. Quid igitur dicit Deus Abrahamo? *Quoniam credidisti, tibi in justitiam fuit attributum*

*Vetus interpretatio.*

. . . . . .Iterum dicit David: *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis.* Et iterum dicit Isaias: *Sic dicit Dominus Christo meo, meo* (73) *Domino, cujus tenui dexteram: exaudient illum gentes, et virtutem regum corrumpam.* Videte, quo modo illum prophetæ Dominum, . . . . . non tantum Filium dicunt.

XIII. Quæramus igitur, si hic populus hæreditatem capit, . . . . et testamentum in illis est, aut in nobis. De hoc audite; sic scriptum est (74): *Rogabat Isaac pro Rebecca uxore sua, quia sterilis erat. Et. . . . Rebecca quærebat a Domino*, quid portaret: *et dixit illi Dominus: Duæ nationes in utero tuo sunt et duo populi ex utero tuo nascentur;. . . . . et major serviet minori.* Intelligite: quis sit Isaac, et quæ Rebecca: et. . . . . qui populus minor, aut major. Iterum. . . . . dicit Jacob Joseph filio suo: . . *Ecce Dominus non fraudavit me ex genere tuo* (75): *perduc ad me filios tuos; et benedicam illos.* Et adduxit Manassen et Ephraim. Volens autem Manassen benedici quia major erat, statuit illum. . ad dexteram patris sui Jacob. Vidit autem Jacob in spiritu figuram populi, qui postea futurus erat: et. . . . *convertit manus, et transtulit dexteram super caput Ephraim minoris; et benedixit illum. Et dixit Joseph patri suo: Transfer manum tuam dexteram super caput Manassæ, quia primitivus filius meus est. Et dixit Jacob: Scio, fili, scio: sed major serviet minori; sed et hic benedicetur.* Videte quem voluerit esse primum. . . . testamenti hæredem. Sic ergo (76) et per Abraham commemoratus est, habemus consummationem scientiæ nostræ. Quid ergo dicit Abraham, cum solus credidisset, et positus esset in justitia? *Ecce posui te Abraham, patrem nationum, quæ credunt Domino non circumcisæ.*

[78] Gen. xxv, 21; cfr. Rom. ix, 10-12. [79] Gen. xxv, 23. [80] Gen. xlviii, 9, 11. [81] Gen. xlviii, 18. [82] Gen. xlviii, 19.

VARIORUM NOTÆ.

(70) Verba uncis inclusa ex interpret. Lat. restituit Men.

(71) Εὐλογηθῆναι Dav. *benedici* Vet. interp.

(72) Ita ex vel. interp. restituendum.

(73) *Meo.* Alterum abundat. Fellus tamen utrumque retinuit.

(74) *Sic scriptum est.* Forte, *quid scriptum est.* Ita edit. Oxon.

(75) *Ex genere tuo.* Gr. *conspectu tuo:* rectius juxta sacram Scripturam Men. — Vet. interpres videtur legisse γένους. Feli.

(76) *Sic ergo.* Menardus, *Si hoc ergo*, Al. *Si ergo.* Sic et Fellus; qui paulo post exhibet; *commemoratum est*, vulgata lectione rejecta.

*ecce posui te patrem gentium, quæ in præputio credunt Domino* [83].

A πατέρα ἐθνῶν τῶν πιστευόντων διὰ ἀκροβυστίας τῷ Κυρίῳ.

XIV. *Testamentum quod Moses accepit et contrivit, Dominus nobis dedit.*

Sed sene quæramus, an dederit [Dominus] testamentum, quod patribus juravit se populo daturum. Dedit quidem ; verum illi propter peccata sua indigni fuerant, qui acciperent. Dicit enim propheta: *Et Moses in monte Sina jejunavit quadraginta diebus et quadraginta noctibus, ut testamentum Domini ad populum acciperet* [84]. Et accepit a Domino duas tabulas scriptas digito manus Domini, in spiritu ; sumptasque Moses deferebat ad populum, ut traderet [85]. Et dixit Dominus ad Mosen : *Moses, Moses, descende celeriter ; inique enim se gessit populus, tuus, quem de terra Ægypti eduxisti* [86]. Intellexitque Moses, quod iterum fecerant imagines, et projecit de manibus tabulas, contritæque sunt tabulæ testamenti Dominici. Accepit itaque Moses [testamentum] ; ipsi vero digni non fuerunt. Quomodo nos [id] acceperimus, discite. Moses cum esset famulus [87], illud accepit ; nobis autem ipse Dominus tribuit [esse] in populum hæreditatis, pro nobis passus. Apparuit vero, ut tum illi [Judæi] in peccatis consummarentur, tum nos per ipsum hæredes facti Domini Jesu testamentum acciperemus, qui destinatus erat, ut per adventum suum præcordia nostra, jam a morte assumpta et tradita erroris iniquitati, redimens e tenebris, verbo [suo] disponat in nobis testamentum. Scriptum quippe est, quomodo Pater, redempturus nos a tenebris, illi mandaverit, ut sibi pararet populum sanctum.

A Ναὶ ἀλλὰ τὴν διαθήκην, ἣν ὤμοσε τοῖς πατράσι, δοῦναι τῷ λαῷ, εἰ δέδωκε, ζητῶμεν (77). Δέδωκεν· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι λαβεῖν διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. Λέγει γὰρ ὁ προφήτης· Καὶ ἦν Μωσῆς νηστεύων ἐν ὄρει Σινᾶ, τοῦ λαβεῖν τὴν διαθήκην Κυρίου πρὸς τὸν λαὸν, ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ νύκτας τεσσαράκοντα (78). Καὶ ἔλαβε παρὰ Κυρίου τὰς δύο πλάκας γεγραμμένας τῷ δακτύλῳ τῆς χειρὸς Κυρίου ἐν πνεύματι· καὶ λαβὼν Μωσῆς κατέφερε πρὸς τὸν λαὸν δοῦναι. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς Μωσῆν· Μωσῆ, Μωσῆ, κατάβηθι τὸ τάχος, ὅτι ἠνόμησεν ὁ λαός σου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς Αἰγύπτου. Καὶ συνῆκε Μωσῆς, ὅτι ἐποίησαν πάλιν χωνεύματα, καὶ ἔρριψεν ἐκ τῶν χειρῶν τὰς πλάκας, καὶ συνετρίβησαν αἱ πλάκες τῆς διαθήκης Κυρίου.

B Μωσῆς μὲν γὰρ ἔλαβεν, αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐγένοντο ἄξιοι. Πῶς ἡμεῖς ἐλάβομεν, μάθετε. Μωσῆς θεράπων ὢν ἔλαβεν, αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος ἡμῖν ἔδωκεν, [ (79) εἶναι] εἰς λαὸν κληρονομίας, διὰ ἡμᾶς ὑπομείνας. Ἐφανερώθη δὲ, ἵνα κἀκεῖνοι τελειωθῶσι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ κληρονομοῦντες διαθήκην (80) Κυρίου Ἰησοῦ λάβωμεν, ὃς εἰς τοῦτο ἡτοιμάσθη (81), ἵνα, αὐτὸς φανεὶς, τὰς ἤδη δεδαπανημένας ἡμῶν καρδίας (82) τῷ θανάτῳ, καὶ παραδεδομένας τῇ τῆς πλάνης ἀνομίᾳ, λυτρωσάμενος ἐκ τοῦ σκότους, διάθηται ἐν ἡμῖν διαθήκην λόγῳ. Γέγραπται γὰρ, πῶς αὐτῷ ὁ Πατὴρ ἐντέλλεται, λυτρωσάμενος ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους, ἑτοιμάσαι ἑαυτῷ λαὸν ἅγιον. Λέγει

*Vetus interpretatio.*

XIV. Sed testamentum quod juravit parentibus ut daret populo, an dederit quæramus. Dedit: sed illi non fuerunt digni accipere propter peccata sua. Dicit enim propheta : *Et erat Moyses jejunans in monte Sina, ut acciperet testamentum a Domino, quadraginta diebus et quadraginta noctibus.* Et accepit a Deo. . tabulas scriptas manu Dei. . . Et ut accepit, . . deferebat ad populum ut illis daret. Et Dixit Dominus : *Moyses, Moyses, descende celerius, quia populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, prævaricavit legem.* Et intellexit Moyses, quia fecerunt sibi iterum conflatile : et projecit de manibus tabulas, et confractæ sunt. . . . Moyses. . . accepit ; sed illi non fuerunt digni. Quo modo acceperimus nos. discite : . . . . . cui nos in hæreditatem (83), propter nos omnia sustinens apparuit, ut illi consummati sint in peccatis, et nos per illum hæreditatem testamenti [Domini nostri Jesu Christi(84)] accipiamus, Et iterum propheta dicit (85) : *Posui te in lucem nationum, ut sit sanctitas tua* (86) *usque in*

[83] Gen. xv, 6 ; xvii, 4 ; Rom. iv, 3. [84] Exod. xxiv, 18. [85] Exod. xxxi, 18. [86] Exod. xxxii, 7 ; Deut. ix, 12. [87] Hebr. iii, 5.

VARIORUM NOTÆ.

(77) Ita ex vet. interp. restit. Dav. Ms. ζητοῦμεν.

(78) Cfr. supra c. 4.

(79) Ita Dav.

(80) Ms. διὰ τοῦ κληρονομοῦντος, male. Men. δι' αὐτοῦ κληρονομίαν διαθήκης.

(81) Hic in ms. et editionibus male transposita leguntur, quæ intra uncis inclus, et a nobis, duce veteri interprete, loco suo restituta sunt. Cfr. libellum meum : *Das Sendschreib. d. A. Barnabas*, p. 106.

(82) Ms. καχίας, male. Vet. interp. : *præcordia.*

(83) *Cui nos in hæreditatem*, etc. Menardus, cui hæc corrupta videntur, sic legit : *Qui nos in hæreditatem elegit, propter* etc. Fellus nihil mutat : verum ita distinguit : *Cui nos...sustinens. Apparuit*, etc. At duabus voculis subauditis, lectio vulgata rite sibi cohæret. Sic nempe : *Discite.* (ille) *cui nos in hæreditatem* (sumus), *propter nos omnia sustinens apparuit, ut illi*, etc.

C (84) *Domini nostri Jesu Christi* Hæc verba, etiam in textu Græco, uncinis clausa exhibet Menardus, et litteris miniatis Fellus. Aliter editt. Clerici et Russelii.

(85) *Et iterum propheta dicit : Posui te... liberavit Deus.* In cood. hic locus est male transpositus. Nam post verbum *accipiamus* sequitur : *Qui in hoc paratus est*, usque ad illa verba *liberati sumus.* Quibus statim subduntur ista : *Et iterum propheta dicit... Posui te... liberavit Deus. Iterum propheta dicit ; Spiritus Domini*, etc. usque ad finem. Ita se habent Menardi et Clerici editt. Nos vero eas sequimur quas Fellus et Russelius curarunt, Græcis inhærentes.

(86) *Sit sanctitas tua.* Gr. Barnabæ et LXX, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν : *ut sis tu in salutem.* Expuncto ergo verbo vocabulo, *tua*, lege : *ut sis tu sanitas*, id est salus. Men. — Al. *ut sis sanitas tua.* Fellus, *ut sit salus tua.*

οὖν ὁ προφήτης· Ἐγὼ Κύριος, ὁ Θεός σου, ἐκάλεσά σε ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ κρατήσω τῆς χειρός σου, καὶ ἐνισχύσω σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς τυφλῶν, καὶ ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν πεπεδημένους, ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει (87). Γινώσκετε οὖν, πόθεν ἐλυτρώθημεν. (Καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει (88)· Ἰδοὺ, τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς, λέγει Κύριος ὁ λυτρωσάμενός σε Θεός (89). Καὶ πάλιν ὁ προφήτης λέγει· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι ταπεινοῖς χάριν· ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καὶ καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου (90) δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας (91).

A Dicit igitur propheta : *Ego Dominus, Deus tuus, vocavi te in justitia, et tenebo manum tuam, et corroborabo te; et dedi te in testamentum generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, et ad educendum de vinculis illigatos, de domo carceris sedentes in tenebris*[88]. Agnoscite ergo, unde simus redempti. (Et iterum propheta dicit : *Ecce posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ;* [hæc] *dicit Dominus Redemptor tuus*[89]). Rursus propheta dicit : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare humilibus; misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem et cæcis visum, et nuntiare annum Domini acceptum, et diem retributionis, consolari omnes lugentes*[90].

## XV. *Sabbatum Judæorum non est verum ; Deo acceptum Sabbatum.*

Ἔτι καὶ περὶ τοῦ Σαββάτου γέγραπται ἐν τοῖς δέκα λόγοις, ἐν οἷς ἐλάλησεν ἐν τῷ ὄρει Σινᾶ πρὸς Μωσῆν κατὰ πρόσωπον· Καὶ ἁγιάσατε τὸ Σάββατον Κυρίου χερσὶ καθαραῖς καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει· Ἐὰν φυλάξωσιν οἱ υἱοί μου τὰ Σάββατα, τότε ἐπιθήσω τὸ ἔλεός μου ἐπ' αὐτούς. Τὸ Σάββατον λέγει ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως· Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ἓξ ἡμέραις τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ συνετέλεσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, καὶ κατέπαυσεν ἐν αὐτῇ, καὶ ἡγίασεν αὐτήν (92). Προσέχετε, τέκνα, τί λέγει τὸ συνετέλεσεν ἐν ἓξ ἡμέραις. Τοῦτο λέγει ὅτι συντελεῖ (93) ὁ Θεὸς Κύριος

B Adhuc et de Sabbato scriptum est in [Decalogo seu] decem verbis, quæ Dominus in monte Sina locutus est ad Mosen, os ad os : *Et sanctificate Sabbatum Domini manibus mundis et puro corde*[91]. Et alibi dicit : *Si custodierint filii mei Sabbata, tunc ponam misericordiam meam super illos*[92]. Sabbati meminit [Scriptura] in principio creationis : *Fecitque Deus in sex diebus opera manuum suarum, et desiit die septima, et ea requievit, et sanctificavit eam*[93]. Avertite, filii, quid dicat : *Consummavit in sex diebus.* Id ait : omnia consummabit Dominus Deus in sex millibus annorum ; nam apud illum

### *Vetus interpretatio.*

*novissimum terræ, sicut dicit Dominus, qui te liberavit Deus* : qui in hoc paratus est, ut adventum (94) ipsius præcordia nostra quæ jam absumpta erant a morte et tradita iniquitati.., liberaret a tenebris, et testaretur in nobis testamentum servorum (95) suorum. Scriptum est enim quomodo illi Pater mandaverit, ut liberaret nos a tenebris, et pararet sibi populum sanctum. Dicit ergo propheta sic : *Ego Dominus Deus tuus, vocavi te in æquitate : tenebo manum tuam et fortem te faciam : dedi te in testimonium gentibus* (96), *et in lumen nationum ; ut aperias oculos cæcorum, et educas de vinculis alligatos.* . . . . . Scitote ergo, unde liberati sumus. Iterum propheta dicit : *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me ; bene nuntiare hominibus* (97) *misit me, curare contribulatos corde. prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, et vocare annum Domini acceptabilem.* . . . . . .

XV. Adhuc et de Sabbato scriptum est in decem verbis, quibus locutus est in monte Sina ad Moysen . . . . . : *Sanctificate Sabbatum Domini manibus mundis, et puro corde.* Et alibi dicit : *Si custodierint filii mei Sabbatum, tunc faciam misericordiam in illis.* Sabbatum dicit initium (98) constitutionis : *Et fecit Deus die sexto opera sua, et consummavit in die septimo, et requievit in illo die,* . . . . Attendite, filii, quid dicit, *consummavit in sex dies.* Hoc dicit, quia consummavit (99) Deus omnia in sex millia annorum. Dies enim apud illum, mille anni sunt. Ipse mihi testis est, dicens : *Ecce hodiernus dies erit tanquam mille anni.* Unde scire debetis, . . . quia . . . in sex millia annorum consummabuntur omnia. Et quid dicit, *Requievit Deus die septima ?* Hoc est, cum venerit Filius illius, et amputabit tempus iniquitatis, et judicabit impios, et mutabit solem, lunam et stellas ; tunc bene requiescet in die septima. Ad summam hoc dicit : *Sanctificabis illum diem manibus mundis, et corde puro.* Quem (100) ergo diem sanctificavit Deus, quis potest san-

[88] Isa. XLII, 6, 7. [89] Isa. XLIX, 6. [90] Isa. LXI, 1. 2. [91] Exod. XX, 8 ; Deut. V, 12. [92] Jer. XVII, 24, 25. [93] Gen. II, 2.

### VARIORUM NOTÆ.

(87) Æc per prophetam Deus Pater ad Filium loquitur.

(88) Cfr. supra. not. 81.

(89) Iterum hæc Pater ad Filium loquitur.

(90) Al. Κυρίῳ.

(91) Hæc Filius loquitur per prophetam.

(92) Gen. II, 2, secundum Hebr. non juxta LXX, qui habent : ἕκτῃ.

(93) Davisius postulat συντελέσει, male ; nam συντελεῖ est futurum attic. Buttm. Gramm. § 86, n. 11, 12.

(94) *Adventum.* Aut suppl. *per,* aut leg. *adventu.*

(95) *Servorum.* Al. *sermonum.* Fellus : *servorum suorum per verbum.*

(96) *Gentibus.* Al. *gentis.*

(97) *Hominibus.* Al. *humilibus* nihil mutat Fellus.

(98) *Initium.* Al malunt *initio.* Sic edidit Fellus.

(99) *Consummavit,* Forte *consummabit.* Ita Felli editio.

(100) *Quem.* Al. *Si quem,* juxta Græcum. Fellus nihil addit.

dies æquiparatur mille annis[94]. Ipsemet enim testatur, dicens : *Ecce hodiernus dies erit tanquam mille anni*[93]. Itaque, filii, in sex diebus, hoc est, in sex annorum millibus consummabuntur universa. *Et requievit die septima.* Hoc ait : quando veniens ejus Filius tempus iniqui abolebit, ac judicabit impios, et mutabit solem ac lunam stellasque; tunc pulchre resquiescet die septima. Denique ait : *Sanctificabis eam manibus mundis et corde puro.* Si ergo quam diem Deus sanctificavit, aliquis nunc potest sanctificare, nisi sit per omnia mundus corde, erravimus. Vide ergo : certe tunc pulchre quiescens sanctificat [aliquis] eam, cum poterimus ipsi justo [facere], accepta promissione, deleta iniquitate, novatis vero cunctis a Domino. Tunc poterimus diem illam sanctificare, si nos ipsi prius fuerimus santificati. Demum illis dicit : *Novilunia vestra et Sabbata vestra non fero*[96]. Cernite, quomodo loquatur : non mihi accepta sunt præsentia Sabbata, sed illa, quæ ego fecit; quando scilicet, universis finem imponens, octavi diei faciam initium, boc est, initium alterius mundi. Idcirco et diem octavum in lætitia agimus; quo et Jesus resurrexit a mortuis, et cum apparuisset, ascendit ad cœlos.

A ἐν ἑξακισχιλίοις ἔτεσι τὰ πάντα· ἡ γὰρ ἡμέρα παρ' αὐτῷ χιλια ἔτη. Αὐτὸς δὲ μαρτυρεῖ, λέγων· Ἰδοὺ, σήμερον ἡμέρα ἔσται ὡς χίλια ἔτη. Οὐκοῦν, τέκνα, ἐν ἓξ ἡμέραις, ἐν τοῖς ἑξακισχιλίοις ἔτεσι, συντελεσθήσεται τὰ πάντα. Καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. Τοῦτο λέγει· ὅταν ἐλθὼν ὁ Υἱὸς αὐτοῦ καὶ καταργήσει τὸν καιρὸν ἀνόμου (1), καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς, καὶ ἀλλάξει τὸν ἥλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς καταπαύσεται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ (2). Πέρας γέ τοι λέγει· Ἁγιάσεις αὐτὴν ἐν χερσὶ καθαραῖς, καὶ καρδίᾳ καθαρᾷ (3). Εἰ οὖν, ἣν Θεὸς ἡμέραν ἡγίασε, νῦν τις δύναται ἁγιάσαι, εἰ μὴ καθαρὸς ὢν τῇ καρδίᾳ ἐν πᾶσι, πεπλανήμεθα. Ἴδ' οὖν· ἄρα (4) τότε καλῶς καταπαυόμενος ἁγιάζει αὐτὴν (5), ὅτε δυνησόμεθα αὐτοὶ δίκαια B ἀπολαβόντες τὴν ἐπαγγελίαν, οὐκέτι οὔσης ἀνομίας, γεγονότων δὲ καινῶν πάντων ὑπὸ Κυρίου (6). Τότε δυνησόμεθα αὐτὴν ἁγιάσαι, αὐτοὶ ἁγιασθέντες πρῶτον. Πέρας γέ τοι λέγει αὐτοῖς· Τὰς νεομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ Σάββατα ὑμῶν οὐκ ἀνέχομαι. Ὁρᾶτε, πῶς λέγει· Οὐ τὰ νῦν Σάββατα ἐμοὶ δεκτὰ, ἀλλ' ἃ πεποίηκα, ἐν ᾧ καταπαύσας τὰ πάντα, ἀρχὴν ἡμέρας ὀγδόης ποιήσω, ὅ ἐστι, ἄλλου κόσμου ἀρχήν (7). (8) Διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην, ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ φανερωθεὶς (9) ἀνέβη εἰς τοὺς οὐρανούς.

XVI. *Non templum Judæorum, sed spirituale templum Christianorum Deo placuit.*

Adhuc et de templo dica vobis, quomodo er- C Ἔτι καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐρῶ ὑμῖν· πῶς πλανώμενοι

*Vetus interpretatio.*

ctificare modo, nisi qui sit mundo corde in omnibus? Non erravimus (10). Videns ergo qui refrigerans sanctificavit illum; . . . . . et nos tunc poterimus sanctificare, ipsi sanctificati primum. Ad summam dicit illis : *Dies solemnes vestros, et Sabbata num sustineo.* Videte, quo modo dicit, non hæc Sabbata sibi non accepta (11), sed quæ fecit, et in die suo consummavit omnia, initium octava die facta (12), qui est alterius sæculi initium. Propter quod agimus diem octavum in legationem; in quem (13) et Jesus resurrexit a mortuis; et apparuit, et ascendit in cœlos.

XVI Adhuc et de templo dicemus (14), quo modo errantes in ædem spem habuerunt tanquam in Dominum (15), qui illos fecit quasi sit domus Dei : tanquam ethnici (16) conservaverunt (17) illum in templo. Sed quo modo dicat Dominus, discite, vacuum faciens templum : *Quis mensus est cœlum palmo, aut quis totam terram pugno apprehendit? Nonne mihi* (18), *dicit Dominus, cœlum thronus est, terra autem scabellum pedum meorum est? Qualem domum mihi ædificabitis, aut quis locus erit requietionis meæ.* Unde cognoscitis, quia vana spes est illorum. Et iterum : . . . *Qui deposuerunt templum hoc, ipsi illud et ædificabunt*

[94] Cfr. 2 Petr. III, 8. [93] Psal. LXXXIX, 4. [96] Isa. I, 13.

## VARIORUM NOTÆ

(1) Ita Fell. duce vet. interpr. Ms. αὐτοῦ, male.

(2) I. e. verum Sabbatum a secundo demum oritur Christi adventu. De Chiliasmo Barnabæ vide libellum meum : *Sendscheib. d. A. Barn.* p. 109 sqq. D

3) I. e. Si Judæorum Sabbata vera essent, nos a Deo decepti essemus, qui postulat manus mundas et cor purum.

(4) Ita Dav. Ms. εἰ δ' οὐδ' ἄρα. Aliter hunc locum explicui in *Seadschreiben a. A. Barn.* p. 110.

(5) Sc. τις.

(6) Hic punctum ponendum puto. Aliter distinguunt Dav. et Cler

(7) Illa sex millia annorum desinunt die ultima i. e. septima) ultimæ hebdomadæ. Ego novum ævum, Dei regnum, sequenti octava die incipit.

(8) Barnabas testatur hic celebrationem diei Dominicæ apud antiquos.

(9) Cfr. libellum menm : *Sendschreiben.d.A.Barn.* p, 112, 113.

(10) *Non erravimus*, etc. Menardus ita legit : *Nos erravimus, Vides*, etc. Fellus autem sic : *Nisi quis sit mundo corde : in omnibus nos erravimus. Vide ergo*, etc. Græca quoque ita distinguit. Al. *Vide ergo quia refrigerans sanctificabit*, etc.

(11) *Non accepta* Delo *non* cum Fello aliisque. Et mox lege : *in die quo*, aut potius, *id die septimo.*

(12) *Octava die facta.* Degit Menardus : *octavo die faeturus.* Fellus : *initium octavæ diei facturus.*

(13) *In legationem*; *in quem.* Menardus, *in lætitia.* Fellus sic : *in lætificationem.* Al. *in lætationem.* Mox omnes, *in quo.*

(14) *Dicemus.* Vet. interpres legebat, ἐροῦμεν.

(15) *Tanquam in Dominum.* Rectius ad contextum Græcum, *et non in Dominum.* FELL.

(16) *Tanquam ethnici.* Adde ex cod. *aut forsitan.*

(17) *Conservaverunt.* Leg, ex Græcis, *consecraverunt.* Quam quidem lectionem Fellus in textum intulit.

(18) *Nonne mihi.* Al interserunt, *ego.* Sic autem Fellus distinguit : *Nonne ego? Mihi eicit Dominus.*

οἱ ταλαίπωροι ἐπὶ τὸν δόμον (19) ἤλπισαν, καὶ οὐκ ἐπὶ τὸν Θεὸν αὐτὸν, τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, ἀλλ' ὡς ὄντα οἶκον Θεοῦ. Σχεδὸν γὰρ, ὡς τὰ ἔθνη, ἀφιέρωσαν αὐτὸν ἐν τῷ ναῷ. Ἀλλὰ πῶς λέγει Κύριος, καταργῶν αὐτὸν, μάθετε· Τίς ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ τίς τὴν γῆν δρακί ; Οὐκ ἐγώ ; Λέγει Κύριος· Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου· ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ (20) μοι, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου ; Γνῶτε, ὅτι ματαία ἡ ἐλπὶς αὐτῶν (21). Πέρας γοῦν πάλιν λέγει· Ἰδοὺ, οἱ καθελόντες τὸν ναὸν τοῦτον αὐτοὶ αὐτὸν οἰκοδομήσουσι. Γίνεται (22)· Διὰ γὰρ τὸ πολεμεῖν αὐτοὺς καθῃρέθη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν· νῦν καὶ αὐτοὶ οἱ τῶν ἐχθρῶν ὑπηρέται ἀνοικοδομήσουσιν αὐτόν. Πάλιν, ὡς ἤμελλεν ἡ πόλις καὶ ὁ ναὸς καὶ ὁ λαὸς Ἰσραὴλ παραδίδοσθαι, ἐφανερώθη. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· Καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων ἡμερῶν, παραδώσει Κύριος τὰ πρόβατα τῆς νομῆς, καὶ τὴν μάνδραν καὶ τὸν πύργον αὐτῶν εἰς καταφθοράν (23). Καὶ ἐγένετο καθ' ἃ ἐλάλησε Κύριος. Ζητήσωμεν οὖν, εἰ ἔστι ναὸς Θεοῦ (24). Ἔστιν· ὅπου αὐτὸς λέγει ποιεῖν καὶ καταρτίζειν. Γέγραπται γάρ· Καὶ ἔσται, τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης οἰκοδομηθήσεται ναὸς Θεοῦ ἔνδοξος (25) ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου. Εὑρίσκω οὖν, ὅτι ἔστι ναός. Πῶς οὖν οἰκοδομηθήσεται ἐν ὀνόματι Κυρίου ; μάθετε (26). Πρὸ τοῦ ἡμᾶς πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, ἦν ἡμῶν τὸ κατοικητήριον τῆς καρδίας φθαρτὸν καὶ ἀσθενὲς, ὡς ἀληθῶς οἰκοδομητὸς ναὸς διὰ χειρός· ὅτι ἦν πλήρης μὲν εἰδωλολατρείας (27), [καὶ] ἦν οἶκος δαιμονίων, διὰ τὸ ποιεῖν, ὅσα ἦν ἐναντία τῷ Θεῷ. Οἰκοδομηθήσεται δὲ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Κυρίου, προσέχετε, ἵνα ὁ ναὸς Κυρίου ἐνδόξως (28) οἰκοδομηθῇ. Πῶς ; μάθετε. Λαβόντες τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, καὶ ἐλπίσαντες ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἐγενόμεθα καινοὶ, πάλιν ἐξ ἀρχῆς κτιζόμενοι. Διὸ ἐν

A rantes miseri, non in ipsum Deum, effectorem eorum, spem habuerunt, sed in ædem, quasi domus Dei esset. Nam fere instar gentium illum in templo venerati sunt. Sed quomodo Dominus loquatur, templumque irritum faciat, animadvertite : *Quis mensus est cælum spithama, et quis terram palma? Nonne ego*[97]*? Dicit Dominus : Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam mihi domum ædificabitis, aut quis locus requietis meæ*[98] ? Cognoscite, quod vana est spes illorum. Et tandem rursus ait : *Ecce, qui destruxerunt templum hoc, ipsi illud ædificabunt*[99]. Idque evenit. Nam quia bellum gesserunt, ab hostibus destructum est templum ; nunc et ipsi hostium ministri reædificant illud. Iterum, quod tradenda esset civitas una cum templo et cum populo Israelitico, est declaratum. B Ait quippe Scriptura : *Et erit in novissimis diebus, tradet Dominus oves pascui et ovile et turrim eorum in exitium.* Atque contigit, quemadmodum locutus est Dominus. Quæramus itaque, an exstet [adhuc] templum Dei. Exsistit, ubi ipsemet se illud facere ac perficere testatur. Scriptum enim est : *Et erit, heddomoda completa, ædificabitur magnificum templum Dei, in nomine Domini*[100]. Invenio igitur, quod templum exsistit. Qua ratione ergo ædificabitur in nomine Domini, discite. Antequam Deo crederemus, erat cordis nostri domicilium corruptioni obnoxium et imbecille, ad modum templi vere per manus ædificati ; plenum siquidem erat idolorum cultu, et erat domus dæmonum, quia fecimus, quæcunque Deo contraria sunt. Ædificabitur autem, attendite, in nomine Domini, ut templum Domini magnifice C ædificetur. Quomodo ? Discite. Accepta remissione peccatorum et spe habita in nomine Domini, facti sumus novi, iterum ab integro creati. Ideo in nobis,

*Vetus interpretatio.*

Et fiet (29) : dum enim belligerarent, depositum est ab inimicis (30) . . . Iterum sicut incipiebat civitas, . . . et populus totus Judæorum tradi, propalavit. Dicit enim Scriptura . . . *In novissimis diebus tradet Dominus oves pascuæ, et cubile* (31), *et turrem eorum in exterminium.* Et factum est secundum quæ Dominus locutus est. Quæramus ergo, si est templum Deo. Est : ubi ipse dicit facere et consummare. Scriptum . . . est : *Et erit, septimo die consummato* (32), *ædificabitur templum Deo præclare in nomine Domini.* Invenio, quia templum est. Quo modo ergo ædificabitur in nomine Domini ? Discite. Ante quam crederemus Deo, erat habitatio nostra . . . corrupta et infirma, sicut templum quod per manus. . . ædificatur : quia pleni eramus adorationibus idolorum . . . et erat domus dæmoniorum ; propter quod faceremus, quæ Deo essent contraria. Ædificabitur autem in nomine Domini, . . . præclare . . . templum Deo. Attendite. Et quo modo ? Discite : ut accipiatis remissionem peccatorum. Cum crediderimus in nomine Domini, non sumus (33) jam tales, quales ab initio creati : propter quod . . . in nobis vere

([97] Isa. XL, 12. [98] Isa. LXVI, 1. [99] Isa. XLIX, 17. [100] Dan. IX, 24, 25, 27 ; Agg. II, 10.

## VARIORUM NOTÆ.

(19) Ita Cot. οἶκον Men. et Fell. οὐδόν, *lidem* Mazoch. *ædem* vet. interp. Ms. τὴν ὁδόν, male.

(20) Ita LXX et vet. interpr. Ms. οἰκοδομήσατε.

(21) I. e. Judæorum.

(22) Spiritualiter, ut mox videbitur. MEN.

(23) Hæc, prout hic habentur, non sunt in tota Scriptura. MEN. cfr. Jer. XXV. Isa. V.

(24) Jam destructo templo Hierosol., quærit an alterum templum successurum sit MEN.

(25) Vet. interpr. leg. ἐνδόξως, *præclare.*

(26) Clem. Alex. *Strom.* II, c. 20, p. 490.

(27) Ita ex Clem. Alex. et vet. interp. restituo. In mss. post. εἰδωλολατρείας, abundant : οἶκος εἰδωλολατρεία.

(28) Ita Clem. et vet. interp. Ms. ἔνδοξος.

(29) *Et fiet.* Leg. *Et fit.* Ita quoque Felli edit. Oxon.

(30) *Ab inimicis.* Add. ex vet. cod. *Nunc et ipsi inimicorum ministri ab initio ædificant illud.*

(31) *Cubile*, etc. Lege *ovile*, ut in textu Græco, μάνδραν. *Et turrum eorum.* Alludit ad turrim illam, de qua in parabola vineæ apud *Isai.* V. MEN.

(32) *Septimo die consummato.* In Græco legitur ex Daniele, τῆς ἑβδομάδος συντελουμένης, ut intelligatur septimana ex annis constare. FELL.

(33) *Ut accipiatis... non sumus.* Hunc locum Fellus sic exhibet : *quod accipientes remissionem peccatorum, et cum crediderimus in nomine Domini, nos sumus*, etc.

in domicilio nostro, vere Deus habitat. Quo modo? Verbum ejus fidei, vocatio ejus promissionis, sapientia mandatorum, præcepta doctrinæ, [imo] ipse in nobis prophetat, ipse in nobis inhabitat; morti addictis nobis aperit fores templi, i. e. os, dedit nobis pœnitentiam, sicque introduxit nos in templum, quod destrui non potest. Quare, qui cupit esse salvus, non in hominem respicit, sed in eum, qui in homine habitat, atque in eo loquitur; admirans, quod nunquam neque audierit eum talia verba ore fundentem, neque ipse [talia] audire desideraverit. Hoc est templum spirituale Domino constructum.

A τῷ κατοικητηρίῳ ἡμῶν ἀληθῶς ὁ Θεὸς κατοικεῖ ἐν ἡμῖν. Πῶς; Ὁ λόγος αὐτοῦ τῆς πίστεως, ἡ κλῆσις αὐτοῦ τῆς ἐπαγγελίας, ἡ σοφία τῶν δικαιωμάτων, αἱ ἐντολαὶ τῆς διδαχῆς, αὐτὸς ἐν ἡμῖν προφητεύων, αὐτὸς ἐν ἡμῖν κατοικῶν· τοῖς τῷ θανάτῳ δεδουλωμένοις ἀνοίγων ἡμῖν θύρας τοῦ ναοῦ, ὅ ἐστι στόμα (3 ), μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, εἰσήγαγε εἰς τὸν ἄφθαρτον ναόν (35)· Ὁ καὶ ποθῶν σωθῆναι, βλέπει οὐκ εἰς τὸν ἄνθρωπον (36), ἀλλ' εἰς τὸν ἐν αὐτῷ ἐνοικοῦντα, καὶ λαλοῦντα ἐν αὐτῷ (37), ἐκπλησσόμενος ἐπὶ τῷ μηδέποτε, μήτε τοῦ λέγοντος τὰ ῥήματα ἀκηκοέναι ἐκ τοῦ στόματος, μήτε αὐτόν (38) ποτε ἐπιτεθυμηκέναι ἀκούειν. Τουτέστι πνευματικὸς ναὸς οἰκοδομούμενος τῷ Κυρίῳ.

## XVII. *Epilogus partis primæ.*

Quantum potuit, et sine obscuritate potuit vobis monstrari, spes mihi est, pro studio meo me nihil omisisse eorum, quæ ad vestram salutem spectant, quæque sunt præsentia. Si enim de futuris scripsero vobis, non intelligetis: quoniam in abscondito positum est. Et hæc quidem ad hunc modum.

B Ἐφ' ὅσον ἦν ἐν δυνατῷ καὶ ἁπλότητι δηλῶσαι ὑμῖν (39), ἐλπίζει μου ἡ ψυχὴ, τῇ ἐπιθυμίᾳ μου μὴ παραλελοιπέναι μέ τι τῶν ἀνηκόντων ὑμῖν εἰς σωτηρίαν ἐνεστώτων (40). Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν μελλόντων γράφω ὑμῖν, οὐ μὴ νοήσητε, διὰ τὸ ἐν παραβολαῖς κεῖσθαι. Ταῦτα μὲν οὕτως.

### *Vetus interpretatio.*

Deus inhabitat. Quo modo? Sermo fidei illius, vocatio promissionis illius, sapientia æquitatis, præcepta testamenti illius (41); in nobis prophetans ipse, et in nobis habitans. Quia (42) cum sub servitute mortis eramus, aperiens ostium templi nostri (43), quod est os sapientiæ (43), . . . fecit de nobis domum incorruptam. Qui enim concupiscit liberari, vivit (45) non in hominem, sed in eo qui habitat . . . in illo: miratur quod nunquam tales sermones audierit eum dicentem, neque ipse concupierit audire. Hic est spiritualiter . . . ædificatus.

XVII. Quantum . . . fuerit in simplicitate demonstrandi nobis (46), . . . non intermisi quidquam . . . Si enim de instantibus ac futuris (47) scribam vobis, non intelligetis, quo modo in parabolis (48) posita sunt multa. Hæc autem sic sunt. Habes interim (49) de majestate Christi, quomodo omnia in illum, et per illum, facta sunt: cui sit honor, virtus, gloria, nunc et in sæcula sæculorum.

## EPISTOLÆ PARS SECUNDA.

## XXIII. *De duabus viis.*

Transeamus autem et ad alteram cognitionem atque doctrinam. Duæ sunt viæ doctrinæ ac potestatis: una lucis, altera tenebrarum. Differentia

Μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. Ὁδοὶ δύο εἰσὶ διδαχῆς καὶ ἐξουσίας (50), ἥ τε τοῦ φωτὸς (51), ἥ τε τοῦ σκότους. Διαφορὰ δὲ πολλὴ τῶν

## VARIORUM NOTÆ.

(34) Ad annuntiandam gloriam Dei.

(35) I. e. nos ipsos effecit tale templum.

(36) Qui est præco Evangelii.

(37) Ita Dav. Vet. interp. *in illo*. Ms. ἐπ' αὐτῷ.

(38) Ms. αὐτός. Scribendum αὐτόν, quod ipsa syntaxi postulat. Dav.

(39) Ita Dav., codicibus nisus. Alii ἡμῖν.

(40) I. e. de quibus nunc disceptatur, e. g. num novum fœdus veteri sit præferendum, num adhuc valeant præcepta Judaica, etc.

(41) *Testamenti illius*. Vet. interpres legebat διαθήκης αὐτοῦ. Fell.

(42) *Quia*. Forte, *qui*. Fell.

(43) *Aperiens ostium templi nostri*. Os in sequentibus interpretatur, quod revera est *ostium* corporis. Sed primum quid significat *os aperire?* Deinde quis nexus est inter apertionem oris et quæ sequntur in Græcis, μετάνοιαν διδοὺς ἡμῖν, *dans nobis pœnitentiam?* Alludere videtur ad locum psalmi L, 17, ubi ita David: *Domine, aperi labia mea, et os meum annuntiabit laudem tuam*. Cler.

(44) *Os sapientiæ*. Est revera *os sapiens*, quod beneficia a Deo accepta indesinenter commemorat atque extollit. Sed in Græcis habetur quod modo retulimus, pro quo interpres legit σοφίας. Cler.

(45) *Vivit*. Al. *videt*. Fellus hæc ita reformanda

C censuit: *Vidit non in hominem, sed in illum qui in eo habitat et loquitur in illo; miratus*, etc. Et mox: *Hoc est spiritualiter Domino ædificatum templum*.

(46) *Nobis*. Al. *vobis*. Fellus utrobique, ἡμῖν, *nobis*.

(47) *De instantibus ac futuris*. Ex his patet Græca sic legenda esse: Ἐὰν γὰρ περὶ τῶν ἐνεστώτων καὶ μελλόντων. Men. — Vocem ἐνεστώτων loco suo dimotam, in sequentem periodum, a Latina versione admoniti, reposuimus. Fell. — Vide not. 42 ad cap. 4, col. 732. Hinc Usseriana lectio ejus loci confirmari potest. Cler.

(48). *Quo modo in parabolis*. Legendum forte *quoniam:* certe sic vertendum fuerat διά τό. Cler.

(49). *Habes interim*, etc Hæc non sunt in textu Græco. Hucusque vervio Latina codicis Corbeiensis. Men. — Quæ autem desunt, Græcis litteris ita Fellus expressit: Ἔχεις οὖν περὶ τῆς μεγαλειότητος τοῦ Χριστοῦ, ὡς πάντα εἰς αὐτὸν, καὶ δι' αὐτοῦ πεποίηται· ᾧ δόξα, κράτος καὶ τιμὴ, νῦν καὶ εἰς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

(50) De duplici *doctrina*, bona et mala, et de *potestatibus* bonis et malis (angelis et dæmonibus) loquitur.

(51) H. l. l. Origen. *De princ.* l. III, c. 2, n. 4, et l. I *Explan.* in Ep. ad Rom. I, 24.

δύο ὁδῶν. Ἐφ' ἧς μὲν γάρ εἰσι τεταγμένοι φωταγωγοὶ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἧς δὲ ἄγγελοι τοῦ Σατανᾶ. Καὶ ὁ μὲν ἔστι Κύριος ἀπ' αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας, ὁ δὲ ἄρχων καιροῦ τῆς ἀνομίας. A

vero multa duarum viarum. Uni siquidem præpositi sunt angeli Dei locem præferentes, alteri vero angeli Satanæ [1]. Ac ille quidem Dominus est a sæculis in sæcula ; hic autem princeps temporis iniqui.

## XIX. *De via lucis.*

Ἡ οὖν ὁδὸς τοῦ φωτός ἐστιν αὕτη. Ἐάν τις θέλων (52) ὁδεύειν ἐπὶ τὸν ὡρισμένον τόπον, σπεύσει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ δοθεῖσα ἡμῖν γνῶσις τοῦ περιπατεῖν ἐν αὐτῇ, τοιαύτη. Ἀγαπήσεις τόν σε ποιήσαντα, δοξάσεις τόν σε λυτρωσάμενον ἐκ θανάτου. Ἔσῃ ἁπλοῦς τῇ καρδίᾳ, καὶ πλούσιος τῷ πνεύματι. Οὐ κολληθήσῃ μετὰ τῶν πορευομένων ἐν ὁδῷ θανάτου (53) Μισήσεις ποιεῖν, ὃ οὐκ ἀρεστὸν τῷ Θεῷ, μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν. Οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς Κυρίου. (54) Οὐχ ὑψώσεις σεαυτόν, ἔσῃ δὲ ταπεινόφρων. Οὐκ ἀρεῖς ἐπὶ σεαυτὸν δόξαν. Οὐ λήψῃ βουλὴν πονηρὰν κατὰ τὸν πλησίον σου. Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ θράσος. (55) Οὐ πορνεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ παιδοφθορεύσεις (56) Οὐ μή σοι ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐξέλθῃ ἐν ἀκαθαρσίᾳ τινῶν. (57) Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξας τινὰ ἐπὶ (58) παραπτώματι. Ἔσῃ πραΰς, ἔσῃ ἡσύχιος. Ἔσῃ τρέμων τοὺς λόγους, οὓς ἤκουσας. Οὐ μὴ μνησικακήσῃς τῷ ἀδελφῷ σου. (59) Οὐ μὴ διψυχήσῃς, πότερον (60) ἔσται, ἢ οὔ. Οὐ μὴ λάβῃς ἐπὶ ματαίῳ (61) ὄνομα Κυρίου. Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὑπὲρ τὴν ψυχήν σου. (62) Οὐ φονεύσεις τέκνον ἐν φθορᾷ, οὐδὲ πάλιν γεννηθὲν ἀνελεῖς. (63) Οὐ μὴ ἄρῃς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου, ἀλλ' ἀπὸ νεότητος διδάξεις φόβον Κυρίου. Οὐ μὴ γένῃ ἐπιθυμῶν τὰ τοῦ πλησίον σου (64), οὐδὲ μὴ γένῃ πλεονέκτης. Οὐδὲ κολληθήσῃ ἐκ ψυχῆς σου μετὰ ὑψηλῶν, ἀλλὰ μετὰ δικαίων καὶ ταπεινῶν ἀναγραφήσῃ. (65) Τὰ συμβαίνοντά σοι (66) ἐνεργήματα, ὡς ἀγαθὰ, πρόσδεξαι. (67) Οὐκ ἔσῃ δίγνωμος, οὐδὲ δίγλωσσος· παγὶς γὰρ θανάτου ἐστὶν ἡ διγλωσσία. Ὑποταγήσῃ Κυρίῳ, κυρίοις ὡς τύπῳ Θεοῦ, ἐν αἰσχύνῃ καὶ φόβῳ. (68) Οὐ μὴ ἐπιτάξῃς ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἐλπίζουσι, μή ποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις Θεόν· ὅτι ἦλθεν οὐκ ἐπὶ πρόσωπον καλέσαι, ἀλλ' ἐφ' οὓς τὸ Πνεῦμα ἡτοίμασε. (69) Κοινωνήσεις ἐν πᾶσι τῷ πλησίον σου, οὐκ ἐρεῖς ἴδια· εἰ γὰρ ἐν τοῖς ἀφθάρτοις κοινωνοί ἐστε, πόσῳ μᾶλλον ἐν τοῖς φθαρτοῖς ; Οὐκ ἔσῃ πρόγλωσσος· παγὶς γὰρ στόμα θανάτου. Ὅσον δύνασαι, (70) περὶ τὴν ψυχήν σου B C

Via igitur lucis hæc est: Si quis cupit pervenire ad præfinitum locum, suis operibus id consequi studeat. Cognitio itaque nobis data in hic via ambulandi ejusmodi est. Diliges Creatorem tuum, gloria afficies, eum, qui redemit te a morte. Eris corde simplex et spiritu dives. Non adhærebis ad eos, qui incedunt in via mortis. Odio habebis perpetrare quod Deo non placet, odio habeas omnem simulationem. Ne derelinquas mandata Domini. Te ipsum non exatabis, eris autem humilis. Non assumes tibi gloriam. Non capies malum consilium adversus proximum tuum. Non dabis animæ insolentiam. Non fornicaberis, non adulterium facies, pueros non corrumpes. Non ex te verbum Dei in quorumdam impuritate exeat. Non accipies personam in arguendo cujuspiam lapsu. Eris mansuetus, eris quietus. Contremisces ad verba, quæ audisti [2]. Fratri tuo ignosces. Non ambigas, utrum futurum sit, necne. Ne assumas in vanum nomen Domini. Diliges proximum tuum plus quam animam tuam. Non interficies fetum in abortione,nec etiam interimes post nativitatem. Ne auferas manum tuam a filio tuo, vel a filia tua ; sed a pueritia docebis eos timorem Domini. Bona proximi tui non concupisces, nec eris avarus. Neque ex anima tua adhærebis superbis ; sed cum justis atque humilibus ascriberis. Quæ tibi contingunt vexationes, tanquam bona admitte.Non eris inconstans nec bilinguis ; laqueus enim mortis est lingua duplex. Subjicieris Domino [Deo], dominis vero, ut Dei imagini, in verecundia et timore [3]. Ne in amaritudine imperes ancillæ aut servo tuo, qui in eumdem sperant ; ne forte non timeas Deum, qui super utrumque est,quoniam non venit vocare secundum personam [4], sed secundum eos quos Spiritus præparaverit [5].Communicabis in omnibus cum proximo tuo, nec quidquam dices proprium ; si enim in incorruptis consortes estis, quanto magis in iis,quæ corrumpuntur [6] ? Non eris lingua præceps ; os enim

[1] II Cor. XII, 7. [2] Isa. LXVI, 2 ; Philip. II. 12. [3] Ephes. VI, 5. [4] Ephes. VI, 9. [5] Rom. VIII, 29, 30. [6] Act. IV, 32.

### VARIORUM NOTÆ.

(52) Participium loco verbi finiti, ut supra c. 6, not. 15, col. 741.
(53) Eadem in *Const. apost.*, VII, 14.
(54) *Const. apost.*, VII, 8.
(55) *Const. apost.*, VII, 2.
(56) I. e. Evangelium prædicans,nulla parte morum sis impurus.
(57) *Const. apost.* VII, 10.
(58) Ita restituo ex *Const. apost.*, ms. παραπτώματα.
(59) *Const. apost.*, VII, 11. Cfr. Epist. I clem. ad Cor. c. XI et XXIII, et Jac. I 8.
(60) Sc. quod Deus promisit.
(61) Post ματαίῳ, in ms. abundat εἰς.
(62) *Const. ap.*, VII, 3.
(63) *Ibid.*, 12.
(64) *Ibid.* 4.
(65) *Ibid.*, 8.
(66) Operatio laboriosa, molestia.
(67) *Const. apost.* II, 6 ; VII, 4.
(68) *Const. apost.*, VII, 13.
(69) *Const. apost.*, VII, 12.
(70) Ita Dav., ms. ὑπέρ.

laqueus est mortis. Quantum potes, castus sis A anima.«Noli porrigere manus tuas ad accipiendum, ad dandum vero contrahere [7]. » Diliges ut pupillam oculi tui omnem,qui tibi loquetur verbum Domini. in memoriam tuam nocte ac die revocabis judicii diem. Exquiras quotidie vultus sanctorum, et in sermone eos perscrutans, et ad exhortandum incedens, et meditans, quomodo animam verbo [tuo] servare possis. Et manibus tuis operaberis ad redemptionem peccatorum tuorum [8].Non dubitandis dare, neque murmurabis, cum das. *Omni petenti te tribue* [9]; cognosces autem, quis sit bonus mercedis retributor. Servabis, quæ accepisti, nec addens, nec demens. Malus odiosus tibi erit in perpetuum. Juste judicabis.Non facies dissidium; sed pacem conciliabis inter contendentes, eos associans. Confiteberis peccata tua. Non accedens ad B orationem tuam in conscientia mala. — Hæc est via lucis.

ἀγνεύσεις. (71) Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὰς χεῖρας, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συσπῶν. Ἀγαπήσεις, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ σου, πάντα τὸν λαλοῦντά σοι λόγον τοῦ Κυρίου (72) Μνησθήσῃ αὐτὸν ἡμέρας κρίσεως νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Ἐκζητήσεις καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὰ πρόσωπα τῶν ἁγίων, καὶ (73) διὰ λόγου σκοπῶν καὶ πορευόμενος εἰς τὸ παρακαλέσαι, καὶ μελετῶν εἰς τὸ σῶσαι ψυχὴν τῷ λόγῳ. (74) Καὶ διὰ τῶν χειρῶν σου ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν τῶν ἁμαρτιῶν σου. (75) Οὐ διστάσεις δοῦναι, οὐδὲ διδοὺς γογγύσεις. Παντὶ αἰτοῦντί σε δίδου· γνώσῃ δὲ, τίς ὁ τοῦ μισθοῦ καλὸς ἀνταποδότης. (76) Φυλάξεις, ἃ παρέλαβες, μήτε προστιθεὶς, μήτε ἀφαιρῶν Εἰς τέλος μισήσεις τὸν πονηρόν. (77) Κρινεῖς δικαίως. (78) Οὐ ποιήσεις σχίσμα, εἰρηνεύσεις δὲ μαχομένους συνάγων. (79) Ἐξομολογήσῃ ἐπὶ ἁμαρτίαις σου. (80) Οὐχ ἥξεις ἐν προσευχῇ σου ἐν συνειδήσει πονηρᾷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τοῦ φωτός.

## XX. *De via tenebrarum.*

Via autem tenebrarum obliqua est plenaque maledictionis.Est enim via mortis æternæ cum supplicio, in qua sunt, quæ perdunt animam [hominum] : idololatria, temeritas, elatio ob potentiam, simulatio, cor duplex, adulterium, homicidium,rapina, superbia, transgressio, dolus, malitia, arrogantia, veneficium, magia, avaritia, nullus Dei timor. [In qua sunt] bonorum persecutores, osores veritatis, amatores [mendacii], non cognoscentes mercedem justitiæ, non adjuncti ad bonum, viduæ et pupillo non attentes ex justo judicio, vigilantes non ad timorem Dei,sed ad malitiam, a quibus longe ac procul sunt mansuetudo et patientia, qui diligunt vana, consectantur remunerationem, non miserentur inopis, non laborant in gratiam illius C qui labore ac ærumnis confectus est, ad obtrectationem prompti,non cognoscentes Creatorem suum, liberorum interemptores [in abortione], corrumpentes Dei creaturam, aversantes egenum, opprimentes afflictum, divitum advocati, pauperum iniqui judices ; per omnia peccatores.

(81) Ἡ δὲ τοῦ μέλανος ὁδός ἐστι σκολιὰ, καὶ κατάρας μεστή. Ἔστι γὰρ ὁδὸς τοῦ θανάτου αἰωνίου μετὰ τιμωρίας ἐν ᾗ ἐστι τὰ ἀπολοῦντα τὴν ψυχὴν αὐτῶν· εἰδωλολατρεία, θρασύτης, ὕψος δυνάμεως, ὑπόκρισις, διπλοκαρδία, μοιχεία, φόνος, ἁρπαγὴ, ὑπερηφανία, παράβασις, δόλος, κακία, αὐθάδεια, φαρμακεία, μαγεία, πλεονεξία, ἀφοβία Θεοῦ. (82) Διῶκται τῶν ἀγαθῶν, μισοῦντες ἀλήθειαν, ἀγαπῶντες (83) ψεῦδος], οὐ γινώσκοντες μισθὸν δικαιοσύνης, οὐ κολλώμενοι ἀγαθῷ, οὐ κρίσει δικαίᾳ χήρᾳ καὶ ὀρφανῷ προσέχοντες, ἀγρυπνοῦντες οὐκ εἰς φόβον Θεοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ πονηρὸν, ὧν μακρὰν καὶ πόρρω πραΰτης καὶ ὑπομονὴ, ἀγαπῶντες μάταια, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ τῷ καταπονουμένῳ, εὐγερεῖς ἐν καταλαλιᾷ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτούς. φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποτρεφόμενοι τὸν ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες τὸν θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ἄνομοι κριταὶ, πανταμάρτητοι.

## XXI. *Conclusio admonitoria.*

Æquum igitur est, ut homo edoctus mandata Domini, quotquot prius scripta sunt, in eis ambulet. Qui enim ea perficit, in regno Dei gloria cumulabitur ; qui vero alia elegerit simul cum suis operibus peribit. Propterea resurrectio, propterea D retributio. Rogo vos, proceres, si accipitis aliquod

Καλὸν οὖν ἐστι, μαθόντα τὰ δικαιώματα Κυρίου, ὅσα προγέγραπται, ἐν τούτοις περιπατεῖν. Ὁ γὰρ ταῦτα ποιῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ δοξασθήσεται· ὁ ἐκεῖνα (84) ἐκλεγόμενος, μετὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ συναπολεῖται. Διὰ τοῦτο ἀνάστασις, διὰ τοῦτο ἀνταπόδοσις. Ἐρωτῶ τοὺς ὑπερέχοντας, εἴ τινά μου γνώμης

[7] Eccli. IV, 31, 36. [8] I Cor. IV, 12. [9] Matth. V 42 ; Luc. VI, 30.

### VARIORUM NOTÆ

(71) *Const. apost.*, VII, 11.
(72) *Ibid.*, 9.
(73) F. καὶ διαλόγους [sc. αὐτῶν] σκοπῶν, sermones eorum perscrutans.
(74) *Const. apost.*, VII, 12. Aut. labor manuum commendatur, aut distributio facultatum in eleemosyna. Cor.
(75) *Const. apost.* l. c.
(76) *Const. apost.*, VIII, 14.
(77) *Const. apost.*, VII, 10.
(78) *Ibid.*, ms. σχῆμα... μαχομένους.
(79) *Const. apost.* VII, 14.
(80) *Ibid.*, 17.
(81) *Ibid* , 18.
(82) Subaudi ex antecedentibus ἐν ᾗ εἰσι
(83) Id addo ex *Const. ap.* l. c.
(84) Ἐκεῖνα — quæ divinæ voluntati sunt contraa, de quibus c. 20 fueratsermo.

ἀγαθῆς λαμβάνετε συμβουλίαν· ἔχετε, εἰς οὓς εὐεργάσασθε, μεθ' ἑαυτῶν· μὴ ἐγκαταλίπητε. Ἐγγὺς γὰρ ἡμέρα, ἐν ᾗ συναπολεῖται πάντα τῷ πονηρῷ. Ἐγγὺς ὁ Κύριος καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. Ἔτι καὶ ἔτι ἐρωτῶ ὑμᾶς· ἑαυτῶν γίνεσθε νομοθέται ἀγαθοί. ἑαυτῶν μένετε σύμβουλοι πιστοί, ἄρατε ἐξ ὑμῶν πᾶσαν ὑπόκρισιν. (85) Ὁ δὲ Θεὸς, ὁ παντὸς τοῦ κόσμου κυριεύων, δῴη ὑμῖν σοφίαν, ἐπιστήμην, σύνεσιν, γνῶσιν τῶν δικαιωμάτων αὐτοῦ, ἐν ὑπομονῇ. Γίνεσθε δὲ θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες, τί ζητεῖ Κύριος ἀφ' ὑμῶν καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Εἴ δέ τίς ἐστιν ἀγαθοῦ μνεία, μνημονεύετέ μου, μελεόῶντες ταῦτα, ἵνα καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ ἡ ἀγρυπνία εἴς τι ἀγαθὸν χωρήσῃ. Ἐρωτῶ ὑμᾶς, χάριν αἰτούμενος. Ὡς ἔτι τὸ καλὸν (86) σκεῦός ἐστι μεθ' ὑμῶν, μὴ ἐκλείπητε μηδενὶ αὐτῶν, ἀλλὰ συνεχῶς ἐκζητεῖτε ταῦτα, καὶ ἀναπληροῦτε πᾶσαν ἐντολήν. ἔστι γὰρ ταῦτα ἄξια. Διὸ μᾶλλον ἐσπούδασα γράψαι, ἀφ' ὧν ἠδυνήθην, εἰς τὸ εὐφρᾶναι ὑμᾶς. Σώζεσθε, ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης. Ὁ Κύριος τῆς δόξης καὶ πάσης χάριτος μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν. Ἀμήν.

A bonæ voluntatis meæ consilium : habetis vobiscum, quibus bene fecistis ; ne eos derelinquatis. Prope enim est dies, in qua omnia cum malo peribunt. Prope est Dominus et merces ejus. Etiam atque etiam rogo vos : estote vobis boni legislatores, vobis manete consiliarii fideles, tollite ex vobis omnem hypocrisim. Deus autem, qui universo mundo dominatur, det vobis sapientiam, scientiam, intelligentiam cognitionem mandatorum suorum, cum perseverantia. Efficiamini autem docti a Deo, exquirentes, quid a vobis requirat Dominus ; et efficite, ut salvi sitis in die judicii. Si qua vero est [in vobis] boni recordatio, mementote mei, hæc [verba mea] mediantes, ut et desiderium et vigilantia [mea] in aliquod bonum evadat. Rogo vos gratiam postulans. Cum adhuc in vase estis, in nullo horum [mandatorum] deficite, sed indesinenter hæc exquirite, et adimplete omne mandatum : hæc namque digna sunt. Quare potissimum id operam dedi, quantum in me fuit, ut scriberem vobis, quo exhilararem vos. Salvete, filii dilectionis et pacis. Dominus gloriæ et omnis gratiæ sit cum spiritu vestro. Amen.

B

VARIORUM NOTÆ.

(85) Hæc recitat Clem. Alex. *Strom.* II, c. 18, p. 472. (86) Id est *corpus*, ut sæpius.

# DICTUM S. BARNABÆ APOSTOLI.

**Quod in ejus Catholica Epistola non reperitur.**

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, I, 140, *ex codice Baroc.* XXXIX.)

Βαρνάβας ὁ ἀπόστολος ἔφη· Ἐν ἀμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας.

Barnabas apostolus ait : In malis certaminibus infelicior est, qui vincit : abit enim, plus habens peccati.

# S. MATTHIAS APOSTOLUS

—

# FRAGMENTA.

(Ex Clemente Alexandrino, *Strom.* lib. II, cap. 9; lib. III, cap. 4; Opp. tom. I, ed. Venet. 1757, in-fol.)

—

I.

Ταύτης δὲ (τῆς ἀληθείας) ἀρχὴ τὸ θαυμάσαι τὰ πράγματα, ὡς Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ λέγει· καὶ ΜΑΤΘΙΑΣ ἐν ταῖς Παραδόσεσι παραινῶν· « Θαύμασον τὰ παρόντα (1), » βαθμὸν τοῦτον πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποτιθέμενος.

Ejus autem (veritatis) est principium res admirari, ut dicit Plato in *Theæteto;* et MATTHIAS adhortans in *Traditionibus* : « Admirare præsentia,» eum esse primum gradum statuens ulterioris cognitionis.

II.

Λέγουσι γ' οὖν καὶ τὸν ΜΑΤΘΙΑΝ οὕτως διδάξαι· « Σαρκὶ μὲν μάχεσθαι καὶ παραχρῆσθαι, μηθὲν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐνδιδόντα· ψυχὴν δὲ αὔξειν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως. »

Dicunt itaque MATTHIAM quoque sic docuisse, « Cum carne quidem pugnare et ea uti, nihil ei impudicum largiendo ad voluptatem; augere autem animam per fidem et cognitionem. ».

—

## ADNOTATIO.

(1) Vetus est apud Clementem Alexandrinum in secundo Stromateo apostoli Matthiæ dictum, in *Traditionibus* quod *admirari* jubet *præsentia*, ac per ea nos gradatim ad ulteriorem, hoc est divinarum rerum. cognitionem attollere. Imo quia vox ipsa θαυμάζειν non *mirari* solum, sed etiam *discere*, ac *discipulum esse* significat, ut grammatici docent, et inter eos Hesychius, his velut magistris ac doctoribus, ad Dei notitiam proficere, ac sic tanquam in ludo quodam et schola divinæ contemplationis, in hac rerum universitate versari nos volebat apostolus. Tritum illud est usu scriptorum omnium, ac sermone communi, quod magnus ille prædicabat Antonius : grandem esse librum mundum hunc in quo, velut antiquarii periti manu pulcherrimis litterarum notis auctoris ipsius ornamenta descripta sunt. *In pulchritudine cæli et terræ* (ait auctor Epistolæ ad Demetriadem, quæ est inter Ambrosianas 33) : *quædam sunt paginæ, ad omnium oculos semper patentes, et auctorem suum nunquam tacentes, quarum potestatio doctrinam imitatur magistrorum, et eloquia Scripturarum.* Atque, ut Facundus Hermianensis libro XII scribit, *Sicut nobis ad rerum significationem verba sunt data, sic omnipotens Deus, cujus potestati subjecta sunt omnia, et cujus sapientia singulariter novit in usum doctrinæ etiam voluntarios nescentium motus convenienter aptare, quascunque res voluerit, actu creaturæ suæ significat. — Quemadmodum igitur,* ut Augustini verbis absolvam, *si litteras pulchras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum, quomodo eas pariles, æquales, decorasque fecit, nisi etiam legerimus, quid nobis per illas indicaverit : ita Dei opus qui tantum inspicit, delectatur pulchritudine operis, ut admiretur artificem; qui autem intelligit, quasi legit.* Hoc est : θαυμάζειν τὰ παρόντα, non otiosum spectatorem et admiratorem esse, sed docilem intelligentemque discipulum. — PETAVIUS, *Theologica Dogmata*, t. III, *De opificio* VI *dierum*, p. 221.

# S. BARTHOLOMÆUS APOSTOLUS.

—

## SENTENTIA BREVIS

QUAM

SUB NOMINE BARTHOLOMÆI APOSTOLI AFFERT S. DIONYSIUS AREOPAGITA.

(*De mystica theologia.* cap. 1, Opp. tom. I, ed. Corderii, Venetiis, 1755, in-folio, pag. 544.)

—

Οὕτω γοῦν ὁ θεῖος ΒΑΡΘΟΛΟΜΑΙΟΣ φησι « καὶ πολλὴν τὴν θεολογίαν εἶναι καὶ ἐλαχίστην· καὶ τὸ Εὐαγγέλιον πλατὸ καὶ μέγα, καὶ αὖθις συντετμημένον. »

Hac utique ratione divus BARTHOLOMÆUS ait « et copiosam esse theologiam et minimam, atque Evangelium amplum et magnum, et rursus concisum. »

—

## CORDERII COMMENTARIUM

*Hac utique ratione D. Bartholomæus.* Unde colligitur, sanctum Bartholomæum aliqua etiam theologica scripsisse, uti et alios apostolos verosimile est,de rebus ac quæstionibus divinis per epistolam pro occasione interrogatos, de iisdem verba saltem scripto respondisse, et sublimissima, quæ ex ipso Deo hauserant oracula, tradidisse, quæ aliquandiu, uti solent epistolæ, asservabantur, et Catholicis communicabantur,sed postmodum temporum injuriis interciderint. Ait *et copiosam esse theologiam*, id est fusam, qua parte videlicet ex creaturis ut effectis, tanquam a posteriore, ut aiunt philosophi, in creatoris ac causæ primæ notitiam devenitur, quæ quidem pars est theologiæ demonstrantis, vel certe qua parte symbolica est, quæ teste Dionysio cap. seq longe fusissima exsistit *et minimam*, id est est brevissimam, qua parte nimirum mystica est, ut ibidem Dionysius explicat; vel certe quia Deus a priori indemonstrabilis est, ut carens. *Atque Evangelium amplum et magnum*, scilicet propter rerum quas continet amplitudinem et granditatem, *et rursus concisum* seu contractum,id est (ut ego quidem interpretor) mole quidem exiguum, sensu autem et perfectione maximum. Unde Apostolus (*Rom.* IX, 28) appellat verbum abbreviatum, utpote continens brevissimum fidei et dilectionis præceptum, quod pro cunctis sinuosæ legis cæremoniis successit. Ita Anselmus et Œcumenius. Vel quia continet Verbum incarnatum,ad hominis usque naturam abbreviatum et exinanitum, quod salvas fecit reliquias Israel.

# ANACLETUS PAPA

## NOTITIA.

(Ex *libro pontificali* Damasi papæ, ap. MANSI, *Concil.*, I, 597.)

Anacletus (1) natione Græcus [1] ex patre Antiocho, sedit annos novem, menses tres [*cod. Luc.*, duos], dies decem ; fuit autem temporibus Domitiani (2), a consulatu Domitiani decimo et Sabini, usque ad Domitianum decimo septimo (3) et Clementem consules. Hic memoriam beati Petri construxit et composuit (4), dum presbyter factus fuisset beato Petro,seu alia loca, ubi episcopi reconderentur sepulturæ ; ubi autem et ipse sepultus est in pace, juxta corpus beati Patri, tertio Idus Julii. Hic fecit ordinationes duas [*juxta Platinam*, unam] per mensem Decembrem, presbyteros quinque, diaconos tres, episcopos per diversa loca numero sex. Et cessavit episcopatus dies XIII.

[1] De Athenis.

### NOTÆ.

(1) *Anacletus.* Post interregnum quatuor mensium et decem dierum, anno Christi 103 [102], Trajani imperatoris IV, tertia die mensis Aprilis, Anacletus multis rebus præclare gestis celeberrimus, Christianæ religionis summum pontificatum adeptus, Clementi per martyrium sublato subrogatur. Quod *Liber pontificalis* in Vita Clementis episcopatum Romanæ Ecclesiæ viginti diebus et uno cessasse scribit, vix est credibile, cum tam brevi temporis spatio martyrium Clementis, Chersoneso trans Pontum sita, Romam nuntiari non potuerit. Baron. anno 102, num. 2, et seq. anno, num. 2. Unde acciderit quod Anacletus a Tertuliano Clementi anteponatur, ab Epiphanio autem hæresi 27 plane omittatur, supra diximus in adnotationibus ad Vitam Clementis. Sev. BINIUS.

(2) *Fuit autem temporibus Domitiani.* Mira *Libri pontificalis* varietas et repugnantia : cum supra Clementem Anacleti prædecessorem tertio anno Trajani e vita sublatum esse scripserit, Anacletus non sub Domitiano,sed verius sub Trajano sedisse potuit. ID.

(3) *A consulatu Domitiani* X *et Sabini usque ad consulatum Domitiani* XVII. Novus error auctoris. Si Anacletus sub adnotatis consulibus pontificatum tenuit, eum Clementem antecessisse, imo simul cum Cleto et Clemente sedisse oportuit. Nam decimus Domitiani consulatus cum anno Christi 86 [84], Domitiani imperatoris III coincidit. Decimus septimus vero ejusdem consulatus cum anno Christi 94 [92], Domitiani imperatoris XI concurrit. Cum igitur Clemens, hujus Anacleti prædecessor, anno III Trajani imperatoris vita simul et ponficatu defunctus sit, ut præter auctorem hujus libri, Hieronym. Et Euseb. locis supra dictis testantur, non video qua ratione dici possit Anacletum ante imperium Trajani pontificiam cedem administrasse. ID.

(4) *Hic beati Petri memoriam construxit atque composuit.* Per memoriam beati Petri intellige quamdam ædificii structuram ab Anacleto, dum adhuc presbyter esset, in Vaticano exstructam, quam olim antiquitas usitatius ecclesiam nominare consuevit. Nam et August. *De civit. Dei* lib. XXII, c. 10 : *Nos*, inquit, *martyribus nostris non templa, sicut diis, sed memorias, sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus.* Has merito Caius antiquus theologus, qui tempore Zephyrini pontificis claruit, teste Eusebio lib. III *Historiarum*, 24, tropæa appellat : quippe quæ victorias apostolorum de subactis hostibus repræsentent. Verba illius apud Eusebium prædicto loco hæc sunt : *Ego apostolorum tropæa perspicue possum ostendere : nam si lubet in Vaticanum proficisci, aut in viam quæ Ostiensis dicitur, te conferre tropæa eorum qui istam Ecclesiam suo sermone et virtute stabilierunt, invenies.* Hanc insignem claramque memoriam a turbine persecutionis non fuisse dejectam, sed majore potius in dies singulos gloria auctam,omnem admirationem superat. Baron.anno 106, n. 2 et 3. Magdeburg., qui hanc ob causam Anacletum reprehendunt, a Bellarm. lib. IV *De Roman. pontif.*, c. 8, de calumnia notantur. ID.

# ANACLETI ROMANI PONTIFICIS

# EPISTOLÆ ET DECRETA[1]

(MANSI, *Concil.*, t. I, pag. 598.)

## EPISTOLA (2) PRIMA.

[2] *De oppressione Christianorum et de accusatione episcopi, de ordinatione archiepiscoporum et cæterorum et de primatibus et patriarchis, eorumque ministerio.*

ANACLETUS, servus Christi Jesu, in sede apostolica Domino serviens, episcopis omnibus, et cæteris cunctis fidelibus, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem, gratia vobis et pax atque consolatio multiplicentur a Domino in sæcula.

*Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem et incontaminatam, et immarcescibilem conservatam in cœlis, in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo : in quo exsultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus, ut probatio vestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignem probatur* [3], si tamen in tribulationibus experti, probati inveniamini. Patientes estote, dilectissimi, *quia patientia probationem operatur, probatio vero spem, spes autem non confundit* [4]. *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum* [5]. Si agricolæ hæc patienter ferunt pro temporalibus fructibus, quanto magis vos pro æternis patientes esse A debetis ? *Estote ergo patientes, et confirmate corda vestra* [6], ut adveniente judice Christo, læti et probati esse valeatis. *Nolite ingemiscere in alterutrum, ut non judicemini. Ecce judex, ante januam assistit. Exemplum accipite, charissimi, laboris et patientiæ prophetas, qui locuti in nomine Domini sunt. En beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, et finem Domini vidistis, quoniam misericors et miserator Dominus est* [7]. Tribulationes vestras audivimus (3), fratres, tam per nostros [8], quam et per aliorum [9] apocrisiarios, super quibus valde dolemus, vobisque compatimur, et auxilium ferre (prout ipse largitus fuerit, qui pro nobis non solum tribulatus, sed etiam passus est) parati sumus. Nolite mirari, charissimi, qui persecutiones patimini, *quasi novi vobis aliquid contingat : sed communicantes Christi passionibus* B *gaudete, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exsultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis ; quoniam quod est honoris, gloriæ et virtutis Dei, et qui est ejus spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus, non erubescat : glorificet autem Deum in isto nomine : quoniam tempus est ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem a nobis primum ; quis finis eorum qui non credunt Dei Evangelio ? Et si vix justus salvabitur, impius et peccator ubi parebunt? Itaque et hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli Creatori commendent*

[2] *De oppressione et laceratione Christianorum ; et quod Ecclesia navi comparetur ; atque de cæteris ibi insertis negotiis ; omnibus episcopis scripta.* Ita ms. Collectionis Isidori in bibliotheca collegii Parisiensis Soc. Jesu, e quo sunt hæ variantes lectiones. [3] I Petr. I, 3-7. [4] Rom. v, 4, 5. [5] Jac. v, 7. Ibid., 6 [7] Ibid., 9-11. [8] vestros. [9] notanda vox.

(1) Has epistolas non ausus est Bellarminus indubitatas affirmare, nec negat in eas aliquos errores irrepsisse. Eruditis vero catholicis videntur suppositæ. MANSI.

(2) *Epistola.* Anacletum duas decretales epistolas, omni sapientia plenas conscripsisse, vetustum quoddam exemplar manuscriptum *Libri pontificalis* testatur : quod ubi sit, et unde acceptum fuerit, vide Turrianum cap. 20, lib. v, *contra Magdeburgenses :* a novatoribus magna cum injuria redargui, ideo quod Clementem antecessorem suum nominet, patet C ex iis quæ de numero ac ordine pontificum sibi succedentium diximus supra in notis ad Vitam Clementis. SEV. BINIUS.

(3) *Tribulationes vestras audivimus.* Nota contra novatores quod Anacletus de rebus horum temporum, verbi gratia, de persecutionibus patienter exemplo Christi ferendis, scribat ; adeoque hæ epistolæ decretales immerito reprehendantur ac rejiciantur, quasi in his nulla mentio fiat rerum hoc tempore gestarum. ID.

*animas suas in benefactis* [10]. Nam, ut ait beatus Clemens antecessor noster [11], similis est omnis Ecclesiæ status navi magnæ quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat [12], ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis auctor hujus, Dominus ipse omnipotens Deus : gubernator vero sit Christus : tum deinde proretæ officium episcopus impleat : presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant : hi qui catechizant, nautologis conferantur : epibatis autem, totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur. Ventorum vero varietates et turbinum, diversis tentationibus conferantur : persecutiones, tribulationes sive pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum, seu pravæ doctrinæ verba doceantur [13]. Promontoria vero et loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, et qui pericula minantur ac mortes. Dithalassa [14] vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, et de repromissionum veritate nutantibus, conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ vero et dolosi, piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vortex, et tartarea Charybdis, et saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata ? Restat igitur, ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri.

## I.

### *De iis qui sacerdotes accusant.*

Audimus, fratres, quod quidam detrahunt, et accusant sacerdotes Dei, cupientes eos damnari, non intelligentes forsitan, quod injuria sacerdotum ad Christum pertinet, cujus vice funguntur. Nec hoc aspiciunt, quod B. Petrus princeps apostolorum, instructor noster, ait : *Deponentes igitur omnem malitiam, et omnem dolum, et simulationes, et invidias, et omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile* [15], *sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem* [16]. Et Dominus per Prophetam inquit : *Qui vult vitam diligere, et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum* [17], etc. Qui autem ista transgrediuntur, profecto transgressores legis Dei et contemptores, atque inobedientes ejus præceptis exsistunt. Unde et B. Jacobus apostolus ait : *Si diligitis proximos sicut vos ipsos, benefacitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi transgressores* [18], etc. Et beatus prædecessor noster Clemens vir apostolicus, et spiritu Dei plenus, una cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens [19] : [20] Accusandi vel testificandi licentia denegetur his qui Christianæ religionis et nominis dignitatem, et suæ legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, ejusque violatores et recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reversionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus ; quia vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. *Quicunque autem*, ut ait apostolus Jacobus, *totam legem servaverit, offenderit autem in uno, factus est reus omnium. Qui enim dixit : Non mœchaberis ; dixit et : Non occides. Quod si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis. Sic loquimini, et sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari. Judicium enim sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam. Superexaltat autem misericordia judicium* [21]. Et Dominus ait : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur, et vivat* [22]. Et multa talia, horumque similia. *Nemo enim*, inquit Apostolus, *nostrum sibi vivit, et nemo sibi moritur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, et revixit, ut et vivorum et mortuorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum ? aut tu quare spernis fratrem tuum ? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei* [23]. Scriptum est enim : *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Deo. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem judicemus, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum* [24]. Scimus enim, quia multum [25] derogatio prævalet, quando derogator creditur fide dignus. Ideo, fratres, variis detractionibus et accusationibus non oportet [26] labefactari judices et primates Ecclesiæ (4), sed magis apostolorum et doctorum regulis informari (5) ac roborari. Unde justum est, omnes in universo Romanorum orbe doctores legis, ea quæ legis sunt recte sapere et operari, et non regulas nascentis Ecclesiæ con-

[10] I Petr. IV, 12-19. [11] In epistola I ad Jacobum. [12] verba sunt interpretis Rufini, qui trecentis annis post Anacletum vixit. [13] *dicantur*, *ducantur*, *vocentur*. [14] *bithalassa*. [15] ms. *rationabiles*. [16] I Petr. II, 1, 2. [17] Psal. XXXIII, 13, 14. [18] Jac. II, 8, 9. [19] In epist. sua I, ad Jacobum sententialiter ; III, q. 4, *Beatus prædecessor*. Et in Decr. Ivo, lib. IV. [20] Anianus lib. XVI, const. 1, tit. 7. [21] Jac II, 10-13. [22] Ezech. XVIII, 32. [23] Rom. XIV, 7-10. [24] Ibid., 11-13. [25] Tripartitæ hist. III, 8, hæc verba leges. Felix II, epist. 1, eadem usurpat. [26] Damasus ep. ad episcopos Illyrici, apud Theod. et Soz. scripta ex Romano concilio.

(4) *Accusationibus non oportet labefactari primates Ecclesiæ.* Vide quæ dicimus in notis ad canon. apostol. 74. Sev. Binius.

(5) *Apostolorum regulis informari.* Canones apostolorum, 54, 73 et 74 intelligit. Id.

fundere, aut fidem, aut doctrinam apostolorum A variis maculare doctrinis, nec fratres infestare [27]. [28] Si autem omnia in hoc sæculo vindicata essent locum divina judicia non haberent. [29] Supervacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facivus adjuvare. Ideo si aliquis putat, se Deo in hoc placere, quod servos suos accusat ; et ut meliores fiant, dicit se hoc agere ; in vanum laborat, et plus invidiæ stimulis agitatur, quam charitatis : quoniam gratiæ plenitudo adjectione non indiget, nec ulla requirit commendationis augmenta. [30] Erigit ergo doctores conscientia sua, et si quando incertis temporum flatibus opponuntur sustinent mala,quæ sæculis magis sunt ascribenda quam meritis. [31] Datam enim scimus Satanæ potestatem, ut servos Christi cribraret : ut quod de tritico inveniri posset,horreis ingereretur : et quod de paleis,ad ignium alimenta transiret.Ad vos specialiter dictum est : *Nolite timere pusillus grex quia complacuit Patri vestro dari vobis regnum* [32]. Venit inter vos gladius perfidorum, ut marcida Ecclesiæ membra resecaret,et ad cœlestem gloriam sana perduceret. Quos habeat Christus milites, certamen ostendit : qui triumphum mereantur, per bella cognoscuntur [33]. Scimus autem multos ob id infestare doctores, ut eos perdant, et propriæ voluntatis placita adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) a recta æmulatione et bona intentione recedere debent,scientes, quia *beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam* [34]. [35] Nihil autem illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere C volerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere lupis et gregibus ovium potest. [36] Perdit enim laboris memoriam mens terrenis obligata carceribus. [37] Sicut artium in suo quoque opere invenitur mater instantia, ita noverca eruditionis est negligentia. Nullus ergo præjudicium alteri faciat, neque quod sibi fieri non vult, exerceat. Nemo dictum de aliquo inveniat,[38] quod in ejus actibus non agnoscat. Ego autem labefactatam non solum quietem meam, sed et salutem,inimicorum valetudine et rumorum procellis agnosco. Potens est Divinitas immensa [39], tempestatis incerta bono serenitatis amovere. Et quid aliud, si Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, et apostoli passi sunt, sequentes ejus exemplum, et reliqui patres, nisi ut sequamur tam doctrinam eorum quam exemplum, et patiamur adversa pro Christo, et cum patribus atque cum fratribus crucem portemus, eorumque tribulationibus compatiamur, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit : *Qui vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* [40] et reliqua ? [41] Præsumptio est, si dominorum beneficia famuli non sequantur. Obsequium ergo æstimandum puto, quod pariturus impendo. Quid est enim, quod plus creditur filii vocabulum valere, B quam obsequium, et non quæritur, quid in amoris lance promoveas, sed quale ad præjudicium æstimanti nomen apponas,cum apud prudentes frustra sobolem dicimus , nisi exhibeat quod vocatur ? Ego vero nolo errore meo alienas culpas asserere, ut factum, quod doleo [42], admisisse convincar. *Odisti*, inquit Dominus per Prophetam, *omnes operantes iniquitatem, perdes loquentes mendacium Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adoraboque in templo sancto tuo in timore tuo. Domine, deduc me in justitia tua propter inimicos meos, dirige ante faciem meam viam tuam. Non est enim in ore eorum rectum* [43],*interiora eorum insidiæ. Sepulcrum patens guttur eorum, linguam suam lenificant. Condemna eos, Deus, decidant a consiliis suis : juxta multitudinem scelerum eorum expelle eos, quoniam provocaverunt te. Et lætentur omnes qui sperant in te, in æternum laudabunt. Et protege eos, et lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum,quoniam tu benedices justo. Domine,ut hasta* [44] *placabilitatis coronabis eum* [45]. Deo enim sacrificantes perfecte, non debent vexari, sed portari [46], consolari, atque ab omnibus venerari.

II.

*Ut episcopus Deo sacrificans testes secum habeat.*

Ipsi autem, quando Domino sacrificant (6), non

[27] Luc. cod. inserit hic hunc titulum : *Item de ea re Anacletus in prima epistola ita ait : Si*, etc. [28] VI, q. 1. *Si omnia in.* [29] Ennodius II, 22, et dict. 9. Et hic enim incipiunt Ennodiani centones fraudis atque impostura manifestissimi indices. [30] *Erigent ergo doctores conscientiam suam ;* vel *Erit ergo doctoris.* [31] Enn. II, 14. [32] Luc. XII, 32. [33] *cognoscitur*, habet editio Ennodii a Sirmondo accurata, p. 58, dist. 43. *Scimus autem multos.* [34] Matth. V, 10. [35] Dist. 38. *Nihil illo.* [36] Enn. dict. 8. [37] Idem et 11. [38] Enn. IV, 9 et 24. [39] *immensæ tempestatis* ita ms. et Sirmondi editio, p. 126. [40] Matth. XVI, 24 ; Luc. IX, 23. [41] Enn. ex libri IV, 4, 8, 19, epistolis. Obiit vero Ticinensis ille ep. an.Chr. 521,Valerio consule. [42] *ut quod factum doleo*, habet editio Sirmondi, p. 122, atque hæc vel sola ex Ennodio furta impostura cuivis cordato detegunt. [43] Ex vers. Hieronymi qui posterior Anacleto trecentis annis. [44] *scuto.* [45] Psal. V, 7-13. [46] Quam absunt hæc a præcedentibus Ennodii laciniis !

(6) *Ipsi autem, quando Domino sacrificant.* Confirmatur apostolica constitutio ista, qua præcipitur, ut episcopi solemnioribus diebus cum ministerio multorum altari astantium et inservientium solemne sacrificium Deo offerant, ipsique ministri omnes post absolutum sacrificium communicent, nisi ex rationali et justa causa excusentur. Vide quæ dicimus in notis ad canones apostolorum 9 et 10. ID.

soli hoc agere debent, sed testes secum adhibeant, ut Domino perfecte in sacratis Deo sacrificare locis probentur. Ait namque auctoritas legis divinæ : *Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus*[47]. [48] Episcopus Deo sacrificans, testes (ut prælixum est) secum habeat, et plures quam alius sacerdos. Sicut enim majoris honoris gradu fruitur, sic major ris testimonii incremento indiget. In solemnioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui ejus oculi dicuntur, et subdiaconos atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis, in fronte et a tergo, et presbyteri e regione dextra lævaque, contrito corde et humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum a malevolis hominibus, et consensum ejus præbeant sacrificio. Peracta autem consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim et apostoli statuerunt (7), et sancta Romana tenet Ecclesia. *Servite*, inquit Dominus per prophetam David, *in timore, et exsultate ei cum tremore.* [49] *Adorate pure, ne forte irascatur et pereatis de via.* [50] Ille enim non perit de via, qui recte graditur; et præcepta custodit majorum.

Doceri ergo omnes oportet, qui Domini sacerdotio funguntur, ut et cæteros instruant et sibi proficiant. Scriptum est autem : *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti : et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates* [51]. Et alibi : *Populus autem sciens Deum suum, obtinebit, et faciet, et docti in populo docebunt plurimos* [52]. Ipsa enim Veritas per se infert et dicit : *Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me* [53]. [54] Ille procul dubio scandalizat in Deum, qui recte non docet, et qui ejus scandalizat episcopum vel sacerdotem. Impie namque agentes, sunt impii, neque intelligent omnes impii, porro docti intelligent. *Omnes enim invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [55]. *Nolite*, inquit Joannes apostolus, *omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt; quoniam ; pseudoprophetæ exierunt in mundum* [56]. Et idem ipsæ alibi ait: *Vos quod audistis ab initio, in vos bis permaneat. Si in vobis permanserit quod ab initio audistis et vos in Filio et Patre manebitis. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est vobis vitam æternam* [57]. *Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et unctio quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis ut aliquis doceat vos : sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, et verum est, et non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc, filioli, manete in eo, ut, cum apparuerit, habeamus fiduciam, et non confundamur ab eo in adventu ejus. Si scitis quoniam justus est, scitote quoniam et omnis qui facit justitiam, ex ipso natus est* [58]. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum. Charissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in eo, sanctificat se, sicut et ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, et iniquitatem facit, et peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit; ut peccata tolleret, et peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat : et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est, sicut et ille justus est. Qui facit peccatum, ex diabolo est, quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit : quoniam semen ipsius in eo manet, et non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filii Dei et filii diaboli. Omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit fratrem suum : quoniam hæc est annuntiatio quam audistis ab initio, ut diligamus alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, et occidit fratrem suum. Et propter hoc occidit eum, quoniam opera ejus maligna erant, fratris autem justa. Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam hujus mundi, et viderit fratrem suum necessitatem habere, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo ? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere et veritate. In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suademus cordi nostro. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, et novit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum : et quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata ejus custodimus, et ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum ejus : Ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi, ut diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui servat mandata ejus in illo manet, et ipse in eo. Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis de spiritu quem dedit nobis* [58*]. [59] Et sicut Deus creator, qui hominem ad similitudinem suam creavit, est charitas, est bonus, justus, patiens, atque

[47] Deut. XII, 13. [48] De consecr. dist. 1, *Episcopus Deo sacrificans.* [49] ex Hieronymiana versione. [50] Psal. II, 11, 12. [51] Dan. XII, 3. [52] Dan. XI, 33. [53] Matth. XI, 6 ; Luc. VII, 23. [54] Distin. 93. *Ille procul dubio,* [55] I Petr. V, 5. [56] I Joan. IV, 1. [57] *nobis, vita æterna,* [58] I Joan, II, 24-29. [58*] I Joan. III per totum [59] S. Ambr. lib. *De dignitate hominis*, c. 3.

(7) *Sic enim et apostoli statuerunt.* Canone 9 et 10. SEV. BINIUS.

mitis et misericors, et cætera sanctarum virtutum insignia, quæ de eo legentur : ita homo creatus est ut charitatem haberet, ut bonus esset et justus, ut patiens atque mitis, mundus et misericors foret. Quas virtutes quanto plus quisque in seipso habet, tanto propior est Deo et major est, ac sui conditoris gerit similitudinem. Si vero, quod absit ! aliquis per devia vitiorum et divortia criminum, ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener aberret, tunc flet de eo quod scriptum est : *Et homo cum in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [60]. Qui major honor potuit homini esse, quam ut ad similitudinem sui factoris conderetur, et eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus et conditor? De quo legitur : *Dominus regnavit, decorem indutus est* [61] ; id est omnium virtutum splendore, et totius bonitatis decore ornatus. Vel quod majus homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quam ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem et irrationabilem brutorum jumentorumque similitudinem delabatur? Quapropter quisque diligentius attendat primæ conditionis suæ excellentiam, ut venerandam sanctæ Trinitatis in se ipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ, ad quam creatus est nobilitatem [62] morum, exsecutionem virtutum, dignitatem meritorum habere contendat ; ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusque in secundo reformavit.

Omnis ergo homo, qui ad imaginem Dei factus est, illum debet imitari, cujus ad imaginem conditus est : illius debet sequi vestigia, qui eum ad imaginem sui condidit. Consiliarium vero ac protectorem meliorem reperire non poterit, quam illum qui eum ad imaginem sui condidit, qui eum pretioso sanguine suo redemit, et propter eum homo fieri non est dedignatus. Quem procul dubio inveniet, si in eum totam spem suam, juxta Psalmistæ vocem, projecerit. Ait namque [63] : *Projice super Dominum charitatem tuam, et ipse te enutriet, nec dabit in æternum fluctuationem justo* [64, 65]. Omnis enim homo in sua causa deficiens, et in suis hæsitans consiliis, quærit sibi amicum fidelem, in cujus consiliis, confidat, qui in suis diffidebat : et talem fiduciam habet in illo, ut omne secretum sui pectoris ei pandat et aperiat. Qui dulcius est quam ut habeas illum [66], cum quo omnia possis loqui ut tecum? Si ista cum hominibus fiunt, quanto magis cum Deo hoc est agendum, qui omnes vult salvos fieri, et neminem perire? [67] Nam si veraciter Deum credimus, eumque diligimus ut debemus, et proximos sicut nosmetipsos, in eum quoque totam spem projecerimus nostram ; ipse nos eripiet et consolabitur. Et sicut per angelum suum, Habacuc prophetam cum prandio in lacum leonum ad Danielem vatem misit [68], et Philippum, unum de septem diaconibus, ad eunuchum [69], ita dabit nobis consolationem et liberationem. Hæc sectamini, charissimi, et nulli unquam nocete. Fratres estis, invicem vos diligite, ut veri Domini discipuli effici mereamini. Nam qui rancida corda virorum [70] inficit, malitiam inter homines spargit : et qui detrahit fratri suo, homicida est. [71] Et qui abstulerit aliquid patri vel matri, dicitque hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creavit : mater vero nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias et Ecclesiæ rapit, aufert vel fraudat, homicida est, atque homicida ante conspectum justi judicis esse deputabitur. Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur : qui autem pecuniam vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit [72]. Privilegia enim ecclesiarum et sacerdotum, sancti apostoli, jussu Salvatoris, intemerata et inviolata omnibus decreverunt manere temporibus.

### III.

*De peregrinis et provincialibus judicibus.*

Leges Ecclesiæ apostolica firmamus auctoritate, et peregrina judicia submovemus (8). Unde et Dominus mentionem faciens Lot, per Moysen loquitur,

[60] Psal. XLVIII, 13. [61] Psal. XCII. 1. [62] *nobilitate*, etc. in ms. Just. et in edit. Ambrosii. [63] ex Hier. [64] Psal. LIV. 23. [65] Eangith. abbatissa in ep. ad S. Bonifacium archiep. Moguntinum qui obiit anno 754. Cicero *De amicitia*, Martinus Bracarensi, et alii. [66] Ms. *quam habere illum*. [67] I Tim. II, 4. [68] Dan. XIV [69] Act. VIII. [70] *vivorum*. Ita ms. [71] Bonifacius ep. 15, ad Ethibaldum 12, quæst. 1. *Qui abstulerit*. Et partim ibidem c. *Qui Christi pecunias*· Et in decr. Lucii papæ, XVII, quæst. 4. *Qui rapit*. Et in decr. Lucii papæ XXV, quæstione 2, *Privilegia ecclesiarum et sacerdot.* Et III, quæstione 6, *Leges ecclesiarum*. [72] Vide Hincm. lib. LV, c. 15, et *Dial. de statu Ecclesiæ*, ac concil. Carisiacense an. 856.

(8) *Peregrina judicia submovemus*. Christus Dominus, qui fuit rex et sacerdos secundum ordinem Melchisedech, in Ecclesia regale sacerdotium instituit, apostolis eorumque successoribus episcopis regendi et judicandi potestatem contulit : ideoque hac epistola sua Anacletus pontifex, doctrinam S. Paul. I ad Cor., cap. VI, secutus, recte decernit, ne Christiani ethnici alicujus aut infidelis judicis tribunal adeant, litiumque suarum discussionem, judicium ac definitionem petant. Qua lege politicum imperium a Deo bene institutum non tollitur, sed Ecclesiæ dominio ac potestati subjicitur. Vide Baron. an. 57, num. 24 et seqq. usque ad 42. Bellarm. *De Rom. pont.* lib. V, c. 4 et seqq. In.

dicens : *Ingressus es quidem, inquiunt, ut advena nunquid ut judices*[73] ? [74] Unaquæque provincia tam juxta Ecclesiæ quam juxta sæculi leges, suos debet justos et non iniquos habere judices, et non externos, nisi apostolicæ sedis hujus decreverit auctoritas, quatenus quicunque causam habuerit, apud suos[75] judices judicetur ; et non ad alienos, causa vagandi, stimulante protervia, suam despiciens patriam, transeat, sed ad [76] duodecim ejusdem provinciæ judices, ad quorum judicium omnes causæ civitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit ecclesiasticum apud episcopos (interveniente primate), siquidem major causa fuerit : si vero minor, metropolitano ; si vero fuerit sæculare, apud ejusdem ordinis viros, judicio tamen episcoporum ; cum Apostolus privatorum Christianorum causas magis ecclesiis deferri, et ibidem sacerdotali judicio terminari voluit [77].

## IV.

*Ut oppressus judicio sæcularium appellet judicium sacerdotum, et de majoribus causis ad sedem apostolicam referendis.*

[78] Omnis enim oppressus, [79] libere sacerdotum (si voluerit) appellet judicium, et a nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur et liberetur. Si autem difficiles causæ, aut majora negotia orta fuerint, ad majorem sedem referantur. Et si illic facile discerni non poterunt, aut juste terminari, ubi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet (9), et debet ; juste et Deo placite coram patriarcha aut primate ecclesiastico, et coram patricio [80] sæculari [81] judicentur negotia in commune. Quod si difficiliores ortæ fuerint quæstiones, aut episcoporum vel majorum judicia, aut majores causæ fuerint ; [82] ad sedem apostolicam (si appellatum fuerit) referantur (10) ; quoniam apostoli hoc statuerunt (11) jussione Salvatoris, ut majores et difficiliores quæstiones, semper ad sedem deferantur apostolicam, super quam Christus universam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum principem apostolorum Petrum : *Tu es*, inquit, *Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [83], et reliqua. Sit ergo, fratres, constantia vestra adversus contentiones eorum qui adversa sapiunt, et non quæ Dei sunt sapiunt, et erit fortior petra constantia vestra, sicut scriptum est : *Ne timueritis ab his, neque terreamini a facie eorum qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere* [84]. *Quod autem in aure auditis, prædicate in lumine, illum timentes qui potest animam et corpus occidere et mittere in gehennam* [85]. *Fratres mei, in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Arma enim militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et omnem exaltationem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem cogitationem, et in obsequium Christo perducentes* [86]. *De cætero, fratres, confortamini in Domino, et in potentia fortitudinis ejus* [87], ut pax vobis multa et gratia a Deo et Domino nostro Jesu Christo ministretur. Amplectimur et osculamur, ac si præsentes, charitatem vestram, in unitate spiritus, in vinculo pacis et charitatis Christi. *Propter quod, charissimi, exspectantes, satagite immaculati et inviolati inveniri in pace, et Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini,* [88] *sicut et charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vo-*

[73] Genes. XIX, 9. [74] III, quæst. 6. *Unaquæque provincia.* [75] Codex. Theod. lib. II, tit 1 const. 2, q. 6. [76] Conc. Carthag. XI, 10. [77] I Corinth. VI. [78] III, quæst. 6, *Omnis oppressus.* [79] Lib. I, Cod. tit. 4, const. 8 et 9. Conc. Colon. 887. [80] Vide Ant. Augustinum in notis ad coll. Hadr. c. 9, ubi *præside* reponit. [81] ms. *sæcularia.* [82] Innoc. I, ep. XI, cap. 3. [83] Matth. XVI, 18. [84] Luc. XII, 4. [85] Matth. X, 28. [86] II Cor. X, 3-5. [87] Ephes. VI, 10, [88] Hæ similesque passim occurentes lacinæ e bibliis descriptæ longe absunt a stylo Anacleti, alteriusve Romani pontificis.

(9) *Quæ per singulos annos bis fieri solet.* Juxta apostolorum legem ac consuetudinem : de qua vide canon. apostol. 38. SEV. BINIUS.

(10) *Majores causæ,.. ad sedem apostolicam referantur.* Hoc Anacleti decretum bene et juste latum esse ex eo patet, quod universale et legitimum Sardicence concilium canone 4 et 7, plane idem constituerit : quodque Gelasius in epistolis ad Faustum et ad episcopos Dardaniæ scribat, secundum canones fieri, quod totius Ecclesiæ appellationes ad Romanæ sedis examen deferantur, ab ipsa autem appellare nemini permittatur. Hanc appellandi consuetudinem antiquissimam esse S. Leo, epistola 89 testatur, et antiquissimorum ad sedem Romanam appellantium exempla confirmant. Marcion enim ab episcopo in Ponto excomunicatus, ut a Romano pontifice absolveretur, Romam venit. Epiphanius hæresi 42. Fortunatus et Felix in Africa a Cypriano, Basilides in Hispania, depositi, ad Cornelium et Stephanum Romanæ Ecclesiæ pontifices appellarunt. Cyprianus libro primo, epistola 3 et 4. Athanasius ab orientalibus depositus, ad pontificem appellavit, et ab eo restitutus est. Sozomenus lib. III, cap. 7. Plura vide apud Bellarm. lib. II, *De Roman. pontif.* cap. 21. ID.

(11) *Quoniam apostoli hoc statuerunt.* Hanc apostolorum constitutionem Clemens I. II *Constit.*, c. 43, ex interpretatione Turriani, ex Bovii interpretatione autem c. 49, recenset his verbis : « Præclara Christiani laus est, cum nullo habere negotium. Quod si ex aliqua vexatione et tentatione alicui lis oriatur, curet ut ea transigatur, etiamsi detrimentum pati debeat ; nec ad ethnicum judicium accedat, sed nec patiatur mundanos magistratus de nobis jus dicere : nam per illos diabolus servos Dei vexat, et nobis notam inurit, quasi non habeamus nos unum sapientem, qui possit inter partes jus administrare et controversias componere. » ID.

*bis, sicut et in omnibus epistolis, loquens in eis de* A *his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et instabiles depravant, sicut et cæteras Scripturas, ad suam perditionem. Vos ergo, fratres, præscientes custodite : ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate. Crescite vero in gratia et cognitione Domini nostri Jesu Christi et Salvatoris* [89]. *Vos autem, charissimi, memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab apostolis Domini nostri Jesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietate. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes. Vos autem, charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes, ipsos vos in dilectione Dei servate, exspectantes mi-* B *sericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite judicatos, illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes eam quæ carnalis est, maculatam tunicam. Ei autem qui potens est vos conservare sine peccato, et constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exsultatione, soli Deo Salvatori nostro per Jesum Christum Dominum nostrum, gloria et magnificentia, imperium et potestas, ante omnia sæcula, et nunc et in omnia sæcula sæculorum. Amen* [90].

## EPISTOLA II.

*De ordinatione archiepiscoporum et reliquorum episcoporum atque sacerdotum et de fide cæterisque* C *causis.*

ANACLETUS episcopus, universis episcopis in Italia constitutis.

Quoniam [91] apostolicæ sedis debitam reverentiam erga me charitas vestra distribuit, et quia plurimum venerationis, charissimi filii, præbuistis (nam licet Ecclesiæ, in qua sanctus apostolus residens docuit, quodammodo nos gubernacula teneamus, tamen profitemur nos honore et sanctitate minores esse, et propterea omnino festinamus, ut ad gloriam ejus beatitudinis pervenire possimus) ; igitur consultationibus vestris plenius respondissemus, si licuisset ; sed infirmitatis ac reliquarum oppressionum onere pressi, breviter (prout Dominus tribuit, et ut a beato Petro principe apostolorum D sumus instructi, a quo et presbyter sum ordinatus) scribere vobis (sicut petiistis) non denegavimus.

### I.

*De ordinationibus episcoporum et omnium clericorum.*

[92] Ordinationes episcoporum (12), auctoritate apostolica, ab omnibus qui in eadem fuerint provincia episcopis sunt celebrandæ [93]. Qui simul convenientes, scrutinium diligenter agant, jejuniumque cum omnibus celebrent precibus, et manus cum sanctis Evangeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes Dominica die, hora tertia orantes, sacraque unctione, exemplo prophetarum et regum, capita eorum (more apostolorum et Moysis) ungentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cujus virtus invisibilis sancto chrismati est permista, et hoc ritu solemnem celebrent ordinationem. [94] Quod si simul omnes convenire minime poterunt, assensum tamen suis precibus præbeant, ut ab ipsa ordinatione animo non desint. [95] Porro et Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Jacobus, qui justus dicebatur, et secundum carnem, Domini nuncupatus est frater, a Petro, Jacobo et Joanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam eorum, ut non minus quam a tribus episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, ullatenus episcopus ordinetur, et communi voto ordinatio celebretur. [96] Reliqui vero sacerdotes a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii sacerdotes assensum præbeant, et jejunantes ordinationem celebrent : similiter et diaconi ordinentur ; cæterorum autem graduum distributioni, trium veracium testimonium, cum episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.

### II.

*De accusationibus episcoporum.*

[97] Accusatio quoque eorum, super qua nos consulere voluistis, non nisi ab idoneis, et [98] probatissimis viris, et qui suspicionibus et sceleribus careant, fieri debet ; quia Dominus sacra sui corporis tractatores, a vilibus et reprobis ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo ejecit. Unde liquet, quod summi sacerdotes, id est episcopi [99], a Deo sunt judicandi, non ab humanis aut pravæ vitæ hominibus lacerandi, sed

[89] II Petr. III, 14-18. [90] Jud., 17-25. [91] Damasi ep. ad Orientales *Trip. Historiæ* c. 15, lib. IX, ex Theodoreti *Hist.* V, 10. [92] Dist. 64, *Ordinat. episcoporum.* [93] Concil. Nic. IV, dist. 75, *Ordinat. episcoporum :* et in *Decr. Ivon.* lib. III. [94] Dist. 64, *Ordinat. episcoporum.* [95] In *Decr. Ivon.* lib. III, dist. 66, *Porro*, etc. [96] Dist. 67, *Reliqui sacerdotes.* [97] III, quæst. 7, *Accusatio quoque.* Et in *Decr. Ivon.* lib. IV. [98] Ep. Constantini M. ad Ablavium. [99] Isid. sent. III, 39.

(12) *Ordinationes episcoporum.* De episcoporum ordinatione, vide quæ diximus supra in notis ad canon. apost. 1. SEV. BINIUS.

potius ab omnibus [100] fidelibus portandi, ipso Domino exemplum dante, quando per seipsum, et non per alium, vendentes, et ementes ejecit de templo, et mensas nummulariorum et cathedras vendentium proprio evertit flagello, et ejecit de templo. Et sicut alibi ait : *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos* [1] *decernit* [2] ; et alibi : *Ego dixi : Dii estis, et filii Excelsi omnes* [3]. Nullus enim (ut reor) invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio, quam a se, judicari : quod si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius ultionem quærit super eum. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet Deus deorum, et Dominus dominantium, qui ultionem suorum promisit non differre servorum ? Unde et ipse per Prophetam loquitur, dicens : *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit* [4] : et reliqua. Et Apostolus inquit : *Tu quis es, qui judicas servum alienum? Suo enim domino stat aut cadit* [5]. Et ipse : *Nolite judicare invicem, sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum* [6]. Et Dominus per prophetam inquit : *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei* [7]. Nam si aliquis nunc in malum oculos alicujus [8] principis incipit tractare, manifeste reus majestatis judicatur, et infamis efficitur, aut potius capitali sententiæ subjacet. Hæc, fratres, valde cavenda sunt, et quod homines nolunt sibi fieri, Deo deorum non debent inferre, ne forte irascatur Dominus, et faciat vindictam eorum, etiam in eos qui non peccaverunt ; quia perit sæpissime justus pro impio. Imitandus est etiam Propheta, per quem Dominus ait : *Perambulabam in simplicitate cordis mei, in medio domus meæ : Non ponam coram* [9] *oculis meis verbum Belial* [10]. *Loquentem* [11] *in abscondito contra proximum* [12] *suum, hunc iuterficiam* [13-14]. Et hi cavendi sunt, de quibus Salomon ait : *Sicut noxius est qui mittit lanceas, et sagittas in mortem, sic vir qui fraudulenter nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus dicit : Ludens feci. Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris* [15]. Et si detractores quorumcunque graviter judicantur, et in perditionis laqueum cadunt ; multo magis laceratores, et detractores atque accusatores memoratorum Dei famulorum atque persecutorum damnantur, et in barathrum, nisi se correxerint, et per eorum satisfactionem condignam egerint pœnitentiam, indubitanter vadunt, et vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cavere, et non solum non facere, sed nec facientibus consentire ; quia non solum qui faciunt damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus et his similibus ipsa Veritas ait : *Vulpes foveas habent, et volucres cæli nidos : Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet* [16], id est in talibus non habitat Dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur, dicens : *Qui fodit foveam, incidet in eam : et qui volvit lapidem, revertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem, et os lubricum operatur ruinas* [17]. *Grave est saxum, et onerosa arena : sed ira stulti, utroque gravior* [18]. *Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si usque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Qui se jactat et dilatat, jurgia concitat. Qui sperat in Domino, salvabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est : qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur* [19]. *Qui fortiter premit ubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum : qui vehementer emungit, elicit sanguinem : et qui provocat iras, producit discordias* [20]. Hæc et alia periculosa considerantes apostoli statuerunt, ne facile commoverentur, aut lacerarentur, vel accusarentur columnæ sanctæ Dei Ecclesiæ, quæ apostoli et successores eorum non immerito dicuntur. [21] Sed si quis adversus eos vel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit ; prius ad eos recurrat charitatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sananda sunt, et charitative emendent, quæ juste emendanda agnoverint. Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, et minime absolvantur, antequam per satisfactionem (ut jam dictum est) condignam egerint pœnitentiam, quoniam injuria eorum ad Christum pertinet [22], cujus legatione funguntur. Nec hoc mirum, quia si quisque nostrum cuidam servorum [23] legationem injungeret, et a quoquam impediretur, aut ab aliquo subditorum suorum despiceretur ; mox indignatus irasceretur, aut talia (prout posset) vindicaret, et ad injuriam ac contumeliam suam hoc factum reputaret et talionem (si in præsenti non posset) futuris temporibus redderet. Nam si in hominis causa hæc fiunt, quid putatis Deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixerit [24] ? Unde et Dominus per Nahum prophetam loquitur, dicens : *Deus æmulator, et ulciscens Dominus, et habens furorem, ulciscens Dominus in hostes suos, et irascens ipse inimicis suis ; ante faciem indignationis ejus quis stabit ? et quis resistet in ira furoris ejus ? Indignatio eius effusa est sicut ignis, et petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus est Dominus, et confortans*

[100] *hominibus.* [1] *discernit.* [2] Psal. LXXXI, 1. [3] ibid., 6. [4] Psal. XCIII, 1. [5] Rom. XIV, 4. [6] ibid., 13. [7] Zach. II, 8. [8] Not. vox. [9] *proponebam ante oculos.* [10] Ex citato ms. Collegii Soc. Jesu nas variantes, lectiones decerpsit Harduinus. Ms. *coram oculis verbum oris Belial.* [11] *detrahentem* [12] *sodalem.* [13-14] Psal. c, 2, ex interpr. S. Hieronymi. Ms. *Detrahentem in abscondito sodalem suum hunc interficiebam.* [15] Prov. XXVI, 18-22. [16] Luc. IX, 58. [17] Prov. XXVI, 27-28. [18] Prov. XXVII, 3. [19] Prov. XXVIII, 17, 25, 26. [20] Prov. XXX, 33. [21] Aurel. V, 17. [22] S. Greg., ep. 32, lib. XIII. [23] *suorum,* [24] Luc. XXI, 18.

*in die tribulationis, et sciens sperantes in se* [25], et reliqua. Quædam autem ex his, jam aliis fratribus scripsimus, quæ toties sunt replicanda, quoties fuerint necessaria [26].[28] Ejectionem quoque (ut supra memoratum est) summorum sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis concessisset. Electionem enim illorum taliter Apostolus fieri jubet : *Si quis sine crimine est, unius uxoris virum, filios habentem fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos* [29]; et reliqua. [30] Si enim sine crimine sacerdos eligi præcipitur, nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accusari aut calumniari permittitur, nec ab aliis, quam ab his qui sine crimine sunt, et juxta electionem [31], si necessitas fuerit, aut ipsi volendo Domino servire elegerint, [32] sacerdotesque sine crimine fieri et ordinari possint, et tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes jubentur. [33] Porro et Moysi præcipitur, ut eligat presbyteros. [34] Unde et in Proverbiis dicitur : *Gloria senum canities* [35]. Hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est : *Canities hominum prudentia est* [36]. Cumque nongentos et amplius annos ad Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis convincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur. [37] Initium enim sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedec prior obtulerit sacrificium, et post hunc Abraham, Isaac, et Jacob : sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate, ista fecerunt. [38] Cæterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque pontificali stola indutus victimas obtulit, jubente Domino ac loquente ad Moysen : *Accipe*, inquit. *Aaron et filios ejus, et applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est* A *lineam et tunicam, et superhumerale, et rationale, quod constringes balteo : et pones tiaram in capite ejus, et laminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis fundes super caput ejus, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis lineis, cingesque balteo Aaron et liberos ejus, et impones mitras eis, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua* [39]. Quo loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est episcopum fuisse, porro filios ejus presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim fuit inter Aaron summum sacerdotem, et filios ejus qui sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat poderem, stolam sanctam, et coronam auream, mitram, et zonam auream, et superhumerale, et reliqua quæ præfixa sunt : filii autem Aaron, super tunicas lineas cincti tantummodo et tiarati, assistebant sacrificio Domini. [40] In novo autem testamento, post Christum Dominum, a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum : *Tu es*, inquit, *Petrus et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni cœlorum* [41]. Hic ergo ligandi atque solvendi potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Cæteri vero apostoli cum eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt, ipsumque principem eorum esse voluerunt. Qui etiam, jubente Domino, in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt : ipsis quoque decedentibus, in locum eorum successerunt episcopi (13), quorum ordinatio prætacto [42] fieri debet ordine et modo : quos qui recipit et verba eorum, Deum recipit : qui autem eos spernit, eum a quo missi sunt, et cujus funguntur legatione, spernit, et ipsi indubitanter spernetur a Domino [43]. Videntes autem ipsi apostoli messem esse multam, et operarios paucos, rogaverunt dominum messis, ut

B

C

[25] Nahum I, 2, 6, 7. [26].[28] Distin. 79, *Ejectionem vero.* [29] Tit. I, 6. [30] VI, quæstione 1, *Si sacerdos sine.* [31] *justa electione.* [32] Hadr. coll., c. 19. [33] Distin. 84, *Porro Mosi.* [34] Isid. *De off.* XI, 7. [35] Prov. XX, 29. [36] Job. XII, et Sap. IV. [37] Idem Isid. cap. 5. [38] Clem. *Const.* VI, 20. [39] Exod. XXIX, 4-9. [40] 21 dist., *In novo test.*, et in *Decr. Ivon.* lib. III. [41] Matth. XVI, (8) 19. [42] *prætaxato.* [43] Luc. X, 16.

(13) *In locum eorum successerunt episcopi.* Hoc est quod psal. XLIV, propheta David prædixerat : *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.* Nam Augustino prædicti loci interprete, patres apostoli sunt, filii pro patribus nati, apostolorum successores episcopi. Concilium Florentinum in instructione Armenorum et concil. Tridentin. sess. 23, cap. 4, idem asserunt. Dicuntur autem episcopi apostolis succedere, non proprie eo modo quo episcopus episcopo, rex regi succedit, sed duplici alia ratione. Primo, ratione sacri episcopalis ordinis ; secundo, per quamdam similitudinem et proportionem ; quia nimirum sicut Christo in terris viventi, primi sub Christo erant apostoli duodecim, deinde septuaginta duo discipuli : ita nunc primi sub Romano pontifice sunt episcopi, post eos presbyteri, inde diaconi, etc. D Non aliter autem episcopos apostolis succedere, inde patet, quod episcopi nullam veræ apostolicæ auctoritatis partem habeant ; apostoli enim, ut constat Matth. et Marc. cap. ultimo, toto terrarum orbe prædicare, alias atque alias Ecclesias fundare, canonicos libros scribere poterant : porro nihil horum episcopi potuerunt. Præterea, donum linguæ et miraculorum habuerunt apostoli, non autem omnes episcopi. Apostolis omnibus immediate a Christo universam Ecclesiam gubernandi potestas ac jurisdictio collata est, Joan. cap. 20, his verbis : *Sicut misit me vivens Pater, et ego mitto vos* (quanquam ordinaria jurisdictio, quæ in posteros per successionem transferretur, soli Petro, extraordinaria reliquis apostolis concessa sit) : omnes autem episcopi a Petri successore Romano pontifice, cui dictum

mitteret operarios in messem suam [44]. Inde electi sunt ab eis septuaginta duo [45] discipuli, quorum typum gerunt presbyteri (14),atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia, de quorum ordinatione et reliquorum ministrorum, dixisse supra sufficiat.

III.

*Quod minus quam a tribus episcopis episcopus non debeat ordinari.*

[46] Porro quod episcopus non ab uno, sed a cunctis, consensu aut præsentia comprovincialium,est ordinandus, et nullatenus minus quam a tribus, cæteris consentientibus cunctis; idcirco,instituente Domino, fieri jubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiæ unius tyrannica auctoritas moliretur, et regula vel fides confunderetur credentium.

IV.

*In quibus civitatibus primates, in quibus metropolitani esse debeant.*

[47] Provinciæ autem multo ante Christi adventum tempore divisæ sunt maxima ex parte, et postea ab apostolis et beato Clemente prædecessore nostro ipsa divisio est renovata. [48] Et in capite provinciarum, ubi dudum primates legis [49] sæculi erant, ac prima judiciaria potestas,ad quos qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam imperatoris vel regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus vel injustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat : ipsis quoque in civitatibus vel locis nostris, patriarchas vel primates, qui unam formam tenent,licet diversa sint nomina, leges divinæ et ecclesiasticæ poni et esse jusserunt, ad quos episcopi (si necesse fuerit) confugerent, eosque appellarent , et ipsi primatum nomine fruerentur, et non alii. Reliquæ vero metropolitanæ civitates, quæ minores judices habebant (licet majores comitibus essent), haberent metropolitanos suos, qui prædictis juste [50] obedirent primatibus, sicut et in legibus sæculi olim ordinatum erat,qui non primatum, sed aut metropolitanorum aut archiepiscoporum nomine fuerentur. Et licet singulæ metropoles civitates suas provincias habeant, et suos metropolitanos judices habere debeant episcopos sicut prius metropolitanos judices habebant sæculares, primates tamen (ut præfixum est) et tunc et nunc habere jussæ sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia conveniant, ut ibidem, quibus necesse fuerit, releventur et juste restituantur, et hi qui injuste opprimuntur, juste reformentur atque fulciantur, episcoporumque causæ, et summorum negotiorum judicia (salva apostolicæ sedis auctoritate) justissime terminentur. Hæc ab antiquis [51], hæc ab apostolis, hæc a sanctis Patribus accepimus, vobisque (ut postulastis) rimanda,et futuris tenenda temporibus mittimus, et reliquis fratribus prædicanda, ac cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, [52] qui sequuntur, deteriores fiant, dicente Domino per prophetam : *Ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam* [53].

Quos rursus Dominus detestatur, dicens : *Et tementes legem, nescierunt me* [54]. Nesciri ergo Veritas se ab eis conqueritur, et nescire se principatum nescientium protestatur ; quia profecto hi qui ea, quæ sunt Domini, nesciunt, a Domino nesciuntur, Paulo attestante, qui ait : *Si quis ignorat ignorabitur* [55]. Hinc et Psalmista, non optantis animo, sed prophetantis mysterio denuntiat, dicens : *Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva* [56]. Obscuratis ergo oculis, deorsum flectitur ; quoniam cum lumen scientiæ perdunt qui præcunt,sine dubio ad portanda peccatorum onera inclinantur sequentes. [57] Hic ergo inter manus latronum et dentes furentium luporum utcunque versamur. Ideo et docere alios, et nos ipsos (prout

[44] Matth. IX, 37 ; Luc. X, 2 [45] Luc. cod. constanter legit *septuaginta*. [46] Isid. *De off.* XI, 5, ex quo et superiora. [47] Distin. 99, *Provinciæ multo*. Et in *Decr.* Ivon. lib. IV. [48] Hinm. cap. 15, lib. LV, *capitum*. [49] πρωτονομοδιδάσκαλοι. [50] *jure*. [51] A martyrio S. Petri nondum 60 fluxerant anni cum hæc scripsisse fingitur Anacletus. [52] S. Greg. *Past.* l. I, quibusdam pro more interpolatis et prætermissis. [53] Isa. LVI, 11. [54] Jerem. II, 8. [55] I Cor. XIV, 38. [56] Psal. LXVIII, 24. [57]. S. August. c. 7, lib. *De Pastoribus.*

est : *Pasce oves meas, pasce agnos meos* (*Joan.* XXI, 17),immediate suam jurisdictionem certis limitibus definitam consequuntur. Denique, non succeditur proprie nisi præcedenti ; at simul cum apostolis fuerunt in Ecclesia Timotheus, Titus, Evodius, aliique plures episcopi. Si igitur episcopi apostolis succedunt,cui episcopo Titus ? cui Timotheus successit ? Patet igitur non aliter hæc Anacleti verba intelligi debere, quam duplici illa ratione, de qua supra. Vide Bellarm. lib. IV, *De Rom. pontif.*, c.23, 24 et 25. SEV. BINIUS.

(14) *Septuaginta duo discipuli, quorum typum gerunt presbyteri.* Presbyteri septuaginta duobus discipulis Domini non aliter quam per similitudinem quamdam succedere dicuntur, sicut apostolis episcopi. Quod autem non aliter succedant, hæc ratio evidenter probat : Septuaginta duo discipuli non fuerunt presbyteri, nec ullum ordinem aut jurisdictionem a Christo susceperunt : siquidem Philippus et Stephanus, et alii quinque diaconi ab apostolis, Actor. VI, ordinati erant ex 72 discipulis Domini, ut docet Epiphan., hæresi 20 ; non fuissent autem diaconi ordinati, si jam ante ordinem presbyterii habuissent. Vide Bellarmin. lib. IV *De Rom pontif.*, cap. 25. ID.

Dominus dederit) providere debemus. [58] Sane percussor ille doctor dicitur, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum [59].Ideo tenere vos et omnes fideles oportet *eum, qui secundam doctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit consolari in doctrina sana, et contradicentes redarguere* [60], et recte viventes, atque rectam fidem tenentes consolidare. Illis ergo qui dicunt,quod Filius in eo minor est, quia propheta inquit : *Verbum faciet Dominus breviatum universo orbi* [61] : ita respondendum est divinis testimoniis : [62] Verbum breviatum quod Dominus faciet super terram,non minutionem deitatis in Filio Dei significat,sed dispensationem susceptæ carnis annuntiat ; in quali dispensatione non solum Patre hominis Filium, sed etiam angelis legimus minoratum,Paulo attestante apostolo : *Eum autem,* inquit, *modice minus ab angelis minoratum vidimus Jesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum;* et infra : *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens : Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te* [63]. Et Propheta inquit : *Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum* [64]. Et ut verbum Dei Patris breviatum in Filio non esse doceamus, hanc Isaiæ prophetæ volumine approbamus sententiam. *Nunquid* [65] *abbreviatus factus est sermo meus,aut ita parvus est,ut ita non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum dicit Dominus omnipotens* [66]; et iterum : *Hæc dicit Dominus omnipotens : Nunquid abreviata est manus mea, ut salvare non possit? Aut non potest vivificare cor humilium et spiritum contritorum* [67] ? Et ut brachium Patris,quæ manus est,Filium esse doceret, intulit, dicens : *Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, et videbunt omnes fines terræ salutare ejus* [68]. Nam et in novissimo tempore hic sensus non inaniter poterit coaptari ; in quo tempore Dominus [69] ex cœlesti aula ac empyreo domicilio pessimi dæmonis jam ferre dedignans tyrannidem, in creaturas suas crudelissime sævientem, plasmati condolens, ac suæ immensæ charitatis thesaurum reserare volens, in castissimæ Virginis purissimum uterum, omnis tori virilis nescium, inenarrabili mysterio, pro redemptione nostra carnem suscipiens [70], advenit, ut et illum qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret, et eos, quos in tenebris et umbra mortis captivos subegerat,virtutis suæ potentia in ipso parvo et exigui temporis spatio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum eos in lucem, cum adhuc tempus haberent, incedere præmonebat : *Adhuc modicum,*inquit, *in vobis lumen est. Dum lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ comprehendant* [71].Et in [72] canonicis apostolorum legitur Epistolis : *Filioli, novissima hora quia multi pseudoprophetæ exierunt in hunc mundum* [73]. Et Paulus apostolus : *Tempus enim breve est.* Et iterum : *Præterit enim figura* [74] *hujus mundi* [75].Et iterum : *Omnia hæc ad correctionem* [76] *nostram facta sunt, in quos* [77] *fines sæculorum obvenerunt* [78]. Nam Dominus in ipsa oratione Dominica [79] breviavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio prohibens, pauca loqui docuerit, quæ pertinent [80] ad salutem. *Cum oratis,* inquit, *nolite multum loqui* [81]. Et infra : *Vos autem cum oratis, dicite : Pater noster,qui es in cœlis* [82],etc. Non enim propheta Filium Dei in hoc capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per apostolos et apostolicos viros novissimo tempore loquitur : *Ego,* inquit, *qui loquebar,* in servos meos prophetas, *ecce adsum* [84]. Et alius propheta : *Sicut est ab initio usque in sæculum, neque adjectum est ei,neque minuetur illi, quoniam ipse est Dominus creaturæ suæ* [83].Ecce quale verbum breviatum fecit Dominus in orbe terrarum. Non quia, ut illi putant, inferiorem Patre [84]. intimaret hominibus Filium, sed quia novissimum ejus annuntiaret adventum. [85] Si ergo (ut prædictum est) Aaron filii [86], presbyterorum figuram gestabant, et Aaron summi sacerdotis, id est episcopi, Moyses indubitanter Christi tenebat formam ; quoniam fuit similitudo mediatioris Dei, qui est inter Deum et hominem Jesus Christus, qui est verus dux populorum,et verus princeps sacerdotum, et Dominus pontificum, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## EPISTOLA III (15).

*De patriarchis et primatibus, ac reliquis episcopis : et quod Romana Ecclesia cardo sit et caput omnium Ecclesiarum.*

Anacletus servus Christi Jesu,in apostolica sede a Domino constitutus, et a sancto Petro apostolo-

[58] Distin. 45, *Rane percussor.* [59] S. Hier., ibidem. [60] Tit. I, 9. [61] Rom. IX, 28. [62] Ithacius Clarus quisquis tandem fuerit lib. *Adv. Wari.* c. 43. [63] Hebr. II, 9, 11, 12. [64] Psal. VIII, 6. [65] ms. *adbreviatus.* [66] Isa. L, 2. [67] Isa. LIX, 1. [68] Isa. LII, 10 [69] hæc absunt in ms. c. Justelli. [70] ms. *suscipiendo.* [71] Joan. XII, 35. [72] verba Ithacii notanda quæ imposturam arguunt Mercatoris. [73] I Joan. VIII, 1. [74] In Cor. VII, 29. [75] Ibid. 31. [76] *correptionem.* [77] ms. *fines sæculorum obvenit.* [78] I Cor. X, 11. [79] in ms. abest ea vox *Dominica.* [80] ms. *pertineant.* [81] Matth. VI, 7. [82] Ibid., 9. [83] Isa. LII, 6; Eccli. XXXVI, 17. [83*] Eccli. XLII, 21, 22. [84] ms. *Patri.* [85] Isid. II, *De off.* 5, succedit Ithacio, cujus sæpe integra fere capita descripsit pseudo—Isidorus. [86] In ms. hæc verba quinque non leguntur, *Aaron filii,* etc.

(15) *Epistola.* Hæc epistola, quod trium patriarchalium sedium ordinem,ipsumque patriarcharum nomen a Judæis et a gentibus usurpatum, et ab iis cum multis aliis in Ecclesiam feliciter translatum contineat, novatoribus disciplet. Vide Baron. anno 112, num. 2. Tres Ecclesiæ, Romana, Alexandrina et Antiochena, eo quod a Petro apostolorum principe fundatæ sint, solæ ac semper patriarchales

rum principe presbyter ordinatus, omnibus episcopis ac reliquis Christi sacerdotibus salutem.

*Benedictus Deus et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati in conspectu ejus in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ,in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem pecatorum secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nobis in omni sapientia et prudentia, ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum ejus, quod proposuit in eo, in disqensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis et quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus nos in laudem gloriæ ejus, qui ante speravimus in Christo* [87]. De primatibus, [88] charissimi, super quibus me quidam vestrum consuluerunt, et apostolicæ auctoritatis (qua, licet indigni,Domino dispensante, fungimur) decretum postulaverunt, aut si esse deberent,aut non, quantum hactenus de his a beato Petro apostolo, et reliquis apostolis, ac beato Clemente nostro sancto prædecessore, et martyre,novimus statutum,denegare vobis minime possumus.[89] Et quis est, qui quærentibus fratribus A denegare possit dubitationes vel necessitates eorum?

I.

*De bipartito ordine sacerdotum.*

Sacerdotum, fratres ordo bipartitus est et sicut Dominus illum constituit,a nullo debet perturbari. Scitis autem a Domino apostolos esse electos et constitutos, et postea per diversas provincias ad prædicandum dispersos. Cum vero messis cœpisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adjumentum septuaginta duos [90] eligi præcepit discipulos. Episcopi vero, domini apostolorum ; presbyteri quoque, septuaginta duorum discipulorum locum tenent.

II.

*De constitutione seu ordinatione episcoporum ac presbyterorum.*

B [91] Episcopi autem non in castellis aut modicis civitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella et modicas civitates atque villas debent ab episcopis ordinari et poni ; singuli tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab uno, sed a pluribus debet episcopis ordinari : et,ut dictum est, non ad modicam civitatem, [92] ne vilescat nomen episcopi, aut alicubi, sed ad honorabilem urbem titulandus et denominandus est. Presbyter vero ad quemcunque locum vel ecclesiam in eo constitutam, est proficiendus,atque in ea diebus vitæ suæ duraturus. Amplius quam isti duo [93] ordines sacerdotum, nec nobis a Deo collati sunt, nec apostoli docuerunt.

[87] Ephes. I. 3--12. [88] Hincm. op. LV, quæst. c. 15. [89] ep. Attici ad PP. Carthaginensis concilii [90] *septuaginta ; et sic semper.* Luc. [91] Dist. 89, *Episcopi non in.* [92] Sardinense can. 6, et Laod. 57. [93] Hæ quoque ex eodem ms. ab Harduino collectæ sunt. Ms. *non sunt ordines.*

habitæ sunt, ut patet etiam ex conc. Nicæn.canone C 6, Chalced. act. 16, item ex epistola 53 Leonis ad Anatolium : ex epistola Gregorii ad Eulogium,quæ est lib. VI, cap. 37. Hierosolymitana per annos fere quingentos, non re sed nomine, non potestate sed honore duntaxat, quarta patriarchalis habita est ; ut patet ex Nicæn. concil., canon. 7,ubi decernitur ut Hierosolymitanus,quartum quidem patriarchalis sessionis locum ac honorem habeat ; non tamen propterea a subjectione Cæsariensis, quæ metropolitana erat, eximeretur. Unde beatus Hieronymus in epist. ad Pammachium, contra Joannem episcopum Hierosolymitanum,sic eum alloquitur : « Tu, inquit, qui regulas quæris ecclesiasticas, et Nicæni concilii canonibus uteris, responde mihi, ad Alexandrinum episcopum Palæstina quid pertinet? ni fallor hoc ibi decernitur, ut Palæstinæ metropolis Cæsarea sit, et totius orientis Antiochia. Aut igitur ad Cæsariensem archiepiscopum referre debueras, cui spreta communione tua communicare nos no- D veras, aut si procul expetendum judicium erat, Antiochiam potius litteræ dirigendæ. Sed novi cur Cæsaream, cur Antiochiam nolueris mittere. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum metropolitano tuo honorem reddere. » Patriarchatus Constantinopolitanus (quia tempore Nicæni concilii Constantinopolis urbs nondum dedicata fuit) hisce postea tempore Justiniani, post annum Domini quingentesimum, opera imperatoris,et Romanorum pontificum permissione accessit. In concilio quidem Constantinopolitano primo, ac postea in Chalcedononsi, Constantinopolitanus non modo patriarchatum, verum etiam secundum locum obtinere conatus est, sed (pontifice reliquisque reclamantibus primatibus) frustra. Cur tres tantum prædictæ sedes patriarchales isto ordine collocatæ fuerint solius Petri apostolorum principis prærogativa, dignitas et primatus,velut propria et immediata causa honoris et potestatis, effecit : quanquam Petrum in his sedibus eligendis, quod S. Leo in epistola 84, *ad Anastasium* docet, quamdam rationem magnitudinis et nobilitatis urbium habuisse negari non possit. Romana sedes primam dignitatem patriarchalem obtinet,quia Petrus apostolus in hac quam fundavit,ut inquit S. Gregorius lib. VI, epist. 37, *ad Eulogium Alexand.*quiescere et vitam finire dignatus est. Alexandriam sede patriarchali decoravit (verba Gregorii sunt) in quam evangelistam Marcum discipulum misit. Tertio, sedem in qua ipse septem annis sedit,Antiochenam nimirum firmavit, et sedis patriarchalis honore condecoravit ; ita Gregorius prædicta epistola, S. Leo epistola 53, *ad Anatolium.* Sicut ergo major est Pretrus apostolus Marco evangelista,et Marcus evangelista Evodio, qui neque apostolus neque evangelista fuit, ita quoque Romana Ecclesia Alexandrinam,et Alexandrina Antiochenam auctoritate et dignitaie superat. Vide Bellarm. *De Rom. po tif.* lib. I, c. 14.

III.

*De discretione episcoporum et civitatum.*

Episcoporum vero ordo unus est licet sint primates illi qui primas civitates tenent, qui et in quibusdam locis patriarchæ a nonnullis vocantur. Illi autem qui in metropoli a beato Petro apostolo ordinante Domino, et a prædecessore nostro prædicto sancto Clemente, seu a nobis constituti sunt, non omnes primates vel patriarchæ esse possunt: sed illæ urbes,quæ præfatis et priscis temporibus [94] primatum tenuere, [95] patriarcharum aut primatum nomine fruantur; reliquæ vero metropoles, archiepiscoporum aut metropolitanorum, et non patriarcharum aut primatum utantur nominibus; quia hæc eadem et leges sæculi in suis continent principibus; [96] aliæ autem primæ civitates quas vobis conscriptas in quodam tomo mittimus, a sanctis apostolis, et a beato Clemente, sive a nobis, primates prædicatores acceperunt. Hæc vero sacrosancta Romana et apostolica Ecclesia, non ab apostolis, sed ab ipso Domino Salvatore nostro [97] primatum obtinuit, et eminentiam potestatis super universas Ecclesias ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse B. Petro apostolo dixit: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus eam: et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quæcanque ligaveris super terram, erunt ligata et in cœlo: et quæcunque solveris super terram, erunt soluta et in cœlo* [98]. Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui uno die, uno quoque tempore, gloriosa morte cum Petro, sub principe Nerone agonizans, coronatus est, et ambo sanctam Romanam Ecclesiam consecrarunt, aliisque omnibus urbibus universo mundo eam sua præsentia atque venerando triumpho prætulerunt. [99] Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium sanctorum effundatur oratio, his tamen verbis Paulus beatissimus apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens: *Testis enim est mihi Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio Filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis* [100].

[1] Prima [2] ergo sedes est cœlesti beneficio Romanæ Ecclesiæ quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus et Paulus suo martyrio consecrarunt. Roma quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater [4] et altrix, excussis tenebris, et vanis superstitionum ritibus abjectis, filiorum Dei, exorto sole justitiæ, facta est copiosa propagatrix.

A « Secunda autem sedes apud Alexandriam, beati Petri nomine, a Marco ejus discipulo atque evangelista consecrata est; quia ipse et in Ægypto primum verbum veritatis, directus a Petro, prædicavit, et gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit Abilius [6].

« Tertia autem sedes apud Antiochiam, ejusdem (id est beati Petri) apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic, priusquam Romam veniret, habitavit, et Ignatium episcopum [8] constituit, et illic primum nomen Christianorum novellæ gentis exortum est. Reliquas vero ut prædiximus in quodam tomo, prolixitatem vitantes epistolæ, vobis conscriptas direximus. [9] Inde namque et beati apostoli inter se statuerunt, ut episcopi singularum scirent gentium, [10] quis inter eos primus esset, quatenus B ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. [11] Nam et inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licet omnes [12] essent apostoli, Petro tamen a Domino est concessum, et ipsi inter se idipsum voluerunt, ut reliquis omnibus præesset apostolis, et Cephas, id est, caput et [13] principium teneret apostolatus; qui et eamdem formam suis successoribus, et reliqui apostoli episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit. Unde, scriptum est, *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus* [14], id est primi inter eos fuerunt. Et quamvis ita ordinatum fuerit, nemo tamen quod suum est, quærat, sed quod alterius. Unde ait beatus apostolus Paulus: *Unusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem* [15]. Et sicut ipse Salvator suis ait C discipulis: *Qui major est vestrum, erit minister vester* [16], et reliqua. Et licet super his aliqua dicta fuerint, repetentes tamen sæpius, admonemus, ut semper in omnibus et ab omnibus vitentur elationes mentis et corporis. Et quanto major unusquisque videtur esse, tanto sit humilior, sicut Dominus Salvator noster *non venit ministrari, sed ministrare* [17] *Et: si frater aliquis præoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite eum in spiritu lenitatis* [18]

IV.

*Ut difficiliores causæ ad sedem apostolicam referantur.*

D [19] Si quæ vero causæ difficiliores [20] inter vos ortæ fuerint, ad hujus sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte, ut apostolico terminentur judicio: quia sic Dominum velle, ab eoque ita constitutum

[94] ms. *primatem.* HARD. [95] Isid. *Etymol.* VII, 12. [96] Hincmarus citat. cap. 24 *De prædestinatione* p. 151 tom. I, et pag. 429; tom. II, cap. 15, op. LT. qq., dist. 22, *Sacrosancta Rom.* Et in *Decr. Ivo.* l. IV, [97] Conc. Rom. sub Gelasio. [98] Matth. XVI, 18, 19. [99] hactenus verba Gelasii in conc. Romano. [100] Rom. I, 9, 10. [1] ab his verbis usque ad *secunda autem* desunt omnia in Luc. [2] idem conc. sub Gelasio. [3] ms. *Romana Ecclesia.* HARD. [4] absunt a ms. [5] idem conc. [6] Anianus. et post hunc Abilius. [7] idem conc. [8] Zacchæum, postea Evodium, post quem Ignatium [9] dist. 22, *Sacrosaneta Rom.* [10] *Can. Ap.* 35, ex versione Dion. Exigui citatur. [11] S. Leo ep 84, c. 11. [12] *pares essent.* [13] Sir. ep. 4, et Innoc. ep. 2. quasi ἀπὸ τῆς κεφαλῆς. [14] Psal. XCVIII, 6. [15] Rom. XV 2. [16] Matth. XXIII, 11. [17] Matth. XX, 28. [18] Psal, VI, 1. [19] dist. 22. *Sacrosancta Rom.* [20] S. Leo, ep. 84, Vigil. ep. 2.

esse, antedictis testimoniis declaratur. Hæc vero apostolica sedes cardo et caput (ut prætactum [21] est, omnium Ecclesiarum, a Domino, et non ab alio, est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente, reguntur.

## V.

*Non admittendos ad accusationem sive ad testimonium qui antea inimici fuerunt, et de extremo judicio.*

[22] Accusatores autem et testes esse non possunt, qui ante hesternum diem aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati, nocere cupiant, vel læsi, se ulcisci velint.[23] Innoffensus igitur accusatorum et testium affectus quærendus est, et non suspectus. Causam enim vestram alieno nolite committere judicio : valde enim iniquum est, ut omissis suis, alii quilibet aliorum se causis immisceant ; quoniam nullis in locis spiritualis [23] cura deficit, sed se per omnia, quocunque nomen Dei prædicatur, extendit. Studendum est omnibus, ne (ut sunt) æmulationes [24] malæ, sed piæ sint inter vos dilectiones; quia in hoc vos omnes *Domini discipulos* esse veros noveritis, *si dilectionem habueritis ad invicem*. Ex omni ergo genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos [25] erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum Filii charitatis suæ, et de vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Unde nobis summopere studendum est, ut cooperatores simus gratiæ Dei ; quia ad hoc vocati sumus, ejusque familiari colloquio sociati, et sacerdotes sacrati, ut fructuosos illi manipulos reportemus, cooperante gratia ejus. [26] Necesse est enim, ut rectores a subditis timeantur, ab ipsisque corrigantur, ut humana formidine peccare metuant, qui divina judicia non formidant. [27] Deteriores quippe sunt, qui doctorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque [28] diripiunt. Ipsi enim [29] ea quæ extra nos, licet nostra sunt, auferunt : nostri autem [30] detractores, et morum corruptores nostrorum, sive qui adversus nos armantur, proprie nos ipsos decerpunt [31]. Et ideo juste infames sunt, et merito ab Ecclesia extorres fiunt. [32] Pro meritis ergo plebis, sæpe pastores depravantur Ecclesiæ, ut proclivius corruant qui sequntur. Capite videlicet languescente, facilius reliqua membra corporis inficiuntur, ut scriptum est : *Omne caput languidum, et omne cor mærens. A planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo sanitas* [33] Quapropter manifestum est, diabolum *qui sicut leo rugiens circuit quærens quem possit devorare* [34]) cordibus plebium suadere, ut doctores atque pastores suos detractionibus accusent, ut [35] (plebibus languescentibus [36], vel mala agentibus, non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciviant, atque in ima ruant. [37] Multum vero distant damna morum a damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint, illa vero in nobis. [38] Sententia quoque Cham filii Noe damnantur qui suorum doctorum vel præpositorum culpam produnt, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstravit [39]. [40] Doctor autem vel pastor Ecclesiæ, si a fide exorbitaverit, erit a fidelibus corrigendus : sed pro reprobis moribus magis est tolerandus, quam distringendus, quia [41] rectores Ecclesiæ a Deo judicandi sunt, sicut ait propheta : *Deus stetit in Synagoga deorum, in medio autem deos dijudicat* [42]. Unde oportet unumquemque fidelem, si viderit aut cognoverit plebes adversus pastorem suum tumescere, aut contra clerum detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus exstirpare, prudenterque corrigere satagat. Nec eis in quibuscunque negotiis misceri, si incorrigibiles apparuerint, antequam suo reconcilientur doctori, præsumat : quoniam [43] tam [44] sacerdotes, quam reliqui fideles omnes, summam curam habere debent de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.

[45] Ita ergo [46] beatus princeps apostolorum Petrus de sancto prædecessore nostro Clemente plebibus prædicando, quando docebat eas qualiter ei obedire deberent, eumque observare, inter cætera ait [47] « Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat. Cum illo nolite amici esse : sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus absque commonitione obsecundare, et avertere ab eo, cui ipsum sentitis adversum : sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus præest, ut per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero qui amicus fuerit his quibus ipse non est, et locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare Dei Ecclesiam volunt ; » et reliqua. His aliisque quam plurimis documentis, facile unusquisque advertere potest qualiter obedire et obtemperare debet præpositis suis, et qualiter circa eos agendum sit, quibus ipsi aut amici sunt, aut inimici. Si quis enim hæc præcepta non observaverit, hostis est animæ suæ : et non tantum infamis, sed et excommunicatus, atque alienus ab Ecclesia efficiatur ; quoniam

[21] ms. *factum*, forte *fatum* ; et ab eo absunt duæ sequentes voces *omnium Ecclesiarum*. [22] III, q. 5, *Accusatores autem et testes*. Et in *Decr.* Ivo. lib. IV. [23] S. Ambr. ep. 64. [23] S. Cœl. ep. 2. [24] ms. *ut non æmulat*. [25] Idem ep I. c. 11. [26] S. Greg. *Past.* p. II, c. 6. [27] VI, q. 1, *Deteriores sunt*. [28] S. Isid. *Sent.* III, 38. [29] ms. *autem*. [30] ms. *quoque*. [31] *decipiunt* alias, *diripiunt*. [32] S. Isid. sent. III, 28. [33] Isai. I, 4, 6. [34] I Petr. V, 8. [35] *irrogent vel*. [36] *languentibus*. [37] Idem Isid. [38] II, q. 7, *Sententia Cham*. [39] Gen. IX. [40] In *Decr.* Ivo. lib. IV. [41] Idem Isid. [42] Psal. LXXXI, 1. [43] XXIV, q. 3, *Tam sacerdotes*. [44] Isid. *Sent* III, 46. [45] Epist. 1, ad Jacobum, ex interpretatione Rufini, et dist. 93, *Si inimicus*, et in decret. Leonis papæ. [46] ms. *Ait ergo*. [47] ms. *ita*.

necesse est ea vitia ferro abscindere quæ aliis medicaminibus non sanantur. Parcat unusquisque a laceratione vel [48] detractione linguæ suæ, caveatque ne aut linguam aut aures habeat prurientes, id est, ne aut aliis deroget, detrahatque quibuscunque, aut alios audiat derogantes vel detrahentes : custodiatque quisque sermones suos, et sciat, quia quicunque de aliis loquitur, sua sententia judicabitur. Caveat etiam omnis fidelis, ne derogando quod in domo cujusquam agitur, alia domus per eum cognoscat, sed omnium Christianorum domos quasi proprias amet. Nemo enim invito auditori libenter refert. Sitque uniuscujusque studium, non solum oculos castos servare, sed et linguam. Vos autem, charissimi, qui estis sub Domini disciplina constituti, sic vos exhibete, ut veri ministri et [49] dispensotores mysteriorum ejus [57], ut non vituperetur ministerium vestrum, ne fiat in nobis, sicuti scriptum est : *Et erit sicuti populus, sic sacerdos* [50*]. Sic enim vos, vestrosque, et cunctos corripite, ut nemini noceatis, quatenus et ab hominibus bonam acquiratis famam, et a Deo mercedis præmium in æterna beatitudine percipere mereamini. Et si quid adversi de unitate Ecclesiæ acciderit, radicitus amputetur, ut Dei Ecclesia, fructusque servorum ejus maneant inconcussa. *Propter quod, charissimi, exspectantes satagite, immaculati ei inveniri in pace, et Domini nostri Jesu Christi longanimitatem salutem arbitramini* [51]. *Estote ergo prudentes, et vigilate in orationibus : ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes ; quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales invicem sine murmuratione. Unusquisque, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur, sicut sermones Dei : si quis ministrat, tanquam ex virtute, quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen* [52].

# DUO DECRETA ANACLETI PAPÆ

## EX GRATIANO.

*Quare laici in accusatione episcoporum non audiuntur.*

[53] Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt, quia oppido eis quidam infesti sunt. Et indignum est ut ab eis accusentur, qui eorum gravitatem nolunt imitari.

*Singulis annis apostolorum limina visitent episcopi, qui ordinationibus apostolicis subjacent.*

[54] Juxta sanctorum Patrum et canonum instituta, omnes episcopi, qui hujus apostolicæ sedis ordinationi subjacent, et qui propinqui sunt, annue circa Idus Maii sanctorum principum Petri et Pauli liminibus præsententur, omni occasione seposita. Qui vero de longinquo sunt, juxta chirographum suum impleant. Qui autem hujusmodi constitutionis contemptor exstiterit, præterquam si ægritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subjacere sententiis.

[48] In ep. 2 D. Hieron. ad Nepotianum, cujus verba mire deformata mangonio nostri Mercatoris. [49] Zach. cap. 3, pro more interpolata. [50] I Cor. IV, 1. [50*] Isa. XXIV, 2. [51] II Petr. III, 14, 15. [52] I Petr. IV, 7, 11. [53] II, quæst. 7, *Laici episcoporum.* Eadem fere verba habentur in epistola Eusebii papæ. [54] 93, dist. 1. *Juxta sanctorum Patrum*, et in Decr. Zachariæ papæ.

# SANCTUS HERMAS

## VIR APOSTOLICUS.

# VETERUM TESTIMONIA DE S. HERMA.

(GALLAND., *Veterum Patrum Bibliotheca*, t. I, Venetiis, 1765, in-fol. p. 51.)

### I.

S. IRENÆUS, adversus Hæreses, *lib.* IV, *cap.* 20, *num.* 2, *edit. Massuet.*

Bene ergo pronuntiavit Scriptura, quæ dicit : *Primo omnium crede, quoniam unus est Deus, qui omnia constituit, et consummavit, et fecit ex eo quod non erat, ut essent omnia : omnium capax, et qui a nemine capiatur.* Exstat lib. II, mand. I.

### II.

CLEMENS *Alex.*, Στρωμ. *lib.* I, *cap.* 17. *pag.* 369, *edit. Oxon.*

Dicit autem et *Pastor*, Angelus pœnitentiæ, ad Hermam, de pseudopropheta : *Quædam enim verba vera loquitur. Diabolus enim eum implet suo spiritu, si quem possit ex justis frangere.* Lib. II, mand. X, cap. 1.

Λέγει δὲ καὶ ὁ Ποιμὴν, ὁ ἄγγελος τῆς μετανοίας, τῷ Ἑρμᾷ, περὶ τοῦ ψευδοπροφήτου. Τινὰ γὰρ ῥήματα ἀληθῆ λαλεῖ. Ὁ γὰρ διάβολος αὐτὸν πληροῖ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι, εἴ τινα δυνήσεται ῥῆξαι τῶν δικαίων.

IDEM, *ibid.*, *cap.* 29, *pag.* 426.

Divine ergo Potestas illa quæ *Hermæ* loquitur in revelatione : *Visiones*, inquit, *et revelationes propter eos qui sunt duplici corde, qui disputant in cordibus suis, sint ea, nec ne.* Lib. I, vis. III, cap. 4.

Θείως τοίνυν ἡ Δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα. Τὰ ὁράματα, φησὶ, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν.

IDEM, *lib.* II, *cap.* 1, *pag.* 430.

Dicit enim, quæ Hermæ in visione apparuit, Potestas : *Quod tibi contingit revelari, revelabitur.* Lib. I, vis. III, cap. 3.

Φησὶ γὰρ ἐν τῷ ὁράματι τῷ Ἑρμᾷ ἡ Δύναμις ἡ φανεῖσα· Ὃ ἐὰν ἐνδέχεται ἀποκαλυφθῆναι, ἀποκαλυφθήσεται.

IDEM, *ibid.*, *cap.* 9, *pag.* 452.

*Pastor* autem de iis solis qui dormissent, verba faciens, novit quosdam justos in gentibus et in Judæis, non solum ante adventum Domini sed etiam ante legem, qui Deo grati acceptique fuerint ; ut Abel, ut Noe, ut si quis alius justus. Dicit ergo, apostolos et doctores qui prædicarunt nomen Filii Dei, etiam cum dormiissent, potestate ac fide prædicasse iis qui ante dormierant. Deinde subdit : *Et ipsi*, etc. *Lib.* III, *simil.* IX, *cap.* 16.

Ὁ Ποιμὴν δὲ, ἁπλῶς ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων θεὶς τὴν λέξιν, δικαίους οἴδέ τινας ἐν ἔθνεσι καὶ ἐν Ἰουδαίοις, οὐ μόνον πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, ἀλλὰ καὶ πρὸ νόμου, μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὐαρέστησιν, ὡς Ἄβελ, ὡς Νῶε, ὡς εἴ τις ἕτερος δίκαιος. Φησὶ γοῦν τοὺς ἀποστόλους καὶ διδασκάλους, τοὺς κηρύξαντας τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ, καὶ κοιμηθέντας, τῇ δυνάμει καὶ τῇ πίστει κηρύξαι τοῖς προκεκοιμημένοις. Εἶτα ἐπιφέρει· Καὶ αὐτοὶ, κ. τ. λ.

IDEM, *ibid.*, *cap.* 12, *pag.* 458.

Quæ ergo continet Ecclesiam, ut *Pastor* inquit, virtus, fides est, per quam salvi fiunt electi Dei : quæ autem viriliter agit, abstinentia. Sequuntur vero eas simplicitas, disciplina, innocentia, modestia charitas. Illæ autem omnes sunt filiæ fidei. *Lib.* I, *vis.* III, *cap.* 8.

Ἡ τοίνυν συνέχουσα τὴν Ἐκκλησίαν, ὡς φησιν ὁ Ποιμὴν, ἀρετὴ, ἡ πίστις ἐστὶ, δι' ἧς σώζονται οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ· ἡ δὲ ἀνδριζομένη, ἐγκράτεια. Ἕπεται δὲ αὐτοῖς ἁπλότης, ἐπιστήμη, ἀκακία, σεμνότης, ἀγάπη. Πᾶσαι δὲ αὗται πίστεώς εἰσι θυγατέρες.

IDEM, *ibid paulo., post.*

Φοβητέον οὖν τὸν Κύριον, λέγει, εἰς οἰκοδομήν, ἀλλ' οὐ τὸν διάβολον εἰς καταστροφήν. Ἔμπαλιν δὲ, τὰ μὲν ἔργα τοῦ Κυρίου, τουτέστι τὰς ἐντολὰς, ἀγαπητέον καὶ ποιητέον· τὰ δὲ ἔργα τοῦ διαβόλου, φοβητέον καὶ οὐ ποιητέον. A

Dicit itaque, timendum esse Dominum ad ædificationem, sed non diabolum ad eversionem. Et rursus : Opera quidem Domini, hoc est præcepta, esse diligenda et facienda ; opera vero diaboli timenda esse, et non facienda *Lib.* I , *mand.* VII.

IDEM, *ibid., paucis interjectis.*

Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν μετάνοιαν σύνεσιν εἶναί φησι μεγάλην. Μετανοῶν γὰρ ἐφ' οἷς ἔδρασεν, οὐκ ἔτι ποιεῖ ἢ λέγει. Βασανίζων δὲ ἐφ' οἷς ἥμαρτε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἀγαθοεργεῖ. Ἄφεσις τοίνυν ἁμαρτιῶν μετανοίας διαφέρει· ἄμφω δὲ δείκνυσι τὰ ἐφ' ἡμῖν. Τὸν οὖν εἰληφότα τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, οὐκ ἔτι ἁμαρτάνειν χρή· ἐπὶ γὰρ τῇ πρώτῃ καὶ μόνῃ μετανοίᾳ τῶν ἁμαρτιῶν (αὕτη ἂν εἴη τῶν προϋπαρξάντων κατὰ τὸν ἐθνικὸν καὶ πρῶτον βίον· τὸν ἐν ἀγνοίᾳ λέγω) αὐτίκα τοῖς κληθεῖσι πρόκειται μετάνοια, ἡ καθαίρουσα τὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν πλημμελημάτων, ἵνα ἡ πίστις θεμελιωθῇ. Καρδιογνώστης δὲ ὢν ὁ Κύριος, καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκων, τό τε εὐμετάβολον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ παλίμβολον καὶ πανοῦργον τοῦ διαβόλου, ἄνωθεν ἀρχῆθεν προεῖδεν, ὡς, ζηλώσας ἐπὶ τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν τὸν ἄνθρωπον, προστρίψεταί τινας αἰτίαι τῶν ἁμαρτημάτων τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, φρονίμως πονηρευόμενος, ὅπως δὴ καὶ αὐτοὶ συνεκπέσοιεν αὐτῷ. Ἔδωκεν οὖν ἄλλην ἐπὶ τοῖς κἀν τῇ πίστει περιπίπτουσί τινι πλημμελήματι, πολυέλεος ὢν, μετάνοιαν δευτέραν· ἣν, εἴ τις ἐκπειρασθείη μετὰ τὴν κλῆσιν, βιασθεὶς δὲ καὶ κατασοφισθεὶς, μίαν ἔτι μετάνοιαν ἀμετανόητον λάβῃ. B C

Idem autem et dicit, pœnitentiam esse sensum magnum. Qui enim pœnitentiam agit eorum quæ fecit, non amplius facit vel dicit. Torquens vero animam suam propter ea quæ peccavit, operatur bene. Remissio ergo peccatorum differt a pœnitentia : ambo autem oatendunt ea esse in nostra potestate. Eum igitur qui accepit remissionem peccatorum, non oportet amplius peccare ; nam in prima et sola peccatorum pœnitentia (ea autem fuerit eorum, quæ prius exstiterunt in gentili et priori vita ; ea, inquam, quæ fuit in ignorantia) iis etiam qui vocati sunt, proponitur pœnitentia, expurgans locum animæ a delictis, ut fides fundetur. Cum vero Dominus cogitationes præcordiorum norit, et futura præsciat, facilem hominis mutationem, et multiplicem nequitatem diaboli, jam inde a principio prævidit quod homini invidens propter remissionem peccatorum, aliquas causas delictorum suggeret servis Dei, astute et maligne moliens, ut ipsi quoque cum eo cadant. Dedit ergo, cum sit multæ misericordiæ, iis qui etiam in fide incidunt in aliquod peccatum, aliam et secundam pœnitentiam : quam, si quis tentatus fuerit post vocationem, et coactus, et callide circumventus, unam adhuc ad pœnitendum accipiat pœnitentiam. *Lib.* II, *mand.* IV, *capp.* 2 *et* 3.

IDEM, *ibid., lib.* IV, *cap.* 9, *pagg.* 596, 597.

Αὐτίκα ὁ Ποιμὴν φησιν· Ἐκφεύξεσθε τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγρίου, ἐὰν ἡ καρδία ὑμῶν γένηται καθαρὰ καὶ ἄμωμος.

Jam vero *Pastor* dicit : *Effugietis vim feræ bestiæ si cor vestrum fuerit purum ac sine macula.* Lib. I, vis. IV, cap. 2.

IDEM, *ibid., lib.* VI. *cap.* 15, *pag.* 806.

Ἡ γὰρ οὐχὶ καὶ ἐν τῇ ὁράσει τῷ Ἑρμᾷ ἡ Δύναμις ἐν τῷ τύπῳ τῆς Ἐκκλησίας φανεῖσα, ἔδωκεν τὸ βιβλίον εἰς μεταγραφὴν, ὃ τοῖς ἐκλεκτοῖς ἀναγγελῆναι ἐβούλετο ; τοῦτο δὲ μετεγράψατο πρὸς γράμμα, φησί, μὴ εὑρίσκων τὰς συλλαθὰς τελέσαι. D

Annon enim et Virtus, quæ in visione apparuit Hermæ in figura Ecclesiæ, dedit librum ut describeret, quem electis annuntiari volebat? Eum autem, inquit, transcripsit ad litteram ; non inveniens quo modo syllabas perficeret. *Lib.* I, *vis.* II, *cap.* 1.

## III.

TERTULLIANUS *catholicus, lib.* De oratione, *cap.* 12.

Quod assignata oratione assidendi mos est quibusdam, non perspicio rationem, nisi si Hermas ille, cujus scriptura fere *Pastor* inscribitur, transacta oratione, non super lectum assedisset, verum aliud quid fecisset, id quoque ad observationem vindicaremus. Utique non. Simpliciter enim et nunc positum est : *Cum adorassem et assedissem super lectum* : ad ordinem narrationis, non ad instar disciplinæ. Alioquin nusquam erit adorandum, nisi ubi fuerit lectus : imo contra Scripturam fecerit, si quis in cathedra, aut subsellio sederit. *Lib.* II, *in Proœm.*

IDEM TERTULLIANUS (*hæreticus*), *lib,* De pudicitia, *cap.* 10.

Deus bonus est : suis, non ethnicis sinum subjicit : secunda te pœnitentia excipiet : eris iterum de mœcho Christianus. Hæc tu mihi, benignissime Dei interpres ! Sed cederem tibi, si scriptura *Pastoris* quæ sola mœchos amat, divino instrumento meruisset incidi ; si non ab omni concilio Ecclesiarum, etiam vestrarum, inter apocrypha et falsa judicaretur ; adultera et ipsa, et inde patrona sociorum ; a qua et alias initiaris : cui ille si forte patrocinabitur Pastor quem in calice depingis, prostitutorem et ipsum Chri-

stiani sacramenti ; merito et ebrietatis idolum , et mœchiæ asylum post calicem subsecuturæ ; de quo nihil libentius bibas, quam ovem pœnitentiæ secundæ. At ego ejus Pastoris scripturas haurio, qui non potest frangi. *Lib.* II, *mand.* IV, *cap.* 3 *et* 4.

IDEM, *ibid.*, *cap.* 20.

Et utique receptior apud Ecclesias Epistola Barnabæ (id est *Epistola ad Hebræos*) illo apocrypho *Pastore* mœchorum.

IV.

AUCTOR Homiliæ de aleatoribus, *sub init. Exstat ad calcem Operum.* S. CYPRIANI, *pag.* 19, *edit. Paris.*, 1726.

Dicit enim Scriptura divina: *Væ erit pastoribus. Quod si ipsi pastores negligentes reperti fuerint, quid respondebunt Domino pro pecoribus?* Quid de Domino pecora dicent? *a pecoribus se esse vexatos? non creditur illis: incredibilis res est, pastores pati posse aliquid a pecore : magis punientur propter mendacium suum.* Lib. III. simil. IX, cap. 31.

V.

ORIGENES, *Homil.* VIII, in Numeros, *tom.* II, *pag.* 294, B. *edit Paris.*, 1733.

Quod autem dies peccati in annum pœnæ reputetur, non solum in hoc libro, in quo nihil omnino est quod dubitari possit, ostenditur ; sed et in libello *Pastoris*, si cui tamen scriptura illa recipienda videtur, similia designantur. *Lib.* III, *simil* VI, *cap.* 4.

IDEM, Homil. X, in Josuam, *tom.* III, *pag.* 423, D.

Similis quoque, etiam in libello qui appellatur *Pastoris*, de his figura describitur. Ait enim, quia est arbor quædam quæ ulmus appellatur, quæ fructum non affert, portat tamen vitem quæ affert plurimum fructum ; et ex eo quod adminiculo est viti, quæ ejus viribus nitens, vel afferre, vel servare potest plurimum fructum, etiam ulmus quæ infructosa est, necessaria videtur et utilis, ex hoc ipso quod frugiferæ deserviat viti. *Lib.* III, *simil.* II. *Vide Homiliam Cæsarii Arelat.* XVII, *edit Basil.* (XXIV, *in Biblioth. Patrum.*)

IDEM, Homil. I, in Psalmum XXXVII, *tom.* II *pag.* 681, D, E.

Est autem quando erudimur etiam a procuratoribus et actoribus, id est ab his angelis, quibus creditæ sunt dispensandæ et regendæ animæ nostræ : quemadmodum describitur in quodam loco Angelus pœnitentiæ, qui nos suscipit castigandos, sicut *Pastor* exponit : si cui tamen libellus ille recipiendus videtur. *Lib.* III, *sim.* VI, *cap.* 3.

IDEM, Homil. XIII, in Ezechielem, *tom.* III, *pag.* 404, F.

In libro *Pastoris* in quo angelus pœnitentiam docet, duodecim virgines habent nomina sua : fides, continentia, etc. Potestis quippe legere, si vultis. Deinde quando turris ædificatur cum assumpseris fortitudines virginum, pariter accipies et id quod de portis dicitur. *Lib.* III, *sim.* IX, *capp.* 2 *et* 15.

IDEM, Comment. in Osee *ex* Philocaliæ *cap.* 8, *tom.* II, *pag.* 439, E.

Et in libro qui *Pastor* inscribitur, ædificationem turris ex multis quidem factam lapidibus, ex uno vero lapide factum videri ædificium ; quid aliud quam e multis concentum et unitatem, scriptura hæc significat? *Lib.* I, *vis.* III, *cap.* 2, *et lib.* III, *simil.* IX, *capp.* 9, 15, 18.

Καὶ ἐν τῷ Ποιμένι δὲ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου διὰ πολλῶν μὲν λίθων οἰκοδομουμένην, ἐξ ἑνὸς δὲ λίθου φαινομένην εἶναι τὴν οἰκοδομήν· τί ἄλλο ἢ τὴν ἐκ πολλῶν συμφωνίαν καὶ ἑνότητα σημαίνει ἡ γραφή ;

IDEM, Comment. in Matt., *cap.* XIV, *Opp. tom.* II, *pag.* 644, D, E.

Sin ad id emolliendum libro uti audebimus, qui in Ecclesia quidem circumfertur, sed ab omnibus pro divino non habetur, illud adhibeamus quod in libro *Pastoris* de quibusdam traditur ; qui statim atque fidem amplexi sunt, Michaeli subjiciuntur, sed propter voluptatis studium illius tutela ac patrocinio excidunt, et ei qui luxui et deliciis, deinde vero alteri qui pœnæ ac suppliciis, atque ei postmodum, qui pœnitentiæ præfectus est, subduntur. *Lib.* III, *simil.* VIII, *cap.* 3.

Εἰ δὲ χρὴ τολμήσαντα καὶ ἀπό τινος φερομένης μὲν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ γραφῆς, οὐ παρὰ πᾶσι δὲ ὁμολογουμένης εἶναι θείας, τὸ τοιοῦτον παραμυθήσασθαι, ληφθείη ἂν τὸ ἀπὸ τοῦ Ποιμένος περί τινων ἅμα μὲν τῷ πιστεύειν ὑπὸ τῷ Μιχαὴλ γινομένων, διὰ δὲ φιληδονίαν ἀποπιπτόντων ἐκείνου, καὶ γινομένων ὑπὸ τὸν τῆς τρυφῆς, εἶτα ὑπὸ τὸν τῆς τιμωρίας, μεθ' ὃν ὑπὸ τὸν τῆς μετανοίας.

IDEM, *tract.* XXX, Comment. in Matth. cap. XXIV, 32. *Opp. tom.* III, *pag.* 872, *col.* 2. A.

Sic et in aliqua parabola refertur *Pastoris*, (si cui placeat etiam illum legere librum,) quoniam sæculum præsens hiems est justis, qui apparent similes proximis suis natura, et arboribus videlicet cæteris siccis, tempore autem opportuno in fructibus suis apparent. *Lib.* III, *simil.* III.

IDEM, *tract.* XXXI, Comment. in Matth. XXIV, 42. *ibid., pag.* 877, *col.* 2, B.

Nam, sicut legimus apud *Pastorem*, vasa plena non cito quis gustat, nec enim mutantur facile : semiplena autem quia facile creduntur mutari, frequenter gustantur. *Lib.* II, *mand.* XII, *cap.* 5.

IDEM, *Homil.* XXXV, in Lucam cap. XII, 58, *ibid., pag.* 973, B. C.

Legimus (si tamen cui placet hujusmodi scripturam recipere) justitiæ et iniquitatis angelos super Abrahæ salute et interitu disceptantes, dum utræque turmæ suo eum volunt cœtui vindicare. Quod si cui displicet, transeat ad volumen quod titulo *Pastoris* scribitur, et inveniet cunctis hominibus duos adesse angelos : malum qui ad perversa exhortatur, et bonum qui ad optima quæquæ persuadet. *Lib.* II, *mand.* VI, *cap.* 2.

IDEM, *tom.* I Comment. in Joan. I, 1. *Opp. tom.* II, *pag.* 17, E, *edit. Huetii.*

Ἀλλ' οὐ παρ' ἡμῖν τοῖς πειθομένοις ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, ὡς ἡ μήτηρ τῶν ἑπτὰ μαρτύρων ἐν Μακκαβαϊκοῖς, καὶ ὁ τῆς μετανοίας ἄγγελος ἐν τῷ Ποιμένι ἐδίδαξε. *Vid. inf. lib.* II, Περὶ ἀρχῶν cap. 1, num. 5.

Secus vero apud nos est qui credimus, ex non entibus Deum entia fecisse, ut mater illa septem martyrum in Machabæorum gestis, et pœnitentiæ Angelus in *Pastore* docuit. *Lib.* I, *vis.* I, *cap.* 1, *et lib.* II, *mand.* I.

IDEM, *lib.* I, Περὶ ἀρχῶν *cap.* 3, *num.* 3, *edit. Paris. nov. tom.* I, *pag.* 61, C.

Nam et in eo libello qui *Pastoris* dicitur angeli pœnitentiæ, quem Hermas conscripsit, ita refertur : *Primo omnium crede quia unus est Deus qui omnia creavit atque composuit : qui, cum nihil esset prius, esse fecit omnia : qui est omnia capiens, ipse vero a nemine capitur.* Lib. II, mand. I.

IDEM, *ibid., lib.* II, *cap.* 1, *num.* 5, *l. c. pag.* 79, *col.* 1, B.

Ut autem etiam ex Scripturarum auctoritate hæc ita se habere credamus, audi quomodo in Machabæorum libris, ubi mater septem martyrum unum ex filiis cohortatur ad toleranda tormenta, de hoc dogmate confirmatur : *Rogo te, fili, respice cœlum et terram, et ad omnia quæ in eis sunt ; et videns hæc Primo omnium crede, quia unus est Deus qui omnia creavit atque composuit, et fecit ex eo quod nihil erat, ut essent universa.* Lib. II, mand. I.

IDEM, *ibid., lib.* III, *cap.* 2, *num.* 4, *l. c., pag.* 140, *col.* 2, D.

Sed et *Pastoris* liber hæc eadem declarat dicens,quod bini angeli singulos quosque hominum comitentur : et si quando bonæ cogitationes cor nostrum ascenderint, a bono angelo suggeri dicit : si vero contrariæ, mali angeli dicit esse instinctum. *Lib.* II, *mand.* IV, cap. 2.

IDEM, *ibid. lib.* IV, *cap.* 2, *num.* 8, *l. c., pag.* 168, *ex* Philocaliæ *cap.* 1.

*Ex interpretat.* Rufini.

Quod nos etiam in libello *Pastoris*, qui a nonnullis contemni videtur, designatum videmus, cum jubetur Hermas duos libellos scribere, et postea denuntiare presbyteris Ecclesiæ quæ a Spiritu didicit. Quod his verbis scriptum est : *Et scribes*, inquit, *duos libellos, et dabis unum Clementi et unum Graptæ. Et Grapte quidem commoneat viduas et orphanos ; Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris sunt ; tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesiæ.*

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Ἐστὶ δὲ ἡ λέξις αὕτη· Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς· Κλήμης δὲ πεμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις· σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας. Lib. I, vis. II, cap. IV.

*Ex interpretat.* Delarue :

Proinde nos, quod dicitur in libro qui inscribitur *Pastor* et a nonnulis contemnitur, *Hermæ* imperatum esse ut duos libros scriberet ac postea presbyteris Ecclesiæ annuntiaret quæ didicerat a Spiritu, ad hunc modum exponimus.Sic autem ad verbum legitur : *Duos libros scribes, dabisque unum Clementi et alterum Graptæ. Et Grapte quidem commonebit viduas et pupillos : Clemens autem mittet ad externas urbes : tu vero anuntiabis presbyteris Ecclesiæ.*

IDEM, *lib.*. X Explanationum in Epist. Rom. XVI, 14.

*Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermen, Patroban, Herman, et qui cum eis sunt fratres.* De istis simplex est salutatio, nec aliquid eis insigne laudis adjungitur.Puto autem quod Hermas iste sit scriptor libelli illius qui *Pastor* appellatur : quæ scriptura valde mihi utilis videtur; et ut puto, divinitus inspirata. Quod vero nihil ei laudis ascripsit, illa, opinor,est causa, quia videtur sicut scriptura illa declarat, post multa peccata ad pœnitentiam fuisse conversus : et ideo nec opprobrium ei aliquod ascripsit ; didicerat enim scripturam non improperare homini convertenti se a peccato : neque laudis aliquid tribuit, quia adhuc positus erat sub angelo pœnitentiæ, a quo, tempore opportuno, Christo rursus deberet offerri. *Lege* Sedulium *in* Collectaneis *ad eumdem Apostoli locum, nec non* Anselmo *tributa* commentaria.

## VI.

EUSEBIUS Hist. eccles., *lib.* III *cap.* 3.

*Ex interpret* Rufini.

Et libellus Hermæ qui appellatur *Pastoris*, cujus Paulus in Epistolis suis meminit, a plurimis non est receptus : ab aliis autem necessarius judicatus est, propter eos qui primis ad finem institutionibus imbuuntur : unde et in nonnullis ecclesiis legitur, et multi veterum scriptorum usi sunt testimoniis ejus.

Ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους, μνήμην πεποίηται, μετὰ τῶν ἀλλῶν, καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασιν ὑπάρχειν τὸ τοῦ Ποιμένος βιβλίον· ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μέν τινων ἀντιλέλεκται, δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη· ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον, οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται· ὅθεν ἤδη καὶ ἐν ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα.

*Ex interpret.* Cotelerii.

Quoniam vero apostolus Paulus in salutationibus illis quæ sub finem Epistolæ ad Romanos leguntur, inter cæteros mentionem fecit etiam Hermæ, cujus esse fertur liber *Pastoris ;* sciendum est eum librum a nonnullis quidem in dubium esse revocatum, ob quos inter receptæ auctoritatis libros poni non potest ; ab aliis vero maxime necessarius, iis præsertim qui introductoria ad religionem indigent institutione, judicatus est ; unde etiam in ecclesiis eum publice lectum scimus, et quosdam ex vetustissimis scriptoribus testimonio ipsius usos fuisse comperi. *Lege* Nicephorum, *lib.* II, *cap.* 46.

IDEM, *ibid.*, *lib.* III *cap.* 25.

*Ex interpret.* Rufini.

Post hæc jam Scriptura est, quæ dicitur *Actus Pauli ;* sed et libellus qui appellatur *Pastoris*, etc., de quibus quam maxime dubitatur.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφὴ, ὅ τε λεγόμενος Ποιμήν.

*Ex interpret.* Cotelerii.

Inter libros nothos collocetur et *Actuum pauli* scriptura, et liber qui dicitur *Pastor.*

IDEM, *ibid.*, *lib.* V, *cap.* 8.

*Ex interpret.* Rufini.

Nec non et libellum qui vocatur *Pastoris*, amplectitur (Irenæus), dicens : Bene ergo refert Scriptura, quæ dicit : *Primum omnium credendum est, quia unus est Deus, qui omnia creavit atque composuit.*

Οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ Ποιμένος γραφὴν, λέγων· Καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ τὰ ἐξῆς.

*Ex interpret.* Cotelerii.

Non solum autem [Irenæus] novit, sed et recepit *Pastoris* scripturam, dicens : Recte igitur dixit Scriptura, quæ ait : *Primo omnium crede, quod unus est Deus, qui omnia creavit et consummavit*, etc. Lib. II, mand. I. *Lege* Niceph., *lib.* IV, *cap.* 14.

## VII.

ATHANASIUS, De incarnatione Verbi Dei, *num.* 3, *tom.* I, *pag.* 49, D ; *edit. Paris.*, 1898.

At divina doctrina et Christi fides...ait per Moysem quidem... et in utilissimo *Pastoris* libro : *Primum omnium crede unum Deum esse, qui omnia creavit et perfecit, eaque quæ non erant, ut esset fecit.* Lib. II, mand. I.

Ἡ δὲ ἔνθεος διδασκαλία, καὶ ἡ κατὰ Χριστὸν πίστις — φησὶ διὰ μὲν Μωϋσέως — διὰ δὲ τῆς ὠφελιμωτάτης βίβλου τοῦ Ποιμένος· Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.

IDEM, De Decretis Nicænæ synodi, *num.* 4, *tom.* I, *pag.* 211, D.

Id vero, ut ait *Pastor*, non nisi a diabolo ortum habet. *Lib.* II, *mand.* IX.

Τοῦτο δὲ, ὡς ὁ Ποιμὴν εἴρηκεν, ἔκγονόν ἐστι διαβόλου.

IDEM, *ibidem num.* 18, *pag.* 223, F.

In *Pastore* autem scriptum est (quandoquidem librum hunc citant, quamvis non sit ex Canone) : *Primum omnium crede unum esse Deum, qui omnia creavit et perfecit, omniaque ex nihilo, ut essent fecit.* Lib. II, mand. I.

Ἐν δὲ τῷ Ποιμένι γέγραπται (ἐπειδὴ καὶ τοῦτο, καί τοι μὴ ὂν ἐκ τοῦ κανόνος, προφέρουσι)· Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

IDEM. *in* Epist. ad Afros episcopos, *num.* 5, *tom.* II, *pag*, 895, B.

Ἐλογίζοντο δὲ καὶ τὸ ἐν τῷ Ποιμένι γραφέν. Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι.

Cogitabant quoque illud in *Pastore* scriptum : *Ante omnia crede, unum esse Deum qui creavit et adornavit omnia, et fecit ea ex non existentibus existere.* Lib. II, mand. I.

IDEM *in* Epistola Festali *sub finem, tom.* II, *pag.* 963, A.

Ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν, οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος... καὶ ὁ Ποιμήν.

Sunt nimirum alii libri præter istos, non in Canonem quidem redactos, sed quos a Patris decretum est, legendos ab iis esse qui nuper ediscendi pietatis verbi gratia accesserint : Sapientia Salomonis... et *Pastor*.

## VIII.

DIDYMUS *in* Catena ad Jobi VIII, 17, 18, *pag.* 202, *edit. Lond.*, 1637.

Ὁ ἀσεβὴς οὖν ἅπασαν τὴν διαγωγὴν ἐν οἴκῳ κακίας ἔχει, διαλελυμένος, κατὰ τοὺς ἔξω τῆς οἰκοδομῆς λίθους, οἳ οὐχ ἁρμόζουσι τῇ οἰκοδομῇ τοῦ πύργου, κατὰ τὸν Ποιμένα.

Omnis igitur dissoluti impii conversatio in domo pravitatis est non aliter quam lapides extra ædificium, qui ædificandæ turri plane inepti sunt, juxta *Pastorem*. Lib. I, vis. II, capp. 2, 6 et 7, et lib. III, simil. IX, capp. 6, 7, 31.

## IX.

HIERONYMUS *lib.* De viris illustr. *cap.* X, *cum vetere Græco interprete.*

Ερμᾶς οὗ ὁ ἀπόστολος πρὸς Ῥωμαίους γράφων μέμνηται· Ἀσπάσασθε Ἀσύγκριτον, Φλέγοντα, Ἑρμᾶν, Πατρόβαν, Ἑρμῆν· λέγεται αὐθέντης γεγενῆσθαι βίβλου ἐπιγραφείσης Ποιμήν, ἥτις ἔν τισιν Ἀνατολικαῖς ἐκκλησίαις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται. Καὶ ἀληθῶς χρήσιμος ὁ λόγος, ἀφ' οὗ πολλοὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων ὑπέκλεψαν μαρτυρίας· ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἄγνωστος εἶναι δοκεῖ.

Herman cujus apostolus Paulus ad Romanos (XVI, 14) scribens meminit : *Salutate Asyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen et qui cum eis fratres sunt :* asserunt auctorem esse libri qui appellatur *Pastor*, et apud quasdam Græciæ ecclesias jam publice legitur. Revera utilis liber, multique de eo scriptorum veterum usurpavere testimonia : sed apud Latinos pene ignotus est *Lege* Adonem Viennensem *lib.* De festivitatibus, *etc.* Freculfum *tom.* II, *lib.* II, *cap.* 4. Honorium Augustodunensem *cap.* 10, De luminaribus Ecclesiæ.

IDEM *in* Prologo galeato.

Igitur Sapientia quæ vulgo Salomonis inscribitur, et Jesu, filii Sirach liber, et Judith et Tobias, et *Pastor* non sunt in Canone.

IDEM, *lib.* II Comment. in Osee ad cap. VII, 9.

Unde et in libro *Pastoris*, si cui tamen placet illius recipere lectionem, Hermæ primum videtur Ecclesia cano capite ; deinde adolescentula et sponsa crinibus adornata. *Lib.* I, *vis.* I. *cap.* 2 ; II, *Capp.* 1, 4 ; *vis.* III, *capp.* 1, 10. *et vis*, IV, *cap.* 2.

## X.

RUFINUS, Comment, in Symbol. apostol. *num.* 38, *pag.* 110, *edit. Veron.*, 1745

Alii libri sunt qui, non canonici, sed ecclesiastici a majoribus appellati sunt. — In Novo Testamento libellus qui dicitur *Pastoris* sive Hermes, qui appellatur *Duæ viæ*, vel *Judicium Petri.*

## X.

AUCTOR Operis imperfecti in Matth. XIX ; *Homil.* XXXVIII., pag. 142, A. *Append. ad tom.* VI, *Opp. S, Joan. Chrysost., noviss. edit. Paris.*, 1724.

Adhuc autem audeo et subtiliorem introducere sensum, et sententiam alterius sapientis cujusdam viri referre. Exponit enim sic : Quoniam sicut Judæorum populus in duodecim tribus fuit divisus ; sic et universus populus Christianus divisus est in duodecim tribus, secundum quasdam proprietates animorum et diversitates cordium, quas solus Deus discernere et cognoscere potest ; ut quædam animæ sint quasi de tribu Ruben, quædam autem de tribu Simeon, vel Levi, vel Juda. Puto enim, quia omnes sancti quinque virgines prudentes esse dicuntur (*Matth.* XXV, 2), quamvis sint innumerabiles, propter quinque sensus spirituales ; et omnes peccatores, quinque virgines fatuæ, quamvis innumerabiles sint, propter quinque sensus carnales. Et sicut omnes Ecclesiæ Christi septem Ecclesiæ dicuntur (*Apoc.* I, 4) propter septem spiritus, quamvis sint multæ. Omnes enim in quibus præ cæteris virtutibus abundantior est sapientiæ virtus, una habetur Ecclesia. Item in quibus præ cæteris virtutibus abundantior est intellectus, altera dicitur Ecclesia : et sic per singulos spiritus tractans, invenies septem Ecclesias. Similiter et propter gratias duodecim quas in persona duodecim virginum exponit Angelus in *Pastore*, si tamen placet illa scriptura omnibus Christianis, inveniuntur duodecim esse tribus : ut puta omnes animæ in quibus præ cæte-

ris virtutibus præcellit virtus veritatis,una est tribus.Nec enim omnes gratiæ æqualiter in omnibus sunt : sed unus quidem amplius præcellit in ista, alter vero in illas *Lib.* III, *simil.* IX, *capp.* 2 *et* 15.

## XII.

CASSIANUS Collatione VIII, *cap.* 17.

Nam quod unicuique nostrum duo cohæreant angeli, id est bonus et malus, Scriptura testatur de bonis quidem, etc. De utrisque vero liber *Pastoris* plenissime docet. *Lib.* II, *mand.* VI, *cap.* 2.

IDEM Collatione XII, *cap.* 12.

Adjicere autem homini in quamlibet partem arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur *Pastoris*, apertissime docet ; in quo duo angeli unicuique nostrum adhærere dicuntur, id est bonus ac malus ; in hominnis vero optione consistere, ut eligat quem sequatur. *Ibidem.*

## XIII.

PROSPER, *lib.* contra Collatorem, *cap.* 30

Post illud autem nullius auctoritatis testimonium,quod disputationi suæ de libello *Pastoris* inseruit,etc. *Ibidem.*

## XIV.

CONCILIUM ROMANUM, *sub* Gelasio.

Liber qui appellatur *Pastoris*, apocryphus. *Idem censet* NICEPHORUS *Constantinopolitanus, in fine* Chronographiæ.

## XV.

MAXIMUS, *lib.* De divinis nominationibus, *cap.* IV

Atque in Pastore Hermam perficiente, sicut ibi legimus in *Pastoris* libro. *Et paulo post :* Sic etiam in *Pastore* legimus.

Καὶ ἐπὶ τοῦ Ποιμένος τὸν Ἑρμᾶν τελειώσαντος, ὡς ἐκεῖ ἀνέγνωμεν ἐν τῷ Ποιμένι... Οὕτω καὶ ἐν τῷ Ποιμένι ἀνέγνωμεν.

## XVI.

BEDA *in* Exposit. Actuum apostol., *ad cap.* XII, 15.

Quod unusquisque nostrum habeat angelum, et in libro *Pastoris* et multis sanctæ Scripturæ locis invenitur. *Lib.* II, *mand.* VI, *cap.* 2.

## XVII.

WALAFRIDUS STRABO, in Visionibus Wettini, v. 675.

Cœlicolas hominum custodes esse sacrata
Scripta ferunt, Dominusque docens ostendit Iesus,
Ante Patris faciem stantes servire fideles :
Atque liber *Pastoris* opem demonstrat eamdem. *Ibid.*

## XVIII.

LIBER PONTIFICALIS *in Vita* PII I, *num.* 2. *pag.* 29. *edit. Rom.* 1724, *in*-4.

Sub hujus episcopatu frater ipsius Hermes librum scripsit,in quo mandatum continetur, quod ei præcepit Angelus Domini, cum venit ad eum in habitu pastoris ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur. *Lege Martyrologia*, Bedam, Reginonem, *etc.*

## XIX.

*In Epistola I earum, quæ* PIO *papæ fasto abscribuntur*

Nosse vos volumus, quod Pascha Dominica die Dominica annuis solemnitatibus sit celebrandum. Istis ergo temporibus Hermes doctor fidei et Scripturarum effulsit inter nos. Et licet nos idem Pascha prædicta die celebremus ; quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas animas eorum eidem Hermæ Angelus Domini in habitu pastoris apparuit, et præcepit ei, ut Pascha die Dominico ab omnibus celebraretur.

## XX.

PSEUDO-TERTULLIANUS, *lib.* Adversus Marcionem.

Post hunc deinde Pius ; Hermas cui germine frater.
Angelicus *Pastor*, quia (qui) tradita verba locutus.

## XXI.

NICETAS *ad illud* Gregorii Naziazeni *orat.* IV, *circa finem :* Πίστευε τὸν σύμπαντα κόσμον, ὅσος τε ὁρατὸς καὶ ὅσος, ἐξ οὐκ ὄντων παρὰ Θεοῦ γενόμενον.

Crede quod,quemadmodum in *Pastoris* libro habetur, *Unus est Deus, qui omnia creavit atque perfecit, et ex nihilo in rerum naturam produxit.* Lib. II, mand. I.

Πίστευε ὅτι, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ Ποιμένι· Εἷς ἔστι Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

XXII.

Scriptor Vitæ S. Genovefæ, *cap.* IV, *num.* 15, *apud* Bollandum, 3 *Januarii*, *tom.* I, *pag.* 139.

Duodecim enim virgines spirituales, quas Hermas, qui et *Pastor* nuncupatus est, in libro suo descripsit, ei individuæ comites exstitere, quæ ita nominantur : Fides, Abstinentia, Patientia, Magnamitas Simplicitas, Innocentia, Concordia. Charitas, Disciplina, Castitas, Veritas et Prudentia *Lib.* III, *simil.* IX, *capp.* 2, 15 *et seqq.*

XXIII

Joannes Sarisberiensis, *Epistola* 172.

Liber vero Sapientiæ et Ecclesiasticus, Judith, Tobias et *Pastor*, ut idem Hieronymus asserit, non reputantur in Canone. — Ille autem qui *Pastor* inscribitur an alicubi sit, nescio : sed certum est, quod Hieronymus et Beda illum vidisse et legisse se testantur.

---

# DISSERTATIO

## DE VITA ET SCRIPTIS SANCTI HERMÆ.

(D. Le Nourry, *Apparatus ad Bibliothec. max.* p. 47.)

### ARTICULUS I.

*Analysis operis S. Hermæ cui titulus :* Pastor.

Primus hujus operis liber in quatuor visiones distribuitur. In prima auctor mulierem in Tiberi lavantem se vidisse ait ; cujus quidem forma captus cum uxorem ei similem concupivisset, inde ab eadem muliere, aliaque seniore correptus est. Exinde patefacit ejusmodi cogitata, quæ minime mala videntur, periculosa esse, nec criminis expertia. Arguitur insuper quod peccantes filios suos, ut par erat, non emendaverit ; et quid ad culpam hanc eluendam præstandum foret, docetur. Ædificata denique a Deo Ecclesia ei ostenditur, et quod *omnia plena fient electis ejus.*

In secunda visione oblatus est Hermæ ab eadem anu liber ; quem cum legisset intellexissetque, eo rursus castigatur, quod peccata uxoris suæ ac filiorum non prohibuerit, illique aperitur quid ad obtinendam veniam agere debeat. Atque ibi postquam de pœnitentia, innocentia et simplicitate sermo institutus est, præcipitur annuntiare, quod *tribulatio magna venit.* Ipsi deinde declaratur, mulierem, quam viderat, esse Ecclesiam, a qua ut duo memorati libri quæ descripserat exemplaria, unum quidem Graptæ, alterum vero Clementi, per omnes civitates mittendum, ut ipsemet dirigat, mandatum continuo accipit.

In tertia visione eadem mulier turrim, quæ ædificabatur, Hermæ ostendit ; illique quomodo, a quibus et quibus lapidibus construeretur ; atque ex lapidibus qui assumpti, qui rejecti, qui iterum secti ædificioque aptati, clare explicat ; ac qua tandem ratione hæc turris Ecclesiæ figura esset, aperit. His ille trium ejusdem Ecclesiæ, quam sub mulieris specie viderat, subjungit apparitionum expositionem.

Quarta ultimaque visione Hermas conspexit belluam, quæ uno haustu, nisi angelus obstitisset, ci- A vitatem integram devorare poterat. Hanc autem belluam *pressuræ et tribulationis superventuræ* figuram esse, a virgine, quæ Ecclesiam figurabat, didicit, ab eaque accepit qua arte vinci posset ; ac tandem hæc auribus sanctorum loqui jubetur.

Liber secundus duodecim mandata, quæ Pastor *nuntius, et propositus pœnitentiæ* ab Herma describi imperat, complectitur. Primum eorum docet quid de Deo, qui timendus est, credendum. Secundum, vitam in simplicitate et innocentia ducendam, eleemosynas omnibus erogandas, nullius famæ detrahendum. Tertium, veritatem semper asserendam et nunquam mentiendum. Quartum, castitatem corporis atque animæ servandam, quidque *sponso erga sponsam infidelem* agendum sit. Ibi vero quædam de B pœnitentia obiter perstringuntur. Quintum mandatum *æquanimitatem et patientiam* præcipit. Sexto, duæ viæ et duo genii, quorum unus justitiæ, et sequendus ; alter injustitiæ, et expellendus ostenduntur. Septimo, Deum timendum, minime vero dæmonem. Octavo, omne malum quod fugiendum, omne bonum quod agendum est. Nono, quæ bona sint in oratione sine dubitatione et cum perseverantia, a Deo semper postulanda. Decimum prohibet tristitiam, quæ *filia dubitationis et iracundiæ* esse demonstratur. Undecimum aperit quid discriminis sit veros inter ac falsos prophetas ; de quibus rursus et in duodecimo, ubi de bona malaque cupiditate, altera sequenda, fugienda altera tractatur. Post hæc Pastor Hermæ imperat, ut diligenter hæc omnia servet mandata, hortaturque omnes, ut ea C pariter observent. Denique idem Pastor hanc mandatorum observationem, propter quam homines *vivent Deo*, eis facilimam esse demonstrat.

Is porro in tertio libro ad varias similitudines quibus Hermam erudire pergit, convertit sermonem Docet itaque non divitiis accumulandis, sed erogandis eleemosynis incumbendum. Quod quidem probat similitudine vitis cum divite, et ulmi cum paupere,

qui nisi divitem, sicut ulmus vitem fulciat, serpit, nec ullum vix unquam fructum referet. Hinc ad alias transit similitudines, planumque primo id facit, quod sicut arbor viridis a sicca non hieme sed æstate distinguitur, sic homo justus ab injusto non in hoc mundo, sed in judicio extremo est discernendus. Deinde jejunium cum ea comparat diligentia, qua servus vitem domini sui, magis quam sibi fuerat imperatum, colere studuit. Qua eadem similitudine ostendit quanta *pro hominibus Deus patraverit*, et quanta illi puritate vitam instituere debeant. Ob oculos postea pastorem juvenem ponit, cujus *pecora copiosa in voluptatibus et deliciis*, figurabant homines voluptatibus deditos; quorum aliqui *corrumpuntur usque ad defectionem*, alii usque ad mortem. Non diffitetur tamen quasdam esse voluptates, *salutem afferentes*. Hinc venit ad similitudinem salicis magnæ cujus rami absque arboris diminutione abscissi, multisque hominibus distributi, atque variis siccitatis et viriditatis gradibus ab iisdem restituti, varios observandæ legis divinæ modos mystice significabant. Rami autem nonnulli iterum et tertio plantati et ad varios viriditatis gradus revocati, gerebant peccatorum variis modis pœnitentiam agentium similitudinem. Post hæc constructionem turris, similitudinem Ecclesiæ præferentis, quam libro primo levius attigerat, fusissime describit: et quidquid ad eam pertinet, singillatim Christianis, maxime vero pœnitentibus applicando, omnia quæ a singulis quibusque persolvenda erant, religionis et pietatis officia explicat. Dehinc narrat Hermas quam sollicite angelus, qui eum Pastori *nuntio pœnitentiæ* tradiderat, ipsimet, ut mandata hactenus exposita observet, aliisque similiter observanda esse nuntiaret, imperaverit. Postremo ille angeli memorat policitationem, qua fore ut ipsi pastorem et duodecim virgines, id est omnes omnino virtutes, cum eo in æternum permansuras mitteret, ultra spoponderat.

## ARTICULUS II.

### *Quis Hermas auctor hujus operis ; num sit frater Pii primi, summi pontificis.*

Extra controversiam est hoc opus idem esse quod ab antiquissimis Patribus Hermæ nomine laudatur. Id liquido probatur ex eorumdem Patrum libris, ubi non pauca auctoris nostri testimonia ex variis hujusce operis partibus transcripta occurrunt. Auctor vero ipse in hoc opere nomen Hermæ ubique assumit. Quapropter illud tantum venit in controversiam, quis iste sit Hermas, et quo vixerit tempore.

Quidam itaque scriptores illum Pii primi summi pontificis fratrem fuisse indubitanter asserunt. Sic enim sentiebat auctor poematis, Tertulliani nomine inscripti, qui de illo ita cecinit :

*Post hunc deinde Pius, Hermas cui nomine frater*
*Angelicus pastor, qui tradita verba locutus.*

Eidem sententiæ auctor Pontificalis, qui Damaso tribuitur, hunc subscripsit in modum : *Sub hujus* scilicet Pii papæ, *episcopatu, frater ipsius Hermas librum scripsit, in quo mandatum confirmatur, quod ei præcepit angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu pastoris, ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur.* Auctor decretalis, *ad universos Christi fideles*, quæ ipsimet Pio Pontifici tribuitur, eadem quoque tradidit : *Istis ergo temporibus Hermas doctor fidei et Scripturarum effulsit inter nos..... eidem Hermæ angelus Domini in habitu pastoris apparuit, et præcepit ei ut Pascha die Dominico ab omnibus celebraretur.* Ex his porro ultimis verbis alterum ex his duobus scriptoribus ab altero id quod scribebat mutuatum esse, aut utrumque ex iisdem hausisse fontibus haud absurde colligas. Hos vero nonnulli, Beda nimirum et Ado, non quidem in citatis a quibusdam eorum Martyrologiis, sed in Chronologiis postea secuti sunt. Ibi siquidem Beda cum scripsisset Justinum philosophum sub Pio papa martyrio vitam finiisse, continuo subdidit : *Hermas scripsit librum, qui dicitur* Pastoris, *in quo præceptum angeli continet, ut Pascha Dominico die celebraretur* Bedæ autem verba sic Ado transcripsit : *Pius episcopus Romæ habetur, sub quo Hermas librum scripsit, qui dicitur* Pastoris, *in quo præceptum continet angeli, ut semper Pascha die Dominico celebretur.* Auctor quoque veteris Romanorum pontificum catalogi, apud Bucherium et Bollandi[1] continuatores, in eadem est sententia : *Sub hujus*, Pii, *episcopatu frater ejus Hermas librum scripsit in quo mandatur continenturque quod ei præcepit angelus, cum venit ad eum in habitu pastoris.* Denique scriptor alterius eorumdem pontificum catalogi apud eosdem Bollandi asseclas idem paucioribus verbis dixit : *Pius natione Italus ex patre Rufino, frater Pastoris.*

Verum hæc opinio stare nullo modo potest. Primo enim quidam ex his scriptoribus secum ipsi pugnant. Ado siquidem in suo Martyrologio scribit: *Natale sancti Hermæ cujus apostolus Paulus meminit..... Hunc asserunt auctorem esse libri, qui appellatur* Pastor. Atqui si Hermas discipulus fuit Pauli vel Paulus illius meminit, non potuit certe librum suum, sicuti idem Ado in Chronologia sua asserit, sub pontificatu Pii scribere, quippe qui centum ferme post Paulum annis summus pontifex renuntiatus est.

Deinde hi scriptores narrant ex libro Hermæ statutum, ut Pascha die Dominico celebretur. At frustra apud nostrum auctorem hujusmodi decretum quæsieris. Vel ergo auctores illi, qui de libro a se nusquam viso scripsisse videntur, omnino falsi sunt, vel de alio opere, a nostro plane penitusque diverso, loquuntur. Denique manifestum est posteriores scriptores opinionem suam a prioribus sumpsisse, proindeque originem ejusdem opinionis in memoratum poematis, aut Pontificalis auctorem esse refundendam. Atqui uterque auctor est apocryphus, nullius nominis nullius diligentiæ, nullius auctoritatis.

[1] In *Propylæo* mensis Maii.

### ARTICULUS III.

*Num Hermas fuerit discipulus Pauli apostoli.*

Contra vero scriptores, illis omnibus nomine et ætate longe superiores, putant Hermam auctorem nostrum fuisse discipulum Pauli apostoli, quem ille in Epistola ad Romanos [2] his salutat verbis : *Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam.* Origenes enimvero in hunc Pauli locum sic scribit : *Puto quod Hermas iste sit scriptor libelli illius, qui* Pastor *appellatur ; quæ scriptura valde mihi utilis videtur, et puto, divinitus inspirata.* Eusebius [3] autem : *Apostolus Paulus,* inquit, *in salutationibus illis, quæ sub finem Epistolæ ad Romanos leguntur, mentionem fecit Hermæ, cujus esse fertur is liber, qui* Pastor *inscriptus est.* Hieronymus [4] vero id ab aliis assertumesse memorat : *Hermas,* inquit, *cujus apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit..... asserunt auctorem esse libri qui appellatur* Pastor. Possunt iis subjungi posteriores scriptores, qui illorum verba transcripserunt, vel eorum subscripserunt sententiæ. Hos inter Sedulius Origenis verba [5] mutuatur, Nicephorus vero Eusebiis [6] vestigiis insistit. In hujus porro sententiæ firmamentum illud adduci posset, quod Hermas ipse testatur ex duobus libri sui exemplaribus a se descriptis, unum in exteras civitates a Clemente mittendum : *Mittet autem Clemens in exteras civitates ; illud enim permissum.* Quem enim alium his ille verbis designat, quam Clementem summum pontificem, qui cum Romæ sederet, inde cæteris omnibus facilius poterat hunc librum in exteras mittere civitates ?

Porro si hæc sententia, cui nihil adversans et repugnans videtur, sit vera, dicendum profecto hos libros ab auctore nostro ante finem primi Ecclesiæ sæculi editos· Clemens enim, juxta posteriores diligentioresque historiæ scriptores, Romanam sedem tenebat, intra annos 67 et 76, vel juxta alios, ab anno 93 ad annum 100, quo in Chersonesum exsul missus est.

Nulli etiam dubitamus scriptorem nostrum hunc esse Hermam cujus nomen in sanctorum Martyrologia relatum, in Romano sic notatum legitur : *Romæ, sancti Hermæ, cujus apostolus Paulus in Epistola ad Romanos meminit. Hic digne semetipsum sacrificans, acceptabilisque Deo hostia factus, virtutibus clarus cœlestia regna petivit.*

Verum contra tantum hujus viri sanctitatem ea dubitationem scrupulumque injiciunt, quæ de semetipso passim in suo libro prædicat, se patremfamilias fuisse, qui nimia in uxorem et filios indulgentia peccatis eorum non obstiterit ; seque ipsum multa magnaque peccasse, nec fere unquam ad veritatem locutum.

Responderi tamen potest Hermam non in sua, sed in aliorum persona hæc omnia dixisse ; ut illo scribendi genere omnes ad agendam peccatorum suorum pœnitentiam facilius excitaret, eisque ostenderet quanta a Christianis vitæ morumque sanctitas desideretur. At quidquid sit de auctoris nostri sanctitate, vero videtur satis simile illum ea ætate, quam paulo supra assignavimus, et vixisse, et commentationem suam emisisse in publicum.

### ARTICULUS IV.

*Quo tempore hos libros scripserit.*

Cæterum si argumenta nostra rigidioribus criticis non satis firma sint et valida, hi tamen Hermæ libros ab eo non modo ante Origenis et Tertulliani, sed etiam Clementis et Irenæi tempora, id est ante sæculi secundi finem, quo saltem Irenæus scripsisse perhibetur, vulgatos fuisse fateantur necesse est. Id quidem ex eorumdem Ecclesiæ Patrum testimoniis, quæ supra dedimus, cuivis planum fiet. Utrum vero iidem antiquissimi scriptores hanc lucubrationem longe ante ab Herma editam putaverint, inde facile intelliges quod ea ab illis non ut nova et recens edita, sed ut vetus et antiqua passim ubique citata legatur. Irenæus autem, eorum omnium antiquissimus, illius tanquam unius sacræ Scripturæ libri auctoritate his verbis utitur [7] : *Bene ergo Scriptura dicit : Primo omnium crede quod unus est Deus,* etc. Quod certe indicio est in ea fuisse Irenæum opinione eamdem lucubrationem ab uno ex apostolis, vel saltem aliquo proximo eorum successore, fuisse profectam. Eusebius vero [8] non solum citata Irenæi verba retulit, verum etiam librum Hermæ ab aliis quoque, quos vetustissimos appellat, laudari testatus est : *Comperimus,* inquit, *quosdam ex vetustissimis* (παλαιοτάτων) *scriptoribus ipsius testimonio usos fuisse.* Quibus sane verbis ille quosdam Clemente et Irenæo antiquiores indicasse nonnullis forsitan videbitur. Sed quolibet accipiantur sensu, non obscure iis significatur Eusebium sibi persuasum habuisse hos libros primæ post sacras Scripturas fuisse in Ecclesia antiquitatis. Neque tamen dicendum illos primam Ecclesiæ persecutionem præcessisse, quandoquidem in iisdem libris [9] fit mentio martyrum qui jam perpessi fuerant *feras bestias, flagella, carceres, cruces.* At vero cum in iis quoque alia persecutio, quam probabiliter eam esse putamus quæ a Domitiano anno 92 excitata est, imminens prænuntietur [10], inde non absurde colligas hoc opus paulo ante hunc annum, Clemente jam in summum pontificem assumpto, ab Herma scriptis fuisse traditum.

### ARTICULUS V.

*Num hi libri Græce primum scripti sint.*

Hos *Pastoris* libros a Græco auctore, et Græce primo compositos fuisse, ita pro certo omnes posuerunt, ut nullus unquam id in controversiam vocasse

[2] cap. XVI, v. 14. 3 Lib. III *Histor.*, cap. 3. [4] *De scriptor. ecclesiast.* [5] *Comment. in Epist. Pauli.* [6] Lib. II *Histor.*, cap. 46. [7] lib. IV *Adver. hæres.*, c. 37. [8] lib. V *Histor.*, cap. 8. [9] lib. I, vis. 3. [10] vis. 2 et 3

videatur. Ea tam cura qua libros bibliothecæ nostræ examinandos suscepimus, non sinit ut illud idem omnino intactum relinquamus. Præcipuum itaque quo id probetur, argumentum ex his Hieronymi eruitur verbis [11]: *Multi*, inquit, *Scriptorum veterum de eo usurpaverunt testimonia, sed apud Latinos pene ignotus est.* Deinde Origenes in publico, quem apud fideles Christianos habebat, sermone unum aliquod ex his libris testimonium, sed tantummodum dimidiatum, profert [12], auditores ad ipsosmet libros, haud dubie Græcos, ubi reliqua legerent mittere contentus: *Potestis quippe*, inquiebat ille, *legere si vultis.* Denique hoc opus multo sæpius a Græcis Patribus quam a Latinis laudatum est. At nemo, uti opinor, librum Latinis pene ignotum, Græcis vero non doctis tantum, sed quibusque passim notissimum et usitatissimum, Græce primo scriptum fuisse inficiabitur.

Nonnulla tamen contra hæc omnia, quantumvis valida sint argumenta, opponi utique possunt. Et primo quidem, omnia Hermæ visa, uno tantum excepto, Romæ vel in vicinis ejusdem urbis locis data narrantur. Deinde vero Hermas de jejunio sic loquitur [13]: *Video Pastorem.... dicentem mihi: Quid tam mane huc venisti? Respondi: Quoniam, domine, stationem habeo. Quid est, inquit, statio? Et dixi: Jejunium.* At certe quis Græcus auctor ita unquam locutus est: *Statio est jejunium?* Hic profecto loquendi modus non Græcis, sed Latinis proprius peculiarisque est, uti liquido colligitur ex Tertulliano aliisque quos in doctissimi Cangii Glossario ad verbum *Statio* citatos reperies. Porro autem minime nos latet ad utramque rationem responderi posse, et ad primam quidem, ideo Romam aliaque vicina loca hoc in libro memorari, quia civitas erat totius orbis caput, atque apud omnes celebratissima. Ad secundam vero, objectum loquendi modum solius esse interpretis, qui auctoris Græci verba liberiori paraphrasi audacius vertendi sibi jus arrogavit. An autem hæ responsiones omnibus faciant satis, aliorum esto judicium.

### ARTICULUS VI.

*Num versio Latina sit barbara et Anastasius illius sit auctor.*

Cum hoc opus Græce scriptum perierit, de auctoris illius stylo dicendive charactere nihil certi a nobis statui potest. De ejus autem Latina interpretatione non possumus Barthio penitus assentiri, qui primo ait eam ut pote *mistam barbarismis*, habuisse *semibarbarum translatorem.* Secundo quod, *mihi si censio*, verba ejus sunt, *detur, Anastasium Bibliothecarium hujus translationis auctorem dicam, cujus exstant clam palamque similis industriæ et scriptionis monumenta* [14].

Quantum enim ad primum, non diffitemur horum translationem librorum non esse Latinitatis omnino puræ, nec styli elegantioris; sed Barthius plures dilectiones inter barbarismos recenset, quas apud scriptiores politioris elegantiæ reperire est. Quod vero ad secundum spectat, inde falsi ille convincitur, quod longe pluribus ante Anastasium sæculis quædam hujus Latinæ interpretationis verba, qualia in ea ipsa habentur, a Tertulliano transcripta legimus. Neque dixeris hunc librum, ut supra monuimus tempore Hieronymi ignotum fuisse Latinis, idque argumento esse illum nondum tunc Latine redditum. Nam futilis et vana est hæc ratiocinatio, quandoquidem hic liber non tantum Tertulliano, qui Hieronymo antiquior est, notissimus fuit; verum etiam Rufino et Cassiano, eidem Hieronymo coævis et supparibus, qui hunc librum procul dubio Latine interpretatum viderunt.

### ARTICULUS VII.

*Non sit tantum epitome.*

Tertium addit Barthius, cæteris peræque falsum, scilicet hos libros Latine redditos quamdam tantummodo esse Græci textus epitomen, in qua interpres multa auctoris Græci verba sciens prudensque prætermiserit. Unde enim id probabit Barthius? Nunquid præ manibus habuit Græcum hujusce operis exemplar, quocum Latinam interpretationem composuerit? minime gentium. Contra vero integrum in illa minimeque mutilum opus contineri eo luculenter demonstratur, quod omnia testimonia, quæ sane plura sunt, ab scriptoribus ex ipso eodem prolata, in ea reperiantur.

At, inquiens, unum ex hac commentatione locum retulit Clemens Alexandrinus, cujus Latina verba illic frustra quæsieris. Sed id frustra objicitur. Nam Clementem non auctoris verba, sed mentem ac sensum, quod solum intenderat, ibi retulisse planum est et perspicuum.

### ARTICULUS VIII.

*De titulo hujusce operis.*

Hoc opus pluribus variisque titulis ab antiquis scriptoribus prænotatur. Rufinus etenim ubi eos libros enumerat, qui vocantur *a majoribus non canonici, sed ecclesiastici*, de illo sic loquitur [15]: *In Novo Testamento libellus qui dicitur* Pastoris sive Hermas. *qui appellatur:* Duæ viæ *vel* judicium Petri. Quid sibi his verbis ille velit, attentius perpendendum. Libellus enim *Pastoris* appellari non potest *Duæ viæ*, tum quia sexti tantum mandati initio [16] de hoc argumento disseritur, atque plura alia toto in opere tractantur; tum quia alius omnino est totius operis scopus. Neque etiam inscribi potest *judicium Petri:* hac quippe de re nihil in his libris invenias. Aliquod igitur mendum in Rufini textum irrepsit. vel illius verbis duo aut tres diversi libri indicantur. *Primus quidem libellus qui dicitur* Pastoris, de quo jam quæstio habetur. Secundus est libellus; hæc enim vox *libellus* forte subaudiri debet; li-

[11] *De scriptor. eccles.* [12] hom. 13, *in Ezechiel.* [13] simil 5. [14] *Animadv. ad Hermæ Pastor.* circ. init. [15] *Exposit in Symb. apost.* [16] lib. II.

bellus, inquam, *qui appellantur* Duæ Viæ, *vel* Judicium Petri; nisi per τὸ *Judicium Petri* tertius fortasse liber designetur, cujus Hieronymus his verbis meminit [17] : *Quintus* Judicium Petri *inter apocryphas scripturas*, de quo alibi nobis erit dicendi locus.

Usitatior hujusce operis epigraphe, quæque apud antiquos scriptores et frequentius et potiori jure occurrit, est *Pastor* vel *Liber Pastoris*. Hermam enimvero in secundo et tertio libro Pastor alloquitur et informat, illique visiones libri primi, in primis vero tertiam enucleat et aperit.

Denique idem opus nomine auctoris aliquando appellatur *Hermas*, aut *Hermes*, unius litteræ mutatione a librariis facta; vel, ut observat Labbeus, Ἑρμᾶς, mutata duntaxat dialecte, dictus est Ἑρμῆς. Vero tamen similius est Hermam, cum proprium nomen operi suo præfigere nollet, illud inscribi voluisse hac epigraphe *Pastor* vel *Liber Pastoris*. Tertulliano nihilominus hæc inscriptio non omnino probari videtur. Ait quippe [18] : *Hermas cujus scriptum fere* Pastor *inscribitur*. Verum credibile est illum hanc particulam *fere*, id est fere semper, ideo addidisse, quia apud nonnullos alios scriptores hoc opus alio quodam titulo, quod quidem non negamus, aliquando prænotabatur.

## ARTICULUS IX.

### *De hujus operis divisione, capitibus et capitum argumentis.*

In manuscriptis codicibus S. Germani a Pratis, Colbertino et aliis, nec non in prioribus editis lucubratio ista inscribitur : *Liber Pastoris, nuntii pœnitentiæ*, sed nullibi unquam in tres libros distribuitur. In editione Henrici Stephani, anno 1513, idem ac in manuscriptis est titulus : at libri secundi initio continenter et absque ulla divisione legitur : *De mandatis a Pastore, angelo pœnitentiæ. Visio quinta*, etc. Neque etiam antiquissimi Patres ullam hujusce operis in tres libros divisionem agnovere. Ab Origene siquidem, Tertulliano, Athanasio, Rufino, Cassiano vocatur *Liber*, vel *Libellus Pastoris, Scriptura*, vel *Scriptum*.

Præterea in iisdem manuscriptis libris et antiquioribus editionibus, nulla sunt argumenta seu summaria capitum, sed simpliciter legitur : *Visio prima, Visio secunda*, etc. *Mandatum primum*, etc. *Similitudo prima*, etc.

Quapropter divisio operis in tres libros, quemadmodum omnia illius argumenta, non ab Herma, sed ab eis duntaxat qui postremas editiones adornaverant, haud dubie profecta sunt. Hinc nulli mirum videri debet si ex iisdem argumentis aliqua auctoris sensum ac consilium minus bene repræsentent.

## ARTICULUS X.

### *Quid de his libris antiqui Patres senserint.*

Quantæ antiquitatis sint hi libri jam vidimus : quid vero de illis senserint antiqui Patres, quodque de iisdem judicium ferri debeat, nunc diligentius inquirendum. Irenæus itaque [19] videtur illos ut sacres divinæ Scripturæ codices laudare : *Bene*, inquit, *pronuntiavit Scriptura, quæ dicit : Primo omnium crede*, etc. Unde Eusebius de eodem Irenæo scribit [20] : *Liber Pastoris non solum ab eo cognitus, sed etiam magnopere approbatus est his verbis : Bene Scriptura*, etc. Nec alia sane fuit Clementis Alexandrini sententia [21], qui simili modo ait : *Divine ergo virtus illa quæ Hermæ loquitur in revelatione*, Θείως τοίνυν ἡ δυνάμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα. Origenes autem de eo libro sic pronuntiat [22] : *Quæ scriptura mihi valde utilis videtur, et ut puto, divinitus inspirata.* At ille ideo addidit, *ut puto*, quo id omnino sibi persuasum non fuisse significaret. Et vero in quibusdam homiliis unicuique integrum ille facit in aliam, si libuerit, ire sententiam. Sic enim in homilia una loquitur [23] : *Si cui tamen Scriptura illa recipienda videtur.* In altera vero [24] : *Si cui tamen libellus ille recipiendus videtur.*

Eapropter nobilissimi quidam scriptores hunc eumdem librum extra Canonem sacræ Scripturæ ablegarunt. Primus inter eos annumerandus est Athanasius, qui de hoc libro [25] : *Etsi*, inquit, *in Canone non sit.* Hunc sequitur Hieronymus [26] : *Non sunt*, inquit, *in Canone.* Rufinus quoque [27] : *Non sunt canonici, sed ecclesiastici.* Unde ille postea asserit veteres Patres noluisse ex his, sicut ex uno divinæ Scripturæ libro, testimonia proferri. Eodem certe sensu Eusebius [28] eos in superiorum et adulterinorum numero ponit : *Pro spuriis*, inquit ἐν τοῖς νόθοις, *habendi sunt Actus Pauli et liber Pastoris.* A Gelasio autem papa [29] et ab auctore *Stichometriæ*, in calce *Chronographiæ* Nicephori Constantinopolitani editæ, apocryphi vocantur. Non alia denique mens eorum omnium, quorum Eusebius sententiam in hunc modum refert [30] : *Sciendum est eum librum a nonnullis quidem in dubium revocatum, ob quos*, δι' οὓς, *inter receptæ auctoritatis libros censeri non potest.*

## ARTICULUS XI.

### *Quantæ sint utilitatis.*

Communis Patrum, quæ veritati magis consona videtur, opinio ea est, qua illi hunc librum utilissimum, atque ad hominis recens ad Christianam fidem conversi mores informandos aptissimum esse existimant. Id quidem Eusebius loco jam sæpius citato sic aperte docet : *Ab aliis maxime necessarius judicatur, iis præsertim qui primis religionis nostræ elementis instituendi sunt. Unde etiam in Ecclesiis*

[17] *De scriptor. eccles.* cap. 2. [18] lib. *De orat.* cap. 12. [19] lib. IV, *Adv. hæres.*, c. 37. [20] lib. V *Hist.* cap. 8. [21] lib. I *Strom.* [22] *Comment. in cap.* XVI *Epist. ad Rom.* [23] homil. 8, *in Numeros.* [24] homil. 1 *in psal.* XXXVII. [25] lib. *De decret. synod. Nicæn.* post med. [26] in *Prolog. Galeato.* [27] in *exposit. symb.* [28] lib. III *Histor.*, cap. 25. [29] in *Decret.* [30] lib. III *Histor.*, cap. 3.

*publice legi comperimus, et quosdam ex vetustissimis ipsius testimonio usos fuisse.* Ex his quippe Eusebii verbis tria colligimus argumenta, quibus maxima hujus libri utilitas liquido demonstratur. Primum a vetustissimis, qui id asseruere, petitur scriptoribus. Inter eos enim, quorum Eusebius nomen tacuit, forsitan censendus est jam a nobis laudatus Origenes, qui de eo scripsit : *Mihi valde utilis videtur.* Athanasius quoque librum eumdem appellat [31] : *Utilissimum* Pastoris *librum.* His vero Hieronymus [32] a nobis subjungi debet, cujus etiam judicio est : *Revera utilis liber.*

Alterum summæ ejusdem libri utilitatis argumentum hinc eruimus, quod ille, teste Eusebio, in ecclesiis publice legeretur. Et id quidem non solum ab illo doctissimo viro, sed etiam ab Hieronymo traditur [33], qui : *Apud quasdam,* inquit, *Græciæ ecclesias etiam publice legitur ;* et a Rufino [34] : *Quæ omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt.* At certe episcopi illum in ecclesiis publice legi noluissent, nisi habuissent omnino persuasum, inde plurimam a Christianis percipi posse utilitatem.

Cæterum non in ecclesiis duntaxat liber ille publice legebatur, verum etiam erat in omnium manibus, uti ex Origene vidimus, patetque ex Athanasio, qui illum Catalogo librorum inserit [35] : *Quos Patres sanxerunt legi iis qui ad fidem accedunt, cupiuntque in pietatis verbo institui.* Unde rursus quantum ii ad utilitatem Christianorum hanc lucubrationem conducere crederent, facile intelligitur.

Tertium argumentum ex his Eusebii verbis [36] adhuc elicitur : *Quosdam ex vetustissimis ipsius testimonio usos fuisse.* Ea namque manifeste probant quanto hic liber ipsis aliisque plurimis, qui ex illo pariter testimonia multa protulerunt, fuerit in pretio. Quod sane ex ipsorum verbis, a nobis inter veterum testimonia relatis, clarius patebit.

Quartum argumentum his tribus Eusebianis non incongrue forsitan adjicies, utilitatem hujus libri ex ejus lectione, vel etiam ex sola illius, quam dedimus, analysi posse a quolibet facile agnosci. Ex illa siquidem facile colligitur auctoris nostri scopum esse homines ad agendam peccatorum pœnitentiam, ad indefessam virtutibus omnibus, quarum præstantissima quæque præcepta tradit, dandam operam, ad persecutiones tyrannorum, jamjam imminentes, fortissime et ad mortem usque patientissime sustinendas, adhortari, incendere, atque si fas fuisset, compellere. Quæ profecto quantæ Christianis sint utilitatis, nemo non videt.

Verumtamen si de auctoris nostri libro sententia ex quorumdam hujusce temporis hominum acutiori haud dubie ingenio ferenda sit, pronuntiabitur illico illius dicendi genus ad persuadenda religionis nostræ dogmata, quæ nunquam fictis somniis et falsis visionibus doceri debent, parum idoneum esse omninoque ineptum. Non possumus quidem ire inficias Hermam uti potuisse alia methodo styloque simpliciori, ideo tamen opus illius vituperandum aut abjiciendum esse palam aperteque negamus. Quis enim ob stylum scribendique genus opus illud aspernari audeat, quod Patres, antiquitate et doctrina celeberrimi, tantis laudibus extulere, quodque sanctissimi præsules voluerunt publice in ecclesiis legi, atque in omnium esse manibus ? Dicendum itaque Hermam hoc tam singulari scripsisse stylo, quia illum ad alliciendos movendosque hominum animos, atque ad tradendam doctrinam suam aptissimum et efficacissimum judicabat.

## ARTICULUS XII.

*Utrum antiqui Patres illos spreverint.*

Quid ergo, inquies, negarine potest hunc librum ab antiquis Patribus despici, ac pro nihilo putari ? Certe Origenes expresssis verbis dixit [37] : *A quibusdam contemnitur.* Tertullianus vero [38] : *Scriptura Pastoris sola mœchos amat... ab omni concilio Ecclesiarum etiam vestrarum inter apocrypha et falsa judicatur.* Hieronymus autem illum non solum contemni, sed et stultitiæ argui testatur [39] : *Liber ille,* inquit, *apocryphus stultitiæ condemnandus est, in quod scriptum est, quemdam angelum nomine Tyri præesse reptilibus.* Denique Prosper Collatori, auctoritatem Hermæ objicienti, respondet [40] : *Post illud autem nullius auctoritatis testimonium, quod disputationi suæ de libello Pastoris inseruit.*

Verum si hæc Patrum testimonia diligentius examinentur, planum liquido fiet primo Origenem non dixisse, qui fuerint, cujusve nominis, vel quibus rationibus fulti, ii qui hunc librum despicatui habuerunt. At certe ex ipsius mente eos obscuros fuisse, nullius auctoritatis, nullisque rationum momentis munitos, inde colligimus, quod vir ille doctissimus, uti vidimus, doctrinam in hoc eodem libro traditam, *divinitus inspiratam* esse putaverit.

Quod spectat ad Tertullianum, certum est illum, cum hæc scriberet, jam in Montanistarum incidisse hæresim : nullique idcirco mirum esse debere, si tum ille objectam a Catholicis Hermæ auctoritatem, vano contemptu conatuque irrito eludere tentaverit.

Porro si contendas illud verum esse, quod ipse adjecit, hanc scripturam ab Ecclesiis catholicis inter apocrypha et falsa judicari, responsum accipies illum eo tantum sensu sic locutum, ut significaret hanc lucubrationem inter sacros Scripturæ libros non annumerari, vel, ut verbis ejus utamur, *divino instrumento non incidi.* Neque enim potuit af-

[31] lib. *De Incarnat. Verb.* paulo post init. [32] *De scriptor. Eccles.* [33] Ibidem. [34] in *Symb. Apost.* [35] in *Epist. Pasch.* [36] loc. sup. citat. [37] loco cit. [38] lib. *De pudicit.*, cap. 20. [39] lib. 1 *Comment. in Habac.* [40] lib. *cont. Collat.* cap. 30.

firmare hunc librum ab Ecclesia, ut apocryphum et falsum, id est erroneum, supposititicium et fabulosum rejici, quin continuo ipse falsi ab iis omnibus argueretur, quorum testimonia ad ejusdem libri veritatem utilitatemque probandam supra retulimus.

Quantum vero ad Hieronymum, ipse eamdem libri hujus utilitatem in aliis lucubrationibus suis ante et post suum in Habacuc Commentarium divulgatis, prædicat. Non poterat igitur omnem hunc librum stultitiæ insimulare. Et re quidem vera uni tantum illius loco, ubi de angelo reptilibus præsidente, sermonem fieri putabat, censoriæ severitatis notam inussit. Verum ex infra dicendis non obscure demonstratur sanctum doctorem incorruptum quemdam codicem, ex quo auctoris mentem assequi non potuerit, fortuito incidisse.

Ad Prosperi auctoritatem responsum est, hunc librum qui, teste Hieronymo, *apud Latinos, pene ignotus* erat, ipsi quoque fuisse incognitum. Nec absurde etiam responderi potest, Prosperum dixisse *testimonium*, non vero librum Hermæ, nullius esse auctoritatis. Quo quidem verbo data opera ille fortasse usus est, ut testimonium ex aliquo hujusce libri loco a Collatore prolatum, nihil ad asserendam ejus opinionem conducere ostenderet.

### ARTICULUS XIII.

*Quam temere hi libri a quibusdam recentioribus contemnantur?*

Cum ergo tot Ecclesiæ Patres, et antiquissimi et doctissimi, utilitatem librorum Hermæ aperte prædicent laudibusque maximis extollant, quis recentiorum quorumdam scriptorum temeritatem castigandam non censeat, a quibus hic liber non summo tantum contemptui habetur, verum etiam audacter repudiatur, tanquam *supposititicius, et, ut verisimile est, ab hæreticis depravatus, atque hæresibus et fabulis oppletus?* Verum enimvero argumentis neutiquam spernendis jam probavimus illum Hermæ verum genuinumque esse fetum, proindeque suppositionis temere accusari.

Falsum autem est illum fabulis oppletum esse, quippe qui visiones tantum contineat, quas etiam non immerito plane jure ab auctore usurpatas paulo ante [41] ostendimus. Falsum est quoque hunc librum ab hæreticis depravatum fuisse, ut aperte colligitur ex variis Patrum testimoniis, ex omnibus illius partibus desumptis, quæ ibi prout ab eis prolata sunt, totidem verbis reperiuntur. Neque tamen iidem Patres de hæreticorum corruptionibus unquam conquesti sunt; nec ullus poterit aliquando locus assignari, qui ab hæreticis sit depravatus.

### ARTICULUS XIV.

*Hos libros plenos non esse hæresibus, et primo quidem circa angelum bonum et malum singulis hominibus tributum.*

Falsum est denique eumdem librum hæresibus oppleri: quod quidem nobis fusius probandum est. Bellarminus etenim et alii quidam Hermam idcirco erroris insimulant, quod ibi disserat [42], *de duobus geniis, sive duobus angelis, uno bono et altero malo, singulis hominibus a Deo tributis... Quem errorem ex hoc auctore accepit Cassianus* [43], *et ante eum Origenes* [44]. De hac tamen opinione sic loquitur Cassianus [45], ac si eam non Hermæ, sed Scripturæ sacræ auctoritate firmatam esse credidisset. Deinde Basilius et Gregorius Nyssenus in eadem de duobus angelis, non secus atque Hermas et Origenes, sunt opinione. Magister vero sententiarum [46] de illa tanquam nullomodo improbabili disputat. Estius [47], porro id incertum esse asserit. Hæc igitur opinio immerito ab aliis nonnullis tanquam noxius error rejicitur. Qui plura de hac quæstione scire voluerit, adeat, si lubet, Gazæum in citatum Cassiani locum, et in ejusdem Collat. 13, cap. 12; Maldonat. in cap. 18; Matt. Huet, lib. II *Origenian.*, quæst. 5, § 30 et sequent.

Nec prætermittendum est quosdam autumasse hanc opinionem, *magis ad fabulas falsarum religionum pertinere, quam solidum in doctrina Christiana habere fundamentum.* Sed cui credibile fiet Hermam a paganis potius quam ab apostolicis viris, sibi coævis, illam accepisse? Si ex Ambrosii aliorumque, de quibus alibi disputandi locus dabitur, quorumdam doctissimorum Patrum principiis argumentemur, dicendum est e contrario paganos ab auctorum nostrorum fontibus omnia hausisse hujuscemodi doctrinæ dogmata.

### ARTICULUS XV.

*Hos libros non favere Novatianis.*

Secundus error cujus Hermas arguitur majoris profecto est momenti. Aiunt enim eum disseruisse *de unica pœnitentia secundum errores Novatianorum, quibus hic liber omnino favere videtur.* Sed hic mirari subit quam diversum quandoque docti homines de re una atque eadem, nec plane obscura, judicium ferant. Tertullianus enim Hermæ opinionem Novatianis e diametro oppositam attribuit. Is quippe cum Montanistarum, eadem cum Novatianis de unica pœnitentia sentientium, errorem amplexatus fuisset, nihil aliud Catholicis Hermæ auctoritatem ipsi objicientibus respondet, quam illum ejusdem cum eis indulgentioris esse sententiæ et opinionis: *Cederem,* inquit [48], *tibi, si scriptura Pastoris, quæ sola mœchos amat, meruisset... adultera et ipsa, et inde patrona sociorum.* Verumtamen utrique a veritate ex æquo aberrant. Et Tertullianus quidem qui tradit Hermam, eo quod nec Montanista nec Novatianus esset, lenioris remissiorisque fuisse opinionis; alii vero qui illum in severiorem et durissimam Novatianorum hæresim pedibus ivisse asserunt. Hos etenim plane falsos esse inde profecto evincitur, quod Hermas suis in libris eo præcipue collineet ut pec-

[41] sup., art. 11. [42] *De scriptor. eccles.* [43] lib. II, mandat. 6. [44] Collat. VI, c. 27. *In Isa.* III, 12. [45] libro *De Vita Moysis.* [46] lib. II *Sent.* [47] in eumdem *Sent.* lib. II. [48] lib. *De pudicit.*, cap. 10.

catores ad pœnitentiam, cujus ope omnes remissionem peccatorum assecuturos esse pollicetur, agendam impellat. Quapropter *Pastor* ubique ab eo vocatur, *Nuntius, præpositus pœnitentiæ*, totamque commentationem suam his verbis concludit [49]: *Cumque vidisset Dominus bonam atque puram pœnitentiam eorum, et posse eos in ea permanere, jussit eorum peccata deleri.* Quibus sane verbis Novatianorum error funditus evertitur.

Objicitur tamen illum aperte dixisse : *Servis Dei una pœnitentia est.* Verum sancti Patres, qui plura, ut superius dictum est, ex hoc libro testimonia exscripserunt, nihil in eo Novatiani veneni subesse suspicati sunt. Cur ergo unicam dixerit esse pœnitentiam, clarius explicari non potest, quam verbis Ambrosii, adversus ipsosmet Novatianos sic disputantis [50] : *Merito*, inquit, *reprehenduntur qui sæpius agendam pœnitentiam putant... quia sicut unum baptisma, ita una pœnitentia quæ tamen publice agitur, nam quotidiani nos debet pœnitere peccati : sed hæc delictorum leviorum, illa graviorum.* Ambrosio concinunt et alii sancti Patres, ut nos aliquando ad hunc doctoris nostri locum observavimus. Hermas igitur eodem ac Ambrosius sensu dixit : *Servis Dei una pœnitentia est*, nimirum, *quæ tamen publice agitur.*

Verisimilius forsitan illud objici posset, quod idem Hermas de transfugis, hoc est, a Christiana religione apostatis, tradidit : *Transfugæ, ac nefanda loquentes, et preditores servorum Dei, illis proposita mors est, pœnitentia non est.* Idem enim ibi docere videtur quod initio hæresis suæ Novatiani, nusquam Ecclesiæ ejusque ministris concessam a Deo potestatem dimittendi peccata *libellaticis, thurificatis, et apostatis Christi nomen ejurantibus.* At respondemus in eo positum semper fuisse errorem Novatianorum, quod pertinaciter contenderent, quæcunque pœnitentia horum criminum ageretur, ab iis tamen absolvendi ministris Ecclesiæ negatam esse facultatem. Verum id nullatenus negavit Hermas, utpote qui tantummodo dixerit : *Illis... pœnitentia non est*, hoc est, Deus eis illam, qua veniam absolutionemque peccatorum consequantur, occasionem facultatemque non concedet : vel, ut ipse loquitur [51] : *Dedit spiritum eis, qui digni erant, agere pœnitentiam... At quorum aspexit dolum, et animadvertit ad se fallaciter reversuros, negavit eis ad pœnitentiam regressum.* Quod etiam Ambrosius, ubi Novatianos acrius insequitur, et de blasphemia in Spiritum sanctum disputat, simili modo dicit [52] : *Hos ergo qui hoc loquuntur, negat Christus ad veniam pertinere.* Et paulo post ubi de hæreticis ac schismaticis disserit : *Quibus*, ait, *indulgentiam negat.* Quid enim aliud hæc verba sonant, quam quod ait Hermas : *Illis pœnitentia non est?*

Si instes Hermam alibi scripsisse [53] : *Hi qui cognoverunt Dominum, et mirabilia ejus viderunt, si nequiter vivant, duplo amplius punientur, et ipsi morientur in ævum*, responderi quidem posset Hermam ibi de illo peccato loqui, quod nonnulli Patres, si doctissimo Morino [54] fides habenda sit, unquam remitti posse inficiabantur. Nobis autem vero videtur similius, illic sermonem de iis tantum haberi, qui in ipsa peccandi voluntate usque ad mortem perseverantes, in finali, ut aiunt, impœnitentia moriuntur.

## ARTICULUS XVI.

### *Eosdem libros immerito aliorum quorumdam errorum incusari.*

Rivetus aliique nonnulli Calvinianæ sectæ homines Hermam aliorum quorumdam incusant errorum, quibus sana potius integraque ejus doctrina probari omnibus debet. Id enim ille arguit [55] quod ab auctore nostro, *contra Apostoli consensum astruitur liberum arbitrium, solitudo monastica, et purgatorium ab anu quadam visione tertia revelatum.* Sed quibus in locis duo priora, ut Rivetus loquitur, errorum capita docuerit Hermas, ab eo nonnulli indicatum legimus. Quid ergo hisce in libris contra Apostoli consensum de libero arbitrio astruatur, divinare non possumus ; nisi forte illud sit, quod Cassianus his verbis refert [56] : *Adjacere autem homini in quamlibet partem animi libertatem etiam liber ille, qui dicitur* Pastoris, *apertissime docet, in quo duo angeli unicuique nostrum adhærere dicuntur, id est, bonus ac malus ; in hominis vero optione consistere ut eligat, quem sequatur.* Ex his quippe *Pastoris* verbis duo infert Cassianus [57]. 1° *Et idcirco manet in homine semper liberum arbitrium, quod gratiam Dei possit vel negligere vel amare*, id est juxta ejus mentem, gratiam Dei absque ulla præveniente gratia amare. 2° *Inesse homini omnia animæ naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta.* Sed hæc consectaria Cassiani sunt, minime vero auctoris nostri, qui nec citato loco, nec alibi quidquam de libero arbitrio docet, in quo ab Apostolo doctrinaque orthodoxa transversum unguem discesserit.

Quid vero Rivetus per solitudinem monasticam sibi velit, non potest facile definiri. Et vero si monasterium, vel monasticum institutum his verbis intelligat, ne hilum quidem ea de re apud Hermam reperire est. Si autem de Christiani a mundi negotiis et tumultibus secessu Rivetus loquatur, hunc ab apostolis omnibusque Ecclesiæ doctoribus commendari, negare quis audeat ?

Denique si Hermas purgatorium alicubi asserat, ille nihil profecto nisi sanum omnino et plane orthodoxum statuisse dicendus est. Attamen sincero veritatis amore ducti, libenter fatemur in eo, quem laudat Rivetus, Hermæ loco non de purgatorio, sed

[49] lib. III, cap. 9. [50] lib. II *De pœnit.*, cap. 10 § 15. [51] lib. III, similit. 8. [52] lib. sup. cit. cap. 4, *Num.* XXII *et* XXIV. [53] lib. III, similit. 8. [54] lib. IX *De administr. pœnit.*, cap. 28. [55] *Crit. sac.* lib. I, cap. 12. [56] Collat. 13, c. 12. [57] lib. II, mandat. 6.

de pœnitentia in hoc vitæ cursu agenda,et de pœnis quæ eodem vitæ tempore hominibus ob eorum peccata infliguntur, disputationem institui.

ARTICULUS XVII.

*De variis editionibus et notis in hos libros.*

Quamvis in libri Græco idiomate scripti jam dudum perierint, illorum tamen jactura resarciri utcunque potest variis eorumdem fragmentis, quæ non modo in antiquissimorum Ecclesiæ Patrum lucubrationibus,verum etiam in pseudepigrapho potissimum quodam libello, in novissima Athanasii Operum editione a nostris adornata [58], nuper divulgato,Græce Latineque edita habemus. Typis vero duntaxat Latinis iidem Hermæ libri editi sunt in *Orthodoxographia* et *Hæreseologia*, atque in omnibus sanctorum Patrum Bibliothecis, nec non apud Cotelerium inter Opera sanctorum Patrum *qui temporibus apostolicis floruerunt*.Privatim autem excusi sunt, curante Fabro, Parisiis apud Henricum Stephanum anno 1513, atque a Nicolao Herbelio, Argentorati, anno 1522 ; deinde curis Gasparis Barthii, Cygneæ, anno 1655, publicam prodierunt in lucem.

Barthius vero animadversiones in hunc librum edidit, sed ille non immerito a Cotelerio *criticus minorum gentium* vocatur. Et certe observationes ejus parum dignæ sunt, quibus legendis tempus aliquis impendat.Sed lectoris attentione vere dignæ sunt ipsius Cotelerii adnotationes, varia eruditione et doctrina refertæ. Quædam tamen minoris sunt utilitatis,parumque ad Hermam spectant,nec multum ad illius textus explanationem conducunt.

ARTICULUS XVIII.

*Novæ observationes, ac primo de Christi sanctique Spiritus divinitate.*

Quam sana et ab omni erroris suspicione vacua et pura fuerit Hermæ de suprema Christi divinitate sententia, his Petavius, tametsi alias Ante-Nicænis Patribus parum favisse videatur, verbis diserte explicat [59] : *Ab vetustissimis*, inquit, *laudatur scriptoribus.... nec ab ullo hæresis falsive, maxime de Trinitate dogmatis, insimulatus est.* An vero nullius reapse erroris Hermas a quoquam accusatus sit,ex his quæ a nobis disputata sunt nulli,uti putamus, obscurum esse debet.Quam recte autem de divina Christi natura ille senserit,nemo nisi Socinianæ ac dementissimæ temeritatis homo unquam negaverit. Quid enim, quæso,ad summam Christi divinitatem plane declarandam,his auctoris nostri verbis clarius et dilucidius [60] : *Filius quidem Dei omni creatura antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam.* Qui Filium Dei omni creatura dicit antiquiorem,is certe eum extra creaturarum omnium numerum,ac supra illarum conditionem et naturam esse aperte pronuntiat. Qui autem extra creaturarum numerum, et supra illarum constituitur naturam,hic procul dubio increatus,æternus et summus supremusque Deus asseritur.Quis namque creatum inter et increatum,inter Deum et creaturam nihil omnino medium esse ignorat ? Denique eumdem Dei Filium ad condendam creaturam Patri suo æterno adfuisse qui tradit, is profecto illum Patri suo coæternum firmissimæ asseverat.

Eodem plane sensu Hermas superius dixerat [61] : *In servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in magna potestate et imperio.* Omnes quippe creaturæ Deo serviunt, *quoniam omnia*,uti de Deo canit Psalmista [62], *serviunt tibi.* Qui ergo *in servili conditione non ponitur* [63],hic creatura nec esse nec dici potest. Qui autem creatura esse et dici nequit, ille certe Deus ipse est.

Age vero,si his omnibus et alia adjicias, quæ de eodem Dei Filio ab auctore nostro scripta legimus [64]: *In magna*,inquit,*est potestate et imperio ;* alibi vero: *Nomen Filii Dei magnum est, et immensum, et totus ab eo sustentatur orbis ;* ac continuo post : *Omnis Dei creatura per Filium ejus sustentatur*, his verbis summam illius divinitatem aperte renuntiari fateaeris, omnino necesse est. Cui enim, amabo te, ea omnia convenire possunt, nisi vero Dei Filio, qui ejusdem cum Patre sit immensitatis, æternitatis, potestatis et naturæ ?

Non audiendus itaque impius nescio quis Socinianus, qui nobis perperam objiciat Filium Dei ibidem ab Herma servum appellari, qui post suam tantum mortem a Patre super populum suum potestatem omnem acceperit. Nunquid enim Hermas cum ibidem, sicut vidimus, dixit : *In servili conditione non ponitur Filius Dei*, sibi ipsi absurde putideque contradixisse existimandus est? Quis sanæ mentis homo id unquam asserere, imo cogitatione animoque fingere audeat ? Quis vero si hunc auctoris nostri locum æquis unquam legerit oculis,ibi continuo non animadvertat utrumque ab illo de duplici Christi natura cum humana tum divina recte traditum et pronuntiatum. Quemadmodum enim Christus ab ipso secundum divinam suam naturam, *omni creatura antiquior, in servili conditione non ponitur*, ita secundum humanam *servus Dei* appellatus est.Et id quidem clarius quam ipsiusmet Hermæ verbis explicari non potest : *Hoc ergo*, inquit [65], *Christi corpus in quod inductus est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui, recte in modestia ambulans, et caste, neque omnino maculavit Spiritum illum..... Advocavit ergo Filium, et nuntios bonos ; ut et huic scilicet corpori, quod servivit Spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suæ perdidisse.* Accepit autem et post mortem suam idem Christi corpus,humanaque ejusdem natura omnem super populum potestatem,tametsi ipsemet Christus,qui secundum

[58] tom. II *Oper. Athan.*, pag. 252 et seq. [59] Petav. tom. II *Theol. dogm.*, præf. cap. 2, § 6. [60] lib. II,simil. 9, § 12. [61] lib. III, simil. 5, § 7. [62] Psal. CXVIII, 91. [63] lib. III, simil. 9, § 14. [64] lib. III, simil. 7, § 14. [65] loc. cit.

divinam suam substantiam Patri ad contendam creaturam adfuerat,ejusdem cum ipso sicut naturæ ita et potestatis semper fuerit.

Cum sarta igitur, tecta integraque sit Hermæ nostri de summa Christi divinitate doctrina, nec quid omnino contra illam nisi insulsum plane, et ineptum effutire potuerint hæretici, unus tamen ex eis pauca quædam ipsius verba arrosit,quibus Spiritus sancti divinitatem ab eo negatam fuisse probare perperam conatus est.Hæc porro sunt,quæ ille nobis objicit : *Neque cum vult, homini loquitur Spiritus sanctus, sed tunc loquitur cum vult Deus* [66]. Sed si hunc Socinianum hominem nefarius errantis sectæ amor penitus non obcæcasset, intellexisset utique hanc esse Hermæ nostri mentem,et sensum omnibus facile obvium ; *Neque cum* homo *vult, homini loquitur Spiritus sanctus, sed cum vult Deus.* At quid, obsecro, ex his verbis contra Spiritus sancti divinitatem : imo vero quid ex illis,nisi pro asserenda divina illius natura concludi potest ? Ibi enim Hermas veros prophetas divino Spiritu,quando ipsemet voluit, afflatos fuisse asseverat. At quis nesciat strenuos Nicænæ fidei defensores hoc ad debellandos Arianos, et Spiritus sancti divinitatem adversus Macedonianos invicte propugnandam efficacissimo, uti plane non immerito putabant, usos esse argumento.

## ARTICULUS XIX.

*Utrum apostoli mortui prædicaverint nomen Filii Dei iis qui apud inferos erant.*

His itaque longe difficilior et obscurior Hermæ locus, a Clemente tamen Alexandrino semel atque iterum citatus, sic habetur [67] : *Apostoli et doctores, qui prædicaverunt nomen Filii Dei, cum habentes fidem ejus et potestatem defuncti essent, prædicaverunt his qui ante obierunt et ipsi dederunt eis illud signum. Descenderunt igitur in aquam cum illis, et iterum ascenderunt : sed hi vivi ascenderunt, at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui quidem descenderunt, sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam acceperunt, et cognoverunt Filium Dei ; ideoque ascenderunt cum illis.* Hæc vox *signum* ibi nihil sonat aliud quam baptismum, quandoquidem Hermas continenter subjungit, *descenderunt in aquam.* Sed cum nullus nisi in hac vita,nec nisi ab hominibus viventibus baptismo possit ablui, illic vero baptizantes apostoli, atque ab eis baptizati mortui et corpore soluti dicantur;ibi profecto de solo spirituli baptismate agatur necesse est. Quod certe loci hujus difficultatem non minuit, sed auget plurimum.

Certum est enim Christum post mortem suam ad inferos descendisse. Unde Augustinus [68] : *Quis nisi infidelis negaverit fuisse apud inferos Christum?* Constat etiam Christum tunc patriarchis justisque hominibus ibi degentibus sese manifestum præbuisse, uti ex his Petri apostoli verbis intelligitur : *Christus semel pro peccatis mortuus..... in quo et his qui in carne erant spiritibus veniens prædicavit, qui increduli fuerant* [69], etc. Quo igitur modo Hermas dicere poterat : *Apostoli et doctores prædicaverunt nomen Filii Dei..... his qui ante obierunt..... et cognoverunt Filium Dei?*

Clemens Alexandrinus videtur quidem difficultatis nodum secare, ubi [70], citatis auctoris nostri verbis,ait Christum apud inferos Hebræis Evangelium annuntiasse,apostolos vero *iis qui ex gentibus apti erant ad conversionem. Et recte dictum a Pastore : « Descenderunt ergo in aquam, »* etc. Verum si hac explicatione Clemens nodum difficilem expedire videtur, in alium profecto longe difficiliorem incidit. Ille quippe docet Hermam opinatum esse plures ex ethnicis hominibus justis, cum Christum illis apostoli prædicassent,ab inferis liberatos,atque a Christo æterna donatos felicitate. Quæ quidem opinio ab Augustino [71] tanquam omnino erronea repudiatur. Deinde Hermas nullum Hebræos inter et ethnicos ponit discrimen ; imo aperte loquitur de Hebræis per lapides x, xxv et xxx adumbratis, quibuscum apostoli, quadragesimo lapide figurati, descenderunt, eisque Filii Dei prædicaverunt nomen.

Quapropter putamus,salva tamen debita Clementi reverentia, locum Hermæ alio sensu exponendum, eo scilicet quo Augustinus superius allata Petri verba interpretatus est. Enimvero cum Evodius, ab eo illa sibi explicari poposcisset,Augustinus [72] quantæ sint ibi difficultates primum exponit.Deinde respondet,illis Petri verbis : *His qui in carne erant,spiritibus*, eos intelligi posse, *qui tunc erant in carne, atque ignorantiæ tenebris velut carcere claudebantur.* Neque tamen hoc sibi idcirco objici posse putabat, quod *Christus nondum venerat in carne.* Quoniam, inquit sanctus doctor : *Ipse utique non in carne,sed in spiritu veniebat visis congruis, colloquens quos volebat, sicut volebat.* Eodem igitur atque Augustinus sensu Hermas dicere poterat, quod *apostoli et auctores..... prædicaverunt his qui ante obierunt*, hoc est, mortui sunt tenebris,ignorantia, infidelitate et incredulitate.

At, inquies, cur ergo de apostolis Hermas subjungit : *Prædicaverunt nomen Filii Dei..... cum defuncti essent?* Quidni, inquiemus et nos, hæc apostolorum mors spirituali quoque sensu intelligatur! Quia nimirum vetus eorum homo cum Christo crucifixus et mortuus fuerat, ac destructum corpus peccati, ut loquebatur Paulus [73]. Et certe hæc verborum Hermæ interpretatio inde confirmatur,quod ille continuo addat : *Sed hi vivi ascenderunt.* Quod quidem de vita spirituali ipsemet interpretatus,subdit : *Vitam receperunt ; et cognoverunt Filium Dei.* Denique ex jam dictis certum est Hermam sermonem ibi facere de spirituali baptismo, id est cognitione Filii Dei. Cur ergo totus iste locus spirituali

[66] lib. II, mandat. 12. [67] lib. III, similit. 9. [68] Epist. 164, *ad Evod.* [69] I Petr. III,18. [70] lib. VI *Strom.*, § 3. [71] loc. sup. cit. [72] Epist. 164, *ad Evod.* [73] Rom. VI, 6.

sensu non intelligatur, cujus saltem quædam partes alio sensu explicari non possunt? An vero genuinus hic sit verborum Hermæ sensus, sicut asserere omnino non audemus, ita nec illius profecto repugnabimus explicationi, qui ea litterali sensu, ab omni errore alieno, poterit interpretari.

### ARTICULUS XX.

*Utrum* Hegrin *sit nomen angeli.*

Alius auctoris nostri locus obscurus et difficilis ibi occurrit, ubi ille narrat se, cum in belluam immanem incidisset, ab una virgine, quæ figura Ecclesiæ erat, audivisse : *Misit Dominus angelum suum super bestias, cui nomen est Hegrin, et obturavit os ejus, ne dilaniaret te.* Autumant enim nonnulli Hieronymum sibi in animum induxisse [74] *Hegrin* nomen esse angeli, quod quidem ipsi adeo ridiculum fatuumque visum est, ut hoc elogio auctoris nostri librum notaverit : *Liber ille apocryphus stultitiæ condemnandus est, in quo scriptum est quemdam angelum nomine Tyri præesse reptilibus.* Alii tamen illud ab Hieronymi mente ita abhorrere putaverunt, ut illum de quodam libro apocrypho ac deperdito ista scripsisse tradiderint. Et re quidem ipsa quid in his verbis deprehenditur quod *stultitiæ* argui possit? Num ideo quia eo loquendi modo angelum reptilibus præesse affirmatur? Verum id docent cum antiqui Patres, inprimisque Origenes pluribus in locis [75], tum doctores scholastici post divum Thomam [76], qui ait : *Unaquæque res visibilis in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi præpositam.* Num autem ideo quia angelum nomine *Tyri* appellaverit? Si res ita se habeat, vel erratum est in operum Hieronymi editionibus, vel ipse manuscripto codice corrupto usus est : in aliis siquidem omnibus ac in editis legimus *Hegrin.* Cotelerius itaque omnes animi nervos in eo contendit, ut investiget et perscrutetur cur angelus Hegrin vocetur. Sed postquam diu multumque laboravit, tandem ingenue fatetur, *absque melioribus codicibus vix aliquid certi posse proferri.* Ditissima vero illustrissimi Colberti bibliotheca unum non vetustæ quidem manus, quippe qui 300 annos non superet, suppeditavit nobis codicem, qui veram quam Cotelerius frustra quæsierat lectionem, unius litterulæ immutatione exhibere videtur. Sic enim in eo legimus : *Misit Dominus angelum suum super bestiam, cujus nomen est Hegrin.* Hinc enim *Hegrin* non angeli, sed bestiæ nomen esse colligimus. Cur autem Hermas illam ita vocaverit, recte forsitan conjicies, si attendas vocem *Hegrin* idem esse ac Græce ἄγριος, id est immitis, ferox, vel fera, et bestia ; ac probabile proinde videri Hermam allusisse ad hæc Psalmistæ verba : *Singularis ferus* (μονιὸς ἄγριος) *depastus est eam* [77], scilicet vineam. Ille quippe ibidem hanc bestiam *pressuræ superventuræ* figuram esse declarat. Quamobrem cum illic adjecit, angelum esse *super bestiam*, id est super *fressuram superventuram*, nihil aliud sibi voluit [78], nisi eumdem angelum a Deo esse præpositum, ut Christianos adversus imminentem tyrannorum persecutionem defenderet ac tueretur.

### ARTICULUS XXI.

*Num angeli omnia creaverint.*

Tertius Hermæ locus qui enodatione aliqua indiget, ad omnes angelos spectat. Cum enim ille dixisset angelos inter creaturas primos esse quos Deus creaverit, tum subjungit [79] : *Hi sunt angeli qui primo constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam struendi, ædificandi et dominandi creaturæ illius.* Pro verbo autem *struendi*, in codice Sancti Germani a Pratis, ab annis 800 descripto, nec non in Colbertino supra citato vox *creandi* exhibetur. Quæ quidem lectio, si vera sit, videtur Hermas in eum impingere errorem, quem antiquissimi hæretici a Platone atque Philone Judæo hauserunt, angelos primos omnium a Deo creatos, ab eoque accepisse cætera omnia deinceps creandi potestatem. Verum Hermas ab hoc errore non difficulter quidem eximitur. Primo enim codices qui verbum *creandi* repræsentant, aliud, scilicet *potestatem*, vel aliquod simile omiserunt. Qua ergo oscitantia amanuenses illud verbum prætermiserunt, eadem etiam aliud potuerunt immutare. Deinde vero etiamsi Hermas voce *creandi* usus sit, eam tamen non strictiori acceptione pro creaturæ, ut loquuntur scholastici, ex nihilo productione, sed latiori atque Latinis auctoribus magis usitata, pro simplici productione et institutione, ab illo usurpatam fuisse dicendum est. Nec ulli hoc mirum videri debet, cum eodem sensu Ambrosius dixerit [80] : *Quod autem et factum est, idem est et creatum.* Quod sane multis aliis exemplis facile posset probari.

### ARTICULUS XXII.

*Qui doctores et præsides ministeriorum dicantur.*

Non deerunt fortasse quibus salebrosa videbuntur de sacris Ecclesiæ ministris hæc scriptoris nostri verba [81] : *Episcopi, et doctores, et ministri... episcopatum gesserunt, docuerunt et ministraverunt.* Libro autem tertio [82] : *Tales sunt qui crediderunt quidam episcopi, id est præsides Ecclesiarum... Et deinde qui præsides sunt ministeriorum, qui inopes et viduas protexerunt, et castam perpetuo conversationem habuerunt.* Qui enim sint illi *doctores et præsides ministeriorum*, non cuivis statim occurret. Verum hæc planiora fient, si id quod a nemine vocatur in dubium, observetur, diaconos a sanctis Patribus solo ministrorum nomine passim appellari. Hinc quippe colligitur *doctores*, qui episcopos inter et ministros medii collocantur, non alios procul dubio esse

[74] lib. I *Comment in Habac.* [75] homil. 14 *in Numer* cap. XXIII ; hom. 23 *in Josue*, cap. XVIII ; homil. 6 *in Jerem.* cap. XII. [76] II part., q. 120, art. 1 ad 3. [77] Psal. LXXIX, 14. [78] lib. III, vision. 3. [79] lib. eod., vision. 3. [80] lib. III *De fid.* cap. 21, § 82. [81] lib. I, simil. 3. [82] lib. III, simil. 9.

quam presbyteros seu sacerdotes. Cur vero presbyteri doctores nominentur, si rogaveris, disces a Dionysio Alexandrino, qui eodem plane ac Hermas sensu apud Eusebium dixit [83] : Συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν. *Convocatis presbyteris ac doctoribus, qui per singulos vicos fratribus prædicabant.* Quid enim aliud hæc verba sonant, nisi presbyteros per singulos vicos, id est vicorum parochiis præfuisse, atque ibi cum fratribus prædicarent, doctores fuisse appellatos. Quod quidem Chrysostomus multo clarius breviusque edisserit [84] : *Nam et presbyteris Ecclesiæ*, inquit, *cura permissa est et magisterium* (διδασκαλία). Quod ad præsides ministeriorum attinet, ii forsitan presbyteri quoque erant. De diaconis etenim Hermas paulo ante dixerat : *Ministri male ministraverunt.* Ab iis autem venit ad presbyteros, qui cum diaconis superiores essent, eos *præsides ministeriorum* nuncupavit [85]. Si quis tamen contendat eosdem *præsides ministeriorum* non alios esse quam diaconos, quia et ipsi ministri erant, et ministeriis inopum et viduarum præesse debebant, non omnino repugnabimus.

ARTICULUS XXIII.

*De xerophagiis.*

Quærent alii cur pastor tam severum jejunium Hermæ indixerit : *Illa die*, inquit [86], *qua jejunabis, nihil omnino gustabis, nisi panem et aquam.* Hieronymus quidem [87] illud cæteris omnibus fortissimum jejunium esse profitetur. Solebat tamen olim a Christianis ultima Quadragesimæ hebdomada observari. Nec desunt qui hanc xerophagiam lege aliqua præscriptam censeant ; et id quidem probare nituntur ex Tertulliano qui Montanistarum hæresim amplexatus, de Catholicis dicebat : *Arguunt nos, quod etiam xerophagias observemus*, etc. Sed idem ipse Tertullianus addidit : *Denique respondetis* (nempe Catholici) *hæc ex arbitrio observanda, non ex imperio.* Nulla igitur lege ejusmodi jejunia, teste Tertulliano, indicta erant, sed ex cujusque arbitrio observabantur. Quapropter Epiphanius isthæc ad consuetudinem, non ad præceptum sic refert [88] : *Præterea sex illos dies xerophagiis, hoc est arido victu, transire populus omnis assuevit, hoc est panem duntaxat cum aqua sub vesperam adhibere.* Si lege data xerophagiæ constitutæ fuissent, de iis eodem ac de quartæ et sextæ feriæ jejunio scripsisset : *Item quarta et sexta feria jejunium ad horam usque nonam indictum... Ideo per illos dies jejunandum esse decreverant apostoli.* At, inquiens, legem hanc ille alibi commemorat [89] : *Quid si*, aiebat, *ex apostolorum constitutione repetenda nobis auctoritas est ; cur illis quartæ sextæque feriæ jejunium perpetua lege sancitur, excepta Pentecoste ? Cur sex Paschatis diebus nihil omnino ad cibum præter panem, salem et aquam adhibendum definiunt ?* Ib[i] certe utraque jejunia et quartæ sextæque feriæ, et sex dierum Paschatis eadem lege, atque apostolica constitutione sancita esse pronuntiavit. Attamen ubi idem Epiphanius contra Aerianos, jejunia stata damnantes, disputat, cum hoc præceptum maxime urgere deberet, illud in solam consuetudinem ita refundit [90] : *Porro diebus ipsis Paschatis... aridorum ciborum usu, precibus, vigiliis, jejuniis... celebrare solemus.* Ex quo non absurde forsitan colligas, verbum παραγγέλλουσι, *definiunt*, quod superius adhibuit, non aliud significare quam admonent vel hortantur, non autem præcipiunt, jubent, imperant. In hujus autem explicationis firmamentum non illud solum adduci potest, quod historici varias Ecclesiarum de hisce jejuniis fuisse consuetudines narrent, verum etiam quod iisdem testibus, aliquid de severitate hujus jejunii in aliquibus saltem Ecclesiis paulo post remissum sit. Auctor enim *Constitutionum apostolicarum* pani et aquæ sal et olera superaddi lubens concedit : *In diebus ergo Paschæ jejunare incipientes a feria secunda usque ad Parasceven et Sabbatum, per sex dies solo utentes pane, sale, oleribus et aquæ potu.*

ARTICULUS XXIV.

*De matrimonii vinculo nunquam solvendo.*

Ex obscuris Hermæ locis ad ea progrediamur quæ luce claritateque sua quæstionem de nunquam solvendo connubii nexu, quam obscurissimam, implicatissimam et difficillimam dixit Augustinus [91], illustrare possunt. Docet enim Hermas viro qui uxorem suam adulteram dimiserit, ea vivente, alteram ducere in matrimonium fas non esse : *Si permanserit*, inquit [92], *in vitio suo mulier, dimittat illam vir, et per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam, et aliam duxerit, et ipse mœchatur.* His autem Hermæ verbis quidam refelluntur, maxime vero Chemnitius, qui audacter asserit [93] quæstionem hanc post Augustini tempora *horridius disputari.* Patres vero eodem Augustino antiquiores *non adeo*, inquit, *fuerunt asperi, duri, horridi et immanes*, ut conjugi innocenti alterum ineundi connubium facultatem negaverint ; *sed docuerunt*, ait, *rectius, præstantius, et perfectius esse, si etiam ille qui ab adultera separatus est, vel maneat sine conjugio, vel reconciliatam uxorem rursus recipiat.* Sed quam falsus sit Chemnitius, ex nostro perspicimus Herma, qui, etsi Augustino longe antiquior, eodem tamen ac ille modo ejusmodi conjugia adulteria esse definivit. Idem Athenagoras et Justinus, ut suis locis videbimus, nec non et Clemens Alexandrinus [94] asseverant. Denique id confirmatur ex Origene ipso, atque Hieronymo, quos in opinionis suæ confirmationem Chemnitius protulit.

Objicit enim hæc Origenis verba [95] : *Scio quosdam*

[83] Euseb., *Histor.* lib. VII, cap. 24. [84] homil. *in Epist.* I *ad Timoth.* [85] lib. III, simil. 5, epist. 2 [86] lib. III, simil. 5. [87] Epist. 2. [88] in *Exposit. fidei*, § 22. [89] hæres. 75, § 6. [90] hæres. 75, § 3. [91] lib. I *De adulter. conjug.*, c. 25, § 32 ; et lib. II *Retractat.*, c. 57. [92] lib. II, mandat. 4. [93] in canon. VII, session, 24, conc. Trident. [94] lib. II *Strom.* [95] tract. 7 *in Matth.*

*qui præsant Ecclesiis, extra Scripturam permisisse aliquam nubere, priori viro vivente.* At ipsemet confestim subdit : *Et contra scripturam quidem fecerunt, dicentem :* « *Mulier ligata est.* » etc. Non diffitemur quidem illos aliqua ex parte excusari ab Origene, qui subjunxit continenter : *Non tamen omnino sine causa hæc permiserunt ; forsitan enim propter hujusmodi infirmitatem incontinentium hominum, pejorum comparatione, quæ mala sunt, permiserunt adversus ea, quæ ab initio fuerunt scripta.* Vir autem ille doctissimus a culpa eos, ut vides, non liberat. At in eo tantum excusandos esse censet, quod minus malum, ut majus devitaretur, permiserunt. Hanc tamen permissionem, quantumvis justa videatur, auctoritati Scripturæ sacræ repugnare asserit ; proindeque ejusmodi connubia ab eadem Scriptura proscribi et damnari non obscure significat.

Hieronymus vero, quem etiam Chemnitius nobis objicit, ipsi adhuc multoque planius quam Origenes adversatur. Ubi quippe ad Oceanum scribit [96] Fabiolam ideo, priore viro suo vivente, alteri nupsisse, *quia persuaserat sibi, et putabat virum a se jure dimissum,* continuo subjungit : *Nec Evangelii rigorem noverat, in quo nubendi universa causatio, viventibus viris, feminis amputatur.* Narrat deinde quomodo Fabiola publicam hujusce secundi conjugii, non secus ac si adulterium commisisset, pœnitentiam egerit. Non solum autem ibi Hieronymus has nuptias a Scriptura sacra prohibitas esse docet, sed in suis etiam ad Matthæi Evangelium Commentariis [97] id palam aperteque pronuntiat.

Major sane, ne quid dissimulemus, oritur difficultas ex his Epiphanii verbis [98] : *Sed cui mortua una non sufficit, cum, occasione aliqua stupri adulteriique aut alterius flagitii* (ἢ κακῆς αἰτίας), *cum ea divortium fecerit, is si alteram uxorem duxerit, aut alteri viro mulier nupserit, sacrarum litterarum auctoritas ab omni culpa illos absolvit ; neque ab Ecclesia aut æterna vita rejicit, sed propter imbecillitatem tolerandos existimat.* Eruditissimus itaque Petavius putat hunc Epiphanii locum esse depravatum : fatetur tamen eumdem Epiphanium ibi subscripsisse opinioni quorumdam veterum scriptorum, quibus post legitimum divortium permissa innocentibus conjugibus hujusmodi matrimonia videbantur. Verum si corruptus est Epiphanii locus, quid certi ex eo confici poterit! Porro Epiphanius de iis secundis nuptiis disputat, quas non stupri adulteriique tantum, sed cujuslibet flagitii causa (ἢ κακῆς αἰτίας) permissas esse affirmat. At certe Epiphanium conjugi innocenti, ob cujusvis alterius conjugis flagitium contra Scripturæ auctoritatem, aliud inire matrimonium permisisse nemini nunquam, ut arbitror, probabitur. Vero igitur est similius eumdem Epiphanium illic de nuptiis post conjugis mortem contrahendis disputare ; vel nihil certi ex ipsius textu donec emendetur, posse definiri.

Certum est igitur hanc fuisse Patrum etiam ante Augustini ætatem sententiam, conjugium nulla unquam de causa a quoquam solvi posse. Si quid vero contra vel scriptum vel factum proferatur, illud vel minoris alicujus mali, quo aliud majus peccatum evitaretur, tolerantia fuit, vel certe abusus aliquis, a cæteris omnibus improbatus.

Quapropter provocant nos adversarii ad divinam Matthæi auctoritatem, qui expressis verbis statuit: *Omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari ;* et : *Mœchatur ; et qui dimissam duxerit, adulterat* [99]. Si autem dixeris nec Marcum [100], nec Lucam [1], nec Paulum [2], qui de hac uxoris dimissione loquuntur, hujus exceptionis ullibi fecisse mentionem, illamque tanti esse momenti, ut si quando a Christo posita esset, ab iis nunquam fuisset prætermissa ; illud ii illico reponent, nisi a Christo esset addita, nunquam illam Matthæus tam expresse tradidisset. Verum quidquid de sacro eorum textu dicatur, certum est nullam illos inter divinos scriptores esse pugnam, nullumque prorsus dissidium. Cum ergo unus omnium sit consensus, sic eos conciliari posse putamus, ut hæc exceptio Matthæi, *excepta fornicationis causa,* non ad verbum *dimiserit,* sed ad *aliam duxerit,* referenda sit. Quapropter non alius erit verborum Matthæi sensus, quam viro illi, cujus uxor est adultera, eam dimittendi, non aliam ducendi, datam a Christo potestatem. Quo quidem sensu ille non discrepat a Paulo et aliis, qui plures fatentur esse causas propter quas conjuges a se invicem separari possunt.

Instabis tamen, si exceptio ad verbum *dimiserit* referatur, nulla alia secundum Matthæum erit divortii causa, nisi fornicatio seu adulterium. Atqui ex Paulo, atque etiam ex nostro Herma, cæterisque Patribus, aliæ et quidem plures sunt causæ, ob quas conjuges a se invicem sejungi possunt. Exceptio igitur Matthæi non ad verbum *dimiserit,* sed ad *aliam duxerit,* debet necessario referri. Tota vis hujus argumenti in eo sita est quod Matthæus unius tantum exceptionis mentionem fecerit. Sed respondemus illum ideo unius tantummodo meminisse, non ut alias, quas Paulus aliique commemorant, omnino excluderet, sed quia illa maxima omnium erat et gravissima. Alias itaque exceptiones prudenti silentio prætermisit, quia leviores erant, quia brevioris temporis separationem poscebant, quia denique mens illi erat unius præcipuæque exceptionis commemoratione arctissimum, atque a nullo unquam homine solvendum matrimonii vinculum, omnibus magis magisque commendare.

[96] epist. 30. [97] In cap. x *Matth.* [98] Hæres. 59, § 4. [99] Matth. v, 32, et xix, 9. [100] Marc. x, 11. [1] Luc. xvi, 18. [2] Paul., I Cor. vii et ad Rom. vii.

ARTICULUS XXV.

*De libro apocrypho de Heldam et Modal.*

Antequam manum de tabula levemus, paucis monebimus laudari ab Herma librum de *Heldam* et *Modal*, qui duo viri erant quorum mentio in sacris Numerorum libris habetur. Sed hunc eumdem librum ad apocrypha amandant *Synopsis* Athanasiana et *Stychometria*, *Chronographiæ* Nicephori superaddita. Porro hæc adnotamus, ut hujus libri antiquitas, quæ auctoris nostri ætatem superat, ab omnibus observetur.

---

# J. B. COTELERII JUDICIUM

## DE S. HERMÆ PASTORE

(*Patres apostolici*, edit. Amstælodami, 1724, t. I, p. 73.)

Quod in hominum judiciis solet contingere, ut alii plus quam par est, aliis minus tribuant, tertii modum servent ac æquitatem; id si super libro Hermæ factum fuisse pronuntiavero, non verebor ne a veritatis tramite censear aberrasse. Scilicet, excesserunt recti fines, quotquot *Pastorem* inseruerunt catalogo divinarum Scripturarum : cum hodie ab universa Ecclesia extra Canonem legatur. Fuit autem ea sententia quarumdam Ecclesiarum ex illis Græciæ, apud quas, teste, post Eusebii *Historiam*, lib. III, cap 3, Hieronymo in tractatu *De viris illustribus*, publice recitabatur. Credibile namque fit partem opus habuisse pro canonico, partem pro ecclesiastico : quo de ultimo dubitare nos non sinunt testimonia Athanasii in Epistola Paschali, et Rufini *ad Symbolum* ; sicut primum confirmatur tum per auctores qui Hermæ scriptum inter dubia volumina, et ab aliquibus admissa, rejecta ab aliis recensent; tum per antiquos Bibliorum codices manu exaratos, quorum nonnulli *Pastorem* quoque complectuntur, ut ille bibliothecæ Sancti Germani, tum per manu scriptas veteres Stichometrias, quæ similiter Hermam continent; qualis exstat in eadem locupletissima bibliotheca, et in thesauro librario Regis Christianissimi, superius edita in proleg. ad S. Barnabam; tum denique per Ecclesiæ magistros ad eamdem opinionem accedentes. Nam Irenæus ut Scriptura videtur citare. Clemens Alexandrinus divinam esse revelationem innuit. Tertullianus, lib. *De oratione*, cap. 12, venerationem illius non improbat, absit modo superstitio. Catholici apud eumdem Mertullianum, libro *De pudicitia*, Montanistis opponunt, ad auctoritatem fidei confirmandam : quemadmodum, apud Athanasium, Ariani Catholicis.Origenes Scripturam divinitus inspiratam putat, licet aliter sentientibus nolit fieri præjudicium. Cassianus denique testimonia inde desumpta cum textibus sacris miscet.

At ex parte adversa multum be honore Hermæ *Pastori* debito detrabitur a Tertulliano ex antiquis. Ille mirum quantum mutatus per Montanistarum præstigias a Tertulliano illo, libri orthodoxi *De oratione* conscriptore, *Pastoris* scripturam in opere hæretico *De pudicitia* suggillat, appellans apocryphum, falsam, adulteram; amatricem, patronam et sociam mœchorum ; asserensque, ab omni concilio Ecclesiarum, etiam nostrarum Catholicarum, et divino Instrumento expelli. Ubi jocularis est error cujusdam ad Nonnum,quasi egerit Tertullianus de muliere adultera per Joannem evangelistam initio capitis VIII memorata. Ab illis quoque minus quam satis sit, honorifice sentitur, qui in Origine *Pastoris* librum contemptui habent. Omitto Prosperum, quia mirum non est quod homo vivens inter Latinos suos, quibus pene ignotum fuisse *Pastorem* refert Hieronymus, nullam auctoritatem operi ignorato tribuerit Eusebium etiam prætereo, Hieronymum, Gelasium, Nicephorum CP.,qui cum nothis et apocryphis numerant. Jam de iis appelationibus quid significent, sententiam meam protuli in notis ad Barnabam. Addi tamen inibi dictis nunc velim, de illa divisione Scripturæ in canonicam, dubiam et apocrypham ; opus aliquod nec falsi nominis, nec doctrinæ noxiæ, appellari posse apocryphum, quod extra Canonem ab omnibus Ecclesiis collocetur. Atque ea significatione, opinor, Hermæ *Pastor* Nicephoro CP. apocryphus est. Venio ad recentiores ; homines, ut equidem mihi videtur, duræ frontis. Quis enim, quæso, non obstupescat, cum legerit nonnullorum judicia de volumine a tot tantisque viris tantopere celebrato? Hi librum optimum utilissimumque prædicant.Illi vero infamant atque exagitant, ut Novatianorum et Pelagianorum fontem, Montanisticarum superstitionum gurgitem, insuperque fautorem Arianorum, ut fabulosum ; ut (proh magna crimina!) liberi arbitrii, solitudinis monasticæ, necnon purgatorii astructorem ; ut ruditate Christianismi ac reliquiis gentilitatis conspicuum ; ut pseudepigraphum, suppositititium ; ut alium ab eo quem olim manibus terebant SS. Patres ; denique ut barbarum, atque per hæreticos interpolatum, insertis erroribus ac fabellis. Quas accusationes et consimiles, frivolo aut nullo fundamento subnixas,cum ad loca pervenerimus, si necesse visum fuerit, Deo dante, absque confutatione non relinquemus.

Medium itaque beati tenuere, cum olim, tum

nuper, quicunque Hermæ *Pastorem* judicavere σύν- A ταγμα non quidem canonicum, sed ecclesiasticum, ac optimæ notæ, et propugnaculum fidei catholicæ adversus Montani duritiam ; ad hæc fetum Hermæ, apostolici illius viri (nulla quippe ratio contrarium evincit,) quem Paulus in fine Epistolæ ad Romanos salutari jubet. Nam qui Hermetem seu Hermem in illus locum substituunt, aut utrumque confundunt, decepti videntur a fabula *Libri pontificalis*, ubi ad similitudinem Hermæ fingitur quidam Hermes, Pii papæ primi frater, scriptor libri quo continebatur Mandatum angeli, visi in habitu pastoris, de Paschate die Dominica celebrando. Quod commentum multi amplexi sunt, præcipueque nescio quis poeta sub honesto Tertulliani nomine latens I. III *adversus Marcionem*, in fine ; item epi- B stolarum papæ Pii fabricator, epist. 1 ; Beda, Ado, alii, in Chronicis, in Martyrologiis ; nec non auctor *Catalogi pontificum romanorum*, ab Ægidio Bucherio in Commentario ad Victorii Canonem Paschalem editus, qui forsan ex pseudo-Damaso debet emendari. Sed et facile fuit librariis, *Hermam* mutare in *Hermem*, et *Hermem* vice versa in *Hermam*. Sicque fortassis apud Magistrum Sententiarum, lib. IV, dist. 35, n. 5, ex Herma factus fuerit *Hermes* : similiterque in Rufiniana Origenis interpretatione, lib. I *De principiis*, cap. 3, et lib. IV, cap. 2. Postremo sane loco caput primum *Philocaliæ* Hermam ostendit. Et contra forte prædictus poeta *Hermes* scripserat, non *Hermas ;* nisi si, quem errorem errasse videtur pseudo-Pius, Hermem et Hermam pro uno eodem- C que habuerit. Nec dissimili, quamvis alia depravatione editiones S. Hieronymi libro *De nominibus Hebraicis*, capite de Epistola ad Romanos, exhibent, *Ermon, anathematizantes mœrorem* ; cum et res ipsa, et capita de Numeris, de Actis apostolorum, *Ermen* reponendum persuadeant ; tametsi *Ermon* quoque eodem sensu exponatur in capitibus de Deuteronomio, de Jesu Nave (ubi perperam *Emon* apparet) et de Psalterio.

Jam vero ex Rufini *ad Symbolum* verbis obscurioribus nascitur quæstio. Quæ si ita distinguantur, *Libellus qui dicitur Pastoris sive Hermatis, qui appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri* ; unus noster liber quatuor geret nomina, *Pastor, Hermas, Duæ Viæ, Judicium Petri.* Sin autem ubi virgula conspicitur, major distinctio ponatur, duo puncta D vel punctum cum virgula, duo constituentur libri binomines, alter *Pastoris, sive Hermatis*, alter *Duæ Viæ vel Judicium Petri.* Equidem nullus dubito, quin diversa volumina exstiterint : suspicor magis a Ruffino scriptum, *Libellus qui dicitur Pastoris sive Hermatis ; quique appellatur Duæ Viæ vel Judicium Petri.* Rationes, cur opera non confundam, hæc sunt : 1. De uno libello sic locutus fuisset : *Qui dicitur Pastoris, sive Hermatis, sive Duæ Viæ, vel Judicium Petri.* 2. In toto *Pastore* ne verbum quidem de Petro. 3. Pauciora de duabus viis profert initio mandati sexti, quam ut inde nomen acciperet. Certe multo plura apud Barnabam et in Constitutionibus apostolorum, hoc denominationis iis scriptis non dedere. 4. Aperte B. Hieronymus in catalogo *Judicium Petri* distinguit ab Hermæ *Pastore :* de primo enim disserit in Petro, de secundo in Herma. Atque hæc ad Rufinum.

Ex Origenis autem verbis, lib. IV *De principiis*, cap. 2, in *Philocaliæ* cap. 1, p. 22 : Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ Ποιμένι, περὶ τοῦ προστάσσεσθαι τὸν Ἑρμᾶν δύο γράψαι βιβλία, καὶ μετὰ ταῦτα αὐτὸν ἀναγγέλλειν τοῖς πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας ἃ μεμάθηκεν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, οὕτω διηγούμεθα. Hoc est, *Ideo nos et illud in* Pastore, *libro qui a quibusdam contemnitur, cum jubetur Hermas duos libros scribere, ipseque postea annuntiare senioribus Ecclesiæ ea quæ a Spiritu didicerat, sic exponimus.* Ex hoc, inquam, sermone conjecerunt viri docti *Pastorem* commentariis ab Origene fuisse illustratum. Quanquam loquitur duntaxat de præsenti expositione, quam nempe eodem loci post Hermæ testimonium statim subjungit. Est et alius error nonnullorum adeo crassus, ut nec refutationis indigeat. Dicunt ab Hieronymo, in Prologo galeato, per *Pastorem* non intelligi librum Hermæ, sed tertium Machabæorum, contorta et longe petita utentes deductione ἀπὸ τῆς παστάδος sive παστίδος. Cum ex aliis Hieronymi cæterorumque locis res manifestissime pateat.

Denique, cujus habemus animadversiones multas ad nostrum auctorem, Barthius, cum passim labitur, tum contra antiquam eam versionem quatuor committit. Prius, appellando rusticam, semibarbaram, semiveterem : quod neutiquam est. Alterum, temere et absque ulla ratione, imo contra omnem rationem, affirmando, epitomen magis esse quam interpretationem. At aliter rem se habere liquet ex convenientia textuum a veteribus prolatorum. Equidem videntur ista citari ex *Pastore* a Clemente *Strom.* II, pag. 384 : Προηγεῖται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. *Præcedit quidem fides timor vero ædificat, perficit autem charitas ;* quæ ibi non inveniuntur ; verum Clementis sunt, sua Hermaicis interserentis. Tertium commissum, quando futilibus conjecturis hariolatur, scriptam fuisse post Hieronymi tempora, et ab Anastasio D Bibliothecario. Esto, concedamus barbariem ubique redolere : num eadem de causa antiquissimam Irenæi interpretationem Anastasio ascribemus ? Sed Hieronymus testatur plerisque sui temporis Latinis Hermæ volumen Ignorari ! Quid inde ? At multo antea plebi Africanæ notissimum exstitit ; utpote ex cujus lectione mos invaluerat *assignata oratione assidendi*, ut verbis utar Tertulliani. At a Latinis catholicis, tempore Zephyrini ac ejusdem Tertulliani, ad jugulandam Montani impietatem ad hibebatur. Sane ante Anastasium ab Hieronymo, Rufino, Cassiano, Gelasio, Beda et Walfrido Strabo, Latinis scriptoribus, memoratur. An necesse est

ut omnes isti Græce legerint, et non ex nostro interprete? Transeo reliqua Barthii momenta, pulvere ventoque leviora, ut ultimum illius peccatum attingam. In eo autem consistit, quod Joanni Tarino eam affingit opinionem, de qua vir ille eruditissimus οὐδὲ κατ' ὄναρ, quasi ad *Philocaliæ* caput primum Rufino ascripserit *Pastoris* Latinam translationem. Nos ut nihil certi afferre possumus, ita suspicamur per prima Ecclesiæ tempora Latinos non caruisse laudatissimi operis versione: eam vero aliam a nostra fuisse, nihil nos cogit dicere. Cæterum antequam manum hinc tollam, monitum te velim, Lector, et capitum lemmata abesse a codicibus mss. quibus usus fui: et in notis marginalibus, quas ad textum apponendas curavi, litteram G, significare ms. S. Germani, litteram V, ms. S. Victoris; mero autem asterisco, ante caput 8 Visionis 3 lib. I indicari utrumque codicem, postea solum Victorinum. *Adjectæ sunt, in hac editione, variæ lectiones ex antiquo codice Carmelitarum Excalceatorum, suburbii Parisiensis; quas ad calcem totius voluminis legere licebat in Paris. Edit. Accesserunt etiam quæ in infima pagina Oxoniensis editionis*, anni 1685 *leguntur, ex codd. Bodleianæ et Lambethanæ bibliothecarum.*

# GALLANDII PROŒMIUM

## AD S. HERMAM.

(*Veterum Patrum Bibliotheca*, t. I, Venetiis, 1765, in-fol., Proleg., p. XXVI.)

CAP. I. *Quis cujasve fuerit Hermas, Distinguendus tum ab Herme, Dalmatiæ, ut fertur episcopo, tum ab Hermete Pastore, Pii I fratre.*

Clementem Romanum excipit Hermas, vir et ipse apostolicus, non modo Patrum vetustissimis celebratus, verum etiam ab Apostolo salutatus ad Romanos scribente [3], antequam Romam Paulus ipsemet appulisset. Probe autem distinguendus noster Hermas ab *Herme* seu *Hermete*, prout sane utrumque cum nominis varietate, tum re ipsa, Patroba interjecto, distinxit idem Apostolus. Siquidem loco citato: *Salutate*, inquit, *Asyncritum, Hermam, Patrobam, Hermen*, etc., quorum ille, si fides Pseudo-Dorotheo atque Hippolyto, Philippopoleos; hic vero Dalmatiæ episcopus fuisse fertur. Potiore item jure secernendus uterque ab *Hermete Pastore*, domo Aquileiensi, sancti Pii I fratre, sub cujus pontificatu centum ferme post Paulum annis librum *De Paschate* scripsit, nunc deperditum, vel saltem hactenus incompertum. De his autem plura dudum protulerunt viri eruditissimi, Nourrius [4], Fontaninus [5], aliique; ad quos proinde, ne longius quam par sit excurrat oratio, lectores remittimus. Interim vero, veterum præsertim ac recentiorum scriptorum auctoritate ducti, Hermæ quem Paulus proxime ante Patrobam salutavit, opus *Pastor* inscriptum asserendum existimamus; eo vel maxime quod auctor ubique in ipso libello, *Hermæ*, non autem *Hermis* aut *Hermetis*, nomen assumat.

Italum, quin et Romanum fortasse fuisse scriptorem, vel saltem inter Latinos diu vixisse, plura suadent vestigia in ejus opere passim obvia. Nam statim ab initio hæc habet [6]: *Qui enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Post multos autem annos hanc visam ego recognovi, et cœpi eam diligere ut sororem. Exacto autem tempore aliquo, lavari eam in flumine Tiberi vidi*, etc. Itinera quoque sua et mansiones describens, *Cumarum* meminit [7]; loco enim citato pro *cum his* legendum *Cumis*, cl. Cotelerius recte conjecisse videtur. Meminit item *viæ Campanæ* [8], nec non *Arcadiæ* [9]: unde lux haud modica conjecturæ nostræ accedit; eamdemque pariter confirmare putaverim ejusmodi verba [10]: *Cum*, inquit, *ambularem in agrum, et considerarem ulmum et vitem... De hac vite et ulmo disputo.* Ad quem Hermæ locum illustrandum apposite a Cotelerio adhibita Servii explicatio Virgiliani hemistichii [11]:

1 . . . . *ulmisque adjungere vites.*

« Secundum Italiæ situm, ait, locutus est; in qua vites altius elevantur. Sic alibi [12]:

*Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.* »

Quibus addas maxime velim, Hermam Græce scribentem, ad jejunium indicandum, στάσεως, *stationis* vocabulum more Latinorum usurpasse [13]: quod eo quidem sensu Græcis vocatum, nuspiam se legisse meminit vir eruditus modo laudatus. Neque sane ullum hujus vocis exemplum, eadem significatione apud Græcos acceptæ, profert Cangius [14], neque ab eo excitatus Petavius [15].

Cæterum divitem præterea fuisse aliquando Hermam [16], uxoremque duxisse ex qua filios susceperit [17], quæ tamen ipsi *futura erat soror*; ita nempe

[3] Rom. XVI, 4. [4] Nourr., *Appar. ad bibl. PP.*, tom. I, pag. 49 seq. [5] Fontan., *Hist. litter. Aquil.* lib. II, cap. 11, pag. 64 seq. [6] Herm. *Past.* lib. I, vis. I, cap. 1. [7] Id. *ibid.* vis. II, cap. 1. [8] Id. *ibid.*, vis. IV, cap. 1. [9] Id. *ibid.*, III, simil. IX, cap. 1. [10] Id. *ibid.*, simil. II. [11] Virg. *Georg.* lib. I, vers. 2. [12] Id. *ibid.*, lib. II, vers. 89. [13] Herm. *Past.* lib. III, simil. V, cap. 1. [14] Cang., *Glossar. med. Græc.*, v. Στάσις. [15] Petav. in not. ad Epiphan., pag. 356. [16] Herm. *Past.*, lib. I, vis. III, cap. 6. [17] Id. *ibid.*, vis. II, cap. 2 et 3.

soror uta tori usu dissociata, non amplius uxoris munere fungeretur, testatur ipsemet auctor. Sed quod rei caput est, Ecclesiæ Romanæ presbyter erat noster Hermas, eo tempore quo suum *Pastoris* opus scribebat : quod quidem jure collegisse videtur Dodwellus [18]. « Jubetur enim ipse, inquit vir criticus, duo Revelationum suarum exemplaria describere [19] : Clementi alterum ad exteras civitates transmittendum : alterum Graptæ, viduis legendum orphanisque sub viduarum cura institutis : suum vero tertium exemplar, Ecclesiæ Romanæ senioribus seu presbyteris, ipsum legere oportebat Hermam. Sicut ergo Clementis Ecclesiæ Romanæ episcopi munus erat ad reliquos exterarum Ecclesiarum episcopos mittendi libellum : et Graptæ viduæ legendi collegis viduis et orphanis : sic sane qui Ecclesiæ Romanæ presbyteris renuntiaturus erat Hermas, ejusdem pariter Ecclesiæ ipsum fuisse presbyterum erat consentaneum. » Hactenus vir ille eruditus. Alia insuper nonnulla de nostro Herma libuit adnotare Moshemio [20], quæ tamen haud magni refert recensere.

CAP. II. *Opus Hermæ*, PASTOR *inscriptum. De Græcis ejus laciniis, deque vetere Latina versione.*

Illud potius notatu dignum occurrit, quod Hermas in suis visionibus describendis Zachariam prophetam imitatus videatur; quin et « opus suum eo tam singulari exarasse stylo existimatur, quod illum ad alliciendos movendosque hominum animos, atque ad tradendam doctrinam suam aptissimum et efficacissimum judicaret, » ut conjicit vir doctus [21]. Aliter tamen visum erudito Dodwello [22]. Ejus autem liber antiquis Patribus sive Græcis sive Latinis, *Pastor* aut *liber Pastoris* passim appellatur; indeque fortasse derivata denominatio hujusmodi, quod in toto ferme opere Pastor inducitur Hermam alloquens et informans. Nunc vero tribus distinguitur libris, quorum primus *Visiones* IV, secundus *Mandata* XII, tertius *Similitudines* X complectitur. Hæc tamen divisio posterioribus editoribus ascribenda; siquidem illam neque mss. exemplaria, neque vetusti scriptores agnoscunt; quin et a codicibus qui superant abesse capitum lemmata, Cotelerius aliique observarunt.

Hoc autem opus Græce primum fuisse scriptum nemo nescit : dolendum tamen quod textus jamdudum temporum injuria sic exciderit, ut nonnulla tantum loca supersint, vetustiorum Patrum Græcorum operibus intexta. Quibus quidem laciniis, in primis vero fragmentis iis quæ satis multa occurrunt in *Doctrina ad Antiochum ducem*, inter Athanasii suppositicia primum a doctissimo Montfauconio evulgata, jactura hujusmodi utcunque sarciri potest. Verum de hujus operis pseudo-Athanasiani pretio cl. editorem audire juverit [23]. « *Doctrina*, inquit, *ad Antiochum ducem*, otiosi hominis commentum, eo tamen nomine pretiosa et commendanda est, quod magnam libri *Pastoris* partem, cujus Græca jamdiu interiere, Græce nobis exhibeat; et quidem ita puram, ita Latinis *Hermæ Pastoris* consonam, ut ad verbum ex eo ut plurimum descriptam esse conspicuum sit. Primo namque scriptor iste Antiochum nobis repræsentat adeuntem S. Athanasium, infirmitatis corporeæ causa; ut una precibus suis levet ægritudinem, et, monitis viam paret ad pœnitentiam. Huic Athanasius sanitati restituto, duodecim Mandata tradit, quæ nihil aliud sunt quam duodecim illa *Hermæ Pastoris Mandata*, quibus constat liber secundus, ita tamen ut non integra semper, sed quibusdam ademptis afferat. Deinde multa alia ex eodem libro hinc inde consuuntur, ac postremo magnam et prolixam narrat Antiochi visionem, quam item ex tertio *Pastoris* libro mutuatus est. Hoc itaque opusculum licet prima fronte flocci quidem faciendum videatur, maximi tamen est momenti; quippe cum libri illius apostolorum ævo editi, et a tot Patribus nec sine laude memorati, multa et prolixa nobis fragmenta suppeditet. » Hactenus V. C.

Quamvis vero textus Hermæ Græcus interciderit, integra tamen exstat interpretatio Latina, cujus auctor penitus incompertus. Sed quisquis demum ille fuerit, ejus tamen versionem vetustissimam esse constat, utpote quæ Tertulliani ætate fuisse videtur Ecclesiæ Africanæ notissima; quod utique aperte colligitur ex ejus libro *De oratione*, unde locum desumptum inter veterum testimonia retulimus. Merito igitur a viris eruditis explosa Barthii sententia, *Pastoris* versionem Anastasio Bibliothecario ascribentis [24] : quæ scilicet longe ante Hieronymo, Rufino, Cassiano aliisque Anastasio antiquioribus Patribus comperta fuisse perhibetur; quaque insuper usus comperitur vetustus auctor homiliæ *De aleatoribus* inter opera Cypriani, ut alios prætereamus. Quæ vero subdit idem censor de hac antiqua versione quibus illam deprimere conatur, levioris sunt momenti quam ut in iis refellendis tempus insumamus.

CAP. III. *Quanto in pretio apud Patrum vetustissimos habitum. Valde utile jure existimatum. Hinc immerito a nonnullis reprobatur. Solvuntur aliquot objectiones, ab antiquorum Patrum auctoritate petitæ.*

Patrum antiquissimis, Græcis in primis, tanto in pretio fuit Hermæ *Pastor*, tantumque apud ipsos auctoritate valuit, ut ab eorum nonnullis, ut puta Irenæo, Clemente Alexandrino atque Origene [25], fuerit inter canonicas Scripturas recensitus : adeoque nihil mirum, si opus illud in antiquis biblio-

[18] Dodw. in addit. ad Pears. Opp. post. pag. 196, et in Dissert. sing., *ibid.*, pag. 158. [19] Herm. *Past.* lib. I, vis. II, cap. 4. [20] Mosbem. *Instit. Ist. Christ. major.*, pag. 225. [21] Nourr. *Appar. ad Bibl. PP.*, tom. I, pag. 57. [22] Dodw. *Dissert.* II *in Iren.* § XVI, p. 120, et in addit. ad Pears. Opp. post., p. 197. [23] Montf. Athan. Opp. tom. II, p. 251. Monit., n. 111. [24] Barth. not in Herm. pag. 855. [25] videsis Veter. testimon. Hermæ *Pastori* præmissa.

rum codicibus atque in veterum Stichometriis, Novi Fœderis libris sujectum reperiatur. Athanasius vero, Hieronymus ac Rufinus eumdem locum ipsi attribuunt, quem Sapientiæ Salomonis nomine inscriptæ, et Sapientiæ Sirach, nec non libris Esther, Judith, Tobiæ atque Machabæorum assignant. Uno verbo, Hermæ *Pastor* vetustis Patribus passim habitus, non quidem veluti liber canonicus, sed veluti ecclesiasticus et optimæ notæ, quin et *maxime necessarius* ac *utilissimus*, ad fidei dogmata propugnanda comparatus, atque ad plebis institutionem quammaxime idoneus.

Verum, si quosdam audias, Novatianorum et Pelagianorum fons [26], Montanisticarum superstitionum gurges fautorque Arianorum habendus Hermas : impurus insuper dogmatistes, qui scilicet liberum arbitrium [27], purgatorium et monasticam solitudinem astruat : denique tanquam larvati prophetæ somnia, ejus scripta reputanda, adeoque inter suppositita et hæresibus fabulisque oppleta rejicienda. Sic nimirum scriptorem apostolicum censores isti morosi exagitant, ejusque *Pastorem*, præstantia et utilitate commendandum, atque a vetustioribus Patribus tantopere celebratum infamant. Attamen eorum criminationes levissimas esse nulliusque ponderis, complures viri doctissimi prodiderunt.

Agesis nunc, ne objectiones ad unam omnes taciti præteriisse dicamur, eas saltem quæ a Patrum auctoritate repetuntur, hic ducimus discutiendas. Inter illas vero præcipua e S. Hieronymo desumpta occurrit, cujus hæc sunt verba : *Liber ille apocryphus*, inquit [28], *stultitiæ condemnandus est, in quo scriptum est quemdam angelum nomine Tyri præesse reptilibus.* Quo loco nonnullis visus est sanctus doctor Hermæ *Pastori* severioris censuræ notam inussisse, illud nempe viri apostolici dictum respiciens [29] : *Misit Dominus angelum suum qui est super bestias, cui nomen est Hegrin, et obturavit os ejus ne te dilaniaret.* Hinc, inquiunt, Hermæ *Pastorem* non solum contemnit doctor maximus, verum etiam stultum esse decernit. Næ, a vero longe aberrare videntur, qui sic rationes putant. Fac demum respexerit hunc Hermæ locum S. Hieronymus, num vero eapropter universum *Pastoris* librum ille rejecisse dicendus ? Quod enim aliquo in opere quidpiam minus recte aut parum caute scriptum quis detegat pronuntietve, id vero totius operis auctoritati plane officere, nemo jure dixerit. Deinde, qui fieri potest, ut sanctus ille doctor acriter adeo in *Pastorem* invectus fuerit, quem. *De viris illustribus* scribens [30], *revera utilem librum* appellat, quemque *apud quasdam Græciæ Ecclesias publice legi* testatur, *multosque de eo scriptorum veterum usurpasse testimonia* declarat. Hæc autem Hieronymus post scribebat, quam suum in Habacuc Commentarium edidisset ; hujus enim meminit in eodem libro [31], ubi sua scripta recenset ; ut propterea si quid in Hermam durius litteris antea tradiderat, illud vero ipsemet postea correxisse ac emendasse videatur.

Neque demum res est adeo explorata, ut locum Hieronymianum objectum accipere de opere *Pastoris* cogamur : non enim *Tyri*, sed *Hegrin* apud Hermam hodie legimus. Quæ quidem vox inde fortassis enata, ut erudite satis conjicit cl. Cotelerius, quod in Hermæ textu compendiosa scriptura exstaret εγρηγ ; cujus postremæ litteræ inferiore parte exesa, putarit vetus interpres legendum εγρην ; hujusque lectionis vim haudquaquam assecutus, litteris Latinis vocem Græcam reddiderit *Hegrin* : cum tamen legendum fuisset ἐγρήγορος, ac vertentum *Vigil* ex Danielis cap. IV, ubi ἐγρηγόρου, seu *Vigilis* ministerio Babylonis rex ad bestias amandatus legitur : quo forte apostolicus scriptor respexerit. Alii vero [32], ex Colbertini codicis ms. lectione quæ sic se habet : *Misit Dominus angelum suum super bestiam cujus nomen est Hegrin*, colligunt *Hegrin* non angeli, sed bestiæ nomen esse. Græce nimirum scripserit Hermas ἄγριος, illud Psalmistæ spectans [33] : Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. *Exterminavit eam* (vineam) *aper de silva, et singularis ferus depastus est eam.* Cui quidem conjecturæ contextus favere videtur. Siquidem hanc bestiam *pressuræ superventuræ* figuram esse, mox ibidem stylo apocalyptico declarat Hermas : ut proinde cum paulo ante scripserit a Domino super bestiam angelum missum fuisse, ipsius sententia de angelo a Deo in auxilium Christianorum immisso sit accipienda, qui eos in *pressura superventura*, seu imminente persecutione solaretur atque foveret.

Opponitur insuper ex antiquioribus Tertullianus, qui *Pastorem* dure perstringens [34], scripturam vocat apocrypham, falsam, adulteram, adeoque ab omnibus ecclesiasticis conventibus reprobatam. Sed hæc sunt Tertulliani, jampridem in Montanistarum hæresim prolapsi : quod sane in Hermæ laudem vel plurimum cedit. Secus enim Tertullianus orthodoxus alibi sensisse videtur [35].

Alii etiam scriptores Origene vetustiores vel eidem suppares, *Pastoris* libellum in contemptionem adduxisse perhibentur, quorum tacito nomine meminit ipse Adamantius [36]. Verum cum idem Origenes alibi scribat [37], opus Hermæ *valde* sibi *utile* visum, tradatque [38] simul illud quidem *ab omnibus pro divino non habitum*, verumtamen *in Ecclesias circumlatum* : hinc jure quis arguat, Patrem doctis

[26] Blondel., *Apolog.* pag. 17. [27] Rivet. *Crit., sac.*, lib, I, cap. 12. [28] Hieron., *Comment. in Habac.*, I, 14. [29] Herm. *Past.* lib. I, vis. IV, cap. 2. [30] Hieron., lib. *De vir. illustr.*, cap. 10. [31] Hieron. lib. *De vir. illustr.*, cap. 135. [32] Nourr., *Appar. ad Bibl. PP.*, tom. I, pag. 65. [33] Psalm. LXXIX, 14. [34] Tertull., lib. *De pudicit.*, cap. 10. [35] Id. lib. *De orat.*, cap. 12. [36] Origen., *De princip.*, lib. IV, cap. 2, § 8. [37] Id. lib. X *Explan. in epist. ad Rom.* XVI, 14. [38] Id. *Comment. in Matth.*, cap. XIV, edit noviss., tom. II, p. 644.

simum eos scriptores insuper habuisse; adeoque haud nominatim laudasse, quod vel illos nullius esse auctoritatis censuerit, vel immerito nulloque rationum pondere ab iisdem fuisse rejectum ecclesiasticum librum agnoverit. Nisi malis conjicere, hujusmodi scriptores Origeni memoratos eapropter *Pastorem* contemptui habuisse, quod contra nonnullos disceptarent, qui ex eo velut in canonem Scripturarum recepto testimonia depromerent, quibus fides fuerit omnino adhibenda.

Quo etiam sensu fortasse accipiendus Prosper, Collatori Hermæ auctoritatem objicienti, ejus *testimonium nullius esse auctoritatis* respondens [39]. Vel potius dicendum cum aliis, Prosperum propterea *Pastoris* auctoritatem detrectasse, quod illum penitus ignorarit : siquidem, Hieronymo teste [40], liber Hermæ *apud Latinos pene ignotus* erat. Neque vero ab re conjecerint qui putarint. Prosperum considerate dixisse *nullius* esse *auctoritatis testimonium quod disputationi suæ de libello Pastoris* Collator *inseruit;* non quod S. Pater Hermæ *librum* prorsus rejecerit, sed quod *testimonium* ex eodem libro a Collatore in medium prolatum, nihil ad ejus opinionem astruendam conferre perspexerit. Virum doctissimum consule [41].

Cæterum cum Eusebius, Hieronymus, Gelasius in *Decreto*, auctor *Stichometriæ*, Nicephoro CP. attributæ, aliique Ecclesiæ scriptores, apocryphos inter et nothos libros *Pastorem* recensent, eorum sententia non ita est accipienda, perinde ac si esset noxiæ doctrinæ vel falsi nominis opus ; sed quod ab Ecclesia extra Canonem positum agnosceretur, ut viri docti jamdudum monuerunt, nosque superius attigimus. At de his hactenus : nunc alio excurrat oratio.

### Cap. IV. *Quo tempore scripserit Hermas, disquiritur.*

Jam vero, ut ad tempus inquirendum quo scripserit Hermas animum convertamus, illud quidem non adeo exploratum habemus, ut certam ejus notam figere sit in promptu. Verumtamen si quis ejus *Pastorem* rimetur attentius, nonnulla fortasse haud spernenda indicia deprehendet, unde opusculum istud litteris consignatum ante Hierosolymorum excidium, sive circa Christi annum 70 merito existimet. Hanc sane sententiam sunt secuti complures viri eruditi, Dodwellus [42] in primis, Millius [43], Caveus [44], Baraterius [45], atque ut alios prætercamus, V. C. Fontaninus [46] ; qui tamen, sui oblitus, deinceps Hermam ecclesiasticum sæculi II scriptorem appellat. Quod quidem judicium hisce rationum momentis innititur : Primum nempe scripsisse perhibetur Hermas sub Clementis pontificatu [47] ; quem, stante adhuc templo, suam misisse priorem ad Corinthios Epistolam superius ostendimus [48]. Deinde persecutionem Neronianam respicere videtur auctor, dum eorum meminit [49] *qui jam meruerunt Deum, et passi sunt causa nominis ejus feras bestias, flagella, carceres, cruces.* Eamdemque persecutionem iterum memorat, dum se illam effugisse paulo post profitetur his verbis [50]. *Occurrit mihi talis bestia, quæ possit populum consumere: sed, virtute Dei et singulari ejus misericordia, evasi illam.* Et rursus : *Magnam,* inquit, *tribulationem effugisti propter fidem tuam, et qui talem bestiam non dubitasti.* Neronem scilicet *bestiam* vocat, ab Apostolo edoctus, cui *leo* dicitur idem tyrannus, ubi ait [51] : *Dominus autem mihi astitit, et confortavit me : et liberatus sum de ore leonis.* Ita Patres et interpretes passim. De hac autem persecutione fuisse locutum Hermam tum hic, tum etiam alibi [52], vix ea dubitare sinunt quæ superius in eamdem sententiam edisseruimus [53]. Denique *pressuræ superventuræ* mentionem injicit vir apostolicus [54] : qua phrasi θλῖψιν illam μεγάλην et ὀργὴν μέλλουσαν, toties in Novo Testamento prædictas, excidium nimirum Hierosolymorum, respexerit. Qua de re pluribus loco modo citato satis erudite Dodwellus.

### Cap. V. *Quid operæ in ejus Pastorem nunc denuo evulgatum impensum.*

Permultæ quidem circumferuntur *Pastoris* editiones, ex quo primum opus illud anno 1513 Parisiis evulgavit Jacobus Faber. Nos vero ex illis potissimum quæ prodierunt ab anno 1672 subsidia nobis comparavimus, quibus exactior nitidiorque, ut par erat, nostra prodiret. Et primum quidem Græca quantacunque supersunt, in eam comportanda existimavimus, licet secus senserit editor Oxoniensis. Quæ vero Græci textus laciniæ longe prolixiores ad libros Hermæ II et III pertinent, eas demum ex *Doctrina ad Antiochum ducem* præstantis Athanasianorum editionis Montfauconianæ mutuati sumus, haud rati cum Clerico et Russelio Fabricium sequi : ea namque inde primus ipse describens, ita duxit alicubi conformanda, ut veteri interpreti magis cohærerent ; quod suis locis adnotandum curavimus. Aliquot insuper *Pastoris* fragmenta in eodem pseudo-Athanasii opere detexi-mus, quæ tum cl. editorem, tum alios etiam ipsum secutos, fugerunt, ut in notis subjectis monuimus.

Haud minori studio antiquam versionem recensuimus, sedulo collatis variis lectionibus, quas Co-

[39] Prosp., lib. *contr. Collat.*, cap. 30. [40] Hieron., lib. *De vir. illustr.*, cap. 10. [41] Farlat., *Illyric. sacr.* tom. I, pag. 400 [42] Dodw. in *Dissert. singul.*, cap. 11, § 5, ad Pears. postum. pag. 158, et in addend. ad Dissert. Iren., pag. 158. [43] Mill. *Prolegum, ad Nov. Test.*, n. 143. [44] Cav. *Hist. litter.*, tom. I, p. 31. [45] Barat. *Disquis. chron.*, cap. 3, § 3, pag. 39. [46] Fontan. *Hist. litter. Aquil.*, lib. II, cap. 1, pag. 64, 93. [47] Herm. *Past.* lib. I, vis. II, cap. 4. [48] Vide Proleg. ad S. Clementem Romanum, hujusce Patrologiæ t. I. [49] Herm. *Past.*, lib. I, vis. III, cap. 1 et 2. [50] Id. *ibid.*, vis. IV, cap. 2. [51] II Tim. IV, 17. [52] Herm. *Past.*, lib. III, simil. VIII, cap. 3. [53] Prolegom. cap. 1, sect. 1, § 9. [54] Herm. *ibid.* lib. I, vis. IV, cap. 2,

telerius et Fellus e codicibus mss. in medium protulere : quod passim neglexisse Clericum ejusque exscriptorem Russelium sumus experti. Quo quidem in munere peragendo, tanta cum religione interdum versati sumus, ut nimia fortasse cura nostra videri queat. Verum, meo saltem animo, salva res est : siquidem in editore hoc studiorum genus excolente, diligentia potius culpanda quam desideranda existimatur. Denique sacræ Scripturæ loca quæ vir apostolicus respexisse perspicitur. subjicere studuimus. Quod quidem consilium jamdudum ceperat Joannes Albertus Fabricius, qui loca Novi Fœderis ad quæ allusisse videtur Hermas congesserat, teste Reimaro [55]: sed cum collectio isthæc Fabriciana nondum lucem aspexerit, qualemcunque demum hunc laborem subire placuit ; tum ut Dodwello iremus obviam, qui Hermam e Novi Testamenti libris ne testimonia quidem adducere consuevisse censuit [56], tum in primis ut compertum fieret, quam immodica sit Whitbii censura, sacras litteras primis vix labris Hermam attigisse, aut easdem insuper habuisse asserentis [57].

[55] Reimar. *Commentar. de vita et script. J. A. Fabric.*, pag. 207. [56] Dodw., *Dissert. I ad Iren.*, § XLI pag. 74, [57] Whith., *Disquisit. in Bulli Defens. fid. Nic.* lib. I, cap. 2, pag. 19.

---

# DE DOCTRINA S. HERMÆ.

(LUMPER, *Historia theologico-critica de vita, scriptis et doctrina SS. Patrum*, etc. Augustæ Vindel., 1783, t. I, p. 116 — Quæ de vita et scriptis S. Hermæ affert. Lumperus, hæc verbotenus fere ex Cotelerio et Gallandio hausit, et ideo omittimus.)

## OBSERVATIO PRÆVIA.

Cum primum Hermas monita in visionibus, quæ ab ipso describuntur, accepta publici juris fecit, tantam ea in Ecclesiam Græcorum præsertim nacta sunt auctoritatem, ut iis non modo ad veritates fidelibus propositas confirmandas, sed et ad hæreticos refellendos atque impugnandos uterentur. Sic S. Irenæus Hermæ testimonio fidem in unum Deum omnium creatorem (1) confirmat. Laudatur etiam a Clemente Alexandrino (2) ad comprobandum Deum falsis æque ac veris prophetis in Ecclesiæ utilitatem ad incredulos confutandos (3) uti, qui divinas revelationes fabularum loco habent ; atque ad demonstrandum, opera ac verba nostra (4) invicem consentire debere; a Tertulliano etiam adhibebatur, ut ostendat (5), quo corporis habitu orandum sit ; postremo ab Origene (6) ut probet unam peccati diem pœnæ anno esse puniendam.

## ARTICULUS I.

### OBSERVATIONES DOGMATICÆ.

### § I. *De S. Scriptura.*

Egregium nobis testimonium de reverentia erga libros sacros, qualis isto tempore vigebat, tres Hermæ libri perhibent. Hermas enim, qui ἀπόκρυφον (apocryphum opus) Novi Testamenti nullum adhibuit, e libris canonicis permulta hausit, quæ pertinent ad Evangelia Matthæi, Marci, Lucæ et Joannis; ad Acta apostolorum ; ad Epistolas Pauli, nimirum ad Romanos, ad Ephesios, ad Hebræos (7) ; Jacobi (8), Petri primam et secundam (9) ; divi Joannis secundam (10) ac tertiam (11), atque D. Judæ catholicam (12), nec non et Apocalypsin beati Joannis apostoli, ad cujus exemplum scripsisse videtur. E multis autem locis Hermæ, in quibus colligendis etiam diligentem se præbuit V. C. Lardnerus, hic insigniores duntaxat cum Apocalypsi con-

(1) « Bene ergo pronuntiavit Scriptura, quæ dicit : *Primo omnium crede, quoniam unus est Deus.* » S. Iren. I. IV, *Advers. hæres.*, c. 37.

(2) Lib. *Stromat.*, pag. 311.

(3) « An non enim et virtus, quæ in visione apparuit Hermæ in figura Ecclesiæ, dedit librum, ut describeret, quem electis annuntiari volebat. » Clemens Alex. lib. VI *Stromat.* pag. 679.

(4) Idem, pag. 345.

(5) Tertull., lib. I *De orat.*, cap. 12.

(6) Homilia VIII, *in Numerorum librum.*

(7) Hermas, similitud. VIII, c. 8 : *His igitur non est locus pœnitentiæ.* Confer Hebræorum cap. XII, v. 17.

(8) Hermas, similitud. V, c. 3 : *Quicunque vero inertes sunt, et pigri ad orandum, illi dubitant petere a Domino, cum sit Dominus tam profundæ bonitatis, ut petentibus a se cuncta sine intermissione tribuat.* Collat. Jacobi cap. I, v. 5 et 6. Idem, similit. VIII, c. 6 : *Qui inter reliqua sua delicta nefandis verbis Dominum insectati, nomen ejus nequaverunt, quod super eos erat invocatum* Collat. Jacobi II, v. 7. Idem, mandat. XII, c. 1 : *Spiritus, qui desursum est, quietus est.* Collat. Jacobi cap. III, v. 17. Idem, mand. VII, c. 5 : *Si enim resistitis illi* (diabolo), *fugiet a vobis confusus.* Collat. Jacob. IV, v. 7. Idem, mand. XII, c. 6 : *Audite ergo me, et timete Dominum omnipotentem qui potest vos salvos facere, et perdere.* Collat. Jacobi cap. IV, v. 12.

(9) Hermas, visione III, c. 7 : *Ii sunt, qui crediderunt quidem ; dubitatione autem sua reliquerunt viam suam veram.* Collat. II Petr. c. II, v. 15. Idem, vis. IV, c. 3 : *Aurea autem pars vos estis, qui effugistis sæculum hoc.* Collat. II Petr. c. II, v. 20.

(10) Hermas, mandat. III. *Oportebat enim te, sicut Dei servum in veritate ambulare.* Confer caput quartum Epistolæ secundæ Joannis.

(11) Vide Hermæ mandatum tertium totum.

(12) Hermas, visione IV, c. 3 : *Quoniam immaculati et puri erunt electi Dei in vitam æternam.* Confer D. Judæ apostoli c. XXI, v. 24.

spirantes adnotamus. Primus habetur apud Hermam visione II, c. 4 : *Anum illam. . . quam putas esse ? . . . Est Ecclesia Dei.* Confer Apocalyps. c. XII. Idem vision. IV, c. 2 : *Bestia hæc figura est pressuræ supervenientis.* Collat. Apoc. c. XII. Idem, ibidem : *Ecce, occurrit mihi virgo quædam exornata, tanquam ex thalamo prodiens tota in albis.* Collat. Apoc. c. XXI, v. 2. Idem vis. III, c. 2 : *Nonne vides contra te turrim magnam, quæ ædificatur super aquas lapidibus quadratis splendidis.* Coll. Apoc. c. XXI, v, 19. Idem, ibidem : *In quadrato enim ædificabitur turris.* Collat. Apoc. XXI, v. 16. Idem vis. IIII, cap. 5 : *Lapides quidem illi quadrati, et albi convenientes in commissuris suis, ii sunt apostoli, et episcopi, et doctores, et ministri.* Confer Apoc. XXI, v. 14. Idem vis. III, c. 4 : *Cum ergo consummata fuerit structura turris, omnes simul epulabuntur juxta turrim, et honorificabunt Deum . . . Dic illis, quod hæc omnia sint vera, et nihil extra veritatem est.* Vide Apocalypsis caput XIX, v. 9. Idem similitud. VIII, c. 2 : *Tunc nuntius Domini coronas afferri jussit. Allatæ autem sunt coronæ, velut ex palmis factæ, et coronavit eos viros nuntius. . . Et jussit eos ire in turrim.* Collat. Apoc. c. VII, v. 9. Idem simil. IV, c. 12 : *Nemo intrabit in regnum Dei, nisi qui acceperit nomen Filii Dei.* Collat. Apoc. c. XXII, v. 4.

E libro insuper Ecclesiastici unus apud Hermam occurrit locus (13). Cæterum nos e libris canonicis tantum illis, qui aliquando controversiis subjecti fuerunt, loca hic ascripsimus. Reliqua conferri possunt apud Lardnerum (14). Pro coronide duntaxat adnotamus Hermam nostrum jure optimo inter testes gravissimos de authentia SS. Evangeliorum a Matthæo, Marco ac Luca conscriptorum, præcipuum locum mereri, utpote qui horum evangelistarum sententias, verba phrasesque suis in libris persæpe expressit atque imitatus fuit ; quemadmodum id vir eruditissimus Fassinius ex ordine D. Dominici suo in præstantissimo opere *De apostolica Evangeliorum origine* luculentissime demonstravit.

§ II. *De SS. Trinitatis mysterio.*

Sanctissimum Trinitatis mysterium sub quadam similitudine Hermæ in hoc opere exponit Pastor. *Dominus fundi,* inquit (15), *demonstratur esse is, qui creavit cuncta, et dedit illis virtutem. Filius autem Spiritus sanctus est. Servus vero ille Filius Dei est.* Cur autem Hermas hoc loco Filium Dei dicat servum ? nempe ratione humanæ naturæ; et sub qua ratione Spiritum sanctum dicat Filium ? nimirum τῆς θείας φύσεως, seu divinitatis respectu, quod scilicet ex Deo Patre Spiritu sanctissimo, Spiritus ipse sanctissimus existat, respondet V. C. Bullus (16). Eo siquidem sensu titulus Spiritus sancti singulis personis SS. Trinitatis tribui potest. Nimirum tertiæ divinitatis ὑποστάσει Spiritus sancti appellatio tribuitur proprie, non φύσεως seu *naturæ* respectu ; nam sic et Pater Spiritus sanctus est, et Filius quoque (17) ; sed ratione ineffabilis spirationis, qua ex Patre per Filium ipse procedit. Hæc autem ita se habere, locum inspicienti facile patebit : scilicet totus ibi Hermæ sermo est de Filio Dei, qui ob *nostram salutem servus factus* est, *et corpus, quod serviliter conservatum fuit,* assumpsit. Hactenus Bullus. Aliter rem exponit Cl. P. Mössl in notis ad hunc locum, et mea quidem opinione multo clarius ac felicius, dum ait : « Haud mirandum, quod Spiritus sanctus cum Filio Domini fundi comparetur, quia ipsa quoque Scriptura tam Filio, quam Spiritui sancto peculiarem Ecclesiæ curam atque gubernationem ascribit. » Sic apud Matthæum legimus : *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi* [58-59]. Et apud Joannem : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis* [60]. Vocat itaque Hermas *Spiritum sanctum Filium Patris familias,* quod ille quemadmodum et Filius Dei Ecclesiæ curam gerat assiduam.

Quam sana et ab omni erroris suspicione vacua, et pura fuerit Hermæ de suprema Christi divinitate sententia, his vir cl. Petavius, tametsi alias ante-Nicænis Patribus parum favisse videatur, verbis diserte explicat (18) : « Ab vetustissimis, inquit, scriptoribus . . . nec ab ullo hæresis, falsique maxime de Trinitate dogmatis insimulatus est. » Quam recte vero de divina Verbi natura ille senserit, nemo nisi Socinianæ ac dementissimæ temeritatis homo unquam negaverit. Quid enim quæso ad summam Verbi divinitatem plane declarandam his auctoris nostris verbis clarius et dilucidius ? *Filius quidem Dei omni creatura antiquior est, ita, ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam* (19). Qui Filium Dei omni creatura dicit antiquiorem, is certe eum extra creaturarum omnium numerum ac supra illarum conditionem et naturam esse aperte pronuntiat. Qui autem extra creaturarum numerum, et supra illarum naturam constituitur, hic procul dubio increatus, æternus, et summus supremusque Deus asseritur. Quis namque creatum

[58-59] Matth. XXVIII, 20. [60] Joan. XIV, 16.

(13) Hermas, similitud. IX, c. 23 : *Homo vero cum sit languidus, mortalis, infirmus, et repletus peccatis, homini perseveranter irascitur.* Confer c. XVIII Ecclesiastici, vers. 24.

(14) Lardner *In der Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte,* p. II, tom. I, p. 80-101.

(15) Hermæ *Pastor,* similitud. V, c. 5.

(16) *Defensio fidei Nicænæ,* sect. I, c. 2, pag. 18.

(17) Τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ κατὰ τὸ ἴσον ἥ τε τοῦ Πνεύματος, καὶ ἡ τοῦ Ἁγίου κλῆσις παρὰ τῆς Γραφῆς ἐφαρμόζεται. « Patri et Filio similiter et Spiritus, et Sancti appellatio a Scriptura accomodatur. » S. Gregorius Nyssænus, oratio I. *contra Eunomium.*

(18) Petavius, tom. II, *Theolog. dogmat.,* præfat., cap. 2, § 6.

(19) Hermas, similit. IX, lib. III, cap. 12.

inter et increatum, inter Deum et creaturam nihil omnino medium esse ignorat? Denique eumdem Dei Filium ad condendam creaturam Patri suo æterno adfuisse qui tradit, is profecto illum Patri suo coæternum firmissime asseverat. Eodem plane sensu Hermas paulo superius dixerat : *In servili conditione non ponitur Filius Dei, sed in magna potestate et imperio* (20). Omnes quippe creaturæ Deo serviunt ; *quoniam omnia*, uti de Deo canit Psaltes regius [61] *serviunt tibi*. Qui ergo *in servili conditione non ponitur*, hic creatura nec esse nec dici potest ; qui autem creatura esse et dici nequit, ille certe Deus ipse est.

Age vero, si his omnibus et alia adjicias, quæ de eodem Dei Filio ab auctore nostro scripta legimus: *In magna*, inquit (21), *est potestate et imperio ;* alibi vero ait : *Nomen Filii Dei magnum est, et immensum, et totus ab eo sustentatur orbis* (22) ; ac continuo post : *Omnis Dei creatura per Filium ejus sustentatur*. His verbis summam illius divinitatem aperte renuntiari fatearis, omnino necesse est. Cui enim amabo te, ea omnia convenire possunt, nisi vero Dei Filio, qui ejusdem cum Patre sit immensitatis, æternitatis, potestatis et naturæ. Non audiendus itaque impius nescio quis Socinianus, qui nobis perperam objicit Filium Dei ibidem ab Herma servum appellari, qui post suam tantum mortem a Patre super populum suum potestatem omnem acceperit. Nunquid enim Hermas, cum ibidem, sicut vidimus, dixit : *In servili conditione non ponitur Filius Dei*, sibi ipsi absurde, putideque contradixisse existimandus est ? Quis sanæ mentis homo id unquam asserere, imo cogitatione animoque fingere audeat ? Quis vero, si hunc auctoris nostri locum æquis unquam legerit oculis, ibi continuo non animadvertat, utrumque ab illo de duplici Christi natura, cum humana, tum divina recte traditum et pronuntiatum. Quemadmodum enim Christus ab ipso secundum divinam suam naturam *omni creatura antiquior, in servili conditione non ponitur ;* ita secundum humanam *servus Dei* appellatus est. Et id quidem clarius, quam ipsiusmet Hermæ verbis explicari non potest : *Hoc ergo*, inquit, *Christi corpus, in quod inductus est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui, recte in modestia ambulans et caste, neque omnino maculavit Spiritum illum... Advocavit ergo Filium et nuntios bonos, ut et huic scilicet corpori, quod servivit Spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suæ perdidisse. Accepit autem et post mortem suam idem Christi corpus, humanaque ejusdem natura omnem super populum potestatem ;* tametsi ipsemet Christus, qui secundum divinam suam substantiam Patri ad condendam creaturam adfuerat, ejusdem cum ipso sicut naturæ ita et potestatis semper fuerit. Cum sarta igitur, tecta, integraque sit Hermæ nostri de summa Christi doctrina, nec quid omnino contra illam nisi insulsum plane et ineptum effutire potuerint hæretici ; unus tamen ex illis pauca quædam ipsius verba arrosit, quibus Spiritus sancti divinitatem ab eo negatam fuisse probare perperam conatus est. Hæc porro sunt, quæ ille nobis objicit : *Neque cum vult, homini loquitur Spiritus sanctus, sed tunc loquitur, cum vult Deus* (23). Sed si hunc Socinianum hominem nefarius errantis sectæ amor non penitus obcæcasset, intellexisset utique hanc esse Hermæ nostri mentem, et sensum omnibus facile obvium : *Neque cum homo vult, homini loquitur Spiritus sanctus, sed cum vult Deus*. At quid, obsecro, ex his verbis contra Spiritus sancti divinitatem ? imo vero quid ex illis, nisi pro asserenda divina illius natura, concludi potest ? Ibi enim Hermas veros prophetas divino Spiritu, quando ipsemet voluit, afflatos fuisse asseverat. At quis nesciat, strenuos Nicænæ fidei defensores hoc ad debellandos Arianos, et Spiritus sancti divinitatem adversus Macedonianos invicte propugnandam efficacissimo, ut plane non immerito putabant, usos esse argumento.

Hermæ Pastor duas insuper in Christo naturas apertissime distinguit : divinam unam, secundum quam Dei Filius ante omnem creaturam exsistit, *ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam*. En integrum textum D. Hermæ pro divina natura : *Primum omnium, domine*, inquam, *hoc mihi demonstra. Petra hæc et porta quid sunt ? Audi*, inquit, *porta hæc et porta Filius Dei est. Quonam pacto*, inquam, *domine, petra vetus est, porta autem nova ? Audi*, inquit, *insipiens et intellige : Filius quidem Dei omni creatura antiquior est, ita, ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam creaturam : porta autem propterea nova est, quia in consummatione in novissimis diebus apparebit, ut qui asseturi sunt salutem per eam intrent in regnum Dei* (24). Hoc itaque in loco Pastor Christum exhibet sub imagine tum petræ veteris, quatenus Dei Filius est ante omnem creaturam una cum Patre exsistens ; tum portæ novæ, quatenus idem homo factus in novissimis diebus apparuit. Hæc autem cum Hermas nondum intelligeret, neque capere potuisset, qua ratione, qui Filius Dei est, idem et Dei servus sit, Pastorem suum interrogat ; quare Filius Dei in similitudine hac, servili loco ponitur ? Huic quæstioni respondet quidem Pastor : *In servili conditione non ponitur Filius Dei*, sed in magna potestate *et imperio*. Sed hæc verba integrum Pastoris responsum non absolvunt ; siquidem et alia ab eo mox subjiciuntur, quæ propositæ questionis pleniorem

[61] Psal. CXVIII, 91.

(20) Hermas, simil. V, cap. 6.
(21)) Idem, lib. III, similitud. V, cap. 5 et 6.
(22) Idem, lib. III, similitud. IX, cap. 14.
(23) Idem, mandat. XII, cap. 12.
(24) Idem, simil. IX. cap. 12.

et magis distinctam solutionem continent. Nimirum distinguit rursus Pastor inter Spiritum sanctum seu τὴν θείαν in Christo φύσιν et Christi corpus seu naturam humanam ; ac servilem conditionem, in qua Filium Dei in similitudine posuerat, ad carnem, seu naturam istam humanam duntaxat referendam esse, disertis verbis docet. Postquam enim de Spiritu isto locutus fuerat, *qui infusus est omnium primus in corpore, in quo inhabitaret Deus*, mox hæc subjungit : *Hoc ergo corpus in quo inductus est Spiritus sanctus, servivit illi Spiritui, recte in modestia ambulas et caste, neque omnino maculavit Spiritum illum. Cum igitur corpus illud parusset omni tempore Spiritui sancto recte atque caste, ac laborasset cum eo, nec succubuisset in omni tempore, fatigatum corpus illud serviliter conversatum est, sed fortiter cum Spiritu sancto comprobatum, Deo receptum est* (alludere videtur ad verba Pauli I Timoth. cap. III, v. 16, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, καὶ ἀνελήφθη ἐν δόξῃ), in quibus verbis liquido apparet, Pastorem loqui de corpore seu natura Christi humana, deque eo tantum corpore affirmare, *quod serviliter conversatum fuerit ;* quodque post, ac propter peractam in terris servitutem istam cum Spiritu sancto seu τῷ Λόγῳ in quo subsisteret, *comprobatum Deo, fuerit receptum*, hoc est, ad dextram divinæ majestatis evectum *in excelsissimis*. Hinc Pastor Christi hominis exaltationem adumbraverat in similitudine per servum, quem Dominus fundi, hoc est Deus Pater, propter opus bonum quod præstiterat, Filio suo cohæredem voluit facere. Nempe per servum intelligit corpus, seu humanam Christi naturam ; per Filium vero τὴν θείαν in Christo φύσιν divinam naturam, ut lectorem jam plus semel monuimus. Tunc igitur servus Filio cohæres factus est, cum corpus seu humana natura Jesu Christi post resurrectionem ad dextram Dei collocata, ejusdem gloriæ atque honoris, pro captu suo socia fuerit, particepsque facta, quem honorem Filius Dei seu ὁ Λόγος, etiam ante hunc mundum conditum, apud Patrem suum possideret.

Genuinam hic me Pastoris sententiam exhibuisse, facile perspiciet, quisquis similitudinem illam quintam Hermæ cum cura aliqua legerit. Ex his vero omnibus tandem manifestissimum est, docuisse Pastorem Filium Dei, qua Dei Filius et Deus est, servi rationem etiam respectu Dei Patris neutiquam habere, neque habuisse unquam ; neque aliter servum Dei aliquando fuisse, quam propter incarnationis dispensationem, quam ultro suscepit. Hactenus de Jesu Christi natura divina. Sed humanam insuper Pastor in Christo tradidit naturam, secundum quam *servo comparatus* (25) Filius Dei et ærumnis multis obnoxius fuit, malaque plurima ad hominum peccata expianda pertulit. *Ipse enim viam vitæ, data lege, quam a Patre acceperat, nobis ostendit : atque ideo in redemptos omnes regnat, potestate in eos a Patre sibi concessa.*

Validius nihil tradi potest iis, quæ Pastor in eodem *Similitudinum* libro docet quoad absolutam necessitatem, in qua versamur, mediationis Jesu Christi ad æternam salutem consequendam. Perspicue declarat, neminem intrare posse in regnum Dei, nisi acceperit nomen Filii Dei (26). Explicat gravissimam hanc veritatem paritate alicujus urbis muro cinctæ, quæ unica donatur porta, per quem necessario ille transeat oportet, qui velit urbem ingredi. *Porta vero* addit Pastor post quatuor vel quinque lineas, *Filius Dei est, qui solus est accessus ad Deum, Aliter ergo nemo intrabit ad Deum, nisi per Filium ejus.* Æterna igitur salus obtineri nequit absque fide in Jesum Christum.

§ III. *De Baptismo, pœnitentia, ordine ac matrimonio.*

Ex absoluta necessitate mediationis Salvatoris ad æternam salutem consequendam, aliam fidei veritatem deducit Pastor, quæ ab illa naturaliter fluit, scilicet necessitatem baptismi, ejusque miram efficacitatem. *Antequam enim* ait ille (27), *accipiat homo nomen filii Dei, morti destinatus est : at ubi accepit illud sigillum, liberatur a morte, et traditur vitæ. Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati, ascendunt vero vitæ assignati* (28). Pulchrior fortasse non adinvenitur textus ad necessitatem baptismi, ejusque miram efficaciam comprobandam. Pastor tam vehementer suæ sententiæ insistit, ut contendat justos etiam qui ante incarnationem decesserunt, non potuisse in regnum Dei intrare, nisi divino hoc sacramento signati essent. *Necesse est*, ait ille, loquens de patriarchis, prophetis ac justis ante Salvatoris adventum viventibus, *ut per aquam habeant ascendere, ut requiescant : non poterant enim aliter in regnum Dei intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitæ.* Addit insuper, veteres istos sigillo Filii Dei signatos fuisse, et ita intrasse regnum Dei : *illi igitur defuncti sigillo Filii Dei signati sunt, et intraverunt in regnum Dei ;* deinde, apostolos et doctores Ecclesiæ, post eorum mortem his prædicasse Evangelium Jesu Christi, et dedisse eis baptismum, qui solus deerat, ut essent beati : *Quoniam hi apostoli . . . . cum defuncti essent, prædicaverunt his qui ante obierant, et ipsi dederunt eis signum illud. . . . tantummodo hoc sigillum defuerat eis.* Singularis sane hæc esset opinio, si Pastor vellet hic intelligi de baptismo aquæ puto autem ego cum Cl. Fleurio (29), sermonem hic fieri de gratia baptismi, imo potius sicuti optime advertit. Cl. Cotolerius (30) de baptismo metaphorico, et omnino spiritali, pro-

(25) Hermas, lib. III, simil. V, c. 5 et 6.
(26) Idem, eodem libro similitud. IX, cap. 12.
(27) Idem, *ibid.*, cap. 16.
(28) Agnoscit simul hic Pastor peccatum originale. Nonnulla tamen difficilia et obscura tum hic tum alibi inspergit, quæ benignam interpretationem postulant, ut ab errore vindicentur.
(29) *Hist. eccles.*, tom. I, lib. II, § 46,
(30) Tom. I. Operum SS. PP. apostol., p. 117,

uti conveniebat animabus a propriis corporibus separatis. Cæterum non solus Hermas hanc opinionem amplexus est ; pro ea S. Clemens Alexandrinus (31) quoque pugnavit, qui adducit in hujus causæ patrocinium textus paulo supra recensitos. Quod vero scribit Pastor de prædicatione apostolorum facta animabus justorum,qui ante Incarnationem decesserunt, vehementer obtinet apud veteres (32).

Valde terribile est, quod tradit Pastor circa pœnitentiam (33). *Domine*, dicit ei, Hermas, *audivi a quibusdam doctoribus quod alia pœnitentia non est, nisi illa, cum in aquam descendimus, et accipimus remissionem peccatorum nostrorum ; ita, ut nos non debeamus ulterius peccare* (post receptionem hujus sacramenti). *Hoc verum utique est*, respondet ei Pastor : *recte audisti ;* sed postea ei demonstra, baptismum non esse proprie pœnitentiam, sed remissionem, et pœnitentiam non esse, nisi pro iis, qui postquam vocati sunt, et inter fideles cooptati, a diabolo tentati peccaverunt. *Et ideo dico tibi*, prosequitur Pastor (34), *quod post vocationem illam magnam, et sanctam, si quis tentatus fuerit a diabolo, et peccaverit, unam pœnitentiam habet ; si autem subinde peccet et pœnitentiam agat, non proderit homini talia agenti : difficile enim vivet Deo ;* una enim, ait illi aliquando superius, habetur tantummodo pœnitentiam pro servis Dei : *Servis enim Dei pœnitentia una est.* Nullam difficultatem quoad dogma in his textibus adinvenio ; at timoris et trepidationis argumentum inde sumant oportet ii omnes, qui ob frequentes relapsus valde dubiam reddunt pœnitentiam. Dixi primo loco, nullam in his textibus haberi difficultatem quoad dogma ; quia in postremo eorum sermo est de pœnitentia publica, ut nullo negotio eruitur ex causa, ob quam Pastor illam phrasim adhibet ; loquitur enim ibi de adulterii crimine,quo aliquis sæpe inquinaretur ; at Ecclesia mulctabat olim crimen hoc pœnitentia publica, quæ revera una tantum vice concedebatur. Quoad alium vero textum, nulla nec in ipso difficultas adinvenitur, etiamsi verum esset, Pastorem ibi loqui de pœnitentia particulari ; nam si res ad examen rigorose revocetur, auctor id solum tradere intendit,frequentes scilicet relapsus esse haud dubia indicia adversus falsam conversionem illorum peccatorum, quorum tota vita continuis texitur peccatis et confessionibus sibi invicem succedentibus. *Si post pœnitentiam*, inquit ille, *subinde peccet, et pœnitentiam agat, non proderit homini talia agenti ; difficile enim vivet Deo.* Notandum hic est, Pastorem absolute non asserere,hominem non posse quolibet vitæ suæ tempore veram pœnitentiam agere, et in amaritudine cordis sui, et corde contrito et humiliato ad Deum sese convertere ; sed solum maximam prædicat difficultatem hujus conversionis in peccatoribus,de quibus est sermo ; *difficile vivet Deo*, quod indubium est. Phrases his simillimas, imo asperiores etiam adinvenimus in aliquibus aliis Ecclesiæ Patribus,puto apud S. Clementem Alexandrinum, D. Cyprianum, et S. Ambrosium (35), quod sane veterum horrorem pro frequenti relapsu ostendit. Utinam nostris hisce temporibus, qui ad id tenentur, sanctum hunc horrorem Christianis ingererent! utinam inconsiderata facilitas absolutionum occasionem non præberet peccatoribus facilius prolabendi in peccata ! Observat præterea V. C. Cotelerius (36) quod primi Patres dum unam promittunt duntaxat pœnitentiam, id œconomiæ causa scripserint ; ut nimirum fideles eo magis efficerent cautos, sollicitos, innocentiæ baptismatis servandæ studiosos ubi autem casus emerserit, expressis verbis iteratam etiam pœnitentiam commendarunt. Forte etiam ut advertit V. C. Schollmer (37), pœnitentia solemnis,atque canonica, ex Ecclesiæ veteris disciplina, semel tantum concedebatur ; privata autem et sacramentalis toties quoties peccator serio videbatur dispositus. Cæterum Hermas remissionem peccatorum omnium per veram pœnitentiam toto fere opere suo tam clare, et ex instituto docuisse videtur (38) ut eum Tertulianus propterea *Pastorem mœchorum* per calumniam appellaverit.

Multis quoque in locis docet Pastor, dimissa culpa nequaquam eo ipso dimitti a Deo omnem pœnam : sic enim de laboriosis pœnitentiæ, seu satisfactionis operibus, et pœnis temporalibus scribit Hermas : *Rursum progressi sumus paululum, et ostendit mihi pastorem magnum, et velut agrestem figuram habentem, amictum pelle alba caprina, peram gestantem in humero, et manu virgam nodosam et valde duram, et flagellum in manu ; aspectum autem trucem, et sævum habebat, ut posset terrere aliquos ; talis erat aspectus ejus. Hic ergo accipiebat ab*

(31) Lib. II *Stromat.*, et lib. VI.

(32) Vide hac super re V. C. Cotelerium in suis notis in hunc locum.

(33) Hermæ *Past.*,mandat. IV, c. 3, apud Galland., tom. I, pag. 71.

(34) *Ibidem*, cap. 1, apud Galland., t. I, pag. 70.

(35) Cyprianus, lib. *De discipl. et habitu virginum*, pag. 162 ; Clem. Alex.,l. II *Strom.* : idem legitur apud S. Ambrosium, l. II *De pœnit.*, c. 10 : «Merito, inquit, reprehenduntur, qui sæpius pœnitentiam agendam putant. . . . quia sicut unum baptisma, ita una pœnitentia, quæ tamen publice agitur, nam quotidiani nos debet pœnitere peccati; sed hæc delictorum leviorum, illa graviorum.

(36) Cotelerius in notis ad citat. locum Hermæ.

(37) In *Hist theolog. sæculi* I, pag. 96, n. 33.

(38) Cf. visionem III, cap. 7. Fuere viri quidam docti,qui hunc locum ad purgatorium astruendum produxerunt. Sed, quod pace horum virorum dictum sit multum sane falluntur. Certum siquidem habeo cum V. C. Cotelerio,hic non agi de purgatorio, sed de pœnitentia, ac pœnis purgatricibus,sive afflictionibus, quas Deus ex misericordia sua peccatoribus, in ipsorum emendationem in hac vita immittere solet.

*illo juvene pastore ea pecora, quæ delicias quidem agebant, sed non exsultabant ; et compellebat ea in præcipitem locum quemdam ac spinosum, tribulisque confertum, usque adeo, ut de spinis, et tribulis se non possent explicare ; sed implicita ibi pascebantur spinis, et tribulis : et graves cruciatus experiebantur ex verbis ejus ; agebat enim ea, et nec consistendi eis locum ante tempus permittebat... Hic,* inquit, *pastor, pro justis quidem nuntius est, sed præpositus pœnæ : Huic ergo traduntur, qui a Deo aberraverunt, sed servierant desideriis ac voluptatibus sæculi hujus. Punit ergo eos, sicut meruit unusquisque eorum, sævis variisque pœnis... variæ pœnæ atque tormenta hæc sunt, quæ homines quotidie in sua vita patientur ; alii enim detrimenta patiuntur, alii inopiam, alii diversas acrimonias ; alii injurias ab indignis patientes, multaque alia exercitia et incommoda. Plurimi enim inconstanti consilio multa conantur, nec quidquam conducit eis, et dicunt, in actibus suis successum se non habere ; succurunt eis ea, quæ nequiter fecerunt, et dominum causantur. Cum igitur perpessi fuerint omnem vexationem et omne incommodum ; tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, et firmantur in fide Domini, et per reliquos dies serviunt Domino mente pura, et cum cœperint delictorum agere pœnitentiam tunc ascendunt in præcordia eorum opera sua, in quibus se nequiter exercuerunt, et tunc dant Deo honorem, dicentes justum judicem esse eum, meritoque se perpessos, secundum facta sua* etc. (39).

De afflictionibus autem cum sponte susceptis, tum a præposito pœnitentiæ impositis, ita scribit idem Hermas (40) : *Scio,* inquit, *tutis præcordiis eos agere pœnitentiam. Nunquid ergo,* ait, *protinus putas aboleri delicta eorum, qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuo : sed oportet eum qui agit pœnitentiam, affligere animam suam,et humilem animo se præstare in omni negotio, et vexationes multas variasque perferre. Cumque perpessus fuerit omnia, quæ illi instituta fuerunt, tunc forsitan, qui eum creavit, et qui formavit universa, commovebitur erga eam clementia sua. et aliquod remedium dabit ; idque ita, si viderit ejus qui pœnitentiam agit cor purum esse ab omni opere nequissimo... et rogabo nuntium illum, qui præpositus est pœnæ, ut levius te affligat ; sed exiguo tempore patieris adversa, iterum que tuo loco restitueris : tantummodo in humilitate animi persevera* (41).

Utinam hæc perpendant non protestantes solum, qui opera satisfactiora explodunt,sed et clementissimi illi confessarii, qui pro peccatis gravissimis atque diuturnis, levissimas nullaque ratione proportionatas injungunt pœnitentias,et hac sua lenitate crudelissimi sunt ; cum tanto acerbiora in altera vita istis molliter pœnitentibus perferenda sint supplicia, quæ longe faciliore (comparative) satisfactione hic redimere potuissent ; si enim nos ipsos hic judicaremus, non utique judicaremur ibi.

Præeminentiæ episcoporum non obscurum testimonium occurrit in Hermæ *Pastore. De decimo vero monte,* inquit l. III, simil. IX, cap.27, *in quo arbores erant legentes pecora, tales sunt qui crediderunt quidam episcopi, id est præsides Ecclesiarum.* Et alibi jam scripserat (l. III, simil. IX, c. 9, vide, et visionem III Hermæ). *Nunc itaque vobis dico, qui præestis Ecclesiæ et amatis primos consessus.* Ex quibus eruitur, fuisse tunc primas cathedras, quibus singularis honor, potestasque conjuncta esset, quasque superbi et ambitiosi homines concupiscerent.

Circa matrimonium docet primo Hermas, matrimonii vinculum propter adulterium alterutrius conjugum haud dissolvi. *Quod si dimiserit* (vir) *mulierem suam et aliam duxerit, et ipsæ mœchatur... ergo non debet dimissa conjuge sua vir aliam ducere. Hic actus similis est et in viro et in muliere,* ait Pastor (42).

Dein exponit, quomodo se gerere debeat maritus erga uxorem adulteram Præcipit marito separationem ab uxore sua adultera (quoad torum seu cohabitationem), secus reus ille peccati ejus,et particeps mœchationis ejus. Si vero mulier dimissa pœnitentiam egerit, et voluerit ad virum suum reverti, Pastor mandat marito, ut eam recipiat : secus peccatum magnum admittit. Quod si mulier post pœnitentiam in eadem peccata prolabatur, in iisque perseveret, et pœnitentiam non agat, debet absolute recedere maritus ab illa, ne particeps sit ejus peccati. Hic casus, juxta Pastoris doctrinam, respicit virum adulterium et mulierem adulteram (43). Hasce regula semper observandas edixit Ecclesia, utpote SS. Scripturarum ac traditionis

(39) *Past.* Herm., l. III, sim. VI, cap. 2 et 3.
(40) Loc. cit., sim. VII.
(41) Vide similitud. IX, cap. 6.
(42) Idem, mandat. IV, cap. 1.
(43) En integrum textum ipsius Pastoris : *Domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, et hanc invenerit in adulterio, nunquid peccat vir, si convivat cum illa ? Et dixit mihi ; Quandiu nescit peccatum ejus, sine crimine est vir vivens cum illa, Si autem scierit vir uxorem suam deliquisse, et non egerit pœnitentiam mulier, et permanet in fornicatione sua, et convivit cum illa vir, reus erit peccati ejus, et particeps mœchationis ejus Et dixi illi : Quid ergo si permanserit in vitio suo mulier ? Et dixit : Dimittat illam vir ; et vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam et aliam duxerit, et ipse mœchatur. Et dixi illi : Quid si mulier dimissa pœnitentiam egerit, et voluerit ad virum suum reverti ; nonne recipietur a viro suo ? Et dixit mihi : Imo, si non receperit eam vir suus, peccat, et magnum peccatum sibi admittit ; sed debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam egit, sed non sæpe.,. propter pœnitentiam ergo non debet, dimissa conjuge sua, vir aliam ducere. Hic actus similis est et in viro, et in muliere.* Hermæ *Pastor*, mandat. IV, c. 1.

auctoritate innixas. Adulterium semper habitum est ut legitima divortii causa; nunquam autem dissolvit vinculum matrimonii legitime contracti.

Declarat tandem polygamiam successivam revera licitam esse, cœlibem tamen qui vitam ducit, rem Deo gratissimam facere (44).

§ IV. *De mandatorum Dei observantia et gratia.*

De divinis præceptis sermonem instituens, ea Deum amanti servatu facillima, neque quidquam illis sanctius aut dulcius esse ait (45). Cum vero Hermas Pastori objiceret : *Homo cupit quidem mandata Dei custodire, et nemo est, qui non petat a Domino, ut possit mandata ejus servare ; sed diabolus durus est, et potentia sua dominatur in Dei servos* (46). Pastor illico ei respondet, non posse diabolum dominari in Dei servos, qui ex totis præcordiis in Dominum credunt. *Potest autem*, addit insuper, *diabolus luctari, sed vincere non potest ; si enim resistitis illi, fugiet a vobis confusus.* Ilis verbis confirmari possunt animæ quædam meticulosæ, quibus terrorem incutiunt Christianæ virtutes, easque putant in praxi esse nimis molestas, quinimo et impossibiles eorum naturæ. Velint ipsæ, diligant, et nihil erit difficile ; qui diligit, omnia potest. Hac dilectione de Satana victoriam reportabunt, et communes hujus sortis minas contemnent ; quæ quidem minæ, inquit Pastor, sine virtute sunt, sicut hominis mortui nervi. *Minas autem illius in totum nolite timere ; sine virtute enim sunt, sicut hominis mortui nervi.* Phrasis hæc originalis est, perfectamque habet pulchritudidem ; ac pathetice exponit, quod summo contemptu debeamus habere dæmonem : absit vero quod hoc minus nos sollicitos reddat, ac vigilantes adversus ejus fraudes ac insidias.

Quidam locus occurrit in *Pastore*, qui posset morari lectorem, parum de gratia instructum. *Quorum*, ait Pastor, *viderat Dominus puras mentes futuras, et servituras ei ex totis præcordiis, illis tribuit pœnitentiam : et quorum respexit dolum et nequitias, et animadvertit ad se fallaciter reversuras, negavit iis ad pœnitentiam regressum, ne rursus legem ejus nefandis maledicerent verbis* (47). Videri, inquam, posset hic Pastor aliquibus Pelagianismum saperc, vel ad minus semi-Pelagianismum, in materia gratiæ, quam primo aspectu videtur concedere meritis, et bonis dispositionibus hominum, minime recognoscendo illam ex parte Dei gratuitam. At animadvertendum est primo, primævis temporibus nemini in mentem venisse disputationem instituere supra mysterium gratiæ, eique gloriam præripere conversionis, ac justificationis peccatoris ; atque hac de causa Hermas suum Pastorem perhibet loquentem de gratia satis confidenter. Secundo, si recte ad examen revocetur hic textus, nihil in eo adinvenitur, quod multum detinere nos debeat ; omne id enim, quod ibi docetur, ad hæc reducitur : Deum videlicet concedere gratiam pœnitentiæ hominis sinceritati, ejusque bonis dispositionibus. Hæc phrasis autem nec est Pelagiana, nec Semipelagiana, nisi in sensu eorum, qui tenent, hanc sinceritatem, hasque bonas dispositiones unice ex libero arbitrio procedere, et ex viribus naturæ ; quod quidem nec hic docet Pastor, nec alibi, quod sciam in toto opere suo. Quinimo dici etiam potest non absque ratione Pastorem illis vocibus usum esse ; quippe pœnitentia est una ex iis gratiis, quas Deus non concedit ordinarie loquendo, nisi post multas alias, uti fidei, spei, quæ sunt veluti dispositiones ad istam (48).

§ V. *De angelis.*

Neque prætermittendum a nobis arbitramur, quæ de angelis suis in libris Hermas tradit. Primo quidem docet esse quamdam ipsos inter angelos subordinationem, ita nimium, ut alii sint aliis excellentiores (49). Secundo exponit qualem circa omnes hujus mundi res sollicitudinem habeant. Statuit autem imprimis S. Michaelem archangelum habere potestatem super populum Christianum, et gubernare illum. *Nuntius autem ille...* (verba sunt Pastoris) *Michael est, qui populi hujus habet potestatem, et gubernat* (50). Hinc peculiaris devotio Ecclesiæ catholicæ erga S. Michaelem fundatur in doctrina primævæ antiquitatis.

Idem Pastor aperte quoque declarat Filium Dei præposuisse angelos in custodiam eorum quos Pastor cœlestis ipsi tradidit : *Eis quos Filio tradidit, Filius eis nuntios præposuit ad conservandos singulos* (51). Etsi agatur hic de solis prædestinatis, certum est nihilominus quod Pastor idem privilegium concedat cæteris hominibus.

Primo enim illud concedit neophytis ipsis, dum dicit quod illi ab angelis commonentur ad benefaciendum (52). Deinde declarat in genere, quod duo genii sive duo angeli sunt cum homine, unus æquitatis, et unus iniquitatis (53). Prior ad virtutem, alter ad vitia excitat. Malus ipse genius diabolus

(44) *Et iterum dixi illi : Si vir vel mulier alicujus decesserit, et nupserit aliquis illorum ; nunquid peccat ! Qui nubit, non peccat*, inquit, *sed si per se manserit, magnum sibi apud Dominum conquirit honorem.* Hermæ *Pastor.*, mand. IV, c. 4.

(45) *Ponite vobis Deum, Deum vestrum in corde habere, et intelligetis quod nihil facilius sit his mandatis, neque dulcius, neque mansuetius, neque sanctius.* L. II, mand. XII, c. 3 et 4.

(46) Idem, *ibid.*, c. 5.

(47) Idem, *Past.* similitud. VIII, cap. 6.

(48) Quinimo Deum anteriori quadam gratia eos ad pœnitentiam præparasse, inde patet ; quia paulo superius angelus ad Hermam dixit : *Vides quod multi egerunt pœnitentiam et assecuti sunt salutem. Video*, inquit Hermas, *domine. Ut scias*, ait angelus, *bonitatem et clementiam Domini magnam, et honorandum esse, qui dedit spiritum eis qui digni erant pœnitentiam agere.*

(49) Hermæ *Past.*, visione III. cap. 4.

(50) Idem, similit. VIII, c. 3.

(51) Idem, similit. III, c. 6.

(52) Idem, l. I, vis. III, c. 5.

(53) Idem, l. II, mand. VI, c. 2.

est, quemadmodum ipse alio loco fatetur (54). Angelum quoque Hermas noster commemorat, qui terribili cuidam belluæ præerat, quam per somnium viderat, atque Hegrin appellat (55). En ipsius Pastoris verba : *Misit Dominus angelum suum, qui est super bestias : cui nomen est Hegrin, et obturavit os ejus, ne te dilaniaret*, etc. Viri docti circa vexatum hunc locum diversa sunt commenti. Celeberrimus Nourrius eum restituendum putat ex codice Colbertino, qui sic habet : « Misit Dominus angelum suum super bestiam, cujus nomen est Hegrin (56). » Suspicatus jam fuerat doctissimus Cotelerius, Hermam Græce hoc fere modo scripsisse : Ἔπεμψε Κύριος ἄγγελον αὐτοῦ, ὃς ἐστιν ἐπὶ θηρίον, ᾧ ὄνομα Ἄγριον. Quam in sententiam recitat illud psalmi LXXIX, v. 14 : Ἐλυμήνατο αὐτὴν σὺς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν. *Devastavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam* [61*], cui quidem conjecturæ contextus favere videtur (57). Siquidem hanc bestiam *præssuræ supeventuræ* figuram esse mox ibidem stylo apocalyptico declarat Hermas. Ut proinde cum paulo ante scripserit, a Domino super bestiam angelum missum fuisse, ipsius sententia de angelo a Deo in auxilium Christianorum misso sit accipienda, qui eos in pressura superventura, seu imminente persecutione solaretur atque foveret. Cl. Cotelerius inde enatam conjicit vocem Hegrin, quod in Hermæ textu compendiosa scriptura exstaret ἔγρηγ, cujus postremæ litteræ inferiore parte exesæ, putarit vetus interpres legendum ἔγρην; hujus lectionis vim haud quaquam assecutus, litteris Latinis vocem Græcam reddiderit *Hegrim* : cum tamen legendum fuisset ἐγρήγορος, ac vertendum *vigil*, ex Danielis capite quarto ubi ἐγρηγόρου, seu *vigilis* ministerio Babyloniæ rex ad bestias amandatus legitur : quo forte apostolicus scriptor respexerit. Hactenus cl. Gallandius ex Nourrio atque Cotelerio. Ad hunc vexatum Hermæ locum respexisse Hieronymum l. I *in Habacuc* I, 14, nonnullis visum. Licet alii viri docti aliter senserint.

Hisce addimus alias insuper Hermæ opiniones :

[61*] Psal. LXXIX, 14. [62] I Petr. III, 19.

(54) Idem. l. II, mand. VII, c. 1 Incusant nonnulli hanc de bono et malo cujusvis hominis angelo sententiam ; eam tamen non solum Origenes hom. 23, *super Josue*, et homil. 1 *super Ezechiel.* ; S. Basilius *Sup. cap.* III *Isaiæ* ; S. Maximus centur. I charit., c. 91 ; S. Joan. Chrysostom., hom. III, *sup. Ep. ad Coloss.* ; sed etiam S. Gregor. Nys. in dogmatibus versatissimus lib. *De vita Moysis* tenet, ubi ait : « Est sermo ex majorum traditione fidem sibi vindicans, qui dicit, posteaquam natura nostra in peccatum decidit, Deum hunc casum nostrum sua providentia minime destituisse, sed angelum ex iis qui naturam corporis expertem sortiti sunt, adhibuisse ad unuscujusque tutelam vitæ. Ex adverso autem naturæ corruptorem pari machinatione contra niti, et pravo quodam ac malefico dæmone adjuncto hujus vitæ perniciem afferre. Porro hominem in amborum medio constitutum, alterius propositum, alterius proposito contrarium suopte momento valentius reddere. — Sapienter igitur animadvertit cl. Ceillier, quod sine causa damnaretur Hermas, ac si introduxisset errorem periculi plenum, assignando cuilibet homini et bonum angelum, et malum. Estius quoque super Magistrum sententiarum, qui æque huic opinioni astipulatur, asserit, quod ad minus hæc sententia ut probabilis admittit possit,

(55) Hermæ *Past.*, l. I, vis. IV, c, 2.

(56) In apparatu ad Bibl. PP. t. I, p. 65.

(57) Quod tamen Fello doctissimo minus videtur admittendum.

(58) Herm. *Past.*, lib. III, simil. IX, num 15.

(59) Fleury tom. I, pag. 341, editionis Augustanæ.

(60) Clemens Alexand., l. II *Strom.*, p. 679, et l. VI, pag. 638.

(61) Herm. *Past.*, vis. III, c. 4.

(62) Vision. IV, c. 3 : *Oportet sæculum hoc per ignem et sanguinem deperire.*

(63) Mandat. XI.

(64) Mandat. XII, cap. 1 et 2.

A quarum prima est, apostolos post mortem Jesu Christi doctrinam sanctis, qui ante obierant, prædicavisse, iisque baptismum contulisse, sine quo bona illorum opera inutilia erant (58). Hoc tamen, judice viro perspicacissimo (59), non de aqua, sed de baptismi gratia est accipiendum ; fuit enim veterum complurium opinio, apostolos mortuis prædicavisse (60), quod S. Petrus [62] de Jesu Christo affirmat.

Ait præterea revelationes et visiones pro dubitantibus, et veritatem sibi traditorum disquirentibus esse ad infirmiorem eorum fidem confirmandam (61) ; mundum vero per ignem et sanguinem esse delendum (62).

Postremus Pastoris locus memoratu dignus respicit modum secernendi prophetas veros a falsis. B Hoc ut obtineatur, utrorumque vita et mores in examen sunt revocandi (63). *Verus propheta ille est qui spiritu sancto repletus est ; at divinus iste Spiritus quietus est, humilis, recedit ab omni nequitia et desiderio vano hujus sæculi, nemini respondet, interrogatus, nec singulis respondet ; neque cum vult homini loquitur Spiritus Dei, sed tunc loquitur, cum vult Deus. Cum ergo* (loquitur semper Pastor) *venerit homo, qui habet Spiritum Dei, in Ecclesiam justorum habentium fidem Dei, et oratio fit ad Deum, tunc nuntius sanctus Divinitatis implet hominem illum Spiritu sancto, et loquitur in turba, sicut vult Deus. Ad pseudoprophetam quod spectat, a spiritu movetur terrestri, vacuo, virtutem non habente. Exaltat se et vult primam cathedram habere : improbus* C *est, verbosus, in deliciis conversatur, et in voluptatibus multis, et mercedem accipit divinationis suæ* (64). Hisce characteribus veri a pseudoprophetis discernuntur.

## ARTICULUS II.

### OBSERVATIONES MORALES ET DISCIPLINARES.

§ I. *De pœnitentia, oratione, jejunio ac eleemosyna.*

Postquam Pastor Hermam de tribulationibus quas in domo sua patiebatur, conquerentem erudisset, hasce omnes temporales calamitates consectaria esse cum propriorum, tum alienorum peccatorum ; eidem ideam veræ pœnitentiæ proponit, et quinam

peccatoribus revera pœnitentibus sint fructus pœnitentiæ faciendi. *Oportet eum* inquit (65), *qui agit pœnitentiam, affligere animam suam, humilem se præstare*, animose *vexationes multas*, variasque perferre, et præcipue *cor purum gerere* ab omni opere malo. Hæc sunt quæ tradit vetustus hic scriptor circa veram pœnitentiam, quæque toto cœlo a doctrina hæreticorum et theologorum laxiorum nostræ ætatis differunt.

Nec minori animadversione dignum, quod de jejunio Pastor Hermæ exponit. Siquidem eum instruit, quid sit jejunium Deo acceptum,quæve stationes, ejusque apud Deum mercedem ostendit.*Nihil in vita tua nequiter facias*, inquit Pastor (66), *sed mente pura servi Deo, et in præceptis ejus ingrediens ; neque admiseris desiderium nocens in animo tuo... Hoc si feceris, jejunium magnum consummabis acceptumque Domino. Domini autem promissis crede, si hæc feceris, Deo te victurum. Qua die jejunabis, nihil gustabis, nisi panem et aquam, et computata quantitate cibi, quem cæteris diebus comesturus eras, sumptum dici illius, quem facturus eras, sepones, et dabis viduæ, pupillo, aut inopi.., Hæc statio* (67) *sic acta est bona et accepta Domino.* Constat igitur primo adversus novatores jejunii,et abstinentiæ hostes, mortificationes corporis in usu fuisse primævis jam temporibus in Ecclesia : secundo id quod sensualitati detrahebatur, erogandum pauperibus atque in charitatis opera impendendum ab ipsis erat, secus veri jejunii remunerationem non recepturis ; constat tertio, Hermæ sæculo dies jejunio destinatos *stationes* appellatos ; quarto qui jejunabat, summo mane ad orandum secedebat, atque per diem nihil nisi panem, et aquam gustabat (68). Quinto ad jejunium rite peragendum aliorum dierum sumptum computandum esse existimabant, atque in pauperum usus seponendum. Sexto bona opera præterea superaddenda, a peccatis abstinendum, atque Dei præcepta servanda censebant.

De eleemosyna verba faciens Pastor, æque instruit illos qui eam erogant, ac illos qui eam recipiunt (69). Monet primos ut simpliciter dent, et sine distinctione omnibus qui mendicant ; secundos adhortatur ut ex vera necessitate duntaxa mendicatum eant, secus rationem reddituri rigorosam. Sub similitudine vitis, et ulmi,quæ sit eleemosynæ utilitas, exponit Pastor (70). Nam *sicuti vitis ulmo sustentatur, ut fructum afferat, sic dives a paupere adjuvatur,cui eleemosynam erogat ; quia pauper orat ad Dominum pro divite.*

De oratione dum agit Pastor, exigit præcipue,ut assidue huic sancto exercitio vacenus, et ad Deum accedamus cum omni possibili fiducia in ejus misericordiam, etsi innumera ac enormia sint peccata, quibus detinemur. *Non est enim Deus,* ait Pa-

(65) Herm. *Past.*, simil. VII.
(66) Idem, simil. V. c. 1, 2 et 3.
(67) Vocat hic jejunium more Latinorum, inter quos Romæ vivebat Hermas stationem. *Statio* autem de militari exemplo nomen accepit,teste Tertulliano, *De orat.* Cum enim Christiani prioribus istis sæculis, certis quibusdam, et præsertim Mercurii ac Veneris diebus summo mane in ecclesiam jejuni convenirent,ibique ad horam nonam in oratione, aliisque pietatis officiis perstarent : hinc factum, ut illos conventus,et illorum etiam dierum jejunium a militaribus forte stationibus translato *stationis* nomine donarent. Nam quemadmodum excubiæ militum, et eorum pro foribus palatii standi excubandique functio, statio vocabantur,ita verosimile est Christianos moram illam, atque officium illud, quod jejuni in Ecclesia usurpabant,excubias et stationem vocasse, uti insinuat. Tertullianus primum commemoratus.Vide Albaspinæum observ, 4 ; Thomassin. c. 21, p. 1. *Tractat. de jejunio ;* Muratorium, disquisit. 4, tom. II *Anecdot. Latin.*
(68) D. Hieronymus in Epistola 2 hoc jejunium in pane et aqua, cæteris omnibus fortissimam esse profitetur. Solebat tamen olim a Christianis ultima Quadragesimæ hebdomada observari. Nec desunt, qui hanc xerophagiam lege aliqua præscriptam censeant ; et id quidem probare nituntur ex Tertulliano l. 1, c. 1, qui Montanistarum hæresin amplexatus, de Catholicis dicebat : « Arguunt nos, quod etiam xerophagias observemus. » Sed idem ipse Tertullianus addidit : « Denique respondetis (nempe Catholici) hæc ex arbitrio observanda, non ex imperio » nulla igitur lege ejusmodi jejunia, teste Tertulliano, indicta erant ; sed ex cujusque arbitrio observabantur.Quapropter Epiphanius isthæc ad consuetudinem, non ad præceptum sic refert ; « Præterea sex illos dies xerophagiis, hoc est *arido victu*,transire populus omnis assuevit,hoc est, panem duntaxat cum aqua sub vesperam adhibere.» Epiphan. in *Exposit. fidei.* Ps. XXII. Si lege data xerophagiæ constitutæ fuissent, de iis eodem modo, ac de quartæ et sextæ feriæ jejunio scripsisset : « Item quarta et sexta feria jejunium ad horam usque nonam indictum..ideo jejunandum esse decreverunt apostoli.» At inquies,legem hanc alibi commemorat Epiphan. hæres. 75, s. 6 : « Quid si,aiebat, ex apostolorum constitutione repetenda nobis auctoritas est, cur illis quartæ sextæque feriæ jejunium perpetua lege sancitur,excepta Pentecoste? cur sex Paschatis diebus nihil omnino ad cibum præter panem, salem, et aquam adhibendum definiunt? » Ibi certe utraque jejunia, et quartæ sextæque feriæ, et sex dierum Paschatis eadem lege, atque apostolica constitutione sancita esse pronuntiavit. Attamen ubi idem Epiphanius contra Aetianos, jejunia stata damnantes, disputat, cum hoc præceptum maxime urgere deberet, illud in solam consuetudinem ita refundit : » Porro diebus ipsis Paschatis... aridorum ciborum usu, precibus, » vigiliis,jejuniis celebrare solemus : Epiph. *ibid.*,s.3 : ex quo non absurde forsitan colliges,verbum παραγγέλλουσι *definiunt*,quod superius adhibuit,non aliud significare, quam admonent, vel hortantur, non autem præcipiunt, jubent, imperant. In hujus autem explicationis firmamentum non illud solum adduci potest,quod historici varias Ecclesiarum de hisce jejuniis fuisse consuetudines narrent : verum etiam, quod iisdem testibus, aliquid de severitate hujus jejunii in aliquibus saltem Ecclesiis paulo post remissum sit.Auctor enim *Constitutionum apostolicarum* pani et aquæ sal et olera superaddi lubens concedit.
(69) Herm. *Past.*, l. II, mandat. II.
(70) Idem, l. III, simil. II.

stor (71), *sicut homines memores injuriarum ; sed est immemor injuriarum, et miseretur figmenti sui.* Peccatores vero, antequam ad Deum accedant per orationem, cor subducere debent ab omnibus vitiis quæ in seipsis adinveniunt, et sincero animo ad Deum reverti ; secus esset præsumptio qualibet venia indigna, exspectare a Deo effectum illarum precum,quas his non præmissis dispositionibus fudissent. *Ergo purifica cor tuum... et accipies omnia bona, quæ petis... qui ergo tales non sunt, omnino nihil impetrant eorum, quæ petunt.* Si contingat nihilominus quod,præviis etiam bonis dispositionibus, non accipiamus petitionem nostram, dubitare non debemus, sed magis magisque orare, et nullas de Deo ingeminare querelas,sed solum de nobis ipsis; Deus enim semper paratus est ad impertendam misericordiam : *De te queraris, non de Deo, quod non dederit tibi.* Ex hisce ediscimus duo inter cætera,quæ æque necessaria sunt : primum est,nos ob multitudinem, et enormitatem etiam nostrorum peccatorum deflectere non debere ab orationis semita ; secundum,oportere, priusquam quidquam a Deo petamus, dimittere saltem affectum ad peccatum, et ad veram pœnitentiam nosmetipsos determinare : si hæc negligantur,omnes nostras preces vanas, ac sine fructu experiemur,ne quid ulterius dicam.

§ II. *De timore Domini, negotiis sæcularibus, patientia, iracundia, tristitia, et impuritate.*

In primis sententia est Pastoris : *Timens Dominum omnia bona operaberis* (72). Ergo per timorem Domini omnia possumus opera justitiæ peragere. Tradit insuper, timorem hunc necessarium esse an salutem, per illum nos reportare victoriam de diabolo et dominium super illum exercere, quia reipsa super servos Dei nulla virtus illi inest : *Timens enim Dominum dominaberis illius*, scilicet diaboli, *quia virtus in illo nulla est.* Per hunc timorem (ut uno verbo omnia complectar) a peccato recedimus, justitiam excercemus, et pie vivimus. *Time igitur Deum*, concludit Pastor, *et vives.*Extra omnem controversiam est, sermonem hic haberi de timore supernaturali, de illo scilicet timore,quem semper aliquis amor comitatur : quippe agitur de timore, ope cujus mandata Dei observamus, et justitiæ operibus inhæremus.

Duplici ex capite monet Pastor, a negotiorum temporalium multitudine esse abstinendum, inordinatamque eorundem sollicitudinem esse moderandam,quia multa negotia agentes,multa peccant, atque ægre Deo servire possunt. *Abstine te,* ait ad illum, *a multis negotiis,et nihil delinques ; quicunque enim multa negotia agunt, multa delinquunt ; quia constricti sunt circa negotia sua, et non serviunt Deo* (73).

O felix hominum a mundo segregatorum vita! O beatæ solitudines in quibus homo perfecta illa perfruitur quiete, qua in Dei famulatu se exercet, et maximo æternæ salutis negotio serio incumbit! sanctum hoc otium, quidquid blaterent amatores sæculi, in immensum superat vanitates et ineptias quibus detinentur.

Alterum motivum,quod affert Pastor,cur terrenis rebus minime nobis esset inhærendum, rationi status nostri innititur. Principii loco enim ponit, nos civitatem permanentem hic non habere, sed aliam (futuram scilicet) nobis esse inquirendam : *Scitis vos Domini servos*, inquit, *in peregrinatione morari ? Civitas enim vestra longe est ab hac civitate. Si ergo scitis civitatem vestram in qua habitaturi estis, quid hic amatis agros et apparatis lautitias et ædificia et habitationes supervacuas ? Hæc enim.* addit insuper, *qui comparat in hac civitate, non cogitat in suam civitatem redire* (74). Doctrina hæc pia ac religiosa est ; parum autem nostris hisce diebus probatur. Pluribus posset insuper hæc doctrina larvam detrahere, qui maximo versantur in errore,dum sibimetipsis persuadere conantur,conditionem hominis viatoris, hospitis et exsulis, in qua proprie veri Christiani idea ac character consistit, cum conditione hominis,qui negotiis incumbit, voluptatibus indulget, ac ducit in bonis dies suos, simul posse conjungi.

Pastoris ratiocinatio contra talem vivendi modum utique differt toto cœlo a plurimorum nostræ ætatis Christianorum sensu, sermone et praxi, sed non ideo minus recta, minus valida,minus concludens.

Vult igitur angelus iste quod Christiani pro agris, quos emere volunt, pro palatiis domibusque, quas volunt ædificare, suas opes insumant in erogandis eleemosynis, et in viduis ac orphanis sublevandis in hos usus,juxta Pastorem (75) ac Veritatem ipsam temporalia bona impendi debent.

Pastor super patientiam, et vitium oppositum eas nobis communicat institutiones, quæ negligi haudquaquam possunt. De patientia tradit, quod homo per patientiam omnium operum nequissimorum etiam dominatur, videlicet, quod ab hisce patientia hominem avertit, quod patientes operantur omnem justitiam,Spiritus sanctus in ipsis habitat in pace magna ; quod virtus hæc est valida,et fortis et habet virtutem magnam, et honorificat Dominum in omni tempore ; uno verbo, quod qui vere patientes sunt, facile observant omnia mandata.

(76) Quoad iracundiam vero docet,quod ipsa Spiritum sanctum constristat,et corde expellit,malum

(71) Herm. *Past.*, l. II. mandat. IX.
(72) Idem, l. II, mand. VII.
(73) Idem, l. III, simil. IV.
(74) Idem, l. III, similitud. I.
(75) *Pro agris ergo, quos emere volueritis, redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest ; et viduas absolvite, orphanis judicate ; et opes, ac divitias vestras in hujusmodi operibus consumite.* Idem, loco cit.
(76) Idem, lib. II, mand. V, capit. 1 et 2.

spiritum in animam admittit, nostrarum precum impedit effectum, furorem parit, et innumera mala producit. Paulo post eadem dicit de tristitia, et inter cætera, quod *crucia spiritum sanctum... facit iracundiam spiritus.* Ait tandem : *Oratio tristis hominis non habet virtutem, ut ascendat ad altare Dei* (77).

Inter plura, quæ animadvertit Pastor contra impuritatem, hæc potissimum fidelium ædificationi peropportuna erunt. Imprimis vocat *magnum peccatum* omnem cogitationem *de alieno matrimonio, et de fornicatione* (78). Deinde docet, in corde puro cogitationem impuram inhabitare haud posse (79); quod quidem intelligendum non de simplicibus cogitationibus, sed de illis, quas morales theologi morosas appellant, sive in iis delectemur, sive non. Medium insuper efficacissimum, quo a nobis malas has cogitationes avertamus, et nunquam peccemus, assignat non intermissam Dei memoriam (80).

Alibi subjungit (81) aliud motivum, quo ad mi- A nimam etiam voluptatum illicitarum horrem excitamur, pœnam peccati scilicet a nobis subeundam, quæ multum excedit dulcedinem in eo perpetrando perceptam. *Dulcedinis una hora,* ait ille *suo spatio terminatur ; pœnæ vero una hora triginta dierum vim possidet...vide igitur* concludit, *exiguum esse tempus mundanæ dulcedinis ac voluptatis ; pœnæ vero tormentorumque amplius.* Itaque re bene perpensa, si nosmetipsos diligeremus, capitali odio haberemus sensus voluptates.

Circa mendacium et obtrectationem mandat Pastor ne de aliquo male loquamur, nec minus rigorose prohibet audire male loquentes, præcipue si id fiat deliberate et libenter (82). Addit insuper, quod *detractio sit perniciosa, inconstans* dæmonium nunquam in pace consistens, sed semper in B discordiis manens ; et : *Qui mentiuntur,* ait ipse, *abnegant Dominum, non reddentes ei depositum quod acceperunt ; acceperunt enim spiritum sine mendacio* (83).

(77) Herm. *Past.*, mand. x, cap. 2.
(78) Idem. l. II, mandat. IV, c. 1.
(79) *Ibidem.* vide etiam l. I, visione I, cap. 1.
(80) *Ibidem.*
(81) Idem, simil. VI, c. 3.
(82) Idem, l. II, mand. II.
(83) Idem, l. II, mand. III.

# SANCTI HERMÆ PASTOR.

(GALLAND., *Veterum Patrum Bibliotheca*, t. I, Venet. 1765, in-fol., p. 59. — In notis. ANGL. denotat mss. Anglicanos B. et L ; BODL., ms. bibl. Bodleianæ ; CARM., ms. Carmelitarum excalceatorum suburbii Parisiensis ; GERM., ms. S. Germani ; LAMB., ms. bibliothecæ Lambethanæ ; VICT., ms. S. Victoris. — Capitum lemmata absunt a codd. mss. Gallicanis.)

## LIBER PRIMUS.

QUI INSCRIBITUR

## VISIONES.

### VISIO I.

*Contra turpes et elatas cogitationes, et negligentem Hermæ filiorum castigationem.*

#### CAPUT PRIMUM.

Qui enutriverat me, vendidit quamdam puellam Romæ. Post multos autem annos hanc visam ego recognovi ; et cœpi eam diligere ut sororem. Exacto autem tempore aliquo (84), lavari eam in flumine Tiberi vidi ; et porrexi ei manum, et eduxi eam e flumine. Visaque ea, cogitabam in corde meo, dicens Felix essem, si talem uxorem et specie et moribus sortitus essem. Hoc solum, nec ultra quidquam cogitavi (85). Post tempus autem aliquod cum iis cogitationibus proficiscens, honorificabam creaturam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(84) Mss. Bodl. et Lamb. *Post tempus aliquod.*
(85) Mss. S. Germ., Carm., Bodl. et Lamb. *Visaque ea dixi : Felix essem, si talem uxorem haberem. Et speciem cum vidissem, cogitabam in corde meo dicens : Felix essem, si talem uxorem haberem et specie et moribus. Hos solum cogitavi, nec ultra aliquid cogitavi.*

Dei (86), cogitans quam magnifica et pulchra sit. Et dum ambulassem, obdormivi. Et spiritus me rapuit et tulit me per quemdam locum ad dexteram, per quem non poterat homo iter facere. Erat autem locus ille in rupibus, et abruptus (87), et invius ab aquis. Cumque transissem locum illum, veni ad planitiem, et genibus positis cœpi orare Dominum, et confiteri peccata mea. Et orante me, apertum est cœlum ; et video mulierem quam concupiveram, salutantem me de cœlo, et dicentem : Herma, ave. Et ego prospiciens illam, dico ei (88) : Domina, quid tu hic facis ? At illa respondit mihi : Recepta sum (89) huc (90) ut peccata tua arguam apud Dominum. Domina, inquam, num tu me argues ? Non, inquit. Sed audi verba, quæ tibi dictura sum (91). Deus qui in cœlis habitat, et condidit ex nihilo ea quæ sunt (92), et multiplicavit propter sanctam Ecclesiam suam, irascitur tibi quoniam peccasti in me. Respondens dico ei : Domina, si in te ego peccavi, ubi, aut quo in loco, aut quando tibi turpe verbum aliquod locutus sum ? Nonne semper te quasi dominam arbitratus sum (93) ? Nonne semper te reveritus sum velut sororem ? Quid in me comminisceris (94) hæc tam nefanda ? Tunc illa arridens mihi, ait : In corde tuo ascendit concupiscentia nequitiæ. Annon (95) videtur tibi, viro justo rem iniquam (96) esse, si ascenderit in corde (97) mala concupiscentia ? Peccatum est ei, et quidem grande. Justus enim vir justa cogitat. Cogitante ergo illo quæ justa sunt, et recte eo incedente, in cœlis propitium habebit Dominum in omni negotio suo. Qui autem nefanda cogitant in cordibus suis,mortem et captivitatem assumunt (98); maxime ii qui sæculum hoc diligunt, et gloriantur in divitiis suis ; et qui non exspectant futura bona, vacuantur (99) animæ eorum. Hæc autem faciunt dubii (100), qui non habent spem in Domino (1), et contemnunt et negligunt vitam suam. Sed tu, ora ad Dominum ; et sanabit peccata tua, totiusque domus tuæ et omnium sanctorum.

## CAPUT II.

Postquam autem locuta est verba hæc, clausi sunt cœli. Et ego totus eram in mœrore et metu, et dicebam intra me : Si hoc mihi peccatum ascribitur, quomodo potero salvus esse ? Aut quomodo exorabo Dominum pro peccatis meis abundantissimis ? Quibus (2) verbis rogabo Dominum, ut mihi propitius sit ? Hæc me recogitante et discernente in corde meo ; video contra me cathedram de lanis candidis, sicut nix, factam magnam. Et venit mulier anus (3) in veste splendida (4), habens librum in manu ; et sedit sola, et salutavit me ; Herma, ave. Et ego mœstus et plorans. dixi : Domina, ave. Et illa dixit mihi : Quid mœstus es. Herma, qui eras patiens, et modestus, et semper hilaris ? Respondens dico ei : Domina, contumelia (5) mihi objecta est a mulicre optima dicente, quod peccavi in eam. At illa dixit mihi : Absit a servo Dei res ista. Sed forte in corde tuo ascendit illius concupiscentia (6). Est quidem in servis Dei talis cogitatio, peccatum inferens. Non enim debet hæc cogitatio abhorrenda, esse in servo Dei ; neque spiritus (7) probatus, concupiscere malum opus ; et præcipue Hermas qui est continens ab omni concupiscentia (8) scelesta, et est omni simplicitate plenus, et innocentia magna.

## CAPUT III.

Verumtamen non causa tui irascitur Dominus ; sed propter domum tuam, quæ nefas admisit in Dominum et in parentes suos. Et tu cum sis amator filiorum, non commonuisti domum tuam, sed dimisisti illos conversari violenter (9) ; propter hoc enim irascitur tibi Dominus : sed sanabit omnia (10)

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Desunt ista in mss. S. Germ. et S. Vict.
(87) Hæc item desunt in utroque cod.
(88) Sic ms. Lamb.: *Domina mea,quid heic ? Præcepta sum a Domino, ut peccata tua arguam. Domina nunc tu me arguis ?*
(89) Ms. Carm. *Præcepta*, sicut modo Lamb.
(90) Deest *huc* in codd. S. Germ. et S. Vict.
(91) Lamb. et Carm. *incipio dicere.*
(92) Vide infra lib. II, mand. I. Laudat hunc locum Origenes tom. I *Comment. in Joan.*I, 1. Græca Origeniana protulimus supra inter Veterum testimonia, ex edit. Cl. Huetii a præcedentibus editoribus *Pastoris* omissa.
(93) Lamb. *Num semper te ac si deam.*Mox autem pro *reveritas*, Fellus exhibet *veritus* in sua edit. Oxon.
(94) Lamb. *Quid mei commemoraris.*
(95) Lamb. *Aut non.*
(96) Mss. Carm. et Lamb. *sævam.*
(97) Lamb. addit *illius.* Sic et Fellus. Et mox idem ms. *ei equidem magnum.*
(98) Lamb. *sibi assumunt.*
(99) Mss. Angl. *vagantur.*
(100) Δίψυχοι. Hanc vocem auctorem scripsisse ex Clem. Alex. discimus. Vid. S. Jac. I, 8. Fellus. — Locus Alex. exstat Στρωμ. lib. I, cap. 29, p. 426, sed respicit vis. III, cap. 4. Videsis etiam lib. II, mand. IX. Eadem. quoque vox usurpatur a Clemente Romano, *Epist. I ad Cor.*. cap. 23, et *Epist II*, cap. 11. Cæterum hunc Hermæ locum illustrat Dodwellus in dissert. *De Rom. pontif. succes.*, cap. 11, § 6, pag. 160.
(1) Lamb. *Deo.*
(2) Lamb. *pessimis ? quantis.*
(3) Hieron. *in Osee* VII, 9.*Hermæ primum videtur Ecclesia cano capite.*
(4) Lamb. *candida.* Et mox, *singularis* pro *sola.*
(5) Mss. Angl. *lascivia.*
(6) Ms. S. Germ. *illa*,omissa voce *concupiscentia.*
(7) M Carm. *spiritu.*
(8) Lamb. *pollutione.*
(9) Lamb. et Carm. *conviolari sæve.*
(10) Lamb. *sanavit omnia quæ ante gesta sunt in domo tua mala.*

quæ ante gesta sunt mala in domo tua (11).Propter illorum enim peccata et iniquitates, consumptus (12) es a sæcularibus negotiis. Jam enim misericordia Dei miserta est tui et domus tuæ, et conservavit (13) te in gloria. Tu tantum noli vagari : sed animæquus esto, et conforta domum tuam. Tanquam ærarius producens opus suum, exponit (14) ei cui vult [63] : sic et tu verbum quotidianum justum (15) docens, abscindes grande peccatum. Ne (16) desinas ergo commonere natos tuos ; scit enim Dominus quod pœnitentiam agent ex toto corde suo ; et scribet te (17) in libro vitæ. Cumque finisset verba hæc, ait mihi : Vis audire me legentem ? Dico ei (18) : Domina, volo. Esto ergo auditor. Et revoluto libro, legebat gloriose, magnifice et mirifice, quæ (19) non poteram in memoria retinere. Erant enim verba terrifica, quæ non poterat homo sustinere. Novissima tamen verba memoriæ mandavi ; erant enim pauca et utilia nobis. Ecce Deus virtutum, qui invisibili virtute, et magno sensu suo condidit mundum, et honorifico consilio circumdedit decorem creaturæ suæ,et fortissimo (20) suo verbo confixit cœlum,et fundavit terram super aquas [64], et virtute sua potenti condidit sanctam Ecclesiam suam, quam benedixit , ecce transferet cœlos ac montes, colles ac maria ; et omnia plana (21) fient electis ejus, ut reddat illis repromissionem quam repromisit cum multo honore et gaudio, si servaverint (22) legitima Dei, quæ acceperunt in magna fide.

### CAPUT IV.

Cumque consummasset legendo, exsurrexit de cathedra : et venerunt quatuor juvenes, et tulerunt cathedram ad orientem. Et vocavit me ad se, et tetigit pectus meum atque mihi : Placuit tibi lectio mea ? Dico ei : Domina, hæc mihi novissima placent ; priora autem sæva et dura sunt. At illa ait mihi: Hæc novissima justis (23) ; priora autem refugis et ethnicis. Et cum loqueretur mecum,duo quidam viri apparuerunt ; et sustulerunt illam humeris (24), et abierunt, ubi et cathedra erat, ad orientem. Hilaris autem discessit. Et cum abiret, ait mihi : Confortare, Herma.

## VISIO II.

*Rursum de negligenti uxoris loquacis et filiorum libidinosorum castigatione, et ejus moribus*

### CAPUT PRIMUM.

Cum vero proficiscerercum his (25) circa illud tempus quo et anno priore, ambulans (26) commemoratus sum anni prioris visionem. Rursumque me abstulit spiritus, et duxit (27) me in eumdem locum, quo anno primo. Cumque venissem ad illum locum, positis genibus cœpi orare Dominum,et honorificare(28) nomen ejus, quod dignum me arbitratus sit, et manifestaverit mihi peccata pristina.Et cum surrexissem ab oratione, video (29) contra me anum illam quam et anno superiore videram,ambulantem et legentem libellum aliquem. Et ait mihi : Potes hæc electis Dei renuntiare ? Dico ei : Domina, tanta in memoria retinere non possum ; da autem mihi libellum, et describam. Accipe, inquit, et restituas mihi illum. Ut autem (30) accepi, in quemdam locum agri secedens (31), descripsi omnia ad litteram ; non inveniebam enim syllabas (32). Cumque consummassem scripturam libelli, subito de manu mea raptus est libellus ; a quo autem non vidi.

[63] Matth. XIII, 52 ; XXV, 27 ; Luc. XIX, 13. [64] II Petr. III, 5.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Sic mss. S. Germ. et Carm. præter Lamb. Editi, *in te.* Fellus tamen sic : *quæ ante patrata sunt mala a domo tua.*

(12) Ita mss. Angl. apud Fellum : cujus tamen editio exhibet, *contritus.*

(13) Mss. S. Germ. et Lamb. *confortavit.*

(14) Mss. Vict. et Germ. *obtingit.* Fellus autem omittit, *ei.*

(15) Lamb. *juste.* Carm. *optimum.*

(16) Sic Lamb. sic et Fellus. At *Non.*

(17) An *scribentur in?*

(18) Carm. ms. *et ego.*

(19) Lamb. *glorias... quas,* pro *gloriose... quæ.* Fellus autem omittit *et mirifice,* quod varia ipsi videatur lectio.

(20) Quinque hæc verba, *circumdedit... fortissimo* desunt in Lamb.

(21) Ita mss. cod. Vict., Carm., Bodl. et Lamb. Ita et Fellus Editi, *plena.*

(22) Mss. codd. Vic., Carm. Lamb. et vet., impressi, *repromisit... si servaverint.* Fellum secuti, hanc retinuimus lectionem. Al. *repromisit, cum... gaudio servaverint.*

(23) Sic Lamb. Sic et Fellus. Editi, *istis.*

(24) Lamb. *in humerum.*

(25) Quidni forte legendum cum cl. Cotelerio, *Cumis* ? Infra enim vis. IV, cap, 1. *Proficiscebar in illa via Campana.*

(26) Ms. S. Germ. *videram ambulans.*

(27) Lamb. *eduxit.* Sic et Fellus.

(28) Hæc omnia, *Cumque venissem... et honorificare* restituimus ex ms. Carm. Sic et Fellus. Et recte quidem, ut videtur. Mox namque subdit : *Et cum surrexissem ab oratione.* Al. vero, *anno primo; et honorificavi.*

(29) Mss. Carm. et Lamb. *audivi.*

(30) Lamb. *Ut eum autem.*

(31) Mss. S. Germ., Carm., et Lamb. *sedens.*

(32) Clemens Alex. Στρωμ. lib. VI, cap 15, pag. 806, huc respiciens, hæc habet : Τοῦτο δὲ μετεγράψατο πρὸς γράμμα, φησὶ, μὴ εὑρίσκων τὰς συλλαβὰς τελέσαι. Id est : *Eum autem inquit se transcripsisse ad litteram, cum non inveniret quomodo syllabas perficeret.* Ubi notat Cl. Potterus, hoc modo cum marmora et nummos, tum etiam libros vetustissimos scriptos conspici, perpetua scilicet litterarum serie,nulla vocum distinctione facta.Jamque idem monuerat Fellus ad hunc locum.

## CAPUT II.

Post quindecim autem dies cum jejunassem, multumque rogassem Dominum, revelata est mihi scientia scripturæ. Erat autem scriptura hæc : Semen tuum, Herma deliquit in Dominum, et prodiderunt parentes suos in nequitia magna. Et audierunt proditores parentum, et prodentes (33) profecerunt. Sed etiam nunc adjicerunt peccatis (34) suis libidines, et commaculationes nequitiæ, et sic impleverunt iniquitates suas. Sed impropera verba hæc filiis tuis omnibus,et conjuji tuæ quæ futura est soror tua (35). Et ipsa enim (36) compescat linguam suam, in qua malignatur : et (37) auditis verbis his, continebit se, et consequetur (38) misericordiam. Erudietur enim, postquam improperaveris illi (39) hæc verba, quæ mandavit ille (40) Dominator, ut tibi revelentur. Tunc remittentur illis peccata quæ (41) jampridem peccaverunt, et omnibus sanctis qui peccaverunt usque in hodiernum diem, si ex toto corde suo egerint pœnitentiam, et abstulerint a cordibus suis dubitationes. Juravit enim Dominator ille per gloriam suam super electos suos, præfinita ista die, etiam nunc si peccaverit aliquis, non habiturum illum (42) salutem. Pœnitentiæ enim justorum habent fines. Impleti sunt dies pœnitentiæ omnibus sanctis : gentibus autem pœnitentia usque in novissimo die. Dices ergo eis qui præsunt Ecclesiæ, ut dirigant vias suas in justitia ; ut recipiant in pleno repromissionem cum multa gloria. Permanete ergo qui operamini justitiam, et sic facite, ut sit (43) transitus vester cum sanctis angelis. Felices vos, quicunque sustinetis pressuram supervenientem magnam,et quicunque non negaverit vitam suam. Juravit enim Dominus per Filium suum : Qui denegaverit Filium et se, spondentes se vitam illius, et ipsi denegaturi sunt illum (44) in advenientibus diebus [65]. Ii autem, qui nunquam denegaverint, ob nimiam (45) misericordiam propitius factus est illis.

## CAPUT III.

Tu autem, Herma, noli meminisse injuriarum (46) filiorum tuorum, sed nec sororem tuam negligas (47) ; sed cura ut emendentur a pristinis peccatis. Erudientur enim doctrina ista, si tu jam non fueris memor injuriæ (48) illorum. Memoria enim injuriarum (49) mortem operatur ; oblivio vero earum (50) vitam æternam. Tu autem, Herma, magnas tribulationes sæculares sustinuisti, propter prævaricationes domus tuæ ; quoniam illas ut ad te nihil pertinentes, neglexisti ; et in negotiationibus tuis malignis (51) implicitus es. Sed illud te salvum faciet, quod non discesseris a Deo vivo ; et simplicitas tua, et singularis (52) continentia salvum facient te,si permanseris. Et omnes salvos facient, quicunque hujusmodi operantur, et ingrediuntur in innocentia et simplicitate. Hi qui hujusmodi sunt, invalescent adversus omnes nequitias, et permanebunt in vitam æternam. Felices omnes qui operantur justitiam : non absumentur usque in vitam æternam (53).Dices autem : Ecce magna tribulatio venit. Si tibi videtur, iterum nega. Prope est Dominus convertentibus, sicut scriptum est in Heldam et Modal (54), qui vaticinati sunt in solitudine populo [66].

## CAPUT IV.

Revelatum autem est mihi, fratres, dormienti a juvene specioso, et dicente mihi : Anum illam a qua accepisti libellum, quam putas esse ? Et ego dixi : Sibillam (55). Eras, inquit non est. Quæ est ergo,

[65] Matth. x, 33. [66] Num. xi, 26, 27.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(33) Sic Fellus ex mss. Lamb. et S. Germ. Sic et Carm. Editi, *prudentes*.

(34) Ms. S. Germ. *peccata peccatis*.

(35) Videsis h. l. cl. Cotelerium. Hinc συνείσακτοι. His consona mox infra reperies,cap. sequ. et lib. III, simil. IX, cap. 11.

(36) Lamb. *etiam*.

(37) Mss. S. Germ. et Carm. *sed*.

(38) Lamb. *habebit*.

(39) Ms. S. Vict. *Erudiuntur.... illis*.

(40) Sic mss. Angl. Fello tamen magis placuit, *illi*. Mox ms. S. Germ. *ut revelentur*, absque *tibi*.

(41) Lamb. *qui*.

(42) Ms. S. Vict. *illam*.

(43) Mss. Vict. et Germ. *fiat*.

(44) Fellus ex Bodl. et Lamb. sic in sua edit. Oxon. *Qui denegaverit Filium et se, despondens vitam illius, et ipse denegaturus est illum*. Quæ lectio male redditur in editi. Clerici et Russelii. At ms. Carm. *Qui denegaverint Filium seque desponden-tes vitam suam, qui nunc denegaturi sunt in*, etc. Huic loco congruunt quæ infra habentur, lib. III, simil. IX, cap. 28.

(45) Si Fellum audias, *nimiam*, idem valet quod *summam*. Huic loco consonat cum hoc Gen. XV, 1. *Noli timere, Abraham : ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis ;* tum illud in primis Ephes. II, 4 : *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos* (Deus).

(46) Ms. Carm. *malorum*. Sic et Fellus. In eamdem sententiam, monente Fabricio, auctor *Testamenti* XII *patriarch.* in *Testam. Zabulon*, sect. VII, cap. 8 : Μὴ λογίζεσθε ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ *Ne animadvertatis unusquisque malitiam fratris sui*.

(47) Lamb. *sinas*.

(48) Mss. S. Germ., Carm. et Lamb. *malitiæ*. Sic et Fellus.

(49) Iidem cum Fello, *malorum*.

(50) Iidem, *malorum*. Fellus, *eorum*.

(51) Ms. S. Germ. *magnis*.

(52) Lamb. quem sequitur Fellus, *nimia*.

(53) Ms. S. Germ. *in æternum*. Edit. Oxon. *absumuntur in æternum*.

(54) Lamb. *Holda et Meda*. Sive potius *Eldad et Modad*, ut exhibet codex bibloth. Coislin. apud cl. Montfauconium pag. 194, ubi in recensione apocryphorum Vet Test. librorum occurit ς', Ἐλδὰδ καὶ Μοδάδ.

(55) Putat cl. Cotelerius, in Græco exstitisse

domine? Et dixit mihi ; Ecclesia Dei est. Et dixi ad illum : Quare ergo anus est? Quoniam, inquit, omnium prima creata est, ideo anus ; et propter illam mundus factus est. Post hæc autem visionem vidi in domo mea; et venit illa anus,et interrogavit, me, si jam libellum (56) dedissem senioribus? Et respondi : Adhuc non. At illa dixit : Bene fecisti ; habeo enim quædam verba edicere tibi. Cum autem consummavero omnia verba, aperte scientur ab electis (57). Scribes ergo duos libellos, et mittes unum Clementi, et unum Graptæ (58). Mittet autem Clemens in exteras civitates ; illi enim permissum est : Graptæ autem commonebit viduas et orphanos. Tu autem leges in hac civitate cum senioribus qui præsunt Ecclesiæ.

*Ista sic leguntur apud* Origenem, Philocaliæ *cap.* 1, *ex lib.* IV, *cap.* 2, De principiis, *interprette* Rufino.

*Et scribes duos libellos, et dabis unum Clementi, et unum Graptæ. Et Grapte quidem commoneat viduas et orphanos. Clemens vero mittat per omnes civitates quæ foris sunt, Tu vero annuntiabis presbyteris Ecclesiæ.*

Γράψεις δύο βιβλία, καὶ δώσεις ἓν Κλήμεντι, καὶ ἓν Γραπτῇ. Καὶ Γραπτὴ μὲν νουθετήσει τὰς χήρας καὶ τοὺς ὀρφανούς. Κλήμης δὲ πέμψει εἰς τὰς ἔξω πόλεις. Σὺ δὲ ἀναγγελεῖς τοῖς πρεσβυτέροις τῆς Ἐκκλησίας.

## VISIO III.

### *De triumphantis Ecclesiæ structura, et variis hominum reproborum ordinibus.*

### CAPUT I.

Visio quam vidi, fratres, visio talis erat. Cum jejunassem frequenter, et precatus essem Dominum, ut mihi ostenderet revelationem, quam pollicitus est ostendere per anum illam ; eadem nocte apparuit mihi anus illa, et dixit mihi : Quoniam sic langues (59), et sollicitus es ad sciendum omnia ; veni in agrum, ubi vis ; et circa horam sextam manifestabo me tibi,et ostendam tibi quæ oporteat te videre. Rogavi illam, dicens : Domina, in quem locum agri? Ubi, inquit, vis, elige locum bonum, secretum. Antequam autem loqui (60) cœpissem, et dicere ei locum, ait mihi : Veniam ubi vis. Fui ergo, fratres, in agro, et observavi (61) horas ; et veni in locum ubi constitueram ei venire. Et video subsellium positum. Erat cervical lineum (62) ; et super linteum expansum carbasinum. Videns hæc posita, et neminem esse in loco ; stupere cœpi, et capilli mei exsurrexerunt (63), et quasi horror (64) me comprehendit, cum essem solus. Ad me (65) autem reversus, et memoratus gloriam (66) Dei,et accepta audacia,positis genibus, confitebar Deo iterum peccata quæ prius. Ecce venit illuc cum juvenibus sex, quos et ante videram ; et stetit post me orantem, et audiebat me orantem et confitentem Domino peccata mea. Et tangens me,dixit : Desine jam pro peccatis tuis tantum oraræ. Ora et pro justitia, ut accipiens partem ex ea in domo tua. Et erexit me de loco, et apprehendit manum meam,et adduxit (67) me ad subsellium, et ait illis juvenibus : Ite,et ædificate. Postquam autem dicesserunt juvenes,et nos soli fuimus (68), ait mihi : Sede hic. Dico ei : Domina, sine seniores ante sedere. Quod tibi dico, inquit, sede. Cumque vellem sedere ad dexteram partem, non est passa ; sed annuebat mihi manu,ut ad sinistram partem sederem. Cogitante (69) autem me,et mæsto exsistente, quod non sivit me ad dexteram partem sedere, ait mihi : Quid mœstus es, Herma? Locus qui est ad dexteram, illorum est qui jam meruerunt Deum,et passi sunt causa nominis ejus (70). Tibi autem superest multum, ut cum illis sedeas. Sicut manes in simplicitate tua permane, et sedebis cum illis, et quicunque fuerint operati illorum opera, et sustinuerint quæ illi sustinuerunt.

### CAPUT II.

Dico ei : Domina, vellem scire quæ sustinuerunt. Audi, inquit ; Feras bestias, flagella, carceres, cruces, causa nominis ejus (71). Propter hoc, illorum sunt dextræ partes sanctitatis, et quisquis patiatur (72) propter nomen Dei (73) ; reliquorum autem sinistræ partes sunt. Sed utrisque eis (74), et qui ad dexteram,et qui ad sinistram sedent,sunt dona et promissiones ; tantum quod ad dexteram sedentes habent gloriam quamdam.Tu autem cupidus es sedere ad dextram cum eis ; sed exiguitates tuæ multæ sunt. Emundaberis autem ab exiguitatibus tuis.Sed et omnes qui dubii non fuerint,emundabuntur ab omnibus

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

προφῆτιν,quam Latinus interpres verterit *Sibyllam*. Sicut infra lib. II, mand. VI, ἀγγέλους et ἄγγελον, *genios* ac *genium* reddidit.

(56) Lamb. *libellum suum.*
(57) Mss. S. Germ. et Lamb. *scient electi.*
(58) Lamb. *Grappatæ* Sic mox, *Grappate.*
(59) Ms. S. Germ. pro *langues*, habet *jejunus.* Bodl. *egens es.* Lamb. *egens es.*
(60) Lamb. *ei loqui.* Fellus, *loqui ei.... dicerem.*
(61) Lamb. *æstimavi.*
(62) Lamb. *lintum.* Sic et Fellus.
(64) Bodl. *exstruexerunt.* Fellus, *erecti sunt.*
(64) Bodl., Lamb. et Carm. *horripilatio.*
(65) Bodl. et Lamb. *Apud me.*
(66) Lamb. *gloriæ.*
(67) Lamb. *eduxit.*
(68) Lamb. cum Fello *facti sumus.*
(69) Lamb. *Recogitante.* Fellus, *Cogitante ergo.*
(70) Bodl. *Domini.* At Victor. deest *ejus.*
(71) Rursus, ut modo, Bodl. *Domini.* Vict. deest.
(72) Lamb. *quicunque passus fuerit.* Bodl. *quisquis p. f.*
(73) Deest *Dei* in Lamb.
(74) Mss. Carm. et S. Germ. *utriusque et eis.* Lamb. *utrisque ex eisqui ad dexteram sedent, ad sinistram sedent.*

peccatis in hunc diem. Et cum hæc dixisset, volebat abire. Et procidens illi ab pedes, rogavi illam per Dominum, ut mihi demonstraret quod repromiserat visum. At illa rursus apprehendit manum meam, et erexit me,et fecit sedere super subselium ad sinistram ; et elevata virga quadam splendida, dixit mihi : Vides rem magnam ? Dico ei : Domina, nihil video. Ecce (75) non vides contra te turrim magnam, quæ ædificatur super aquas, lapidibus quadris (76) splendidis ? In quadrato enim ædificabatur turris ab illis sex juvenibus, qui venerant cum illa. Alia autem multa millia virorum apportabant lapides. Quidam autem de profundo trahebant lapides ; alii de terra transferebant, et porrigebant illis sex juvenibus. Porro illi accipiebant, et ædificabant. Eos autem qui de profundo extrahebantur lapides,omnes sic ponebantur (77) in structuram : politi enim erant, et convenientes commissuræ cum illis (78) lapidibus ; sicque conjungebantur alius ad alium, ita ut commissuræ eorum non paterent (79). Et in hunc modum apparebat (80) structura turris, tanquam ex uno lapide ædificata. Cæteros autem lapides qui afferebantur de terra,quosdam quidem rejiciebant quosdam vero adaptabant (81) in structuram. Alios excidebant, et projiciebant longe a turri. Alii autem lapides multi circa turrim positi erant (82); et non utebantur illis ad structuram. Erant enim quidam ex illis scabrosi, alii autem scissuras habebant, alii vero candidi et rotundi, non convenientes in structuram turris. Videbam autem alios lapides projici longe a turri, et incidentes in viam (83),et non manentes in via, sed volvi de via in locum desertum ; alios autem in ignem incidentes, et ardentes ; alios cadentes secus aquam, nec posse volvi in aquam, volentibus quidem eis intrare in aquam.

## CAPUT III.

Et cum hæc mihi demonstraret, volebat recedere (84). Dico ei : Domina, quid mihi prodest hæc vidisse, et non scire quæ sint hæ res ? Respondens dixit mihi: Versutus es homo, volens scire ea quæ circa turrim sunt. Ita, inquam ,domina, aut fratribus annuntiem,et hilariores fiant ; et hæc audientes honorificent Dominum cum multa gloria. Et illa ait : Audient quidem multi ; et cum audierint, quidam ex eis gaudebunt, quidam autem flebunt. Sed et isti (85) audientes, si pœnitentiam egerint, et ipsi gaudebunt. Audi nunc de similitudine turris omnia hæc, et hactenus mihi de revelatione molestior esse noli. Revelationes enim istæ finem habent : impletæ sunt enim. Sed tu non desinis in petendo revelationes,improbus (86) enim es. Turris quidem quam vides ædificari, ego sum Ecclesia, quæ tibi apparui et modo et prius. Quodcunque igitur volueris, interroga de turri ; et revelabo tibi, ut gaudeas cum sanctis. Dico ei : Domina, quoniam me semel dignum arbitrata es ut omnia mihi reveles, revela. Ait mihi : Quodcunque oportuerit tibi revelari, revelabitur ; tantum ut cor tuum apud Dominum sit,et ne dubites, quodcunque videris. Interrogavi (87) illam : Quare turris ædificata est super aquas, domina ? Respondit : Dixeram tibi et prius, versutum te esse circa structuras diligenter inquirentem ; igitur invenies veritatem. Quare ergo super (88) aquas ædificatur turris, audi : Quoniam vita vestra per aquam salva facta est, et fiet [67]. Fundata est enim verbo omnipotentis et honorifici nominis : continetur autem (89) ab invisibili virtute Dei.

## CAPUT IV.

Respondens dico ei. Magnifice habent se res hæ. Illi autem juvenes sex qui ædificant,qui sunt,domina? Hi (90) sunt angeli (91) Dei qui primo constituti sunt, quibus tradidit Dominus universam creaturam suam, struendi (92), ædificandi et dominandi creaturæ illius. Per hos enim (93) consummabitur structura turris. Cæteri autem qui apportant (94) lapides qui sunt ? Et ipsi sancti (95) angeli Domini : sed illi

[67] I Petr. III, 20, 21.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(75) Bodl. add. *Ait mihi : Ecce*, etc.

(76) Mss. S. Germ., Carm. et Lamb. *quadratis*. Sic et Fellus.

(77) Mss. Carm. et Lamb. *imponebant*. Bodl. *ponebant*.

(78) Ita quatuor mss. S. Germ., Vict., Bodl. et Lamb. Editi, *aliis*.

(79) Lamb,. Carm. et S. Germ. *parerent*. Sic et Fellus, qui tamen legendum conjicit, *paterent*.Hunc locum describit Origenes *Philocaliæ* cap. VIII.

(80) Bodl. et Lamb. *Et sic parebat*. Ita et Fellus, e quo tamen ms. lectionem minus recte reddunt editi.

(81) Lamb. *ponebant*.

(82) Sic Bodl. et Lamb. ex Fello. Editi *jacebant*. Apud Russelium invertitur lectio. Monet cl. Cotelerius huc respexisse Didymum in *Catena ad Job*. VIII, 17 18, p. 202. Ejus verba inter Veterum testimonia superius relata.Ilis affinia mox infra capp. 6 et 7, et lib. III, simil. IX, capp. 6, 7, 31.

(83) Lamb. *venientes in via*.

(84) Ms. S. Germ., Carm. et Lamb. *recurrere*.

(85) Ita mss. S. Germ. Carm.et Lamb. Editi, *illi*.

(86) Sic Bodl. et Lamb. Editi *importunus*.

(87) Ms.Lamb.: *Revela mihi quodcunque oportuerit tibi revelare. Revelabitur a te, tantum ut cor tuum apud Dominum sit, et ne dubites quod eum videris. Interrogavi*, etc. Laudat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. II, cap. 1, pag. 430.

(88) Bodl , Lamb. et Carm. *circa scripturas. Diligenter inquierens igitur*. Sic Fellus. Addit Clericus id ms. Lamb. ita legi : *scripturas, et inquirentem. Igitur inveniens veritatem quare super*, etc.

(89) Sic ms. Carm. Editi, *enim*.

(90) Bodl. add. *Ait mihi : Hi*, etc. Sic et Fellus.

(91) Addit Fellus ex Lamb. *sancti*.

(92) Ms. S. Germ., Carm. et Lamb. *creandi*. Fellus autem : *ut struerent, ædificarent et dominarentur*.

(93) Bodl. et Lamb. *ergo*.

(94) Bodl. *apportabant*. Fellus, *deportant*.

(95) Ms. S. Germ. et Vict. *et ipsi sunt sancti*.

sunt his excellentiores (96). Cum ergo consummata fuerit structura turris omnes simul epulabuntur juxta turrim, et honorificabunt Dominum, quoniam consummata erit structura turris. Interrogavi eam dicens: Vellem scire exitum lapidum, et vim eorum qualis sit. Respondens autem, dixit mihi : Nunquid tu præ omnibus melior es, ut tibi id reveietur? Alii enim priores te sunt et meliores te, quibus oportebat revelari visiones has ; sed ut honorificetur nomen Dei, tibi revelatum est (97) ; et revelabitur propter dubios, qui cogitant in cordibus suis, utrumne sint hæc,an non (98) sint. Dic illis, quod hæc omnia sunt vera,et nihil extra veritatem est ; sed omnia firma, certeque (99) fundata sunt.

## CAPUT V.

Audi nunc et de lapidibus qui sunt in structura. Lapides quidem illi quadrati et albi, convenientes in commissuris suis, ii sunt (100) apostoli, et episcopi, et doctores, et ministri, qui ingressi sunt (1) in clementia Dei, et episcopatum gesserunt, et docuerunt, et ministraverunt sancte et modeste electis Dei,qui dormierunt, quique adhuc sunt ; et semper cum illis convenerunt, et in se pacem habuerunt, et se invicem (2) audierunt. Propter Hoc et in structuram turris conveniunt commissuræ eorum. Qui vero de profundo trahuntur, et imponuntur in structura (3), et conveniunt commissuræ eorum cum cæteris lapidibus qui jam ædificati sunt ; ii sunt qui jam dormierunt,et passi sunt causa nominis Domini. Cæteri autem lapides qui apportabantur (4) a terra, volo scire (5) qui sint, domina. Ait : Eos quidem qui in terram vadunt, et non sunt politi, illos Deus probavit, quoniam (6) ingressi sunt in æquitatem Domini, et direxerunt vias in mandatis ejus. Qui autem afferuntur et ponuntur in structura turris,ii sunt (7) novelli in fide et fideles. Commonentur autem ab angelis ad benefaciendum, propterea quod non est inventa nequitia in illis. Quos autem rejiciebant et ponebant (8) juxta turrim,qui sunt illi (9)? Ait mihi : Hi sunt qui peccaverunt, et voluerunt pœnitentiam agere; propter hoc non sunt longe projecti a turri,quoniam utiles erunt in structura (10), si pœnitentiam egerint. Qui ergo pœnitentiam acturi sunt, si egerint pœnitentiam, fortes erunt in fide ; si nunc pœnitentiam egerint, dum ædificatur turris. Nam si consummata fuerit structura, jam qui non habet locum ubi ponatur, sed erit reprobus; solummodo autem hoc habebit, qui jam (11) ad turrim positus est.

## CAPUT VI.

Qui autem recidebantur, et longe projiciebantur a turre, vis scire qui sunt? Volo, inquam, domina (12). ii sunt filii iniquitatis, et qui crediderunt in simulatione, et omnis nequitia non discessit (13) ab eis : propter hoc non habent salutem ; quoniam non sunt utiles in structura (14),propter nequitias suas. Qua propter excisi sunt et longe projecti propter iram Domini ; quia exacerbaverunt eum. Cæteros autem lapides quos vidisti complures positos, non euntes in structuram ; ii quidem qui scabrosi erant (15), hi sunt qui cognoverunt veritatem, et nec permanserunt in ea, nec conjuncti sunt sanctis ; propter hoc inutiles sunt. Qui autem scissuras habebant, hi sunt qui (16) alius adversus alium in cordibus discordiam habent, et non habent (17) pacem inter seu : in præsentia (18) quidem pacem habentes,cum autem unus ab alio discesserit, nequitia eorum in cordibus permanet. Hæ sunt ergo scissuræ, quas habent lapides. Qui vero curti sunt, ii sunt qui crediderunt quidem, plurimam partem habentes iniquitatis (19); propter hoc curti, et non integri sunt. Candidi autem et rotundi, et non convenientes in structuram turris, qui sunt, domina? Respondens mihi, dixit : Usquequo stultus es et insensatus ; et omnia interrogas, et nihic intelligis? Hi sunt habentes quidem fidem, habentes autem et divitias hujus sæculi. Cum ergo venerit

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(96) Ms. S.Germ et Carm. *hi autem præcellentes illos.* Lamb. *præcellentes illis.*

(97) Clemens Alex. Στρωμ., lib. I, cap. 29. pag. 426, hunc locum hisce verbis describit : Θείως τοίνυν ἡ δύναμις ἡ τῷ Ἑρμᾷ κατὰ ἀποκάλυψιν λαλοῦσα· Τὰ ὁράματα, φησί, καὶ τὰ ἀποκαλύμματα, διὰ τοὺς διψύχους, τοὺς διαλογιζομένους ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, εἰ ἄρα ἐστὶ ταῦτα, ἢ οὐκ ἔστιν. Sequitur Clemens : Ὁμοίως δὲ... ὡς νέων φρένες ἠρέθονται. Quæ postrema verba cum sint Alexandrini, miror hactenus ab editoribus Hermæ fuisse hic in medium prolata, tanquam ab Alexandrino ex Herma descripta. Jamque id probe novisse videntur Potterus ad h.l. et Wottonus in notis ad Clementis Rom. Epist. I, cap. 23.

(98) Ms. S. Germ. et Lamb. *aut non.* Sic et Clemens Alex. l. c.

(99) Lamb., Carm. et Germ. *et certa quæ.*

(100) Bodl. *in commissura, hi sunt.*

(1) Lamb. *ingrediuntur.*

(2) Lamb· *alterutrum.*

(3) Bodl. *structuram.*

(4) Lamb. *apportantur.* Fellus, *portabantur.*

(5) Bodl. *scire inquam.*

(6) Bodl. *qui,* pro *quoniam.*

(7) Lamb. *in structuram turris, qui sunt? ii sunt.*

(8) Mss. S. Germ., Carm. et Lamb. *projiciebant.* Sic et Fellus.

(9) Bodl. *qui sunt? Ii.* Lamb. tantum *qui sunt ?*

(10) Bodl. *structuram.*

(11) Mss. S. Germ.,Carm. et Lamb. *quoniam.*Fellus : *habet qui.*

(12) Editi omittunt ista : *Volo inquam domina :* quæ Fellus ex mss. Bodl. et Lamb. restituit.

(13) Lamb. *abscessit.*

(14) Bodl. *structuram.*

(15) Ita mss.S. Germ.,Carm et Lamb. Ita et Felli editio. Al. omittunt *qui.*

(16) Sic Fellus ex Bodl. Al. omittunt, *hi sunt.* Lamb. pro *qui* exhibet *quia.*

(17) Bodl. *habentes.*

(18) Mss. S. Germ., Vict et Lamb. *persona.* Sic et Fellus.

(19) Bodl. *hi crediderunt quidem, sed plurimam partem habent iniquitatis.*

tribulatio, propter divitias suas et negotiationes abnegant Dominum (20). Respondens, dico ei : Dominaquando ergo utiles erunt Domino ? Cum circumcisæ, inquit fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant ; tunc erunt utiles Domino. ad ædificium. Sicut enim lapis rotundus, nis decisus fuerit, et abjecerit ab se aliquid, non potest quadratus fieri : sic et qui divites sunt in hoc sæculo, nisi circumcisæ fuerint divitiæ eorum, non possunt Domino utiles esse. A te (21) primum scito : Quando dives fuisti, inutilis eras ; nunc vero utilis es, et aptus vitæ tuæ ; nam et tu ipse ex eis lapidibus fuisti.

## CAPUT VII.

Cæteros autem lapides quos vidisti longe projectos a turri, et currentes in via, et volvi de via in loca deserta : ii sunt qui crediderunt quidem, dubitatione autem sua reliquerunt (22) viam suam veram, putantes se meliorem viam posse invenire. Errant autem et miseri sunt, ingredientes in desertas vias. Qui autem cadebant in ignem, et sedebant, ii sunt qui in perpetuum abscesserunt (23) a Deo vivo, nec amplius illis ascendit in corda pœnitentiam agere, propter desideria libidinum suarum et scelorum quæ operantur. Cæteri vero qui cadebant juxta aquas, et non poterant volvi in aquas, qui sunt ? Ii sunt qui verbum audierunt, volentes baptizari in nomine Domini ; quibus cum venit in memoriam sanctitas veritatis, retrahunt se, ambulantque rursus post desideria sua scelesta. Consummavit igitur enarrationem turris. Ego vero, cum adhuc essem improbus (24), interrogavi illam : An iis omnibus lapidibus (25) qui projecti sunt, nec conveniebant in structuram turris, an est pœnitentia ; et habebunt (26) locum in turre hac ? Habent, inquit, pœnitentiam, sed in hac turrre non possunt convenire ; alio autem loco ponentur multo inferiore ; et hoc (27), cum cruciati fuerint, et impleverint dies peccatorum suorum. Et propter hoc transferentur, quoniam perceperunt verbum justum (28). Et tunc illis continget transferri de pœnis, si ascenderint in corda ipsorum, opera quæ operati sunt scelesta. Quod si non ascenderint in corda ipsorum, non erunt salvi propter duritiam cordis sui.

## CAPUT VIII.

Cum ergo destiti interrogare (29) illam de omnibus istis, ait mihi : Vis aliud videre ? Cumque cupidus essem ad videndum, hilaris factus sum vultu. Respiciens me subrisit, et ait mihi : Vides septem mulieres circa turrim ? Video, inquam, domina. Turris hæc, inquit, ab iis (30) supportatur secundum præceptum Domini. Audi nunc effectus earum : Prima quidem earum quæ continet manu (31), Fides vocatur ; per hanc salvi fient electi Dei. Alia vero quæ succincta est, et viriliter agit, Abstinentia (32) vocatur ; hæc filia est Fidei. Quisquis ergo secutus fuerit illam, felix fiet in vita sua, quoniam ab omnibus operibus malis abstinebit (33) ; credens quod, si se continuerit ab omni concupiscentia, hæres erit vitæ æternæ. Cæteræ autem, inquam, domina, quinque quæ sunt ? Filiæ, inquit, invicem sunt. Vocatur autem quædam Simplicitas ; alia Innocentia, alia Modestia, alia Disciplina, alia autem Charitas. Cum ergo servaveris opera matris earum, omnia poteris custodire. Volebam scire, domina, quam quæque earum habeat (34) virtutem Audi, inquit : Virtutes æquales habent ; connexæ autem ad invicem sunt virtutes earum, et sequuntur se invicem sicut natæ sunt. Ex Fide nascitur Abstinentia, de Abstinentia Simplicitas, de Simplicitate Innocentia, de Innocentia Modestia, de Modestia Disciplina et Charitas (35). Harum ergo opera sancta, et pudica, et recta sunt. Quicunque ergo servierit his, et invaluerit (36) tenere opera earum, in turri habebit habitaculum cum sanctis Dei. Interrogavi illam de temporibus, si jam consummatio est (37) ? Illa autem exclamavit voce magna, dicens : Insensate homo ! nonne vides turrim semper ædificari (38) ? Quando ergo consummat fuerit turris et ædificata, habet finem : sed et cito consummabitur. Noli me amplius interrogare quidquam. Sufficiat tibi et omnibus sanctis commemoratio ista, et renovatio spirituum vestrorum. Sed non tibi hæc soli reve-

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(20) Bold. add. *suum.*

(21) Lamb. *Ad te.*

(22) Ms. S. Germ. et Lamb. *relinquent.*

(23) Bodl. et Lamb. *in fine abscesserunt.*

(24) Lamb. *ego qui, cum improbus essem.* Fellus : *Ego vero, qui cum.*

(25) Bodl. et Lamb. *An ii omnes lapides... si est illis.* Editt. Fell. et Russel. omittunt *an* secundum, quod al. exhibent. Et quidem redundare videtur, nisi malis : *an est, inquam.*

(26) Lamb. *habebuntur in.* Quæ varia lectio mendose apud Fabric. habetur.

(27) Ms. S. Germ. *hoc loco.*

(28) Lamb. *istud.*

(29) Lamb. *desivi interrogando.* Bodl. quoque, *desivi.*

(30) Ms. Vict. *his albis.*

(31) Manus contracta, inquit hic Fellus, rectissime fidem repræsent, taqua divina promissa apprehendimus. Magis tamen ad rem, ut videtur, Clemens Alex. qui Στρωμ. lib. II, cap. 12, sic Hermam supplet et interpretatur : Ἡ τοίνυν συνέχουσα τὴν Ἐκκλησίαν.

(32) Lamb. *Continentia.* Sic et Clemens Alex. l. c. ἐγκράτεια.

(33) Lamb. add. *se :* et paulo post, *abstinuerit* pro *continuerit.*

(34) Lamb. *Volo... quæque quam vim habeat illarum et virtutem.* Fellus addit : *Et dixi : Volo.*

(35) Sensum hujus loci putat Cl. Potterus expressisse Clementem Alex. l. c. hisce verbis : Καὶ πάλιν· Προηγεῖται μὲν πίστις, φόβος δὲ οἰκοδομεῖ, τελειοῖ δὲ ἡ ἀγάπη. Id est : *Etrursus* (inquit Hermas) : *Præcedit quidem fides, timor vero ædificat, perficit autem charitas.*

(36) Sic mss. S. Vict., Carm., Bold. et Lamb. Editi *voluerit.*

(37) Lamb. *esset.*

(38) Lamb. *Insensate autem homo ! num vides turrim super ædificari,*

lata sunt ; sed ut omnibus demonstres ea. Post triduum enim intelligere te oportet, Herma, verba hæc quæ tibi incipio dicere, ut loquaris ea in auribus (39) sanctorum, ut audientes ea cum fecerint, emundentur a nequitiis suis ; sed et tu cum illis.

## CAPUT IX.

Audite me ergo, filii : Ego vos enutrivi in multa simplicitate, et innocentia, et modestia, propter misericordiam Dei quæ super vos stillavit in justitia ; ut sanctificemini et justificemini (40) ab omni nequitia et omni pravitate ; vos autem non vultis requiescere a nequitiis vestris. Nunc ergo audite me, et pacem habete alius cum alio (41), et visitate vos alterutrum, et suscipite vos invicem, et nolite soli creaturas Dei percipere [68] ; abundantius etiam impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis infirmitantem carnis suæ contrahunt, et violant carnem suam (42). Aliorum autem qui non habent escas, marcescit caro ipsorum, propter id quod non habent sufficientem cibum ; et consumitur corpus eorum. Hæc igitur intemperantia nociva est vobis, habentibus et non communicantibus iis qui egent. Attendite judicium superveniens. Qui eminentiores estis, inquirite esurientes, dum adhuc turris non est consummata. Postquam enim consummata fuerit turris, voletis benefacere, et non habebitis locum. Videte ergo vos, qui gloriamini in divitiis vestris ne forte ingemiscant ii qui egent, et gemitus eorum ascendat ad Dominum [69], et excludamini cum bonis vestris extra januam turris. Nunc itaque vobis dico, qui præestis Ecclesiæ, et amatis primos consessus [70] (43) : nolite similes fieri maleficis. Et malefici quidem venena sua in pyxidibus bajulant (44) ; vos autem venenum vestrum et pharmacum (45) in corde continetis, et non vultis purgare corda vestra, et permiscere sensum vestrum puro cordi, ut habeatis misericordiam a Rege magno. Videte ergo, filii, ne forte hæ dissensiones vestræ fraudent vitam vestram. Quomodo vos erudire vultis electos Dei, cum ipsi non habeatis disciplinam ? Commonete ergo vos invicem [71], pacatique estote inter vos (46), ut et ego coram Patre vestro astans, rationem reddam pro vobis Domino.

## CAPUT X.

Cumque desiisset mecum loqui, venerunt illi sex juvenes, qui ædificabant, et tulerunt illam ad turrim (47) ; et alii quatuor sustulerunt subsellium, et abierunt ipsi iterum in turrim. Horum faciem non vidi, quoniam aversi erant. Euntem illam rogabam, ut mihi revelaret de tribus figuris, in quibus mihi apparuit. Respondens autem mihi, dixit : De his alium te oportet interrogare, ut tibi reveletur. Apparuit autem mihi, fratres (48), prima visione anno superiore valde anus, et in cathedra sedens. Alia autem visione, faciem quidem juvenilem habebat, carnem autem et capillos aniles ; et stans mihi loquebatur, hilarior autem erat quam (49) primum. Tertia autem visione, tota junior erat, et aspectu decora ; tantum quod (50) capillos aniles habebat : hilaris autem facie erat, et super subsellium sedens. De his ipsis mœstus eram valde, donec cognoscerem visionem (51) hanc. Video anum illam in visu noctis dicentem mihi : Omnis rogatio humilitate eget (52) Jejuna ergo, et percipies a Domino quod postulas. Jejunavi ergo diem unam. Eadem nocte apparuit mihi juvenis, et ait : Quid tu frequenter petis revelationes in oratione ? Vide, ne multa postulans noceas carni tuæ. Sufficiant tibi revelationes hæ. Nunquid poteris fortiores revelationes videre quam quas vidisti ? Respondens ei dico : Domina, hoc solum peto pro tribus figuris illius anus, ut integra fiat revelatio. Respondit mihi : Vos non insensati estis ; sed dubitationes vestræ vos insensatos faciunt, eo quod (53) non habeatis cor vestrum ad Dominum. Respondi illi, et dixi : Sed a te ea diligentius cognoscemus (54) .

## CAPUT XI.

Audi, inquit, de figuris quas inquiris (55). In prima quidem visione, quare anus tibi apparuit super cathedram sedens ; quoniam spiritus vester antiquior, etiam marcidus est, et non habens vim a vestris infirmitatibus, et dubitatione cordis. Sicut enim seniores qui non habent spem renovandi, et nihil aliud exspectant (56) nisi dormitionem suam : sic et vos infirmati a sæcularibus negotiis tradidistis vos in

[68] Job. xxxi, 17. [69] Jac. v, 4. [70] Matth. xxiii, 6 ; Marc. xii, 39 ; Luc. xi, 43 et xx, 46. [71] Coloss. iii, 16.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Lamb. add. *omnibus.*
(40) Bodf. deest *et justificemini.*
(41) Lamb. pro *cum alio* habet *in alium.*
(42) Lamb. *assumunt, sed et cumulant et conviolant.*
(43) Lamb. *recubitus.* Vulgata lectio pressius inhæret locis Nov. Test. excitatis.
(44) Lamb. *in pyxides portant.*
(45) Bodl. et Lamb. *medicamentum.*
(46) Ita mss. S. Vict., Carm., Lamb. et Fellus. Al. *inter eos.*
(47) Lamb. et Carm. *a turri.*
(48) Lamb. deest *fratres :* et mox cum Bodl. habet, *anno priore.*
(49) Lamb. desunt. *erat quam.*
(50) Lamb. *quidem.* Mox, *in facie.*
(51) Bodl. et Lamb. *revelationem.*
(52) Antiochus homil. 106 : Χωρὶς δὲ ταπεινοφροσύνης οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτον γενέσθαι προσευχήν. *Neque vero sine humilitate accepta esse potest oratio.* Fabric.
(53) Ms. S. Vict. *et quod.*
(54) Lamb. *cognoscamus.*
(55) Bodl. *de quibus.* Fellus : *requiris.*
(56) Lamb. *expetunt.*

socordiam (57), et non projecistis a vobis sollicitudinem in Domino ; et contusus (58) est sensus vester. et inveterastis in tristitiis vestris. Quare ergo super cathedram sedebat, volebam cognoscere, domina ? Respondit : Quoniam omnis infirmus super cathedram sedet propter infirmitatem suam, ut contineatur infirmitas ejus. Ecce habes figuram primæ (59) visionis.

## CAPUT XII.

Secunda autem visione, vidisti illam stantem, et juvenilem faciem habentem, et hilariorem quam pristinam ; carnem autem et capillos aniles. Audi, inquit, et hanc parabolam. Cum senior jam fuerit aliquis, desperat de se ipso (60) propter infirmitatem suam et paupertatem, et nihil aliud exspectat, nisi diem extremum vitæ suæ. Deinde subito illi relicta est hæreditas ; et audiens exsurgit, hilarisque factus induit virtutem ; et jam non discumbit, sed stat, et liberatus est (61) a prioribus mœroribus ; et jam non sedet, sed viriliter agit. Ita et vos (62), audita revelatione, quam Deus vobis revelavit ; quia misertus est Dominus vestri et renovavit spiritum vestrum, et deposuistis infirmitates vestras ; accessit vobis fortitudo, et invaluistis in fide ; et visa Deus fortitudine vestra, gavisus est. Propter hoc demonstravit vobis structuram turris : et alia ostendet, si ex toto corde pacem habueritis inter vos.

## CAPUT XIII.

Tertia autem visione vidisti illam adolescentiorem, honestam et hilarem, et serenum (63) vultum ejus. Sicut enim, si alicui mœsto supervenerit nuntius bonus aliquis, statim oblitus est mœroris, nihilque aliud exspectat, nisi annuntiationem quam audivit : et confortatur de cætero, et renovatur spiritus ejus propter gaudium quod accepit : sic et vos renovationem accepistis spirituum vestrorum, videntes hæc bona. Et quia super subsellium vidisti (64) sedentem ; fortis positio est ; quoniam quatuor pedes habet subsellium, et fortiter stat. Nam et mundus per quatuor elementa continetur. Qui ergo pœnitentiam egerint integre (65), juniores erunt ; et qui ex toto corde pœnitentiam egerint, erunt fundati. Habes in pleno (66) revelationem : nihil amplius postules de revelandis (67). Si quid autem oportuerit, revelabitur tibi.

# VISIO IV.

## *De tentatione et tribulatione hominibus superventura.*

## CAPUT PRIMUM.

Visionem vidi, fratres, post dies viginti pristinæ visionis, figuram tribulationis superventuræ. Proficiscebar (68) in illa via Campana : a via autem publica in villam sunt fere stadia decem. Raro autem iter fit per locum illum. Et solus ambulans rogabam Dominum, ut revelationes ejus quas mihi ostendit per sanctam Ecclesiam suam, confirmaret, et daret pœnitentiam omnibus servis suis qui scandalizati sunt ; ut honorificetur nomen ejus magnum et honorificum, et quia me dignum exstimavit ut ostenderet mihi mirabilia sua, et eum honorificarem et gratias agerem. Tanquam (69) vox mihi respondit : Ne dubites, Herma. Intra me ergo cœpi cogitare et dicere : Ego quid habeo dubitare, sic fundatus a Domino, et qui vidi honorificas res ? Progressus sum paululum, fratres : et ecce video pulverem usque ad cœlum. Cœpi dicere intra me : Nunquid jumenta veniunt, et pulverem excitant ? Distabat (70) autem a me tanquam stadium. Et ecce video magis magisque pulverem exsurgentem, adeo ut suspicarer esse aliquid (71) divinitus. Pusillum autem resplenduit sol : et ecce video bestiam magnam veluti cetum, et ex ore ejus locustæ igneæ procedebant [72]. Erat autem statura bestiæ illius pedes fere centum : caput autem habebat tanquam vas urnale (72). Cœpi flere et invocare Dominum, ut me liberaret ab illa. Deinde recordatus sum verbi quod audieram : Ne dubites, Herma. Indutus ergo, fratres fidem Dei ; et memoratos quis docuit (72) me magnalia ; audenter in bestiam me tradidi. Sic autem veniebat bestia illa, ita ut posset in ictu civitatem

[72] Apoc. XI et XII.

## VARIÆ LECTIONIS ET NOTÆ.

(57) Ita editi. Fellus vero ex mss. Angl. *acedias.*

(58) Sic mss. S. Vict., Carm., Bodl. et Lamb. Editi, *confusus.*

(59) Lamb. *prioris.* Id. sub initium hujus cap. *in priore.*

(60) Lamb. *se ipsum.*

(61) Lamb. *sumptus.* Editt. Paris. an. 1644, Cler. et Fabric. post *liberatus* omitt. *est,* quod exhibent Fell. et Russel.

(62) Sic emendavit Fabricius ex ms. S. Victor. Hanc tamen lectionem jam antea exhibuerat Fellus in sua edit. Oxon. Al. *audite revelationem.*

(63) Bodl. *bonam.* Lamb. *in bonam et hilarem, et bene serenum.*

(64) Sic leg. ex mss. S. Germ. et Lamb. pro *vidistis,* quod habent editi. Addit Carm. *tanquam urnalem.* Vide mox infra vis. IV, cap. 1.

(65) Lamb. deest *integre.* Et recte, ut videtur : nam paulo post, ad distinctionem : *ex toto corde.*

(66) Ita mss. Bodl. et Lamb. Ita et Fellus in sua edit. Oxon. Al. *Habes enim in pleno.*

(67) Lamb. *revelatione.*

(68) Bodl. et Lamb. hic omittunt *enim* quod habent editi.

(69) Fellus : *Et cum honorificarem et gratias agerem, tanquam.* etc., quod magis placet.

(70) Lamb. *Sic erat.*

(71) Bodl. *hoc aliquid.*

(72) Ms. Vict. deest *tanquam.* Lamb. *fumalem.*

(73) Lamb. *quæ quis docuit.... memoratus,* id est memor. Sic supra vis III, cap. 1.

dedere. Veni prope illam, et tam grandis bestia extendit se in terram, et nihil nisi linguam proferebat, et in totum (74) non movit se, donec pertransissem (75) illam totam. Habebat autem bestia illa super caput colores quatuor : nigrum, deinde rubeum et sanguinolentum, inde aureum, deinde album.

## CAPUT II.

Postquam autem pertransivi illam, progressus sum fere pedes triginta ; et ecce occurrit mihi virgo (76) quædam exornata tanquam de thalamo prodiens (77) [73], tota in albis, et calceamentis albis circumdata, et usque ad faciem mitram habens ; pro tegumento autem habebat capillos nitidos. Cognovi ergo a pristinis visionibus, quoniam Ecclesia est ; et hilarior factus sum. Salutavit autem me, dicens : Ave tu, homo. Et illam resalutavi (78), dicens : Domina, ave. Respondens autem dixit mihi : Nihil tibi occurrit, homo ? Dico ei : Domina, occurrit mihi (79 talis bestia, quæ possit populum consumere ; sed virtute Dei et singulari (80) ejus misericordia, evasi illam. Bene effugisti, inquit ; quoniam solitudinem et sollicitudinem tuam ad Dominum projecisti [74], et cor tuum aperuisti ad eum, credens quod per nullum alium poteris salvus esse, nisi per magnum et honorificum nomen ejus (81). Propter hoc misit Dominus angelum suum qui est super bestias, cui nomen est Hegrin (82), et obturavit os ejus, ne te dilaniaret. Magnam tribulationem effugisti propter fidem tuam, et qui talem bestiam non dubitasti. Vade ergo, et enarra electis Dei magnalia ipsius. Et dices illis, quod bestia hæc (83) figura est pressuræ superventuræ. Si ergo (84) præparaveritis vos, poteritis effugere illam ; si cor vestrum fuerit purum ac sine macula, et reliquos dies vitæ vestræ (85) servieritis Deo sine querela. Imittite sollicitudines vestras super Dominum, et ipse diriget eas (86) [75]. Credite Deo, qui estis dubii ; quoniam omnia potest, et avertere (87) iram suam a vobis, et mittere vobis præsidia (88). Væ dubiis iis, qui audierunt verba hæc, et contempserint : melius erat illis non nasci [76].

## CAPUT III.

Interrogavi eam de illis quatuor coloribus, quos habebat bestia in capite. At illa respondit mihi, dicens : Iterum tu curiosus es, de rebus hujusmodi interrogans (89). Et dixi : Domina, demonstra mihi quid sint illa ? Audi, inquit : Illud nigrum mundus est, in quo commoramini : igneum autem et sanguinolentum (90), quoniam oportet sæculum hoc per sanguinem et ignem deperire ; aurea autem pars, vos estis qui effugistis sæculum hoc. Sicut enim per ignem aurum probatur, et utile fit [77] : sic et vos probamini, qui habitatis in illis. Qui igitur permanserint, et perseveraverint (91), et probati fuerint ab eis, purgabuntur. Et sicut aurum emundatur (92), et remittit sordem suam : sic et vos abjicietis omnem tristitiam et angustiam et emundabimini in structuram (93) turris. Alba autem (94) pars, superventuri est sæculi, in quo habitabunt electi Dei ; quoniam immaculati et puri erunt electi Dei in vitam æternam. Tu ergo ne desinas loqui (95) hæc auribus sanctorum. Habetis et figuram tribulationis superventuræ magnæ. Nam si vos volueritis (96), nihil erit. In mente habete (97) ista quæ præscripta sunt. Hæc cum dixisset, discessit. Non vidi autem quem in locum abierit (98). Strepitus autem factus est, et adversus sum retrorsum, metuens ; et putabam bestiam illam advenire (99).

[73] Apoc. xxi, 2. [74] I Petr. v, 7. [75] Psal. liv, 23 ; Matth. vi, 25 ; Luc. xii, 22 ; Philipp. iv. 6. [76] Matth. xxvi, 24 ; Marc. xiv, 22. [77] I Petr. i, 7.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(74) Lamb. *in tantum*. Sic et Fellus.
(75) Bodl. et Lamb. *transirem*.
(76) Hieronymus *in Ose.* vii, 9. *Hermæ videtur Ecclesia adolescentula, et sponsa crinibus adornota.*
(77) Lamb. *progrediens*.
(78) Lamb. *Et ego salutavi eam*. Fellus : *Et e. resalutavi eam*.
(79) Bodl. et Lamb. omitt. *occurrit mihi*.
(80) Lamb. *nimia*. Sic et Fellus.
(81) Deest *ejus* ms. S. Vict.
(82) Ms. Carm. *Egrin*. Cl. Nourryus in *Appar. ad Bibl. PP.*, tom. I, col. 65, vexatum hunc locum restituendum putat ex cod. Colb. qui sic se habet : *Misit Dominus angelum suum super bestiam, cujus nomen est Hegrin*. Suspicatus jam fuerat doctissimus Cotelerius, Hermam Græce hoc fere modo scripsisse : Ἔπεμψε Κύριος ἄγγελον αὐτοῦ, ὃς ἐστιν ἐπὶ θηρίον, ᾧ ὄνομα Ἄγριον. Quam in sententiam excitat illud psal. lxxix, 14. Ἐλυμήνατο αὐτὴν σῦς ἐκ δρυμοῦ. καὶ μονὶς ἄγριος κατενεμήσατο αὐτήν.. *Devastavit eam aper de silva, et singularis ferus depastus est eam*. Quod tamen Fello minus videtur admittendum. Huc autem respexisse Hieronymum lib. i, *in Habacue* i, 14, nonnullis visum, cet alii viri docti aliter senserint.
(83) Lamb. *talis hæc*.
(84) Recitat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. iv, cap. 9, pag. 596.
(85) Sic Fellus. Al. *dies vestros*. Felli nota minus recte redditur in posterioribus editionibus.
(86) Ita ms. Lamb. Editi *dirigat*.
(87) Bodl. et Lamb. *quoniam potest avertere*. Quam lectionem secutus est Fellus.
(88) Al. *suffragia*.
(89) Lamb. *interrogas ?*
(90) Lamb. *Ille niger.., igneus... sanguinolentus*.
(91) Ista, *et perseveraverint*, omittunt editi, quæ Fellus restituit ex Bodl. et Lamb.
(92) Ita mss. S. Germ. Carm. et Lamb. Ita et Fellus. Hanc vero, non autem illam quam habent editi, *emendatur*, veram esse lectionem, id suadet quod mox addit : *sic et vos. . . emundabimini*.
(93) Lamb. *structura*.
(94) Ms. S. Vict. *Album autem*.
(95) Bodl. et Lamb, *loquendo*.
(96) Lamb. *etsi volueritis*.
(97) Ms. Lamb. apud Clericum, *In mentem habeto*. Editio tamen Oxon. sic : *In mente habetote*.
(98) Lamb. *quo loco abiit*.
(99) Bodl. et Lamb. *venire*.

# LIBER SECUNDUS

QUI INSCRIBITUR

# MANDATA.

—

## PROOEMIUM.

Cum orassem domi, et consedissem (100) supra lectum, intravit vir quidam reverenda facie, habitu pastorali, pallio albo amictus (1), peram in humeris (2) et virgam in manu gestans, et salutavit me. Et ego resalutavi eum. Protinusque consedit juxta me, et ait mihi : Missus sum ab eo venerabili nuntio, ut habitem tecum reliquos dies vitæ tuæ. Et ego putabam, ipsum ad tentandum me venisse. Et dico ei : Tu enim quis es? Ego enim novi cui traditus sum. Ait mihi : Non cognoscis me? Non, inquam (3). Ego, inquit, sum pastor ille cui traditus es. Adhuc loquente eo, figura ejus mutata est. Cumque cognovissem, esse eum cui traditus fueram, confusus sum, protinusque metus me subiit (4), et totua mœrore confectus sum, quia sic ei responderam insipienter (5). Ait mihi : Noli confundi, sed virtutem concipe animo in mandatis meis, quæ daturus sum tibi. Missus sum enim, inquit, ut quæ vidisti superius, omnia tibi rursus ostendam ; præcipue quæ ex eis utilia sunt vobis. Primum omnium, mandata (6) mea et species similitudinum scribe. Reliqua autem, sicut ostendero tibi, sic ea scribes. Ideo autem præcipio tibi, primum mandata mea et similitudines scribere, ut subinde legendo facilius ea custodire possis. Scripsi igitur mandata et similitudines, ta ut præcepit mihi. Quæ audita si custodieritis, atque in his ambulaveritis, et exercueritis ea mente pura, recipietis a Domino quæ (7) pollicitus est vobis. Sin autem, iis auditis, non egeritis pœnitentiam, sed adhuc adjeceritis ad delicta vestra a Domino adversa recipietis. Hæc omnia præcepit mihi scribere pastor ille, nuntius pœnitentiæ.

## MANDATUM I.

*De fide in unum Deum.*

### CAPUT UNICUM.

(8) Πρῶτον πάντων πίστευσον, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, καὶ ποιήσας ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα.

Primum omnium, crede quod unus est Deus qui omnia creavit et consummavit, et ex, nihilo omnia fecit.

(9) Ipse capax universorum, solus immensus est. Qui nec verbo definiri, nec mente concipi potest. Crede igitur in eum, et time eum, et timens habe abstinentiam. Hæc custodi, et abjice abs te omnem

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(100) Mss. Carm. *cum sedissem.* Notat hunc locum Tertullianus lib. *De orat.*, cap. 12.

(1) Lamb. *dignitosam faciem.... pallium album.*

(2) Lamb. *humerum.*

(3) Lamb. *Nequaquam* Fellus : *Non, inquam. Ait : Ego*, etc.

(4) Bodl. *confusus sum protimus, metusque in me intravit.*

(5) Bodl. et Lamb. *nequiter et insipienter.*

(6) Lamb. *omnia Mandata.*

(7) Bodl. et Lamb. *quæcunque.*

(8) Græca ista desumpta sunt ex S. Athanasii lib. *De decret. Nic. syn.*, num. 4, tom. I, pag. 211, edit,BB, qui et illa exhibet lib. *De incarn.* num. 3, tom. I, pag. 49, et in *Epist. ad episc. Africæ*) num. 5 tom. II, pag. 895. Eadem recitat Eusebius *Hist. Eccl.* lib. v, cap. 8, demptis ultimis verbis, καὶ ποιήσας. Nonulla his similia scripserat Hermas lib. I, vis. I, cap. 1 : *Deus qui in cœlis habitat, et condidit ex nihilo ea quæ sunt.* Hoc autem illustre Mandatum, præter Athanasium et Eusebium, celebrant vetustiores Patres : Irenæus lib. IV, cap. 20, num. 2 ; Origines tom. I *Comment. in Joann.* I, 1, item *De principiis* lib. I, cap. 3, num. 3, et lib. II, cap. 1, num. 5. Quibus adde Nicetam ad Nanzianz. orat. 4. Neque hic omitterem Philastrium, qui hæresi 122 hæc habet : *Cum anima facta sit a Domino, ex nihilo scilicet, ut scriptum est* : Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quæ non erant, *anima itaque*, etc. Id sane visum Fabricio, qui hunc Philastrii locum inter Veterum testimonia de Herma descripsit. At quominus Fabricio adhæream prohibet ipsemet Philastrius, qui eadem verba recitat hær. 80, velut e Salomone desumpta, nimirum Sap. I, 14, ubi sic : Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα : quo forte respexit noster Hermas.

(9) Auctor *Doctrinæ ad Antiochum ducem*, a Cl. Montfauc. editæ tom. III Opp. S. Athanasii ; plurima exhibet Græca Hermæ fragmenta, identidem infra notanda. Ad hunc itaque locum quod attinet, sic ille pag. 252, num. 1. Εἷς Θεὸς μόνος ὁ πάντα χωρῶν, μόνος δὲ ἀχώρητος ὤν. *Unus Deus solus qui omnia*

concupiscentiam (10) et nequitiam, et indue (11) virtutem justitiæ : et vives Deo, si custodieris mandatum hoc.

## MANDATUM II.

*De fugienda obtrectatione, et eleemosyna facienda in simplicitate.*

### CAPUT UNICUM.

Dixit mihi : Simplicitatem habe, et innocens esto ; et eris sicut infans qui nescit (13) malitiam, quæ perdidit (14) vitam hominum. Primum, de (15) nullo male loquaris, necque libenter audias male loquentem. Sin vero et tu audieris, particeps eris peccati male loquentis ; et credens, tu quoque peccatum habebis, quia credidisti male loquenti de fratre tuo. Perniciosa est detractio ; inconstans dæmonium est, nunquam in pace consistit, sed semper in discordia manet.

(12) Ἁπλότητα ἔχε, καὶ ἄκακος γενοῦ, καὶ ἔσο ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα πονηρίαν, τὴν ἀπολοῦσαν τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Πρῶτον μὲν μηδενὸς καταλάλει, μηδὲ ἡδέως ἄκουε τοῦ καταλαλοῦντος· εἰ δὲ μή, καὶ σὺ ἀκούων, ἔνοχος ἔσῃ τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Πονηρὸν γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἡ καταλαλιὰ, καὶ ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν.

*Hinc etiam* ANTIOCHUS, *homilia* 29, *ista habet.*

*Bonum itaque est, de nullo male loqui, neque libenter audire male loquentem. Sin vero, et qui audierit, reus erit peccati hominis male loquentis, si crediderit obloculioni. Qui enim credet, habebit adversus fratrem suum. Hic ergo reus est peccati hominis obloquentis. Neque enim oportet aliquid dicere contra fratrem absentem calumniandi intentione, quod est oblocutio: licet vera sint quæ dicuntur ; sed potius oblocutorem aversari. O quantum perniciosa est detractio, inconstans dæmonium, nunquam in pace consistens, sed semper in discordia manens!*

Καλὸν οὖν ἐστιν, ἐπὶ μηδενὸς καταλαλεῖν, μηδὲ ἡδέως ἀκούειν καταλαλοῦντος. Εἰ δὲ μὴ, καὶ ὁ ἀκούων ἔνοχος ἔσται τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος, ἐὰν πιστεύσῃ τῇ καταλαλιᾷ. Ὁ γὰρ πιστεύσας, ἕξει μετὰ [Ὅσ. κατὰ] τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ. Οὗτος οὖν ἔνοχός ἐστι τῆς ἁμαρτίας τοῦ καταλαλοῦντος. Οὐ δεῖ γὰρ μετὰ ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν τι, σκοπῷ τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἡ καταλαλιὰ, κἂν ἀληθῆ τὰ λεγόμενα· ἀλλὰ μᾶλλον ἀποστρέφεσθαι τὸν καταλαλοῦντα. Ὢ πόσον πονηρά ἐστιν ἡ καταλαλιὰ, ἀκατάστατον δαιμόνιον, μηδέποτε εἰρηνεῦον, ἀλλὰ πάντοτε ἐν διχοστασίαις κατοικοῦν!

Contine te ab illa (16) et semper pacem habe cum fratre tuo. Indue constantiam sanctam, in qua nulla sunt peccata, sed omnia læta sunt.

Ἄπεχε οὖν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ εἰρήνην ἕξεις μετὰ πάντων. Ἔνδυσαι δὲ τὴν ἁπλότητα, καὶ τὴν σεμνότητα, ἐν οἷς οὐδέν ἐστι πρόσκομμα πονηρὸν, ἀλλὰ πάντα ὁμαλὰ καὶ ἱλαρά.

Et benefac de laboribus (17) tuis. Omnibus inopibus da simpliciter, nihil dubitans, cui des. Sed omnibus da : omnibus enim Deus dari vult de suis bonis. Qui ergo accipiunt, reddent rationem Deo, quare acceperunt, et ad quid. Qui autem accipiunt ficta necessitate, reddent rationem ; qui autem dat, innocens erit. Sicut enim accepit a Domino, ministerium consummavit, nihil dubitando cui daret, et cui non daret (18) ; et fecit hoc ministerium simpliciter et gloriose ad Deum. Custodi ergo mandatum hoc, sicut tibi locutus sum ; ut pœnitentia tua simplex inveniatur, et possit domui tuæ bene fieri ; et cor mundum habe.

ANTIOCHUS, *homilia* 98.

*Bonum igitur est, de propriis laboribus quæ suppeditavit Deus, omnibus inopibus dare simpliciter ; nihil dubitando, cui des, cui non des. Omnibus enim Deus dari vult de suis donis : non autem quemquam dubitare, cui det, vel cui non det. Hoc quippe ministerium simpliciter factum, gloriosum est apud Deum : et qui ita simpliciter ministrat, vivet Deo.*

Καλὸν οὖν ἐστιν, ἐκ τῶν ἰδίων κόπων, ὧν ὁ Θεὸς ἐπιχορηγεῖ, πᾶσιν ὑστερουμένοις παρέχειν ἁπλῶς, μηδὲν διστάζοντα, τίνι δῷς, τίνι μὴ δῷς. Πᾶσι γὰρ ὁ Θεὸς δίδοσθαι θέλει ἐκ τῶν ἰδίων δωρημάτων, καὶ μὴ διακρῖναι, τίνι δῷ, ἢ τίνι μὴ δῷ. Ἡ γὰρ διακονία αὕτη ἁπλῶς τελεσθεῖσα, ἔνδοξος ὑπάρχει παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ οὕτως ἁπλῶς διακονῶν, τῷ Θεῷ ζήσεται.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

*continet, cum solus ipse contineri nequeat.* Paulo aliter auctor *Prædicationis Petri* apud Clementem Alex. Στρωμ. lib. VI, cap. 5, pag. 759 : Ἀχώρητος, ὃς τὰ πάντα χωρεῖ..

(10) Ita Fellus ex Bodl. et Lamb. Editi *omnem nequitiam.*

(11) Sic recte Lamb. et Vict. Sic quoque Fellus et Fabric. Al *inde.*

(12) *Ex Doctr. ad Antioch.*, num. 2, pag. 253.

(13) Mss. Angl. *infantes qui nesciunt ;* sicut et Græca.

(14) Lamb. *perdit.*

(15) Ista delibat et exaggerat Antiochus homil. 29, ut mox infra.

(16) Mss. Angl. *Abstine te ab illo* (dæmonio.) Græca *Doctr. ad Antioch.* sic : *Abstino te igitur ab eo, et pacem habebis cum omnibus. Indue autem simplicitatem et honestatem, in quibus nullum est offendiculum malum, sed omnia plana et jucunda.*

(17) Bodl. *dalatoribus.* Hæc item Antiochus homil. 98.

(18) Lamb. *cui dare, cui non dare.*

## MANDATUM III.

*De fugiendo mendacio, et Hermæ pœnitentia ob simulationem.*

### CAPUT UNICUM.

(19) Ἀλήθειαν ἀγάπα, καὶ πᾶσα ἀλήθεια ἐκ τοῦ στόματός σου ἐκπορευέσθω, ἵνα τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατοικῇ σοι. — Οἱ γὰρ ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Θεόν. — Ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἀληθείας, καὶ ἐγένοντο οἰκητήρια τοῦ ἀληθινοῦ πνεύματος.

Iterum mihi dixit: Veritatem dilige, et omnis sermo verus (20) ex ore tuo procedat; ut spiritus quem Dominus constituit in carne tua, verax inveniatur apud cunctos homines; et Dominus magnificetur, qui dedit spiritum in te (21); quia Deus verax est in omni verbo, et non est mendacium in ipso. Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, non reddentes Deo depositum quod acceperunt (22). Acceperunt enim spiritum sine mendacio. Hunc si mendacem reddunt, coinquinant mandatum Domini, et fraudatores fiunt.

ANTIOCHUS, *homilia* 66.

Χρὴ οὖν πᾶσαν ἀλήθειαν ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορεύεσθαι, ἵνα τὸ πνεῦμα, ὁ ὁ Θεὸς κατῴκησεν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ, ἀληθὲς εὑρεθῇ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ οὕτως δοξασθῇ ὁ Κύριος, ὁ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ κατοικῶν· ὅτι ὁ Κύριος ἀληθινὸς ἐν παντὶ ῥήματι, καὶ οὐδὲν παρ' αὐτῷ ψεῦδος. Οἱ οὖν ψευδόμενοι ἀθετοῦσι τὸν Κύριον, καὶ γίνονται ἀποστερηταὶ τοῦ Κυρίου, μὴ ἀποδιδόντες αὐτῷ τὴν παραθήκην ἣν ἔλαβον. Ἔλαβον γὰρ πνεῦμα ἄψευστον· τοῦτο ἐὰν ψευδὲς ἀποδώσωσιν, ἐμίαναν τὴν τοῦ Θεοῦ παραθήκην, καὶ ἐγένοντο ἀποστερηταί.

*Oportet ergo, ut omnis veritas ex ore hominis procedat: ut spiritus quem Deus constituit in carne hac, verax inveniatur apud cunctos homines; et sic Dominus magnificetur, qui in homine habitat: quia Dominus verax est in omni verbo, et non est mendacium in ipso. Qui ergo mentiuntur, abnegant Dominum, et fiunt fraudatores Domini, non reddentes ei depositum quod acceperunt. Acceperunt enim spiritum sine mendacio: hunc si mendacem reddunt, coinquinant mandatum seu depositum Dei, et fraudatores fiunt.*

His auditis, ego vehementer (23) flevi. Qui cum flentem me videret, dixit mihi: Quid ploras? Et dixi: Quoniam, domine, nescio an possim salvus esse. Quare, inquit? Et dixi: Quia nunquam, domine, verum locutus sum verbum in vita mea, sed semper in (24) simulatione vixi, et mendacium pro veritate affirmavi (25) omnibus; et non mihi quisquam contradixit, sed fides habita est verbo meo. Quo modo ergo potero vivere, cum sic egerim? Et dixit mihi: Tu quidem bene et vere sentis. Oportebat enim te, sicut Dei servum, in veritate ambulare, et malam conscientiam cum spiritu veritatis non conjungere, nec tristitiam Spiritui Dei sancto et vero facere [18]. Et dixi illi: Numquam, domine, hæc verba tam diligenter audivi. Et dixit mihi: Nunc audis. Cura deinceps (26), ut et illa quæ prius locutus es falsa pro negotiis tuis, his verbis et illa fidem recipiant (27). Possunt enim et illa fidem recipere, si vera locutus fueris deinceps: et si veritatem servaveris, poteris vitam consequi. Et quicunque audierit hoc mandatum, et fecerit, et recesserit a mendacio, vivet Deo.

Ἐὰν οὖν τὴν ἀλήθειαν φυλάξῃς, δυνήσῃ σεαυτῷ ζωὴν περιποιήσασθαι.

## MANDATUM IV.

*De dimittenda adultera.*

### CAPUT I.

(28) Φύλασσε τὴν ἁγνείαν, καὶ μὴ ἀναμενέτω ἐπὶ τὴν καρδίαν σου περὶ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ἢ περὶ πορνείας τινός, ἢ περὶ τοιούτων ὁμοιμάτων· τοῦτο γὰρ ποιῶν ἁμαρτίαν μεγάλην ἐργάζῃ. Βλέπε οὖν· ἀπέχου ἀπὸ τῆς ἐνθυμήσεως ταύτης.

Mando, ait, tibi, ut castitatem custodias, et non ascendat tibi cogitatio cordis de alieno matrimonio, aut de fornicatione; hæc enim parit (29) peccatum magnum. Tu autem semper memor esto Domini, omnibus horis; et nunquam peccabis. Si enim hæc cogitatio in cor tuum ascenderit tam mala, magnum peccatum facis: et qui hæc faciunt, viam mortis sequuntur. Vide ergo tu; abstine te ab hac cogitatione. Ubi enim castitas, manet in corde hominis justi, nunquam (30) ibi ascendere debet cogitatio mala. Et dixi illi: Domine, permitte me pauca verba tecum

[18] Ephes. IV, 30.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(19) *Doctr. ad Antioch.* num. 3, ex hoc Hermæ mandato, sed hinc inde petita.

(20) Bodl. et Lamb. *veræ*. Hæc laudat Antiochus, homil. 66.

(21) Lamb. *spiritum vitæ*.

(22) Vide infra lib. III, simil IX, cap. 32.

(23) Bodl. *Ergo auditis, vehementer*.

(24) Lamb. *cum*.

(25) Lamb. *firmavi*.

(26) Lamb. *Custodi amodo*. Sic et mox, *amodo* pro *deinceps*.

(27) Bodl. et Lamb. *percipiant*; et mox *percipere*.

(28) *Doctr. ad Antioch.* num. 4, Φύλασσε... ἀναμενέτω. Sic legit Cl. Montfauconus, vertitque; *maneat*. Al. ἀναβαινέτω: ut Græca versioni antiquæ cohæreant.

(29) Lamb. *quia hoc facit*.

(30) Lamb. *non* pro *nunquam*.

loqui (31). Dic, inquit. Et dixi illi : Domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, et hanc invenerit in adulterio, nunquid peccat vir, si convivat cum illa ? Et dixit mihi : Quandiu nescit peccatum ejus, sine crimine est vir vivens cum illa. Si autem scierit vir uxorem (32) suam deliquisse, et non egerit pœnitentiam mulier, et permanet in fornicatione sua, et convivit cum illa vir ; reus erit peccati ejus, et particeps mœchationis ejus. Et dixi illi : Quid ergo, si permanserit in vitio suo mulier ? Et dixit : Dimittat illam vir ; et vit per se (33) maneat. Quod si dimiserit mulierem suam et aliam duxerit, et ipse mœchatur [79]. Et dixi illi : Quid si mulier dimissa pœnitentiam egerit, et voluerit ad virum suum reverti ; nonne recipietur a viro suo ? Et dixit mihi : Imo, si non receperit eam vir suus, peccat, et magnum peccatum sibi admittit; sed debet recipere peccatricem quæ pœnitentiam egit; sed non sæpe. Servis enim Dei pœnitentia una est. Propter pœnitentiam ergo non debet,dimissa conjuge sua, vir aliam ducere. Hic actus similis est, et in viro, et in muliere. Non solum mœchatio est illis, qui carnem suam coinquinant (34); sed et is qui simulacrum facit, mœchatur. Quod si in his factis perseverat, et pœnitentiam non agit, recede ab illa, et noli convivere cum illa ; alioquin et tu particeps eris peccati ejus. Propter hoc præceptum est vobis, ut cælibes maneatis, tum vir, tum mulier (35) ; potest enim in hujusmodi pœnitentia esse. Sed et ego non do occasionem, ut hæc ita agantur ; sed ne amplius, qui peccaverit, peccet. De prioribus autem peccatis ejus, Deus qui potestatem habet sanitatem dandi (36), dabit remedium ; quia ipse est qui habet potestatem omnium.

## CAPUT II.

Iterum interrogavi, et dixi: Quoniam Dominus existimavit me dignum esse, ut mecum habites semper, pauca verba mihi edissere, quia non intelligo quidquam, et cor meum obturatum (37) est a pristina conversatione (38); et sensum mihi aperi, quia vehementer obtusus (39) sum, et in totum (40) nihil intelligo. Et respondens dixit mihi : Ego præpositus sum pœnitentiæ, et omnibus pœnitentiam agentibus sensum do. Annon tibi videtur, pœnitentiam agere, magnam sapientiam (41) esse ; quoniam qui pœnitentiam agit, sensum magnum adipiscitur ? Sentit enim se peccasse, et fecisse nequiter in conspectu (42) Domini ; et recordatur intellectu quod deliquit, et pœnitentiam agit, et (43) amplius non operatur nequiter ; sed operatur bene, et humiliat animam suam et torquet eam, qui peccavit. Vides ergo, quod pœnitentia sensus est magnus. Et dixi illi : Propter hoc, domine, diligenter inquiro omnia, quoniam, peccator sum ; ut sciam quæ operer, et vivam (44): quia multa sunt peccata mea. Et dixit mihi : Vives, si hæc mandata mea custodieris : et quicunque audierit et fecerit mandata hæc, vivet Deo.

## CAPUT III.

Et dixi illi : Etiam nunc, domine, audivi a quibusdam doctoribus, quod alia pœnitentia non est, nisi illa, cum in aquam descendimus et (45) accipimus remissionem peccatorum nostrorum : ulterius non peccare, sed in castitate permanere. Et ait mihi : Recte audisti. Nunc autem, quia diligenter omnia quæris (46), et hoc tibi demonstro ; non dans occasionem illis qui credituri sunt, aut qui (47) crediderunt Domino. Qui enim jam crediderunt aut qui credituri sunt, (48) pœnitentiam peccatorum non habent, sed remissionem. Illis (49) enim qui vocati sunt ante hos dies, posuit Dominus pœnitentiam ; quoniam cogitationes omnium præcordiorum novit Deus, et scit infirmitatem hominum, et multiplicem nequitiam diaboli, qua molitur (50) aliquid sinistri servis Dei, et maligne insidiatur illis. Misericors ergo Dominus misertus est figmenti sui (51), et posuit pœnitentiam istam, et potestatem pœnitentiæ hujus mihi dedit. Et ideo dico tibi, quod post vocationem illam magnam et sanctam, si quis tentatus fuerit a diabolo, et peccaverit, unam pœnitentiam habet. Si autem subinde peccet, et pœnitentiam agat,

[79] Matth. v, 32 ; xix, 9 ; Marc, x, 11 ; I Cor. xii, 11.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Lamb. *mihi pauca verba dicere tibi.*
(32) Bodl. *mulierem.*
(33) Ms. S. Vict. *super se.* Vide mox infra.
(34) Bodl. *illi... coinquinat.*
(35) Mss. Vict., Carm. et Lamb. *super vos manere sive viro sive mulieri.*
(36) Lamb. *sanandi, dabit.*
(37) Lamb. *obduratum.*
(38) Lamb. add. *mea.*
(39) Bodl. *stulus.*
(40) Carm. *intonitus.*
(41) Lamb. *sapientia magna.* Recitat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. II, cap, 12, pag. 458 : Ὁ δὲ αὐτὸς καὶ τὴν μετάνοιαν σύνεσιν εἶναί φησι μεγάλην.
(42) Bodl. *ante conspectum.*
(43) Lamb. add. *jam.*
(44) Lamb. *quibus operer ut vivam.* Habent quoque *ut vivam* mss. S. Germ. et Carm.
(45) Lamb. add. *jam.*
(46) Lamb. *inquiris.*
(47) Lamb. add. *modo.*
(48) Clemens Alex. l. c. : Ἄφεσις τοίνυν ἁμαρτιῶν, μετανοίας διαφέρει· ἄμφω δὲ δείκνυσι τὰ ἐφ' ἡμῖν.
(49) Bodl. *Talibus.* Huc respicit Tertull. lib. *De pudicitia* cap. 10.
(50) Lamb. et Bodl. *facit.* Sic Fellus. At apud Clericum, ita Lamb. *qua molitur aliquid maligni.*
(51) Lamb et Bodl. *figmento suo.*

non proderit homini talia agenti; difficile emim vivet Deo. Et ego dixi : Domine, revixi, ubi tam diligenter audivi hæc mandata. Scio enim, si postea nihil (52) adjecero peccatis meis, salvus ero. Et dixit : Salvus eris, inquam ; et omnes quicunque fecerint hæc mandata, salvi erunt.

### CAPUT IV.

Et iterum dixi illi : Domine, quoniam patienter me audis, etiam hoc mihi demonstra. Dic, inquit. Et dixi : Si vir vel mulier alicujus decesserit (53), et nupserit aliquis illorum ; nunquid peccat ? Qui nubit, non peccat, inquit ; sed si per se manserit, magnum sibi conquirit (54) honorem apud Dominum. Serva ergo castitatem et pudicitiam ; et vives Deo. Hæc quæ tecum loquor et mando tibi, custodi deinceps, ex quo tibi traditus sum (55), et in domo tua habito ; et prioribus peccatis tuis erit remissio, si hæc mandata mea custodieris. Sed et omnibus erit remissio, qui (56) mandata mea custodierint.

## MANDATUM V.

### *De tristitia cordis, et patientia.*

### CAPUT I.

Φύλασσε τὴν ἄνειαν, καὶ μακροθυμίαν, καὶ γίνου συνετὸς, καὶ πάντων τῶν πονηρῶν ἔργων κατακυριεύσεις, καὶ ἐργάσῃ πᾶσαν δικαιοσύνην. Ἐὰν γὰρ μακρόθυμος ἔσῃ, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικοῦν ἐν σοὶ καθαρὸν ἔσται, μὴ σκοτούμενον ὑπὸ πονηροῦ πνεύματος, μὴ· μιούμενον ὑπὸ τῆς ὀξυχολίας. Ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ ὁ Κύριος κατοικεῖ, ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ ὁ διάβολος.

Æquanimis (57), inquit, esto, et patiens ; et omnium operum nequissimorum dominaberis, et operaberis omnem justitiam. Quod si patiens fueris, Spiritus sanctus qui habitat in te, mundus erit, et non obscurabitur ab aliquo nequissimo spiritu ; sed gaudens dilatabitur (58) et epulabitur in vase in quo inhabitat (59), et apparebit Domino hilaris in pace magna. Quod si iracundia aliqua supervenerit, continuo Spiritus sanctus qui in te est angustiabitur, et quæret discedere. Suffocatur enim a spiritu (60) nequissimo, et non habet locum apparendi (61), sicut vult : tribulatur enim ab iracundia. Utrique ergo spiritus cum pariter inhabitant, perniciosum est homini. Si quis enim assumat absinthii pusillum, et mittat in amphoram mellis, nonne totum mel exterminabitur ? et tantum mellis a modico absinthio disperit, et perdit dulcedinem mellis ; et jam non (62) habet gratiam apud dominum suum, quoniam totum mel (63) amarum factum est et usum perdidit. Sed si in mel non mittatur absinthium, dulce erit, et in usu (64) domino suo. Vide enim, quam sit æquanimitas (65) dulcior melle ; et utilis erit Domino qui in ipsa commoratur ; nam iracundia inutilis est. Si ergo mista fuerit iracundia æquanimitati, contribulatur aminus (66), et non est utilis Deo oratio illius.

Ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἀσύμφορόν ἐστιν ἐν ταύτῳ κατοικεῖν. Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψινθίου μικρὸν, εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται ; καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ τοῦ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται ;

Ἐὰν δὲ εἰς τὸ μέλι οὐ βληθῇ τὸ ἀψίνθιον, γλυκὺ εὑρίσκεται τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστον πάντως γίνεται τῷ δεσπότῃ. Βλέπε οὖν, ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ εὔχρηστός ἐστι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐν αὐτῇ κατοικεῖ· ἡ δὲ ὀξυχολία τὴν μακροθυμίαν μιαίνει.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(52) Carm. *si fecero ea, et nihil.* Mox Fellus omitt. *inquam.*

(53) Bodl. *uxor aut vir decesserit alicui.*

(54) Bodl. *acquirit.* Lamb. *facit.*

(55) Lamb. *mihi traditus es, et.*

(56) Lamb. add. *hæc.* Sic et Fellus.

(57) Lamb. *Animæquus.* Græca desumpta ex *Doctr. ad Antioch.* num. 5. Ubi vero ex edit. Montfauc. occurrit * μιούμενον, forte leg. μειούμενον, vel μιαινόμενον. Paulo post sane : ἡ δὲ ὀξυχολία... μιαίνει. Sic et Antiochus, qui paucis exceptis hæc eadem exhibet homil. 110, habet μιαίνεται.

(58) Al. *lætitia exsultabit.* Bodl. pro *dilatabitur* habet *spatiosa habitat.* Lamb. *spatiose habet.*

(59) Lamb. *cum vase, cum quo habitat.* Exhibet quoque *cum vase* ms. Carm. et Antiochus mox infra.

(60) Sic mss. Carm. et Lamb. Sic et Felli edit, Al. *aspectu.*

(61) Fellus add. *Domino.*

(62) Ms. Carm. *mel, et non.*

(63) Deest *mel* mss. Carm. et Lamb. Mox Fellus, *usum suum.*

(64) Lamb. *usum.*

(65) Bodl. et Lamb. *animæquitas,* ut et infra. Vict. *animæquitas dulcissima est plus quam mel.* Quæ sane lectio Græco pressius inhæret. Hunc autem locum describit et illustrat Clemens Alex, suppresso Hermæ nomine, in *Eclog. ex script. prophet.* cap. 45, pag. 1000, ubi sic : Ἡ μακροθυμία γλυκύτης ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι· οὐχ ὅτι ἐπὶ μακροθυμίᾳ, ἀλλὰ κατὰ τὸν καρπὸν τῆς μακροθυμίας, Idque me detexisse profiteor, præeunte Cl. Fabricio *Bibl. Gr.* vol. V, pag. 108.

(66) Lamb. *anima.*

ANTIOCHUS, *homilia* 110.

*Quod si quis patiens fuerit, Spiritus sanctus in eo habitat mundus, et non obscuratur ab alio nequam spiritu; sed in lato loco habitans, lætatur cum vase in quo inhabitat, et apparet [seu ministrat] Domino in hilaritate magna. Quod si iracundia aliqua supervenerit, continuo Spiritus sanctus angustatur, non habens locum mundum, et quærit discedere; quia non habet locum apparendi [ac serviendi] Domino, sicut vult. Deus enim in patientia habitat; in iracundia vero diabolus. Utrique ergo spiritus cum pariter inhabitant, perniciosum est ac malum homini, in quo ambo habitant. Si enim assumas absinthii pusillum, et mittas in amphoram mellis, nonne totum mel exterminabitur? et tantum mellis a modico absinthio disperit? Perdit enim dulcedinem, et amarum fit; et non habet gratiam apud dominum suum, quoniam amarum factum est. Vide, quod æquanimitas dulcior sit melle, et utilis Domino: at iracundia, et amara et inutilis est. Si ergo mista fuerit iracundia æquanimitati, polluitur æquanimitas, et non est utilis Deo oratio illius.*

A Ἐὰν γάρ τις μακρόθυμος γένηται, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κατοικεῖ ἐν αὐτῷ καθαρὸν, μὴ ἐπισκοτούμενον ὑπὸ ἑτέρου πονηροῦ πνεύματος· ἀλλ' ἐν εὐρυχώρῳ κατοικοῦν εὐφραίνεται μετὰ τοῦ σκεύους οὗ κατοικεῖ, καὶ λειτουργεῖ τῷ Κυρίῳ ἐν ἱλαρότητι πολλῇ. Ἐὰν δέ τις ὀξυχολίᾳ ἐπέλθῃ, εὐθέως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον στενοχωρεῖται, μὴ ἔχον τόπον καθαρὸν, καὶ ζητεῖ ἀποστῆναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν τόπον λειτουργῆσαι τῷ Κυρίῳ καθὼς βούλεται. Ἐν γὰρ τῇ μακροθυμίᾳ ὁ Κύριος κατοικεῖ· ἐν δὲ τῇ ὀξυχολίᾳ, ὁ διάβολος. Ἀμφότερα οὖν τὰ πνεύματα ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατοικοῦντα, ἀσύμφορόν ἐστι καὶ πονηρὸν τῷ ἀνθρώπῳ, οὗ κατοικοῦσιν ἀμφότερα. Ἐὰν γὰρ λαβὼν ἀψίνθιον μικρὸν εἰς κεράμιον μέλιτος ἐπιχέῃς, οὐχὶ ὅλον τὸ μέλι ἀφανίζεται; καὶ τοσοῦτον μέλι ὑπὸ ἐλαχίστου ἀψινθίου ἀπόλλυται; ἀπόλλυσι γὰρ τὴν γλυκύτητα, καὶ πικρὸν γίνεται· καὶ οὐκ ἔχει χάριν παρὰ τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, ὅτι ἐπικράνθη. Βλέπεις, ὅτι ἡ μακροθυμία γλυκυτάτη ἐστὶν ὑπὲρ τὸ μέλι, καὶ εὐχάριστος (67) τῷ Κυρίῳ· ἡ δὲ ὀξυχολία, καὶ πικρὰ καὶ ἀχρηστός ἐστιν. Ἐὰν οὖν μιγῇ ἡ ὀξυχολία καὶ ἡ μακροθυμία, μιαίνεται ἡ μακροθυμία, καὶ οὐκ ἔστιν εὔχρηστος τῷ Θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτῆς.

B Et dixi illi: Vellem (68) scire, domine, nequitiam iracundiæ, ut custodiam me ab illa. Et dixit mihi (69): Scies; et si non custodieris te ab illa, perdes spem tuam cum tota domo tua. Sed recede ab illa. Ego enim tecum sum nuntius æquitatis: et omnes qui ab ea recedunt, quicunque pœnitentiam egerint ex totis præcordiis suis, vivent Deo (70); sed et cum illis ero, et conservabo omnes: justificati enim sunt omnes qui pœnitentiam egerint, a sanctissimo nuntio (71).

## CAPUT II.

Audi nunc, inquit, nequitiam iracundiæ, quam prava (72) quamque noxia est, et quo pacto servos Dei evertit. Qui enim pleni sunt fide (74), non potest nocere (75) illis, quoniam virtus Dei est cum illis; evertit enim dubios et vacuos. Quoties autem viderit tales homines, injicit se in corda eorum (76), et de nihilo aut vir aut mulier amaritudinem percipit, propter res quæ sunt in usu, aut pro convictu, aut pro aliquo verbo (77), si quod forte incidit, supervacuo; aut pro amico aliquo, aut debito, aut pro his similibus rebus supervacuis. Hæc enim stulta sunt et supervacua, et vana servis Dei. Æquanimitas autem valida est et fortis, et habet virtutem magnam, et sedet (78) in amplitudine magna: hilaris, in pace gaudens, et honorificans Dominum in omni tempore mansuete. Hæc enim æquanimitas habitat cum bene fidentibus. Nam (79) iracundia stulta est, et levis et fatua.

C (73) Ἄκουε δὲ καὶ τὴν ἐνέργειαν τῆς ὀξυχολίας, πῶς πονηρά ἐστιν, καὶ πλανᾷ τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ. Οὐκ ἀποπλανᾷ δὲ τοὺς ὄντας πλήρεις ἐν τῇ πίστει, οὐδὲ ἐνεργῆσαι δύναται εἰς αὐτούς, ὅτι ἡ δύναμις τοῦ Κυρίου μετ' αὐτῶν ἐστιν· ἀλλὰ ἀποπλανᾷ τοὺς διψύχους. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς τοιούτους ἀνθρώπους εὐσταθοῦντας, παρεμβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οὕτως πικραίνεται ἄνθρωπος ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων, ἢ φίλου τινὸς ἢ περὶ δόσεως καὶ λήψεως, ἢ περὶ τοιούτων μιαρῶν πραγμάτων· Ταῦτα πάντα μωρά ἐστιν καὶ κενὰ, καὶ ἀσύμφορα τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶ καὶ ὀχυρὰ, ἔχουσα τὴν δύναμιν ἰσχυρὰν καὶ καθημένην ἐν πλατυσμῷ μεγάλῳ· ἱλαρὰ, ἀγαλλιωμένη, καὶ ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει τὸν Κύριον ἐν D παντὶ καιρῷ, μηδὲν ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ πικρὸν, παραμένουσα διὰ παντὸς [ἐν] πραότητι καὶ ἡσυχίᾳ.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) Forte leg. εὔχρηστος. Sic enim auctor *Doctr. ad Antioch.* Quin et ipsemet Antiochus mox habet εὔχρηστος et ἄχρηστος.

(68) Lamb. *Volebam.*

(69) Lamb. omitt. *Et dixit mihi*, sicut et mox, *tota.*

(70) Mss. Angl. desunt, *vivent Deo.*

(71) Fellus: *omnes ex salutifero nuntio, q. p. e.*

(72) Bodl. *pessima.* Lamb. *pessima est, et quomodo.*

(72) Græca ista ex *Doctr. ad Antioch.* num. 5, pag. 253 et seq.

(74) Sic Fellus ex mss. Angl. Editi *in fide.* Vide Græca.

(75) Lamb. *facere.* Propius ad Græcum ἐνεργῆσαι. Fell. *aliquid n.*

(76) Bodl. et Lamb. *hominum.* Gr. ἀνθρώπου.

(77) Lamb. omitt. *verbo.*

(78) Vetus interpres legit καθημένη. Forte rectius quam καθημένην, quod exhibet exemplar *Doctr. ad Antioch.*

(79) Hinc Antiochus homil. 110, ut infra.

Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρος. Ἡ δὲ ὀξυχολία πρῶτον μὲν μωρία ἐστὶν καὶ ἐλαφρία φρενῶν. Εἶτα ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία [ἐκ δὲ τῆς πικρίας (80)] θυμός, ἐκ δὲ τοῦ θυμοῦ ὀργή, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. Εἶτα ἡ μῆνις ἐκ τοσούτων κακῶν συνισταμένη, γίνεται ἁμαρτία μεγάλη καὶ ἀνίατος. Ὅταν γὰρ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐν ἐνὶ ἀγγείῳ κατοικεῖ, ὅπου καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ χωρεῖ ἐκεῖνο τὰ ἄγγος ἀλλ' ὑπερπλεονάζει τὸ τροφερὸν πνεῦμα, μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ πονηροῦ πνεύματος, καὶ σκληρότητος κατοικεῖν. Ὑποχωρεῖ οὖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ ζητεῖ κατοικεῖν μετὰ πραότητος καὶ ἡσυχίας. Εἶτα ὅταν ἀποστῇ ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου οὗ κατοικεῖ, γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ λοιπὸν πεπληρωμένος τῶν πνευμάτων τῶν πονηρῶν·.. καὶ ὅλος ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς. Οὕτως οὖν συμβαίνει πᾶσι τοῖς ὀξυχόλοις. Ἀπέχου οὖν ἀπὸ τῆς ὀξυχολίας τοῦ πονηροῦ δαίμονος. Ἔνδυσαι δὲ τὴν μακροθυμίαν, καὶ ἀντίστηθι τῇ ὀξυχολίᾳ, καὶ ἔσῃ ἐπαινούμενος μετὰ σεμνότητος τοῖς ἠγαπημένοις ὑπὸ Κυρίου. Βλέπε οὖν μὴ παραλογήσῃ τὴν ἐντολὴν ταύτην ταύτην· ἐὰν γὰρ ταύτην φυλάξῃς, δυνήσῃ καὶ τὰς λοιπὰς τηρῆσαι. Ἴσχυε οὖν ἐν αὐταῖς καὶ ἐνδυναμοῦ. καὶ νικήσεις, καὶ ζήσεις.

A De stultitia vero nascitur amaritudo, et ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Hic ex tot malis creatus furor (81), operatur peccatum magnum et insanabile. Cum enim hæc omnia in uno vase sunt, ubi et Spiritus sanctus moratur, non capit hæc (82) vas, sed supereffluit ; quoniam tener Spiritus non potest cum malo spiritu immorari, recedit et habitat cum mansueto. Deinde cum recesserit ab homine in quo habitabat, fit homo vacuus a Spiritu sancto : et postea repletur spiritibus malignis, et obcæcatur a cogitatione mala (83). Sic omnibus iracundis contingit. Recede ergo tu ab iracundia, et indue animæquitatem (84), et resiste iracundiæ : et invenieris cum pudicitia et castitate a Deo. Vide ergo ne forte negligas hoc mandatum : si enim huic mandato obedientiam B præstiteris (85), cætera mandata mea quæ tibi mandaturus sum, poteris servare. Confirma ergo nunc te in mandatis istis, ut vivas Deo : et quicunque servaverint hæc mandata, vivent Deo.

ANTIOCHUS *homilia* 110.

Ἡ γὰρ ὀξυχολία, πονηρὰ οὖσα, καταστρέφει τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ τῇ ἑαυτῆς ἐνεργείᾳ. Ὅταν γὰρ ἴδῃ τοὺς ἀνθρώπους εὐσταθοῦντας (86), παραβάλλει ἑαυτὴν εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐκ τοῦ μηδενὸς πικραίνεται, ἕνεκεν βιωτικῶν πραγμάτων ἢ περὶ ἐδεσμάτων, ἢ ὅτι μικρολογία τις ἐνέπεσεν μάταια, ἢ κερὶ δόσεως. Ταῦτα γὰρ πάντα μωρά ἐστι, καὶ κενὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἡ δὲ μακροθυμία μεγάλη ἐστὶν καὶ ἰσχυρά, ἔχουσα δύναμιν στιβαρὰν, καὶ εὐθύνει, καὶ ἀγαλλιωμένη ἀμέριμνος οὖσα δοξάζει τὸν Κύριον, μηδὲν ἐν αὐτῇ ἔχουσα πικρὸν, διότι πραύς ἐστι καὶ ἡσύχιος. Αὕτη οὖν ἡ μακροθυμία κατοικεῖ μετὰ τῶν τὴν πίστιν ἐχόντων ὁλόκληρον. Ἡ δὲ ὀξυχολία ἄφρων ἐστίν· εἶτα, ἐκ τῆς ἀφροσύνης γίνεται πικρία, ἐκ δὲ τῆς πικρίας θυμὸς, ἐκ δὲ τῆς ὀργῆς μῆνις. Τὸ οὖν ἅγιον Πνεῦμα, ὡς τρυφερὸν ὄν, καὶ μὴ ἔχον συνήθειαν μετὰ τοῦ σκληροῦ καὶ πονηροῦ πνεύματος, ἀποχωρεῖ ἀπὸ τοῦ τοιούτου ἀνθρώπου, καὶ ζητεῖ τοῦ κατοικῆσαι μετὰ τοῦ μακροθύμου, καὶ γίνεται ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος κενὸς τοῦ πνεύματος τοῦ δικαίου, καὶ ὅλως ἀποτυφλοῦται ἀπὸ τῆς διανοίας τῆς ἀγαθῆς,

*Nam iracundia, cum prava sit, vi sua evertit servos Dei. Quoties enim viderit dubios homines, injicit se in cor hominis ; e de nihilo homo amaritudinem percipit, propter res quæ sunt in vitæ usu, aut pro convictu ; aut pro aliquo verbo, si quod incidit, supervacuo ; aut pro dato et debito. Hæc enim omnia stulta sunt, et supervacua et vana servis Dei. Æquanimitas autem valida est et fortis, et habet virtutem* C *magnam, et amplissimis rebus fruitur, et hilaris in pace gaudens honorificat Dominum ; nihil in se habens amari, quia mansueta est et quieta. Hæc ergo æquanimitas habitat cum iis, qui fidem integram possident. At iracundia stulta est ; deinde de stultitia nascitur amaritudo, et ex amaritudine iracundia, ex iracundia vero furor. Sanctus ergo Spiritus, ut tener, nec morari solitus cum duro ac malo spiritu, recedit ab ejusmodi homine, et quærit habitare cum mansueto et fit homo ille vacuus a Spiritu justo, et omnino obcæcatur a cogitatione bona.*

## MANDATUM VI.

### *De agnoscendis uniucusjusque hominis duobus geniis, et utriusque inspirationibus.*

### CAPUT I.

(87) Ἐνετειλάμην σοι ἐν τῇ πρώτῃ ἐντολῇ, ἵνα Præceperam, inquit, tibi in primo Mandato, ut

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(80) Cl. Montfauconus hæc, ἐκ δὲ τῆς πικρίας, quæ deerant in suo codice, supplevit ex Antiochi homil. 110.

(81) Bodl. *creatus, facit peccatum.*

(82) Sic Fellus Al. *hos*, ms. Carm. *hoc.* Ita et Lamb. ab alia manu.

(83) Ita Fellus ex mss. Angl. Ita et Carm. At Vict. *bona. Sic*, etc. Editi, *mala. Recede*, omissis vocibus intermediis. Videsis Græca, quibus confirmatur lectio ms. Vict. Sic legit et Antiochus.

(84) Fellus, *æquanimitatem.*

(85) Bodl. et Lamb. *dominationem egeris.*

(86) Εὐσταθοῦντας. *Tranquillo statu utentes.* Cotelerius mavult δοστατοῦντας vel ἑστατοῦντας. Addit tamen in nota aliam ms. Reg. lectionem, εὐσταθμοῦντας.

(87) Ex *Doctr. ad Antioch.*, num. 6, pag. 254.

custodires fidem, et timorem, et pœnitentiam (88). Etiam, inquam, domine. Et dixi : Sed nunc tibi volo monstrare virtutes horum mandatorum, ut scias effectus illorum, quomodo (89) ipsa posita sunt ad justum pariter et injustum. Tu itaque crede justo ; injusto autem nihil crede. Justitia enim rectam viam habet ; at injustitia pravam. Sed tu rectam viam custodi, pravam autem relinque. Prava autem via non habet exitum bonum, sed offendicula multa ; aspera est, et spinosa, et ducit ad interitum, et noxia est hominibus ambulantibus in illa. Qui autem viam rectam petunt, æqualiter ambulant sine offensione ; quia non est aspera, neque spinosa. Vides igitur, quod melius est per hanc viam incedere. Ibis enim, inquit ; et quicunque ex toto corde crediderint in Domino, ibunt per illam.

A φυλάξῃς τὴν πίστιν καὶ τὸν φόβον, καὶ ἐγκρατεύσῃ· Ἀπεκρίθην· Ναὶ, κύριε, οὕτως ἐστίν. Λέγει· Ἀλλὰ νῦν θέλω σοι δηλῶσαι καὶ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ἵνα νόησῃς τὴν δύναμιν ἣν ἔχουσι καὶ ἐνέργειαν· διπλαῖ γάρ εἰσιν· κεῖνται γὰρ ἐπὶ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ. Σὺ οὖν πίστευε τῷ δικαίῳ, τῷ δὲ ἀδίκῳ μηδὲν πιστεύσῃς. Τὸ γὰρ δίκαιον ὀρθὴν ὁδὸν ἔχει, τὸ δὲ ἄδικον στρεβλήν.

## CAPUT II.

Audi nunc, inquit, primum de fide. Duo sunt genii (91) cum homine ; unus æquitatis, et unus iniquitatis. Et ego dixi illi : Quomodo, domine, scire potero, quod duo sunt genii cum homine ? Audi, inquit, et intellige. Æquitatis genius lenis (93) est et verecundus, mansuetus et quietus (94). Cum ergo in cor tuum ascenderit, continuo loquitur tecum de justitia, de pudicitia, de castitate, de benignitate, de venia (95), de charitate et de pietate. Hæc omnia cum ascenderint in cor tuum, scito quod genius æquitatis tecum est : huic ergo genio crede et operibus ejus. Accipe nunc et genii iniquitatis opera. Primum amarus, iracundus et stolidus est, et opera illius perniciosa sunt, et evertunt servos Dei. Cum ergo in cor tuum ascenderint hæc, intelliges ab operibus ejus, hunc esse genium iniquitatis (96). Et dixi ei : Quo modo, domine, intelligam ? Audi, inquit, et intellige. Cum iracundia tibi accesserit aut amaritudo, intellige eum in te esse (97) : deinde cupiditas multorum operum (98) et optimorum ciborum et ebrietatum (99), et appetentia (100) multarum rerum alienarum, et superbia, et multiloquia, et ambitio (1), et quæcunque iis similia sunt. Hæc ergo cum in cor tuum ascenderint, intellige genium iniquitatis tecum esse. Tu ergo cum cognoveris opera illius, recede ab illis omnibus, et nihil illi crede ; quia mala sunt opera illius, et non conveniunt servo Dei. Habes ergo utrorumque geniorum opera (2). Intellige nunc, et crede genio æquitatis,

B (90) Δύο εἰσὶν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης, καὶ εἷς τῆς πονηρίας. Καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος, τρυφερός ἐστι καὶ αἰσχυντηρὸς καὶ πρᾶος καὶ ἡσυχυρός. Ὅταν οὖν οὗτος (92) ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετὰ σοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος, καὶ περὶ αὐταρκείας, καὶ περὶ παντὸς ἔργου δικαίου, καὶ περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ταῦτα πάντα ὅταν εἰς τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετὰ σοῦ ἐστιν. τούτῳ οὖν πίστευε καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, καὶ ἐγκρατὴς αὐτοῦ γενοῦ. Ὅρα οὖν καὶ τοῦ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα. Πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι καὶ πικρὸς καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Ὅταν αὐτὸς ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γνῶθι αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ..... Πῶς Κύριε νοήσω C αὐτόν ; Λέγει· ἄκουε λεπτομερῶς καὶ [προσεχὴς] γίνου· Ὅταν ὀξυχολία σοί τις προσέλθῃ, ἢ πικρία, γίνωσκε ὅτι αὐτός ἐστιν ἐν σοί· εἶτα λοιπὸν ἐπιθυμίαι πράξεων πολλῶν; καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων καὶ κραιπαλῶν πολλῶν, καὶ ποικίλων τροφῶν, καὶ οὐ δεόντων καὶ ἐπιθυμίαι γυναικῶν, καὶ πλεονεξίαι, ὑπερηφανία τε καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις παραπλήσια· Ταῦτα οὖν ὅταν ἐπὶ τὴν καρδίαν σου ἀναβῇ, γίνωσκε, ὅτι ἄγγελος τῆς πονηρίας ἐστὶν ἐν σοί. Σὺ οὖν ἐπιγνοὺς τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἀπόστα ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μηδὲν αὐτῷ πίστευε. Ἔχεις οὖδ ἀμφοτέρων τῶν ἀγγέλων τὰς ἐνεργείας (3).

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Leg. potius *continentiam* vel *abstinentiam* ex mand. 1, et ex Græcis pseudo-Athanasii. Sic visum Fabricio : sic et Wakio apud Russelium.

(89) Lamb. *quoniam*.

(90) Ista pseudo-Athanasius continuo subdit iis quæ modo ex ipso retulimus, a reliquis *Pastoris* editoribus omissa. Hæc item recitat Antiochus homil. 61. Laudant autem hunc Hermæ locum Origenes homil. 35, *in Lucam*, et *De principiis*, lib. III, cap. 2. Cassianus Collat. VIII, cap. 17, et Collat. XIII, cap. 12. Prosper *contr. Collat.*, cap. 30. Beda *ad Act.* XII, 15, et Walafridus Strabo, v. 675. Vide Veterum testim.

(91) Mss. Carm., Vict., Lamb. et Fellus, *nuntii*, et sic deinceps.

(92) Leg. οὗτος, ut habet Antiochus.

(93) Bodl. et Lamb. *tener* pro *lenis*. Editi *tener est et lenis*. Alterutrum redundat. Neque aliter Græca. Sic et Fellus.

(94) Græca ἡσυχυρός. Antiochus tamen ἡσύχιος, ut vetus interpres.

(95) Lamb. et Bodl. *indulgentia*.

(96) Lamb. *intelliges eum ab operibus ejus, quia hic est nuntius iniquitatis*. Sic et Felli editio. Videsis Græca.

(97) Lamb. *quia ipse in te est*. Ita et editio Oxon.

(98) Ms. Carm. *multarum opum*.

(99) Bodl. et Lamb. *ebrietates*.

(100) Lamb. *desiderium*. Sic etiam Fellus in sua edit. Quod autem sequitur, *multarum rerum*, Græca tum hic, tum mox apud Antiochum, legendum suadent, monente Cl. Cotelerio, *mulierum et rerum*.

(1) Lamb. *ambitiositas*.

(2) Lamb. *utrumque nuntium operum*.

(3) Reliqua Græca quæ his subdit Fabricius, ex eoque Clericus et Russelius, non sunt ex *Doctrina ad Antiochum* verbotenus descripta, sed ex vet. interp. ab ipso Fabricio efformata. Quæ propterea rejecimus, Cl. Montfauconii sententiam secuti.

quia doctrina illius bona est. Licet enim sit felicissimus homo, et cogitatio alterius genii ascendat in cor illius; oportet illum virum aut mulierem peccare. Si autem etiam nequissimus vir fuerit aut mulier, et ascenderint in cor illius opera genii æquitatis, necesse est, illum aut illam aliquid boni facere. Vides ergo, quod bonum est, genium æquitatis sequi. Si ergo illum secutus fueris, et credideris operibus illius vives Deo: et qui crediderint operibus illius, vivent Deo

ANTIOCHUS, *homilia* 61.

Δύο γάρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου· εἷς τῆς δικαιοσύνης, εἷς τῆς πονηρίας. Καὶ ὁ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄγγελος, αἰσχυντηρὸς, καὶ πραὺς, καὶ ἡσύχιός ἐστιν. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβῇ, εὐθέως λαλεῖ μετ' αὐτοῦ περὶ δικαιοσύνης, περὶ ἁγνείας, περὶ σεμνότητος, περὶ αὐταρκείας, περὶ παντὸς, ἔργου δικαίου, περὶ πάσης ἀρετῆς ἐνδόξου. Ὅταν οὖν ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβῇ, ἀρίδηλόν ἐστιν, ὅτι ὁ ἄγγελος τῆς δικαιοσύνης μετ' αὐτοῦ ἐστι. Τοῦ δὲ ἀγγέλου τῆς πονηρίας τὰ ἔργα· Πρῶτον πάντων ὀξύχολός ἐστι, καὶ πικρὸς, καὶ ἄφρων, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ πονηρὰ, καταστρέφοντα τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Ὅταν οὖν οὗτος ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀναβῇ, δεῖ γνῶναι αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ὅταν γὰρ ὀξυχολία τίς τινι προσέλθῃ, ἢ πικρία, φανερῶς ὁ τοιοῦτος ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐστίν· εἶτα ἐπιθυμία πράξεων πολλῶν, καὶ πολυτέλεια ἐδεσμάτων πολλῶν, καὶ ποικίλων τρυφῶν, καὶ ἐπιθυμία γυναικῶν καὶ πλεονεξιῶν, καὶ ὑπερηφάνεια, καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια καὶ ὅμοια. Ἀλλὰ καὶ αἱ πονηραὶ ἐνθυμήσεις αὐτοῦ εἰσι πᾶσαι. Προσχῶμεν οὖν ἀκριβῶς ἑαυτοῖς, καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῷ πονηρῷ ἀποταξώμεθα, τῷ ἀγγέλῳ τῆς δικαιοσύνης ἀκολουθήσωμεν.

A *Duo enim sunt angeli cum homine: unus æquitatis; unus iniquitatis. Et æquitatis quidem angelus, verecundus est, mansuetus et quietus. Cum ergo hic in cor hominis ascenderit, continuo loquitur cum eo de justitia, de pudicitia, de castitate, de frugalitate, de omni opere justo, de omni virtute honorifica. Hæc ergo omnia cum ascenderint in cor hominis, manifestum est, quod angelus æquitatis cum eo est. Angeli autem iniquitatis opera sunt: primo omnium, iracundus est, et amarus, et stolidus; et opera illius perniciosa sunt, et evertunt servos Dei. Cum ergo hic in cor hominis ascenderit, oportet intelligere eum ab operibus ejus. Cum enim quædam iracundia cuidam accesserit, aut amaritudo; intellige, eum in homine esse: deinde cupiditas multorum operum, et profusio multorum et optimorum ciborum ac variarum deliciarum, et appetentia mulierum ac rerum alienarum,* B *et superbia, et ambitio, et quæcunque iis paria sunt ac similia. Sed et malæ cogitationes ipsius sunt omnes. Nobis ergo diligenter attendamus, et angelo iniquo renuntiemus; angelum vero justitiæ sequamur.*

## MANDATUM VII.

### *De timendo Deo, et dæmone non metuendo.*

### CAPUT UNICUM.

(4) Φοβοῦ τὸν Κύριον, καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ· καὶ ἔσῃ δυνατὸς ἐν πράξει, καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος τὸν Κύριον, πάντα καλὰ ἐργάσῃ. Οὗτός ἐστιν ὁ φόβος ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι. Τὸν διάβολον μὴ φοβηθῇς, ὅτι δύναμις ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος. Ἐν ᾧ δὲ ἡ δύναμις ἢ ἔνδοξος, καὶ φόβος ἐν αὐτῷ. Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων, καὶ φόβον ἔχει· ὁ δὲ C μὴ ἔχων δύναμιν, ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται.. ὁ δοῦλος οὖν τοῦ Κυρίου ἰσχυρός ἐστι καὶ [ἔνδοξος]. Φοβήθητι οὖν τὸν Κύριον, καὶ ζήσῃ αὐτῷ, φυλάσσων τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, εἰς τοὺς αἰῶνας.

*Time*, inquit, *Dominum, et mandata ejus custodi* [80] Servans enim præcepta Dei, eris potens in omni actu, et omne negotium (5) erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bona operaberis (6). Hic est timor quo timere oportet (7), ut salvus esse possis. Diabolum autem ne timeas; timens enim Dominum, dominaberis illius (8); quia virtus in illo nulla est. In quo autem virtus non est, is ne timendus quidem est. In quo vero virtus gloriosa est, is etiam timendus est. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus est (9); nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time plane facta diaboli, quoniam maligna sunt: metuens enim Dominum, timebis, et opera diaboli non facies, sed (10) abstinebis te ab eis. Duplex enim timor est. Si enim malum operari volueris (11), timens Dominum, ne id quidem facies (12). Si autem bonum operare volueris, timor utique (13) Domini validus, et ingens, et gloriosus est. Time igitur Deum, et vives. Et

[80] Eccle. XII, 13.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(4) Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 7, pag. 255. Ista etiam Græca desunt in editis *Pastoris*. Exhibet et Antiochus homil. 127. Huc autem respexit Clemens Alex. Στρωμ., lib. II, cap. 12, pag. 458.

(5) Sic Bodl. At Felli edit. Oxon. *consilium*.

(6) Lamb. *operabitur*.

(7) Bodl. et Lamb. *quem* Sic Fellus. Hic mendum apud Fabricium et Clericum.

(8) Ibid *illi*. Fellum consule.

(9) Lamb. *est, nec timor in ipso*.

(10) Lamb. *timebis et opera diaboli. Nec facies ea, sed*.

(11) Fellus mallet, *nolueris*. Sic et Antiochus. At Cotelerius censet corrigenda potius Græca quam Latina, scribendo: Εἰ οὖν θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι. Veteres libri: Ἐὰν θελῃς τὸ πονηρὸν ἐργάσασθαι.

(12) Bodl. et Lamb. *non id facies*.

(13) Mss. Lamb. et Vict. *itaque*. Videsis Antiochi Græca.

quicunque eum metuerint, custodientes mandata ejus, eorum vita est apud Dominum non custodientium autem, nec vita in illis est.

ANTIOCHUS, *homilia* 127.

Time *enim, inquit,* Dominum, et mandata ejus custodi. *Servans autem præcepta Dei, eris potens in omni actu, et negotium tuum erit incomparabile. Timens enim Dominum, omnia bene operaberis. Hic est timor, quo oportet ut timeas et salvus eris. Diabolum autem ne timeas. Timens enim Dominum dominaberis diaboli; quia virtus in illo nulla est. In quo autem virtus non est, is ne timendus quidem est: in quo vero virtus gloriosa est, is etiam timendus est. Omnis enim virtutem habens, etiam timendus est. Nam qui virtutem non habet, ab omnibus contemnitur. Time plane facta diaboli, quoniam maligna sunt. Metuens autem Dominum, non timebis opera diaboli, et non facies ea; sed abstinebis te ab eis. Duplex ergo timor est. Si malum sperari nolueris, time Dominum, et id non facies. Si autem adhuc bonum operari volueris, time Dominum et facies illud. Timor itaque Domini validus et gloriosus est. Et quicunque eum metuerint, et custodierint mandata ejus, vivent Deo.*

A

B

Φοβήθητι γὰρ, φησὶ, τὸν Κύριον, καὶ φύλασσε τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ. Φυλάσσων δὲ τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, ἔσῃ δυνατὸς ἐν πάσῃ πράξει· καὶ ἡ πρᾶξίς σου ἀσύγκριτος ἔσται. Φοβούμενος γὰρ τὸν Κύριον, πάντα καλῶς ἐργάσῃ. Οὗτός ἐστιν ὁ φόβος, ὃν δεῖ σε φοβηθῆναι, καὶ σωθήσῃ. Τὸν δὲ διάβολον μὴ φοβηθῇς. Φοβούμενος γὰρ τὸν Κύριον, κατακυριεύσεις τοῦ διαβόλου, ὅτι δύναμις οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ. Ἐν ᾧ δὲ δύναμις οὐκ ἔστιν, οὐδὲ φόβος· ἐν ᾧ ἡ δύναμις ᾖ ἔνδοξος, καὶ ὁ φόβος ἐν αὐτῷ· Πᾶς γὰρ ὁ δύναμιν ἔχων, καὶ φόβον ἔχει· ὁ δὲ μὴ ἔχων δύναμιν, ὑπὸ πάντων καταφρονεῖται. Φοβήθητι δὲ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, ὅτι πονηρά εἰσι. Φοβούμενος δὲ τὸν Κύριον, οὐ φοβηθήσῃ τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ οὐκ ἐργάσῃ αὐτά· ἀλλὰ φεύξῃ ἀπ' αὐτῶν. Δισσοὶ οὖν εἰσιν οἱ φόβοι. Εἰ οὐ θέλῃς τὸ πονηρὸν ἐργάζεσθαι, φοβήθητι τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἐργάζῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ θέλῃς πάλιν τὸ ἀγαθὸν ἐργάσασθαι, φοβήθητι τὸν Κύριον, καὶ ἐργάζῃ αὐτό. Ὥστε ὁ φόβος τοῦ Κυρίου ἰσχυρότερός ἐστι, καὶ ἔνδοξος. Καὶ ὅσοι ἂν φοβηθῶσιν αὐτὸν, καὶ τηρήσωσι τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ζήσονται τῷ Θεῷ.

## MANDATUM VIII.

### *Declinandum est a malo, et facienda bona.*

**Dixi tibi, inquit, quod creaturæ** (14) Domini duplices sunt, et abstinentia duplex est. A quibusdam ergo abstinere oportet, a quibusdam vero non. Manifesta, inquam, mihi, domine, a quibus abstinere oportet, et a quibus non. Audi, inquit: A malo abstine, et noli illud facere. A bono autem abstinere noli, sed fac illud. Si enim abstinueris a bono, et non id feceris, peccabis. Abstine igitur ab omni malo, et scies (16) omnem justitiam. Quales, inquam, malignitates sunt hæ, a quibus abstinere oportet? Audi (17), inquit: Ab adulteriis (18), ebrietatibus et comessationibus (19) malignis, ab esca nimia, a lautitia et inhonestate, ab abnegatione (20), a mendacio, a detractione (21), a nequitia ficta, a recordatione injuriæ (22) et a fama pessima (23). Hæc enim sunt opera iniquitatum, a quibus abstinere oportet servum Dei. Qui enim ab iis abstinere non potest, vivere Deo non potest. Audi nunc, inquit, et sequentia eorum (24). Et quidem multa sunt adhuc, a quibus abstinere debet servus Dei. A furto, ab abnegatione (25), a falso

C

(15) Ἡ ἐγκράτεια διπλῆ ἐστι. Ἐπί τινων γὰρ δει σε ἐγκρατεύεσθαι, ἐπί τινων δὲ οὐ δεῖ.

Τὸ πονηρὸν ἐγκρατεύεσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό· τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύου, ἀλλὰ ποίει αὐτό.

Ἐγκρατεύου ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἀπὸ μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ τροφῆς πονηρᾶς, ἀπὸ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ πολυτελῶν, πλούτου, καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ψεύδους καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικακίας, καὶ πάσης βλασφημίας.

Ταῦτα τὰ ἔργα πονηρά ἐστι τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων· τούτων οὖν τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Ὁ γὰρ μὴ ἐγκρατευόμενος τούτων, οὐ δύναται ζῆσαι τῷ Θεῷ. Ἄκουε δὲ καὶ τὰ ἀκόλουθα τούτων. Καὶ πολλά εἰσιν ἀφ' ὧν δεῖ τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ ἐγκρατεύεσθαι, κλοπὴ, ψεῦδος, ἀποστέρησις,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(14) Bold. *creationes*. Lamb. *orationes*.

(15) Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 8. Eadem habet Antiochus homil. 79.

(16) Forte *facies*. Antiochus, ἐργαζόμενος.

(17) Sic Bodl. Lamb. et Cotel. Al. addunt: *Respondit mihi.*

(18) Aut legebat ἀπὸ μοιχείας, πονηρίας, μεθύσματος, aut μεθύσματος jungebat cum voce quæ sequitur ἀνομίας, sicut exhibent duo codices Regis. COT.

(19) Bodl. et Lamb. *conviviis.*

(20) Lamb. *abnegantia.*

(21) Lamb. omittit *detractione.*

(22) Lamb. *memoria malignatis.*

(23) Græca pseudo-Athanasii et Antioch., etc. πάσης βλασφημίας.

(24) Mss. Carm. et Vict *horum. Adhuc ergo sunt sequentia horum, a quibus,* etc.

(25) Lamb. apud Clericum, *negatione.* Fellus tamen in sua edit. Oxon. *a defraudatione, a falso*

ψευδομαρτυρία, πλεονεξία, ἀλαζονεία καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. Εἰ οὖν δοκεῖ σοι πονηρὰ εἶναι ταῦτα (26) ; Καὶ λίαν πονηρὰ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Ἐγκράτευσαι οὖν ἀπὸ πάντων, ἵνα ζήσῃς τῷ Θεῷ, καὶ ἐγγραφήσῃ μετὰ τῶν ἐγκρατευομένων. Ἃ μὲν οὖν δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ταῦτά ἐστιν. Ἃ δὲ δεῖ σε μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν, ἄκουε· πάντων πρῶτον πίστις, φόβος Κυρίου, ὁμόνοια, ἀγάπη, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, ὑπομονή. Τούτων ἀγαθώτερον οὐδέν ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ τῶν ἀνθρώπων· ταῦτα ἐάν τις φυλάσσει, καὶ μὴ ἐγκρατεύεται ἀπ' αὐτῶν, μακάριός ἐστιν ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ. Εἶτα τούτων τὰ ἀκόλουθα ἄκουε· χήρας ὑπηρετεῖν, καὶ ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀνάγκης λυτρώσασθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἐν γὰρ τῇ φιλοξενίᾳ εὑρίσκεται ἀγάθοποίησις· ἡσύχιον εἶναι, ἐνδεέστερον γενέσθαι, πάντα ἄνθρωπον πρεσβύτην σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, ὕβριν ὑποφέρειν, μακρόθυμον εἶναι, ἀμνησίκακον, καμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ τῆς πίστεως μὴ ἀποβαλέσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ ἐνθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν, ἐνδεεῖς μὴ λυπεῖν, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστιν. Δοκεῖ σοι ταῦτα ἀγαθὰ εἶναι ; Τί γὰρ δύναται τούτων ἀγαθώτερον εἶναι ; Γύμναζε σεαυτὸν ἐν τούτοις, καὶ μὴ ἐγκρατεύου πάντων, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

A testimonio, a cupiditate, a superbia, et quæcunque iis similia sunt. Videntur ergo tibi hæc mala esse, an non? Equidem valde mala sunt servis Dei. Ab his ergo omnibus (27) debet abstinere servus Dei. Abstine ergo ab omnibus his, ut vivas Deo, et (28) scribaris cum abstinentibus. A quibus ergo debeas abstinere, illa sunt. A quibus autem non debeas abstinere, audi. Ab omnibus bonis operibus noli abstinere, sed fac illa. Audi, inquit, virtutem bonorum operum quæ debeas operari, ut salvus esse possis. Primum omnium est fides, timor Domini, charitas, concordia, æquitas (29), veritas, patientia, castitas. Iis nihil est melius in vita hominum, qui hæc custodierint et fecerint in vita sua (30). Deinde horum sequentia audi. Viduis administrare, orphanos et pauperes non despicere, et servos Dei ex necessitate redimere, hospitalem esse ; hospitalitate (31) enim invenitur aliquando fructus bonus : non contradicere, quietum esse, humillimum (32) fieri omnium hominum, majores natu colere, studere justitiæ, fraternitatem conservare, contumelias sufferre, æquanimem esse ; lapsos a fide non projicere, sed æquanimes facere; peccantes admonere, debitores non premere ; et si qua iis similia. Videntur tibi hæc esse bona, an non? Quid enim melius est, inquam, verbis istis (33)? Vive ergo; inquit, in his mandatis, et noli ab eis recedere. Si enim custodieris hæc omnia mandata, vives Deo ; et omnes qui custodierint hæc mandata, vivent Deo.

B

ANTIOCHUS, *homilia* 79.

Ἡ οὖν ἐγκράτεια διπλῆ ἐστιν· ἐπί τινων γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, ἐπί τινων δὲ οὐ δεῖ. Τὸ πονηρὸν γὰρ δεῖ ἐγκρατεύεσθαι, καὶ μὴ ποιεῖν αὐτό· τὸ δὲ ἀγαθὸν μὴ ἐγκρατεύεσθαι, ἀλλὰ ποιεῖν. Ἐγκράτευσαι οὖν ἀπὸ πάσης πονηρίας, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν· ἐγκράτευσαι ἀπὸ μοιχείας, πορνείας, μεθύσματος, ἀνομίας, ἀπὸ τρυφῆς, ἀπὸ πονηρίας, ἀπό τε ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ πολυτελείας, πλούτου, καὶ καυχήσεως, ὑψηλοφροσύνης, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἀπὸ ψεύσματος, καὶ καταλαλιᾶς, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ μνησικακίας, καὶ πάσης βλασφημίας, κλέμματος, ἀποστερήσεως, ψευδομαρτυρίας, πλεονεξίας, ἐπιθυμίας πονηρᾶς, ἀπάτης, κενοδοξίας, ἀλαζονείας, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Τούτων δὴ τῶν ἔργων δεῖ ἐγκρατεύεσθαι τὸν ἀγωνιστὴν καὶ δοῦλον τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ καὶ ἔργα ἀγαθὰ, ἃ

C *Igitur abstinentia duplex est : a quibusdam enim abstinere oportet ; a quibusdam vero non oportet. A malo enim abstinere oportet, et id non facere : a bono autem non abstinere, sed facere. Abstine igitur ab omni malo, facieus quod bonum est : abstine ab adulterio, fornicatione, ebrietate, malitia seu inhonestate, a deliciis, ab esca nimia et lautitia, divitiis et gloriatione, et elatione animi et superbia, et a mendacio ac detractione, et nequitia ficta, et recordatione injuriæ, et omni blasphemia [seu fama pessima,] furto, fraude seu abnegatione, falso testimonio, avaritia, cupiditate mala, dolo, inani gloria, superbia, et quæcunque iis similia sunt. Ab his ergo operibus oportet abstinere pugilem ac servum Dei. Sunt autem et opera bona, quæ oportet facere, et a quibus non*

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

*testimonio, a cupiditate, a jactantia, et quæcunque*, etc. Sic autem ille, licet agnoscat editt. et mss. exhibere *abnegatione*, et statim *superbia* : « Sed, inquit, voces istæ paulo superius habentur, nec ab auctore repetitæ per ταυτολογίαν credi debent. Voces ergo alias ex Græco Antiochi repetendas duxi. »

(26) In editis Græca sic : εἶναι ταῦτα ; Ἀπεκρίθη Καὶ λίαν, κ. τ. λ. Ubi vult Clericus leg. ἀπεκρίθην. At pseudo-Athanasius unde ista desumpta, habet ἀπεκρίθη ; et quidem recte ; ejus enim oratio ita postulat, Hermæ non item. Ex eo igitur illa tantum petenda quæ ex Herma descripsit : cætera omittenda, ut sæpe alias. Neque enim conformanda videntur pseudo-Athanasiana, ut veteri interpreti respondeant : quod tamen passim a Fabricio factum video, atque a Clerico et Russelio Fabricium secutis.

(27) Conjicit Cotelerius hic addendum *operibus*, quod in Græco legatur ἔργων. Neque fallitur vir Cl. contra ac scribit Clericus, qui putavit ipsum locutum de his Græcis pseudo-Athanasii, ubi sane deest ἔργων. Verum Cotelerius Antiochi Græca respexit, et hic quidem homil. 79, ut mox infra. Neque enim in ista pseudo-Athanasii Græca digitum intendere poterat, quæ nondum edita fuerant, cum ille suam *Patrumapostolicorum* editionem in vulgus emisit.

(28) Lamb. desunt, *vivas Deo et*.

(29) Lamb. *pietas*, *æquitas*.

(30) Lamb. et Carm. *in vita hominum. Qui hæc custodierit et fecerit in vita sua, vivet Deo.*

(31) Lamb. *In hospitio.*

(32) Bodl. et Lamb. *humiliorem*. Vetus interpres forte leg. ἐνδεέστερον γενέσθαι πάντων ἀνθρώπων. Sic et Antiochus. Aliter pseudo-Athanasius.

(33) Bodl, et Lamb. *horum verborum.*

*debes abstinere. Primum vero omnium est fides, timor Domini charitas, concordia, verba æquitatis, veritas, patientia, viduis administrare, orphanos pauperes et solatio destitutos visitare, servos Dei ex necessitate redimere, hospitalem esse, quietum, humillimum fieri omnium hominum, majores natu colere, studere justitiæ, fraternitatem conservare, æquanimen esse, contumelias sufferre [seu non habere memoriam injuriarum], animo laborantes consolari; lapsos a fide non projicere, sed convertere ac æquanimes facere; peccantes admonere, debitores inopes non premere; et si qua iis similia. Si enim quis custodierit hæc, et non ab eis recesserit ac abstinuerit, vivet Deo.*

A δεῖ ἐργάζεσθαι, καὶ μὴ ἐγκρατεύεσθαι. Πρὸ δὲ πάντων, πίστις, φόβος Κυρίου, ἀγάπη, ὁμόνοια, ῥήματα δικαιοσύνης, ἀλήθεια, προμονή, χήραις ὑπηρετεῖν, ὀρφανοὺς ὑστερουμένους ἐπισκέπτεσθαι, ἐξ ἀναγκῶν λυτροῦσθαι τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ, φιλόξενον εἶναι, ἥσυχον, ἐνδεέστερον γίνεσθαι πάντων ἀνθρώπων, πρεσβύτας σέβεσθαι, ἀσκεῖν δικαιοσύνην, ἀδελφότητα συντηρεῖν, μακρόθυμον εἶναι, μνησικακίαν μὴ ἔχειν, κάμνοντας τῇ ψυχῇ παρακαλεῖν, ἐσκανδαλισμένους ἀπὸ πίστεως μὴ ἀποβάλλεσθαι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν καὶ εὐθύμους ποιεῖν, ἁμαρτάνοντας νουθετεῖν, χρεώστας μὴ θλίβειν ἐνδεεῖς, καὶ εἴ τινα τούτοις ὅμοιά ἐστι. Ταῦτα γὰρ ἐάν τις φυλάξῃ, καὶ μὴ ἐγκρατεύσηται ἀπ' αὐτῶν, ζήσεται τῷ Θεῷ.

## MANDATUM IX.

### *Postulandum a Deo assidue, et sine hæsitatione.*

### CAPUT UNICUM.

Iterum dixit mihi: Tolle a te dubitationem, et nihil omnino dubites. Petens aliquid a Domino, ne dicas intra te: Quomodo (36) vero possum aliquid petere a Domino, et obtinere (38), cum sim peccator tantorum malorum in Dominum? Noli hoc cogitare; sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum. Pete sine dubitatione, et scies misericordiam Domini; quod non te derelinquet, sed petitionem animæ tuæ adimplebit (41). Non est enim Deus sicut homines, memores (42) injuriarum; sed est immemor injuriarum, et miseretur figmenti sui (44). Ergo purifica cor tuum ab omnibus vitiis hujus sæculi (44), et observa prædicta verba tibi a Deo data (46); et accipies omnia bona quæ petis: et ex omnibus petitionibus tuis nihil deerit tibi, si sine dubitatione petieris a Domino. Qui ergo tales non sunt (47), omnino nihil impetrant eorum quæ petunt (48). Nam qui pleni sunt fide, omnia petunt fidentes, et accipiunt a Domino, quia sine dubitatione petunt. Omnis enim dubitans homo, si non pœnitentiam egerit, difficile Deo vivet. Purifica ergo cor tuum a dubitatione, et indue fidem, et crede Deo, et omnia quæ petieris, accipies. Sed si petas aliquando petitionem, et non accipias (49), noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ. Forsitan enim propter tentationem, aut pro peccato tuo, quod tu

B (34) Ἆρον ἀπὸ σοῦ τὴν διψυχίαν, καὶ μηδενὸς (35) ὅλως διψυχήσῃς, αἰτήσασθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγων ἐν σεαυτῷ· Ὅπως δυνήσομαι αἰτήσασθαι (37) παρὰ τοῦ Κυρίου (καὶ) λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; Μὴ διαλογίζου ταῦτα, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας σου ἐπίστρεψον πρὸς Κύριον (39), καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσῃ τὴν πολυευσπλαγχνίαν (40) αὐτοῦ, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλείπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς ὡς οἱ ἄνθρωποι μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς (43) ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ πάντων τῶν ματαίων τούτων, καὶ τῶν προειρημένων σοι ῥημάτων, καὶ αἰτοῦ παρὰ τοῦ Κυρίου, καὶ λήψῃ, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν αἰτημάτων σου ἀστέρητος ἔσῃ, ἐὰν ἀδιστάκτως αἰτήσεις. Ἐὰν δὲ διστάσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ C σου, οὐδὲν οὐ μὴ λήψῃ τῶν αἰτημάτων σου. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεόν, οὗτοί εἰσιν ὡς δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως λαμβάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται, μηδὲν διψυχοῦντες. Πᾶς γὰρ δίψυχος ἀνὴρ, ἐὰν μὴ μετανοήσει, δυσκόλως σωθήσεται. Καθάρισον οὖν τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τῆς διψυχίας, ἔνδυσαι δὲ τὴν πίστιν, ὅτι ἰσχυρά ἐστι, καὶ πίστευε τῷ Θεῷ, ὅτι πάντα τὰ αἰτήματά σου, ἃ αἰτῇ, λήψῃ. Καὶ ἐὰν αἰτησάμε-

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(34) Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 9, pag. 256. Eadem exscripsit Antiochus homil. 85. Hujus mandati fragmentum edidit Grabius in *Spicileg. Patrum* tom. I, pag. 303, ex ms. Catena Græcorum Patrum in Acta apostolorum et Epistolas catholicas, ubi ad explicationem verborum S. Jacobi II, 6, ista Hermæ adducuntur. Latuit sane Grabium hoc pseudo-Athanasii opus, licet tunc jam editum, ex quo alia pleraque hausisset. Nos fragmenti Grabiani variantes lectiones adnotabimus. Sic autem incipit: Ἆρον σεαυτοῦ, absque ἀπό σεαυτοῦ.

(35) Grab. cum al. καὶ μηδέν.

(36) Lamb. *Quoniam quo modo.*

(37) Grab. aliique δύναμαι αἰτήσασθαί τι.

(38) Lamb. *accipere*, ut habent Græca.

(39) Grab. πρὸς τὸν Κύριον.

(40) Grab. cum al. πολυσπλαγχνίαν.

(41) Bodl. et Lamb. *replebit.*

(42) Lamb. *homo memor.* Bodl. *malorum* pro *injuriarum.*

(43) Grab. οἱ μνησικακοῦντες ἀλλήλους. In exemplari pseudo-Athanasii excidit forte ἀλλήλους ob ἀλλ' continuo sequens. Hic autem mendosa et hiulca editio Clerici, ubi sic: οἱ μνησίκακοί εἰσι καὶ σπλαγχνίζεται. Idem mendum apud Russelium. Utraque item editio infida est supra Mand. v, cap. 2, ubi pro συνισταμένη γίνεται, legitur συνίσταται.

(44) Lamb. *figmento suo.* Hucusque fragmentum Grabianum.

(45) Bodl. *a malis cogitationibus, et ab omnibus hujus sæculi negotiis.*

(46) Lamb. deest, *data.*

(47) Ms. Vict. desunt, *non sunt.*

(48) Lamb. *ex petitionibus suis.*

(49) Lamb, *et tardius accipias petitionem tuam.*

νός ποτε παρὰ τοῦ Κυρίου αἴτημά τι, καὶ [μὴ ἀπολήψῃ,] μὴ διψυχήσεις, ὅτι τάχιον οὐκ ἔλαβες τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου· πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμάτι ὃ σὺ ἀγνοεῖς, οὐκ ἔλαβες. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς εὐχόμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, ἕως οὗ ἀπολήψῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσῃς καὶ διψυχήσῃς αἰτούμενος, ἑαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν διδόντα σοι.

A ignoras, tardius accipies petitionem tuam. Sed tu noli desinere (50) petendo petitionem animæ tuæ; et accipies. Si autem cessaveris petendo, de te queraris, non de Deo, quod non dederit tibi.

Βλέπε οὖν τὴν διψυχίαν· πονηρὰ γὰρ ἐστι καὶ ἀσύνετος, καὶ πολλοὺς ἐκριζοῖ ἀπὸ τῆς πίστεως, καί γε λίαν πιστοὺς καὶ ἰσχυρούς.

Vide ergo dubitationem hanc, quam perniciosa sit et sæva, et multos radicitus evellat a fide, etiam valde fideles et firmos. Etenim (51) hæc dubitatio filia est diaboli, et valde nequiter agit cum servis (52) Dei. Contemne ergo dubitationem : et dominaberis illius in omni re. Indue firmam fidem et potentem. Fides enim omnia repromittit, et omnia consummat; dubitatio autem non credit se aliquid impetraturam omnibus operibus suis quæ agit (53).

Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς ἐν παντὶ πράγματι, ἐνδυσάμενος τὴν πίστιν τὴν ἰσχυρὰν καὶ δυνατήν. Ἡ γὰρ πίστις πάντα ἐπαγγέλλεται, πάντα τελειοῖ· ἡ δὲ διψυχία, μὴ καταπιστεύουσα ἑαυτῇ, πάντων ἀποτυγχάνει ἔργων αὐτῆς, ὧν πράσσει.

Vides ergo, inquit, quod fides desursum est a Deo, B et habet virtutem magnam; dubitatio autem terrenus spiritus est, et a diabolo, virtutem non habens.

Σὺ οὖν δούλευε τῇ εὐχῇ σου, τῇ δυνάμει τῆς πίστεως, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ· καὶ πάντες οἱ καταφρονήσαντες (55).

Tu igitur serva virtutem fidei (54) : a dubitatione autem recede, quæ non habet virtutem; et vives Deo. Et omnes vivent Deo, quicunque hæc egerint.

ANTIOCHUS, *homilia* 85.

Ἄρωμεν οὖν ἀφ' ἡμῶν τὴν διψυχίαν καὶ ὀλιγοψυχίαν, καὶ μηδ' ὅλως διψυχήσωμεν αἰτήσασθαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς· Ὅτι πῶς δύναμαι αἰτήσασθαι παρὰ Κυρίου, καὶ λαβεῖν, ἡμαρτηκὼς τοσαῦτα εἰς αὐτόν; ἀλλ' ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου ἐπίστρεψον ἐπὶ τὸν Κύριον καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτοῦ ἀδιστάκτως, καὶ γνώσεις τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσπλαγχνίαν, ὅτι οὐ μή σε ἐγκαταλίπῃ, ἀλλὰ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου C πληροφορήσει. Οὐκ ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς, ὡς οἱ ἄνθρωποι, μνησικακοῦντες, ἀλλ' αὐτὸς ἀμνησίκακός ἐστι, καὶ σπλαγχνίζεται ἐπὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ. Σὺ οὖν καθάρισον τὴν καρδίαν σου ἀπὸ τοῦ διστάζειν, καὶ αἰτοῦ παρ' αὐτῷ, καὶ λήψῃ τὸ αἴτημά σου. Ἐπὰν δὲ διστάζεις, οὐ λήψῃ. Οἱ γὰρ διστάζοντες εἰς τὸν Θεὸν, οὗτοί εἰσιν οἱ δίψυχοι, καὶ οὐδὲν ὅλως ἐπιτυγχάνουσι τῶν αἰτημάτων αὐτῶν. Οἱ δὲ ὁλοτελεῖς ὄντες ἐν τῇ πίστει, πάντα αἰτοῦνται, πεποιθότες ἐπὶ τὸν Κύριον, καὶ λαμβάνουσιν, ὅτι ἀδιστάκτως αἰτοῦνται. Ἐὰν δὲ καὶ βραδύτερον λαμβάνεις, μὴ διψυχήσῃς, ὅτι οὐκ ἔλαβες ταχὺ τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου. Πάντως γὰρ διὰ πειρασμόν τινα, ἢ παράπτωμά τι, ὃ σὺ ἀγνοεῖς, βραδύτερον λαμβάνεις. Σὺ οὖν μὴ διαλίπῃς αἰτούμενος τὸ αἴτημα τῆς ψυχῆς σου, καὶ λήψῃ αὐτό. Ἐὰν δὲ ἐκκακήσεις αἰτούμενος, σεαυτὸν αἰτιῶ, καὶ μὴ τὸν διδόντα σοί. Ἡ γὰρ διψυχία θυγάτηρ ἐστὶ τοῦ διαβόλου, καὶ λίαν πονηρεύεται εἰς τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ. Σὺ οὖν ἔνδυσαι τὴν πίστιν τὴν ἰσχυράν.

*Tollamus ergo a nobis dubitationem et pusillanimitatem, et nihil omnino dubitemus petere aliquid a Deo, dicentes intra nos : Quomodo possum aliquid petere a Domino et obtinere, cum sim peccator tantorum malorum in eum? Sed ex totis præcordiis convertere ad Dominum, et pete ab eo sine dubitatione ; et scies magnam ejus misericordiam, quod non te relinquet, sed petitionem animæ tuæ adimplebit. Non est enim Deus, sicut homines, memores injuriarum; sed est immemor injuriarum, et miseretur figmenti sui. Ergo purifica cor tuum a dubitatione, et pete ab eo, et accipies petitionem tuam. Cum autem dubitaveris, non accipies. Qui enim dubitant de Deo, hi sunt dubii, et omnino nihil impetrant eorum quæ petunt. Nam qui pleni sunt fide, omnia petunt fidentes Domino, et accipiunt, quia sine dubitatione petunt. Sed si tardius accipias, noli dubitare, quia non cito acceperis petitionem animæ tuæ. Omnino enim propter tentationem, aut pro peccato, quod tu ignoras, tardius accipis. Sed tu noli desinere petendo petitionem animæ tuæ, et accipies. Si autem cessaveris petendo, de te queraris, non de eo qui non dederit tibi. Etenim dubitatio filia est diaboli, et valde nequiter* D *agit cum servis Dei. Tu ergo indue firmam fidem et potentem.*

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(50) Lamb. *deserere.*

(51) Laudat hunc locum Athanasius lib. *De decretis Nic. syn.* num. 4, tom. I, pag. 211, edit. B.B.

(52) Lamb. *ad servos.*

(53) Lamb. *sibi omnium impetrare operum suorum quæ agit.*

(54) Ms. Vict. *servi virtutem habenti fidei.* Sed ms. Carm. *serva fidem habentem virtutem.* Lamb. autem, *serva virtutem habilæ fidei.*

(55) Vetus interpres videtur legisse οἱ ταῦτα φρονήσαντες· Si vera est lectio καταφρονήσαντες, intellige τῆς διψυχίας, de qua paulo ante : Καταφρόνησον οὖν αὐτῆς [τῆς διψυχίας]. Ita Fabricius *Bibl. Gr.* vol. V, pag. 18. Quam in sententiam præiverat Cl. Montfauconus : sic enim vertit : *Et Deo vives, atque omnes qui* [dubitationem] *contempserint.*

## MANDATUM X.

*De animi tristitia, et non contristando Spiritu Dei qui in nobis est.*

### CAPUT PRIMUM.

Longe fac a te omnem tristitiam : etenim hæc A soror est dubitationis, et iracundiæ. Quomodo, inquam, domine, soror est harum? Aliud mihi videtur tristitia, aliud dubitatio. Et ait : Sine sensu non intelligis. Tristitia enim omnium spirituum nequissimus est, et pessimus (57) servis Dei ; et omnium spiritus exterminat, et cruciat (58) Spiritum sanctum ; et iterum salvum facit. Ego, inquam, domine, insipiens sum, et non intelligo quæstiones istas : quo modo possit cruciare, et iterum salvum facere, non intelligo. Audi, inquit, et intellige. Hi qui (59) nunquam exquisierunt veritatem, neque inquisierunt de majestate, sed tantum crediderunt, sunt (60) involuti in negotiis (61) hominum ethnicorum. Et alius mendax prophetes est, qui perdit sensus servorum Dei, dubiorum autem, non illorum qui fidunt in Domino plene. Illi ergo dubii quasi ad divinum Spiritum veniunt, et interrogant illum, quid illis futurum sit. Et ille mendax prophetes, nullam habens in se virtutem Spiritus divini (62), loquitur illis secundum interrogationem illorum, et implet animas illorum promissis, sicut illi volunt. Ille autem prophetes inanis est, et inania respondet inanibus. Quidquid enim interrogatur a vanis hominibus, vana respondet illis. Quædam autem verba vera loquitur. Diabolus enim implet (63) eum spiritu suo, ut dejiciat aliquem ex justis (64).

(56) Ἄρον ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην· καὶ γὰρ αὕτη ἀδελφή ἐστι τῆς διψυχίας καὶ τῆς ὀξυχολίας. Πῶς, κύριε, ἀδελφή ἐστιν αὐτῆς ; Ἄλλο γάρ μοι δοκεῖ ὀξυχολία, καὶ ἄλλο διψυχία, καὶ ἄλλο λύπη. Λέγει·... διὰ τί οὐ νοεῖς τὰ λεγόμενά σοι ; . . . . οὐ νοεῖς ὅτι ἡ λύπη πάντων τῶν παθῶν πονηροτέρα ἐστὶν, καὶ δεινοτάτη τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὰ πνεύματα καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον ;

### CAPUT II.

Quicunque ergo fortes sunt in fide Domini, et induti sunt veritatem, talibus spiritibus non juguntur, sed discedunt ab illis. Quotquot autem dubii sunt, et subinde pœnitentiam agunt, consulunt tanquam ethnici, et permagnum sibi peccatum congerunt (65), idolis servientes. Quicunque ergo tales sunt, interrogant pro negotio quolibet, simulacra colunt, et stulti sunt, et inanes a veritate. Omnis enim spiritus a Deo datus non interrogatur ; sed habens virtutem (66) divinitatis, a se omnia loquitur ; quia desursum est a virtute divini Spiritus. Qui autem interrogatus, loquitur secundum desiderium, et aliis (67) multis rebus hujus sæculi. Hujusmodi (68) non intelligunt quæstiones divinitatis ; obscurantur enim (69) iis negotiis, et corrumpuntur,et confringuntur. Sicut vites bonæ quæ negliguntur, ab herbis et spinis premuntur et necantur (70) : sic et homines qui talibus crediderunt, ii negotiis et actionibus multis inciderunt, et evacuantur (71) a sensu suo, et nihil omnino intelligunt, de divitiis cogitantes (72). Sed si quando audierint de Domino, sensus eorum in negotiis ipsorum est.

Qui autem timorem Domini habent, et scrutan- B tur de Deo veritatem, cogitationem omnem habent ad Dominum. Omnia quæ dicuntur eis, percipiunt, et statim intelligunt (74), quia habent timorem Domini in se. Ubi enim Spiritus Domini (75) inhabi-

(73) Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες Θεοῦ, καὶ ἐρευνῶντες περὶ Θεοῦ ἔργων καὶ ἀληθείας, καὶ τὴν καρδίαν ἔχοντες πρὸς Κύριον, πάντα τὰ λεγόμενα αὐτοῖς τάχιον νοοῦσι καὶ συνιοῦσιν, ὅτι... τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς. Ὅπου γὰρ ὁ Κύριος κατοικεῖ,

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(56) Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 11, pag. 257. Hic ordinem invertit pseudo-Athanasius. Ipsi enim est mandatum undecimum, quod in veteri Hermæ versione est decimum. Id non advertit cl. Montfauconus.

(57) Lamb. *nequior et pessima.* Græca sic : *Annon intelligis omnium affectuum pessimum esse tristitiam, Deique servis durissimam ; quæ plus quam alii omnes* [nequitiæ] *spiritus hominem corrumpit?* Hic bene multa omisit pseudo-Athanasius, nam post ἄνθρωπον, ea statim sequuntur, ut mox infra : Οἱ δὲ φόβον ἔχοντες. κ. τ. λ.

(58) Lamb. *contribulat*, et mox *contribulare.*

(59) Lamb. deest *qui.*

(60) Vict. Carm. et Lamb. *et sunt.*

(61) Vict. Carm. et Lamb. *negotiis et divitiis.*

(62) Lamb. *veritatem in se spiritu divino.* Landatur hic locus a Clem. Alex. Στρωμ. lib. I, cap. 17, pag. 369. Ejus verba inter Veterum testimonia superius relata.

(63) Lamb. *autem adimplet.*

(64) Bodl. et Lamb. *illis.*

(65) Lamb. *conferunt.*

(66) Lamb. *veritatem.*

(67) Fortasse *de aliis.* Fellus : *et de aliis...* ; *hujusmodi.*

(68) Lamb. et Bodl. deest *hujusmodi.* Pseudo-Athanasius verbis modo recitatis, post λεγόμενά σοι, hæc addit : Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι οὐ νοοῦσιν οἱ βάλλοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ σαρκικὰ καὶ κοσμικὰ πράγματα.

(69) Lamb. *ex* pro *enim.*

(70) Carm. et Vict. *nocentur.*

(71) Vict. *evocantur.*

(72) Lamb. *agentes.*

(73) Hæc habet pseudo-Athanasius post καταφθείρει τὸν ἄνθρωπον modo relata.

(74) Sic Vict. et Carm. Sic quoque Græca. Editi præter Oxon. *intelliguntur.* Pro sequente *quia*, Vict. et Lamb. *qui.*

(75) Bodl. et Vict. *Dominus.* Sic et Græca, ubi mendose in edit. Russelii, Χριστός.

ἐκεῖ καὶ σύνεσις πολλή. Κολλήθητι οὖν τοῦ Κυρίου, καὶ πάντων (76) νοήσεις.

tat, ibi et sensus multus adjungitur. Adjunge ergo te Domino ; et omnia intelliges ac senties (76*).

## CAPUT III.

Ἄκουε οὖν πῶς ἡ λύπη ἐκτρίβει τὸ Πνεῦμα, καὶ πάλιν σώζει. Ὅταν ὁ δίψυχος ἐπιβάληται πρᾶξαί τι, καὶ ἀποτύχῃ διὰ τὴν διψυχίαν αὐτοῦ, ἡ λύπη ἐκπορεύεται εἰς τὸν ἄνθρωπον, καὶ λυπεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ στενοχωρεῖ αὐτό. Εἶτα πάλιν ὀξυχολία ὅταν κολληθῇ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ πράγματός τινος. καὶ λίαν πικρανθῇ καὶ ποιήσῃ τι κακόν, πάλιν ἡ λύπη εἰσπορεύνναι εἰς τὴν καρδίαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ὀξυχολήσαντος, καὶ λυπεῖται ἐπὶ τῇ πράξει αὐτοῦ, ἣ ἔπραξεν, καὶ μετανοεῖ ὅτι πονηρὸν εἰργάσατο· αὕτη οὖν ἡ λύπη δοκεῖ σωτηρίαν ἔχειν, ὅτι τὸ πονηρὸν πράξας μετενόησεν. [Ἀμφότεραι δὲ τῶν] πράξεων λυποῦσι τὸν ἄνθρωπον· [ἡ μὲν λύπη, ὅτι] ἀπέτυχε τῆς πράξεως, ἡ δὲ ὀξυχολία, ὅτι ἔπραξε τὸ πονηρόν. Ἀμφότερα οὖν λυπηρά ἐστι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ (78). Ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ τὴν λύπην καί μὴ θλῖβε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ἐν σοὶ κατοικοῦν, μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην, λύπην σαρκικὴν οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωρίαν... Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάρι παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ εὐπρόσδεκτον οὖσαν αὐτῷ, καὶ ἐντρύφησον ἐν αὐτῇ. Πᾶς γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ ἀγαθὰ φρονεῖ, καὶ καταφρονεῖ τῆς ματαίας λύπης. Ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε ὀργίζεται καὶ ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐντυγχάνων μηδὲ ἐξομολογούμενος τῷ Θεῷ. Πάντοτε γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν τοῦ ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τοῦ Θεοῦ. . . . . Ὅτι ἡ λύπη ἐγκάθηται εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν ἡ λύπη ἡ κοσμικὴ μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφιησι τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν εἰς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος οἴνῳ μεμιγμένον τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν· οὕτως καὶ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν [οὐκ ἔχει.] Καθάρισον οὖν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς λύπης πονηρᾶς ταύτης, καὶ ζήσῃ τῷ Θεῷ.

Audi nunc, insipiens, quemadmodum tristitia cruciat Spiritum sanctum, et quo modo salvum facit. Cum dubius inciderit in negotium aliquod, et non provenit (77) illi propter dubitationem, tristitia hæc intrat in hominem, et tristem facit Spiritum sanctum, et vexat eum. Deinde iterum iracundia cum accesserit homini pro negotio aliquo, vehementer irascitur ; et hæc ira intrat in præcordia irascentis, et vexatur in negotio suo quod agit, et postea pœnitet, quod male fecerit. Utræque ergo res lædunt Spiritum sanctum ; dubitatio, et tristitia : dubitatio, quia non successit actus ejus ; et tristitia, quia fecit iracundiam Spiritui (78). Aufer ergo tristitiam a te, et noli offendere Spiritum sanctum qui in te habitat ; ne roget Dominum, et discedat a te. Spiritus enim Dei qui datus est in carnem (79), tristitiam non sustinet. Indue te ergo hilaritate, quæ semper habet gratiam apud Dominum ; et lætaberis in ea. Omnis enim hilaris vir bene operatur, et bona sapit, et contemnit injustitiam (80). Vir autem tristis male facit ; quia tristem facit Spiritum sanctum, qui datus est homini hilari (81). Et iterum male facit, quod tristis orat Dominum, et non ante facit exomologesin, et non impetrai a Deo quod petit. Semper enim oratio tristis hominis non habet virtutem, ut accedat (82) ad altare Dei. Et dixi illi : Domine, quare non habet virtutem oratio tristis hominis, ut ascendat ad altare Domini ? Quoniam, inquit, tristitia sedet in corde ejus. Cum ergo mista fuerit oratio viri cum tristitia, non patietur orationem mundam ascendere ad altare Dei. Sicut enim vinum aceto mistum eamdem suavitatem non habet : sic et tristitia Spiritui sancto mista eamdem orationem mundam non habet. Munda ergo te a tristitia mala, et vives Deo : et omnes vivent Deo, qui projecerint a se tristitiam, et induerint hilaritatem.

ANTIOCHUS, *homilia* 25.

Ἆρον οὖν ἀπὸ σοῦ ταύτην τὴν λύπην καὶ μὴ λύπει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κατοικοῦν ἐν σοί· μήποτε ἐντεύξηται τῷ Θεῷ, καὶ ἀποστῇ ἀπὸ σοῦ. Τὸ γὰρ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ, τὸ δοθὲν εἰς τὴν σάρκα ταύτην λύπην οὐχ ὑποφέρει, οὐδὲ στενοχωριαν. Ἔνδυσαι οὖν τὴν ἱλαρότητα, τὴν πάντοτε ἔχουσαν χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ ἐντρύφα ἐν αὐτῇ. Ὁ γὰρ ἱλαρὸς ἀνὴρ ἀγαθὰ ἐργάζεται, καὶ καταφρονεῖ τῆς λύπης·

*Aufer ergo hanc tristitiam a te, et noli offendere Spiritum sanctum qui in te habitat, ne roget Dominum, et recedat a te. Spiritus enim Dei qui datus est in hanc carnem, tristitiam non sustinet, neque anxietatem. Indue te ergo hilaritate, quæ semper habet gratiam apud Deum ; et lætare in ea. Hilaris enim vir bene operatur, et contemnit tristitiam : vir autem tristis semper male facit. Primo quidem male*

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(76) Sic refragante grammatica, pro τῷ Κυρίῳ, καὶ πάντα. ED. PATROL.

(76*) Lamb. *scies.*

(77) Lamb. *evenit.*

(78) Hæc item habet Antiochus homil. 25.

(79) Pseudo-Athanasius et Antiochus addunt ταύτην, *in carnem hanc* : quod *Spiritum datum hominibus designat*, ut recte interpretatur Fellus ; mox enim : *Spiritum sanctum, qui datus est homini.*

(80) Forte *tristitiam.* Ita Græca : quod sane contextus postulare videtur.

(81) Forte, *hilaris.*

(82) Fortasse *ascendat.* Sane pseudo-Athanasius et Antiochus, ἀναβῆναι.. Quin et mox ipse vetus Interpres, *ascendat ad altare Domini.* Et iterum, *ascendere ad altare Dei.*

*facit, quia tristem facit Spiritum sanctum, qui datus est homini hilaris ; et iterum male facit, quod non facit exomologesin Domino. Nam oratio tristis hominis non habet virtutem ut ascendat ad altare Dei : tristitia enim sedet in corde ejus. Cum ergo mista fuerit oratio cum tristitia, non patietur orationem mundam ascendere ad altare. Sicut enim vinum aceto mistum eamdem suavitatem non habet : sic et tristitia Spiritui sancto mista eamdem orationem non habet. Bonum itaque est projicere a se tristitiam, et induere omnem hilaritatem.*

Α ὁ δὲ λυπηρὸς ἀνὴρ πάντοτε πονηρεύεται. Πρῶτον μὲν πονηρεύεται, ὅτι λυπεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ δοθὲν τῷ ἀνθρώπῳ ἵλαρον· δεύτερον δὲ λοιπὸν ἀνομίαν ἐργάζεται, μὴ ἐξομολογούμενον (83) τῷ Κυρίῳ. Τοῦ γὰρ λυπηροῦ ἀνδρὸς ἡ ἔντευξις οὐκ ἔχει δύναμιν ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ θυσιατήριον τοῦ Θεοῦ· ἐγκάθηται γὰρ ἡ λύπη εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Μεμιγμένη οὖν λύπῃ μετὰ τῆς ἐντεύξεως, οὐκ ἀφίησιν τὴν ἔντευξιν ἀναβῆναι καθαρὰν πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Ὥσπερ γὰρ ὄξος καὶ οἶνος μεμιγμένος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, τὴν αὐτὴν ἡδονὴν οὐκ ἔχουσιν. οὕνως καὶ ἡ λύπη μεμιγμένη μετὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν αὐτὴν ἔντευξιν οὐκ ἔχτι. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀποβάλλειν ἀφ' ἑαυτῶν τὴν λύπην, καὶ ἐνδύσασθαι πᾶσαν ἱλαρότητα.

## MANDATUM XI (84).

*Spiritus et prophetas probari ex operibus : et de duplici spiritu.*

### CAPUT UNICUM.

Ostendit mihi sedentes in subselliis homines, et unum (85) sedentem in cathedra. Et dixit mihi : Vides illos qui in scamnis sedent? Video, inquam, domine. Illi, inquit, sunt fideles : et ille qui in cathedra sedet, spiritus terrestris (86) est. Nam in ecclesiam vivorum non accedit, sed refugit ; applicat (87) autem se dubiis et vacuis, et in angulis et abditis locis divinat illis, et delectat illos, loquendo secund um omnia desideria cordis eorum (88). Vacuis enim vasis quod committitur (89), non effluit ; sed conveniunt alius ad alium. Cum autem venerit in turbam virorum justorum habentium spiritum divinitatis, et oratio illorum fit ad Dominum (90), exinanitur homo ille ; quoniam spiritus ille terrestris fugit ab illo, et obmutescit, nec quidquam potest loqui. Sicut in apotheca, si obturaveris (91) vinum vel oleum ; et inter illa vasa posueris amphoram vacuam, et rursum obturamentum deponere volueris ; amphoram illam posuisti, vacuam invenies : sic et prophetæ vacui, cum venerint (92) inter spiritus justorum, quales veniunt, tales inveniuntur. Habes utrorumque prophetarum vitam. Proba ergo de vita et operibus hominem, qui dicit se Spiritum sanctum habere. Tu autem crede spiritui venienti (93) a Deo, habenti virtutem. Spiritui autem terrestri vacuo qui a diabolo est, in quo fides non est neque virtus, credere noli. Audi ergo similitudinem, quam tibi dicturus (94) sum. Accipe lapidem, et mitte in cœlum : aut iterum accipe siphonem (95) aquæ, et ejacula (96) in cœlum ; et vide si possis pertundere cœlum. Quo modo, inquam, domine, hæc fieri possent? Utraque enim quæ dixisti, fieri non possunt. Sicut ergo, inquit, hæc fieri non possunt, sic spiritus terrestris sine virtute est, et sine effectu. Accipe nunc virtutem desursum venientem, in hac similitudine (97). Grando minimum granum est ; et cum cadit super caput hominis, quomodo dolores præstat? Aut iterum, vide stillicidium quod a tegula cadit in terram, et cavat lapidem. Sic igitur minima quæ desursum cadunt super terram, magnam habent virtutem. Adjunge te ergo huic habenti virtutem ; et ab illo vacuo recede.

## MANDATUM XII.

*De duplici cupiditate. Dei mandata non esse impossibitia, et diabolum non metuendum credentibus.*

### CAPUT PRIMUM.

Iterum dixit mihi : Tolle a te omnem cupiditatem (98) Ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηρὰν,

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(83) Leg. ἐξομολογούμενος.

(84) Putat Fabricius non esse divellendum hoc mandatum a præcedente, sed cum ipso cohærere : atque ultimum potius mandatum in duo esse dividendum. Aliter Wakius : conjicit enim in hoc mandato, post verba *tales inveniuntur* circa medium, ea omnia inserenda quæ exstant cap. 1 mandati sequentis, ab iis verbis : *Spiritus omnium hominum*, usque ad ea cap. 2 : *Non convenit hoc facere Dei prophetam.* Idque colligit tum ex Græco pseudo-Athanasii, tum ex cod. Lamb. in quibus illa omnia omittuntur. Utriusque sane loci contextus id non postulare tantum, sed et flagitare videtur. Vide mox infra, pag. seq. not. 4.

(85) Mss. Angl. *alterum.*

(86) Ibid. *facit spiritus terrestres.*

(87) Lamb. *replicat.*

(88) Mss. Angl. *desideria illorum.*

(89) Lamb. *quod compositum.* Hanc lectionem secutus est Fellus ; qui statim pro *effluit*, habet *frangitur.*

(90) Sic mss. Carm. et Lamb. Sic et editio Oxon. Al. *sit.*

(91) Mss. Angl. *stipaveris*, et mox *stipationem.*

(92) Lamb. *vacui conveniunt.*

(93) Al. leg. *viventi.*

(94) Lamb. *daturus.*

(95) Lamb. *fontem.*

(96) Mss. Angl. *siphoniza.* Carm. *sifoniza.* Lamb. *isti fonza.* Ἀπὸ τοῦ σίφωνος factum est σιφωνίζειν hoc est siphone transmittere. Quam vocem legere nescivit librarius antiquus, a quo codicem Lambethanum etiamnum habemus. Vide Pollucem et Suidam. CLER. — Quibus adde quæ habet Cangius. in *Glossar. Græc.* v. Σίφων et Σιφωνατωρ : et in Append

(97) Mss. Angl. *hanc similitudinem.*

(98) Ex *Doctr. ad Antioch.* num. 10, pag. 256. Pseudo-Athanasio est ὀεκάτη ἐντολή Hæc item descripsit Antiochus homil. 74.

ἔνδυσαι τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν. Ἐνδεδυμένος γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν. Ἀγρία γὰρ ἐπιθυμία εἰς τάδε ἀνεμπεσεῖ, εἰς λύπην [... ἐὰν μὴ ᾖ] συνετὸς, δαπανᾶται ὑπ' αὐτῆς δεινῶς· δαπανᾷ δὲ τούτους μὴ ἔχοντας ἔνδυμα ἐπιθυμίας ἀγαθῆς, ἀλλ' ἐμπεφυρμένους τῷ αἰῶνι τούτῳ· τούτους οὖν παραδίδωσιν εἰς θάνατον..... Ποῖα, κύριε, εἰσὶ τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, τὰ παραδιδόντα τοὺς ἀνθρώπους εἰς θάνατον; Γνώρισόν μοι, ἵνα φύγω ἀπ' αὐτῶν. Ἄκουσον· Πρῶτον πάντων, κ. τ. λ. Vide mox infra, *cap.* 2.

A malam, et indue cupiditatem bonam et sanctam. Indutus enim cupiditatem bonam, oderis (99) malam, et refrenabis eam sicut volueris. Horrenda est enim cupiditas mala, et difficile mitigatur. Horribilis est valde et fera, et feritate sua consumit homines, maxime si inciderit in eam servus Dei (100): et nisi sapiens fuerit, consumetur (1) ab illa pessime. Consumit autem tales, qui non habent vestem cupiditatis bonæ, et implicat illos (2) negotiis hujus sæculi, et tradit (3) illos morti. Quæ sunt, inquam, domine, opera cupiditatis malæ, quæ tradunt homines morti? Demonstra mihi, ut recedam ab iliis. Audi, inquit, in quibus operibus cupiditas mala morti tradit servos Dei. [Spiritus omnium (4) hominum terrestris est et levis, et virtutem non habet in totum, et multa loquitur. Et dixit : Quo modo igitur scire potest aliquis eos ? Audi, inquit, de utrisque vasis : et sicut dico tibi, sic probabis prophetam Dei, et falsum prophetam. Primum itaque (5) proba hominem, qui habet Spiritum Dei : quia Spiritus qui desursum est (6), quietus est et humilis, et recedit ab omni nequitia et desiderio vano hujus sæculi ; et omni homine (7) se facit humiliorem : et nemini respondet interrogatus (8) : nec singulis respondet : neque cum vult, homini loquitur Spiritus Dei ; sed tunc loquitur cum vult Deus. Cum ergo venerit homo qui habet Spiritum Dei, in Ecclesiam justorum habentium fidem Dei, et oratio fit ad Dominum ; tunc nuntius (9) sanctus divinitatis implet hominem illum Spiritu sancto (10) ; et loquitur in turba sicut Deus vult. Sic ergo dignoscitur Spiritus divinitatis, in quocunque Spiritus divinitatis loquitur (11).

## CAPUT II.

Audi nunc et de spiritu terrestri, vacuo et fatuo, virtutem non habente. Primum autem hunc homo putatur spiritum habere ; exaltat enim se (12), et vult primam cathedram habere ; et improbus est, et verbosus ; et in deliciis conversatur, et in voluptatibus multis ; et mercedem accipit divinationis suæ. Quod si non acceperit, non divinat. Itane (13) Spiritus Dei potest mercedes accipere et divinare ? Non convenit hæc facere Dei prophetam.]

Πρῶτον πάντων ἐπιθυμία γυναικὸς, καὶ πολυτέλεια πλούτου, ἢ ἐστι φιλαργυρία, καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ματαίων, καὶ μεθύσματος πολλοῦ, διαφόρων γεύσεως, καὶ ἑτέρων τρυφῶν πολλῶν, καὶ μωρῶν, καὶ δόξης ἀνθρωπίνης καὶ ματαίας. Πᾶσα τρυφὴ μωρά ἐστι καὶ κενὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ.

B Sed cupiditas mala est, concupiscere uxorem alienam, vel mulierem concupiscere virum alienum ; et lautitias concupiscere divitiarum, et multitudinem ciborum supervacuorum, et ebrietatem multam, et delicias multas. Fatuæ enim sunt deliciæ (14) multæ ; et voluptates multæ supervacuæ sunt servis Dei.

Hæc ergo cupiditas mala est et perniciosa, quæ mortificat (15) servos Dei. Hæc enim cupiditas a diabolo est. Quicunque ergo recesserint a cupiditate mala, vivent Deo. Nam quicunque subjecti fuerint cupiditati m alæ in perpetuum morientur. Mortifera enim est hæc cupiditas mala. Tu ergo indue cupiditatem justitiæ ; et armatus timore Domini, resiste cupiditati malæ. Timor enim habitat in cupiditate bona. Et cupiditas mala, cum viderit te armatum timore Domini resistente (16) sibi, fugiet a te longe, et non compa-

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(99) Lamb. *cupiditate bona, odies.*

(100) In editis hic incipiunt Græca sic : Μάλιστα εἰ ἂν ἐμπεσεῖ εἰς αὐτὴν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐὰν μὴ ᾖ συνετὸς, κ. τ. λ., quæ, si vocem ultimam demas, nullibi exstant, neque apud pseudo-Athanasium neque apud Antiochum. Efficta igitur a Fabricio ex vetere Interprete, Clericus et Russelius exscripsere. Nos vero verba pseudo-Athanasii, licet *Pastoris* textum exacte non exprimant, exhibemus, Montfauconianam editionem secuti, supplenda tamen ex iis quæ habet Antiochus.

(1) Lamb. *consumitur.* Ita sane Græca.

(2) In quibusdam codicibus *implicat eos*, pro quibus Wakius legit *implicatos.*

(3) Lamb. *tradet.* Sic mox *tradent*, et *tradet.* Hanc lectionem sequitur Fellus in sua edit. Oxon. In editis Clerici et Russelii omittitur conjunctio *et*, quam al. exhibent.

(4) Mss. Ang. *Primum omnium.* Hæc autem et reliqua hujus capitis aliaque cap. seq., uncis inclusa,

C hinc removenda, et in mandatum præcedens immittenda, ex Wakio monuimus ad mand. XI, not. 84.

(5) Sic Felli edit. Oxon. Al. *ita.*

(6) Lamb. *Spiritus desursum*, omissis, *qui est.*

(7) Mss. Angl. *omnium hominum.*

(8) Lamb. deest, *interrogatus.*

(9) Al. *angelus.*

(10) Lamb. *Spiritus sanctus.*

(11) Bodl. et Lamb. *quia quicunque spiritu divinitatis loquitur, loquitur sicut Dominus vult.* Hanc lectionem retinuit Fellus in sua edit. Oxon.

(12) Lamb. *Primum enim homo putatur spiritum habere exaltantem se.* Bodl. autem sic : *Primum enim homo qui putetur spiritum habere, exaltat se.*

(13) Lamb. et Carm. *Ita nunc.* Et mox : *Sed non convenit.*

(14) An *divitiæ ?*

(15) Mss. Angl. *morti dat.*

(16) Bodl. *resistentem.*

rebit (17) ante te, timens arma tua : et obtinebis (18) victoriam, et coronaberis ob illam (19), et pervenies ad cupiditatem bonam, et trades victoriam Deo quam acceperis, et servies ei operando sicut ipse volueris.

Si autem servieris cupiditati bonæ,et subditus(20) ei fueris, poteris dominari super cupiditatem malam, et erit subdita tibi, sicut volueris. A Ἐὰν δὲ δουλεύσῃς τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ, καὶ ὑποταγῇς αὐτῇ, δύνασαι κατακυριεῦσαι τῆς ἐπιθυμίας τῆς πονηρᾶς, καὶ ὑποτάξαι αὐτὴν καθὼς βούλει.

## CAPUT III.

Vellem (21) scire, domine, quo modo servire debeam cupiditati bonæ.Audi, inquit : Habe timorem Dei, et fidem (22) in Deo, et veritatem ama, et justitiam dilige, et fac bonum (23). Hæc operando, probatus eris servus Domini, et servies Deo : et omnes quicunque servierint cupiditati bonæ,vivent Deo. Consummatis his mandatis duodecim, dixit mihi : Habes hæc mandata, ambula in his ; et audientes homines hortare, ut pœnitentiam agant, et pœnitentia eorum munda fiat (25) reliquis diebus vitæ eorum.

Ἤθελον γνῶναι ποίοις τρόποις δεῖ με δουλεῦσαι τῇ ἐπιθυμίᾳ τῇ ἀγαθῇ· Ἄκουε· Ἔργασαι δέκαιοσύνην καὶ ἀρετὴν ἀληθείας, καὶ φόβον Κυρίου, καὶ πίστιν, καὶ ἀγάπην..... Ταῦτα ἐργαζόμενος, εὐάρεστος ἔσῃ δοῦλος Θεοῦ..... (24) Καὶ συντελέσας τὰς δώδεκα ταύτας ἐντολὰς, λέγνι· ...Πορεύου ἐν ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, καὶ παρακάλει καὶ τοὺς ἀκούοντας πορεύεσθαι ἐν αὐταῖς, ἵνα ἡ μετάνοια αὐτῶν καθαρὰ γένηται τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῶν.

Et ministerium hoc quod tibi do, explica diligenter, et multum consequeris fructum (26), et invenies gratiam apud omnes, qui pœnitentiam agent et credent verbis tuis.Ego enim tecum sum, et cogam illos credere.

Et dixi illi : Domine,hæc mandata magna et præclara sunt, et exhilarare cor hominis possunt, qui potuerit custodire mandata hæc. Sed nescio, domine,an possint mandata hæc ab homine custodiri. Ait mihi : Hæc mandata facile custodies, et non erunt dura:sed si tamen in cor tuum posueris,non posse ab homine custodiri, non custodies ea.Nunc autem dico tibi : Si non custodieris hæc mandata, et omiseris (28), non eris salvus, neque filii tui, neque domus tua ; quia ipse judicaveris,quod non possint hæc mandata ab homine custodiri. B (27) Κύριε, αἱ ἐντολαὶ αὗται μεγάλαι καὶ καλαὶ καὶ δυναταί εἰσιν, δυνάμεναι εὐφρᾶναι τὴν καρδίαν τοῦ δυναμένου τηρῆσαι αὐτάς. Οὐκ οἶδα, κύριε, εἰ δύνανται αἱ ἐντολαὶ αὗται ὑπὸ πολλῶν φυλαχῆναι, διότι σκληραί εἰσιν. Ἐμβλέψας δὲ αὐτὸν ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ λετὰ πολλῆς αὐστηρίας εἶπεν. Ἄνανδρε, ἀκηδιαστὰ, ῥάθυμε, καὶ ὀλιγόψυχε, οὐκ οἶδας, ὅτι ἐὰν ἐν σοὶ ἑαυτῷ προθῇ ὅτι δύνανται φυλαχθῆναι, εὐκόλως αὐτὰς φυλάξεις, καὶ οὐκ ἔσονται σκληραί ; Εἰ δὲ ἀναβῇ ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, οὐ δύνασθαι αὐτὰς ὑπὸ ἀνθρώπων φυλαχθῆναι, οὐ φυλάξεις αὐτάς.

## CAPUT IV.

Hæc mihi vehementer iracunde locutus est,ita ut conterreret me valde.Vultum enim suum mutaverat, ita ut non posset homo sustinere iram ejus. Et cum vidisset me conturbatum totum et confusum, cœpit loqui moderatius et hilarius, dicens :

Stulte et insensate (29),inconstans et ignorans (30) majestatem Dei,quam magnus (31) quamque mirabilis sit, qui orbem creavit propter hominem, et omnem creaturam subjecit homini,et omnem potestatem dedit illi,ut dominetur horum mandatorum. Dominari, inquit, potest omnium horum mandatorum, qui habet Dominum in corde suo. Qui autem habent Dominum in labiis suis (32), et cor illorum obtusum est,et longe sunt a Domino [81] ; illis man- C Οὐ νοεῖς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, πῶς μεγάλη ἐστὶ καὶ ἰσχυρὰ καὶ θαυμαστή· ὅτι ἔκτισεν τὸν κόσμον διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἅπασαν ἔδωκεν αὐτῷ κυριεύειν πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς : Εἰ οὖν πάντων τούτων ὁ ἄνθρωπος κύριος ἐστι καὶ πάντων δύναται κατακυριεῦσαι, πῶς οὐ δυνήσεται καὶ τούτων τῶν ἐντολῶν κατακυριεῦσαι ;... Ὥστε πασῶν τῶν ἐντολῶν τούτων κατακυριεῦσαι ὁ ἄνθρωπος, ὁ ἔχων τὸν Κύριον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· οἱ δὲ ἐπὶ τὰ

[81] Isa. xxix, 13 ; Joan. xii, II Cor. iii, 14.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(17) Lamb. *parebit.*
(18) Lamb. *accipies.*
(19) Mss. Angl. *ab illa.*
(20) Apud Fellum vulgata lectio confirmatur ex ms. Bodl. Sic et mox, *subdita.* Ipse tamen maluit, *subjectus... subjecta.*
(21) Lamb. *Volebam.* Et mox : *possem servire.*
(22) Mss. Angl. *confide.* Sic et edit. Felli Oxon. Al. *fide.*
(23) Mss. Angl. *bene.*
(24) Hæc habet pseudo-Athanasius num. 13,pag. 259.
(25) Ita mss. Vict.,Carm. et Lamb. Ita et Fellus. Græea, ἵνα... γένηται. Editi, *fiet.*
(26) Mss. Angl. deest *fructum.*
(27) Ex *Doctr. ad Antioch.*, num. 21, pag 263.
(28) Lamb. *dissimulaveris.* In editis Græca hic mutila.
(29) Mss. Angl. *fatue.* Sequitur pseudo-Athanasius l. c. præcedentibus omissis.
(30) Carm.,Victor. et Lamb. *ignoras.*Vide Græca.
(31) Mss. Angl., Carm. et Victor. *magna.* Sic et Græca. Hic mendum irrepsit in edit.Oxon.ubi sic : *quam magnus, quamque miserabilis sit.*
(32) Carm. et Lamb. deest, *suis.* Ita et Græca, nec non sacer codex quem respicit Hermas.

χείλη ἔχοντες τὸν Κύριον, τὴν δὲ καρδίαν πεπωρωμένην, καὶ μακρὰν ὄντες ἀπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τὴν ἑαυτῶν ῥᾳθυμίαν, ἐκείνοις αἱ ἐντολαὶ αὗται σκληραί εἰσιν, καὶ δυσκατόρθωτοι. Θέσθε οὖν, ὑμεῖς οἱ ὀλιγόψυχοι, καὶ ἐλαφροὶ τῇ πίστει, τὸν Κύριον ἀδιαλείπτως εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ γνώσεσθε ὅτι οὐδὲν ἐστιν εὐκολώτερον τῶν ἐντολῶν τούτων, οὔτε γλυκύτερον, οὔτε ἡμερώτερον..... (35) Βλέπε στερεῶς, καὶ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπίστρεφε πρὸς Κύριον, καὶ μὴ φοβηθῇς τὸν διάβολον· δύναμις γὰρ ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ· ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ παρέχων τὴν νίκην. Ὁ διάβολος μόνον φόβον ἔχει· ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ τόνους οὐκ ἔχει. Μὴ φοβηθῇς οὖν αὐτὸν, καὶ φεύξεται ἀπὸ σοῦ.

A data hæc dura sunt et difficilia. Ponite ergo vobis, qui vacui et leves estis in fide, Dominum Deum vestrum in corde habere (33); et intelligetis, quod nihil facilius est his mandatis, neque dulcius, neque mansuetius, neque sanctius: et convertite vos ad Dominum Deum, et relinquite diabolum et voluptates (34) ejus; quia malæ sunt, et amaræ, et immundæ. Et nolite timere diabolum, quia in vobis potestatem non habet. Ego enim vobiscum sum nuntius pœnitentiæ, qui dominor illius. Diabolus autem timorem facit; sed timor illius vanus est. Nolite ergo timere eum, et fugiet a vobis.

## CAPUT V.

Et dixi illi: Domine, audi me pauca verba dicentem (36) tibi. Dic, inquit. Homo, inquam cupit quidem mandata Dei custodire; et nemo est qui non petat a Domino, ut possit mandata ejus servare. Sed diabolus durus est; et potentia sua dominatur in Dei servos.

(37) Οὐ δύναται γὰρ καταδυναστεύειν τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῶν ἐξ ὅλης καρδίας ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτόν. Δύναται οὖν ὁ διάβολος παλαῖσαι, καταπαλαῖσαι δὲ οὐ δύναται. Ἐὰν οὖν ἀντιστῆς αὐτὸν, νικηθεὶς φεύξεται ἀπὸ σοῦ κατησχυμμένος.

B Et dixit: Non potest dominari in Dei servos, qui ex totis præcordiis in Dominum credunt (38). Potest autem diabolus luctari; sed vincere non potest. Si enim resistitis illi, fugiet a vobis confusus [82]. Nam quicunque fide pleni non sunt, timent diabolum, quasi potestatem habentem. Diabolus enim tentat servos Dei, et, si invenerit vacuos, exterminat. Sicut (39) enim homo, cum implevit amphoras bono vino, et inter illas amphoras paucas semiplenas posuit, et venit ut tentet et gustet amphoras; non tentat plenas; scit enim quod bonæ sunt; semiplenas autem gustat, ne sint acidæ factæ: cito enim semiplenæ amphora acescunt, et perdunt saporem vini. Sic et diabolus venit ad homines servos Dei, ut tentet illos. Quicunque autem pleni sunt fide, resistunt ei fortiter; et ille recedit ab eis, quia non habet locum intrandi. Tunc vadit ad illos qui non sunt fide pleni, et quoniam habet locum, inde intrat in illos; et quæcunque vult, facit illis, et fiunt famuli ejus.

## CAPUT VI.

Sed vobis dico ego nuntius pœnitentiæ: Ne timeatis diabolum. Missus enim sum, ut vobiscum sim, quicunque ex totis præcordiis egeritis pœnitentiam, ut confirmem vos in fide. Credite ergo (40), qui propter delicta vestra obliti estis Deum, et qui salutem vestram objicientes (41) peccatis vestris, gravatis vitam vestram, quod si conversi fueritis ad Dominum ex totis præcordiis vestris, et servieritis ei secundum voluntatem ipsius, dabit remedium animabus vestris (42), posthabitis peccatis vestris prioribus; et habebitis potestatem dominandi omnibus operibus (43) diaboli.

(44) Μὴ δὲ τὴν ἀπειλὴν αὐτοῦ δειλιάσῃς· ἄτονος γὰρ ὡς νεκροῦ νεῦρα. ... Μᾶλλον φοβήθητι τὸν Κύριον τὸν δυνάμενον σῶσαι καὶ ἀπολέσαι.

C Minas autem illius in totum timere nolite: sine virtute enim sunt, sicut hominis mortui nervi. Audite ergo me; et timete Dominum omnipotentem qui potest vos salvos facere (45) et perdere [83]; et custodite mandata ejus, ut vivatis Deo. Et dixi illi: Domine, modo confirmatus sum in omnibus mandatis Domini, quandiu mecum es; et scio quod confringes omnem virtutem diaboli (46). Sed et nos exsuperabimus illum, si possumus (47) mandata hæc quæ præcepisti, Domino confirmante, custodire. Custodies, inquit, si cor tuum purificaveris ad Dominum. Sed et omnes custodient, qui purificaverint corda sua a vanis cupiditatibus hujus sæculi, et vivent Deo.

[82] Jac. IV, 7. [83] Matth. X, 28; Luc. XII, 5.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(33) Al. *vestrum et in corde habere.* Felii edit. Oxon. *et in corde habete.*

(34) Ms. Victor. *voluntates.* Et mox Lamb. *quæ* pro *quia.*

(35) Hactenus pseudo-Athanasius num. 21, pag. 264. Quæ autem sequuntur exhibet auctor num. 12, pag. 258, aliquantum diversa, ut assolet.

(36) Sic Bodl. Fellus autem, *loquentem.*

(37) Ex pseudo-Athanasio num. 12, pag. 258.

(38) Ms. Vict. *in Deum sperant.* Exhibet *sperant* etiam Bodl. Ita et Græca.

(39) Hunc locum laudat Origenes, tract. 31, *Comment. in Matth.* XXIV, 42.

(40) Ista exscripsit Antiochus homil. 77.

(41) Mss. Angl. *et salutem vestram adjicietis.* Wackius autem ita hunc locum restituit: *Obliti estis Deum et salutem vestram; et qui adjicientes peccatis restris, gravatis vitam vestram.*

(42) Ita Fellus in sua edit. Oxon. ex mss. Angl. Al. *remedium peccatis.*

(43) Mss. Angl., *omnium operum.*

(44) Hæc pseudo-Athanasius num. 12, sub init. pag. 258, quorum quidem priora ab aliis omissa.

(45) Bodl. *potest salvum facere.*

(46) Lamb. *inimici.*

(47) Mss. Angl. *et possumus.*

ANTIOCHUS, *homilia 74, ex cap. 1, hujus mand.* XII.

*Dicit enim : Tolle a te omnem cupiditatem malam, et indue cupiditatem bonam et sanctam. Indutus enim cupiditatem hanc, oderis malam cupiditatem, et refrenabis eam, sicut volueris. Fera enim est cupiditas mala, et dificile mitigatur. Horribilis enim est, et valde feritate sua consumit homines. Cum autem dicit,* Fera et cupiditas mala, *significat, quod,* etc. *Quænam vero et qualis sit, non solum mala, sed et bona cupiditas in sequenti sermone diligenter exponit.*

A Φησὶ γάρ· Ἆρον ἀπὸ σοῦ πᾶσαν ἐπιθυμίαν πονηράν· ἔνδυσαι δὲ ἐπιθυμίαν ἀγαθὴν καὶ σεμνήν· ἐνδεδυσκόμενος (48) γὰρ τὴν ἐπιθυμίαν ταύτην, μισήσεις τὴν πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ χαλιναγωγήσεις αὐτὴν, καθὼς βούλει. Ἀγρία γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ, καὶ δυσκόλως ἡμεροῦται. Φοβερωτέρα γὰρ ἐστιν, καὶ λίαν τῇ ἑαυτῆς ἀγριότητι δαπανᾷ τοὺς ἀνθρώπους. Ἐν δὲ τῷ λέγειν, Ἀγρία ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία ἡ πονηρὰ, σημαίνει, ὅτι, κ. τ. λ. Τίς δὲ καὶ ποταπή ἐστιν, οὐ μόνον ἡ πονηρία, ἀλλὰ καὶ ἀγαθὴ ἐπιθυμία (49), ἐν τῷ καθεξῆς διαλόγῳ ἀκριβῶς ἐκτίθεται.

*Idem* ANTIOCHUS, *homilia 77, ex cap. 6 hujus mand.*

*Credamus ergo Deo, qui propter delicta nostra despondimus vitam nostram : et convertamur ad Dominum Deum nostram ex totis præcordiis nostris : et operemur justitiam reliquis diebus vitæ nostræ : et serviamus ei recte, secundum voluntatem ipsius. Et dabit remedium peccatis nostris prioribus : et habebimus potestatem dominandi operibus diaboli. Minas autem illius in totum timere nolimus : sine virtute enim sunt, sicut hominis mortui nervi. Sed timeamus Dominum omnipotentem, et custodiamus mandata ejus : et vivemus in eo.*

B Πιστεύσωμεν οὖν τῷ Θεῷ, οἱ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἀπεγνωκότες τῆς ζωῆς ἡμῶν· καὶ ἐπιστρέψωμεν πρὸς Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἡμῶν· καὶ ἐργασώμεθα τὴν δικαιοσύνην τὰς λοιπὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν· καὶ δουλεύσωμεν αὐτῷ ὀρθῶς κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ. Καὶ ποιήσει ἴασιν τοῖς προτέροις ἡμῶν παραπτώμασι· καὶ ἕξομεν δύναμιν τοῦ κατακυριεῦσαι τῶν ἔργων τοῦ διαβόλου. Τὴν δὲ ἀπειλὴν αὐτοῦ ὅλως μὴ φοβηθῶμεν· ἄτονος γάρ ἐστιν, ὥσπερ νεκροῦ νεῦρα. Ἀλλὰ φοβηθῶμεν τὸν παντοδύναμον Κύριον, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξωμεν· καὶ ζήσωμεν ἐν αὐτῷ.

# LIBER TERTIUS

QUI INSCRIBITUR

# SIMILITUDINES.

## SIMILITUDO I.

*Nos, quia in hoc mundo permanentem civitatem non habemus, debere inquirere fnturam.*

### CAPUT UNICUM.

Et dixit mihi Scitis vos Domini servos in peregrinatione (50) morari ? Civitas enim vestra longe est ab hac civitate. Si ergo scitis civitatem vestram in qua habitaturi (51) estis, quid hic emitis agros, et apparatis lautitias et ædificia, et habitationes (52) supervacuas ? Hæc enim qui comparat in hac civitate, non cogitat in suam civitatem redire. O stulte, o dubie et miser homo, qui non intelligis hæc omnia aliena esse, et sub alterius potestate. Dicit enim tibi (53) Dominus civitatis hujus : Aut legibus utere meis, aut recede de civitate mea. Tu ergo quid facies, qui habes legem in civitate tua (54) ? Numquid propter agros tuos, aut propter aliquos apparatus tuos, poteris negare legem tuam ? Quod si negaveris, et volueris redire in civitatem tuam, non recipieris, sed excluderis inde. Vide ergo tu (55) sicut peregre consistens, nihil amplius compares tibi, quam (56) sit necessarium et sufficiens tibi ; et paratus esto, ne (57) cum voluerit Dominus (58) civitatis hujus expellere te contradicas legi ejus ; et eas in civitatem tuam, ut utaris lege

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(48) Sic editio Paris., an. 1644. Editt. Hermæ, ἐνδεδυσμένος. Pseudo-Athan. ἐνδεδυμένος.

(49) Edit. Paris. cit. ἡ πονηρία..... ἡ ἐπιθυμία. At Editt. Hermæ ad unum omnes, ἡ ἐπιθυμία : maluntque, duce Cotelerio, leg. οὐ μόνον ἡ πονηρὰ, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀγαθὴ ἐπιθυμία.

(50) Lamb. *peregre*. Et mox : *Civitas vestra*, omisso *enim*. Hæc laudat Antiochus homil. 15.

(51) Mss. Angl. *habituri*.

(52) Lamb. *ædificationes*.

(53) Lamb. deest *tibi*.

(54) Lamb. *civitatem tuam*.

(55) Ita mss. Carm., Vict. et Lamb. pro *ut*, quod habent editi, præter Oxon.

(56) Mss. Angl. *nisi quod*. Sic et Fellus.

(57) Carm. Vict. et Angl. *ut* pro *ne* Quam mss. lectionem sequitur Fellus.

(58) Lamb. *Deus ut Dominus*. At Felli editio Oxon. *Deus vel Domiuus :* quod non advertit Clericus.

tua, sine injuria hilaris. Vos igitur videte qui servitis Deo, et habetis eum in cordibus vestris : operamini opera Dei, memores mandatorum et promissorum ejus quæ (59) promisit ; et credite ei, quod faciet vobis, si mandata ejus custodieritis. Pro agris ergo quos emere volueritis, redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest ; et viduas [84] absolvite, orphanis (60) judicate, et opes ac divitias vestras in hujusmodi operibus (61) consumite. In hoc enim vos Dominus locupletavit, ut hujusmodi ministeria expleatis. Multo melius est hæc facere, quam agros aut domos emere ; quoniam hæc omnia peribunt in sæculo : at (62) quæ pro nomine Dei feceris, invenies in civitate tua, et habebis gaudium sine tristitia et timore. Divitias ergo gentium nolite cupere, perniciosæ sunt enim servis Dei ; de propriis autem quas habetis, ea agite, quibus possitis consequi gaudium. Et nolite adulterare, nec alterius (63) uxorem tangere, neque concupiscere. Concupisce tuum opus, et salvus eris.

*Ex ista similitudine hæc verba facit* ANTIOCHUS. *homilia* 15.

Εἰ οὖν ἐπὶ ξένης κατοικοῦμεν, καὶ ἡ πόλις ἡμῶν μακρὰν ἀπέχει ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης, καὶ οἴδαμεν τὴν πόλιν ἡμῶν ἐν ᾗ μέλλομεν κατοικεῖν· τί εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἑτοιμάζομεν ἀγρούς, καὶ οἰκοδομάς, καὶ οἰκήματα μάταια, καὶ παρατάξεις πολυτελεῖς ; Ταῦτα οὖν ἑτοιμάζων εἰς ἀλλοτρίαν πόλιν, δῆλός ἐστιν, ὅτι οὐ προσδοκᾷ ἐπανακάμψαι εἰς τὴν ἰδίαν πόλιν, τουτέστιν, εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. Ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος ἀφρόνων, καὶ διψύχων, καὶ ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἐστίν. Οὐ γὰρ συνίει, ὅτι ταῦτα πάντα ἀλλότρια εἰσι, καὶ ὑπὸ ἐξουσίας ἑτέρου εἰσὶ, τουτέστι τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος τούτου. Οὐκ οὖν ὀφείλομεν, ὡς ἐπὶ ξένης κατοικοῦντες, μηδὲν πλέον ἑτοιμάζειν ἑαυτοῖς, εἰ μὴ τὴν αὐτάρκειαν τὴν ἀρκετήν. Οἱ γὰρ ἀγαπῶντες τὸν ἑαυτῶν Κύριον, καὶ ἔχοντες αὐτὸν ἀεὶ ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ, ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πορεύσονται, καὶ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ πιστεύουσι, καὶ καραδοκοῦσι. Καλὸν οὖν ἐστιν ἀντὶ τῶν κτισμάτων καὶ χρημάτων, τῶν σήμερον μὲν ἡμετέρων, αὔριον δὲ ἀλλοτρίων, ὠνήσασθαι ψυχὰς θλιβομένας, καθώς τις δύναται· καὶ χήρας καὶ ὀρφανοὺς ἐπισκέπτεσθαι, καὶ μὴ παραβλέπειν αὐτούς· ὡσαύτως καὶ ἐν μοναστηρίοις, καὶ οὕτω καλῶς διοικεῖν τὰ καθ' ἑαυτούς· καὶ τὸν πλοῦτον ὃν παρὰ Θεοῦ εἰλήφαμεν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, εἰς αὐτοὺς ἀναλίσκειν. Εἰς τοῦτο γὰρ καὶ παρέσχεν ἡμῖν αὐτὰ ὁ ἀγαθὸς ἡμῶν Δεσπότης, ἵνα εἰς τὴν διακονίαν ταύτην δαπανηθῶσι, καὶ ἀντ' αὐτῶν κομισώμεθα θησαυρὸν ἀνέκλειπτον. Πολὺ οὖν βέλτιόν ἐστι, τοιούτους ἀγροὺς, καὶ κτήματα (64) ἀγοράζειν, ἅτινα καὶ παράμονά εἰσι, καὶ προάγουσιν εἰς τὴν ἡμῶν μητρόπολιν, ὅταν ἀποδημήσωμεν εἰς αὐτήν. Ἀμεριμνήσωμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, τῶν προσκαίρων, ἵνα τῶν ἀϊδίων ἐπιτύχωμεν. A B

*Si ergo in peregrinatione moramur, et civitas nostra longe est ab hac civitate, et scimus civitatem nostram in qua habitaturi sumus, quid in aliena apparamus agros, et ædificia, et habitationes supervacuas, et lautas constructiones? Hæc ergo qui comparat in aliena civitate, palam est, quod non cogitat in suam civitatem redire, hoc est in supernam Hierosolymam. Est enim hæc consideratio stultorum et dubiorum, et miserorum hominum. Non enim intelligit, hæc omnia aliena esse, et sub alterius potestate, hoc est principis sæculi hujus. Debemas igitur, sicut peregre consistentes, nihil amplius comparare nobis, quam sit necessarium et sufficiens. Qui enim amant Dominum suum, et habent eam semper in cordibus suis, in mandatis ejus incedent, et in promissa ejus credunt, atque exspectant. Bonum igitur est, pro domibus et pecuniis, hodie quidem nostris, cras vero alienis, redimere animas de necessitatibus, prout quisque potest; et viduas ac orphanos visitare, nec despicere: similiter et in monasteriis, sicque recte sua administrare ; et divitias, quas a Deo accepimus in hac vita, in hujusmodi homines consumere. In hoc enim et præbuit nobis ea bonus noster Dominus, ut in ejusmodi ministeria insumantur ; et pro iis reportemus thesaurum non deficientem. Multo itaque melius est, tales villas et domos emere, quæ stabiles sunt et deducunt in nostram metropolim, quando in eam migrabimus. Negligamus ergo [seu nolimus cupere], charissimi, temporalia, ut æterna possimus consequi.*

## SIMILITUDO II.

*Ut vitis ulmo fulcitur, sic dives oratione pauperis juvatur.*

### CAPUT UNICUM.

Cum ambularem in agrum et considerarem ulmum et vitem, et cogitarem (65) intra me de fructibus earum, apparuit mihi angelus, et dixit mihi : Quid diu (66) intra te cogitas ? Et dixit illi ; De hac vite et ul-

[84] Isa. I, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(59) Al. *promissionum ejus, quas.*

(60) Carm. Vict. et Lamb. *justificate, orphanos.*

(61) Carm. Vict. et Lamb. deest *operibus.*

(62) Lamb. *nam.* Et mox, *civitatem tuam.*

(63) Lamb. *adulterari, et alterius aliquid* At Vict. et Carm. *alterius rem.*

(64) Forte κτίσματα, ut paulo superius κτισμάτων. Idque insinuat vetus Hermæ interpres.

(65) Mss. Angl. *disputarem.* Et mox infra, *disputas* et *disputo.* Quem in locum Cler. : « Ciceroniani temporis est, inquit, vox *disputare*, pro eo quod est agere de re quapiam, quæ legitur in codd. Anglicanis, et passim mutata est in *cogitare* ; quod exscriptores non intelligerent eam vocem alio sensu, quam altercandi. »

(66) Ita ms. Vict. Ita et edit. Oxon. Al. omittunt *diu.*

mo disputo, domine, quoniam fructus illarum decori sunt.Et dixit mihi : Hæ duæ arbores in exemplum positæ sunt servis Dei. Et dixi illi : Vellem scire, domine, harum arborum exemplum quod dicis. Audi, inquit : Vides hanc vitem et hanc ulmum : Video, inquam, domine. Hæc (67) vitis, inquit, fructifera est : ulmus autem, lignum sine fructu est ; sed vitis hæc, nisi applicita fuerit ulmo et super illam requieverit (68), non potest multum fructum facere. Jacens enim in terra, malos fructus dat, quia non pendet super ulmum : et pro se et pro ulmo fructum dat. Vide ergo, quod (69) ulmus fructum dat non minorem, quam vitis, sed potius majorem. Quomodo, inquam, domine, majorem quam vitis ? Suspensa, inquit, ad ulmum (70), fructum multum et bonum dat ; jacens autem in terra, exiguum et pessimum fructum dat (71). Hæc igitur similitudo posita est servis Dei, pauperi et diviti (72). Respondi, inquiens : Domine, demonstra mihi. Audi, inquit : Dives habet opes, a Domino vero pauper est : distrahitur enim circa divitias suas, et valde exiguam habet orationem ad Dominum ; et quam habet, inertem habet, et non habentem virtutem. Cum igitur dives præstat pauperi, quæ illi (73) opus sunt, pauper orat ad Dominum pro divite, et Deus præstat diviti omnia bona ; quia pauper dives est in oratione, et virtutem magnam habet apud Dominum oratio ejus. Tunc ergo dives præstat omnia pauperi, quia sentit illum exaudiri a Domino ; et libentius ac sine dubitatione præstat ei omnia, et curat ne quid ei desit. Pauper Deo gratias agit pro divite, quia opus faciunt a Domino. Apud homines ergo ulmus non putatur dare fructum (74) ; et nesciunt, neque intelligunt, quod si societas advenerit (75) viti ; et vitis duplum dat fructum (76), et pro se et pro ulmo. Sic et pauperes pro locupletibus (77) orantes ad Dominum, exaudiuntur ; et augentur opes eorum, quoniam præstant pauperibus ex opibus suis. Sunt igitur ambo consortes honorum operum suorum. Quicunque igitur hæc fecerit, non deseretur a Domino, ac erit scriptus in libro vitæ. Felices igitur qui possident, et sentiunt se locupletari ; qui hoc enim senserit, poterit aliquid administrare.

## SIMILITUDO III.

*Ut hieme virides arbores ab aridis, sic in hoc sæculo justi ab injustis internosci non possunt.*

### CAPUT UNICUM.

Ostendit mihi arbores multas abjectis foliis, quæ mihi velut aridæ videbantur ; omnes enim similes erant. Et dixit mihi : Vides arbores has? Video, inquam, domine, similes aridis. Respondens dixit mihi : Hæ (78) arbores in similitudinem sunt (79) hominum, qui in sæculo morantur. Respondi, inquiens : Domine, cur velut aridis similes sunt ? Quoniam, inquit, nec justi nec injusti cognoscuntur, sed similes sunt in hoc (80) sæculo. (81) Hoc enim sæculum justis hiems est ; qui (82) non agnoscuntur, cum peccatoribus habitantes. Sicut in hieme omnes arbores, abjectis foliis, aridis similes sunt, nec potest cognosci quæ sunt aridæ, aut quæ virides : sic et in hoc sæculo, nec justi nec injusti cognoscuntur ; sed similes sunt omnes.

## SIMILITUDO IV.

*Ut æstate vividæ arbores ab aridis, fructu et virentibus foliis internoscuntur : sic in futuro sæculo justi ab injustis beatitudine different.*

### CAPUT UNICUM.

Ostendit mihi iterum arbores multas, quarum aliæ frondes emittebant, aliæ aridæ erant.Et dixit mihi : Videsne has (83) urbores ? Respondi : Video, Domine, alias aridas, et alias frondentes (84). Hæ arbores, inquit, quæ virides sunt, justi sunt qui habitaturi sunt in futuro sæculo (85). Illud enim futurum sæculum æstas est justis ; peccatoribus autem hiems. Cum ergo illuxerit misericordia Domini, tunc declarabuntur qui serviunt Deo, et omnibus (86) perspicui erunt. Sicut enim in æstate fructus arboris cujuscunque declaratur, et patet (87) : sic et justorum factum declarabitur, et patebit ; et omnes hilares et

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(67) Laudat hunc locum Origenes homil. 10, *in Josuam.* edit. noviss. BB. tom. III, pag. 423.

(68) Mss. Angl. *ut super illam refrigeret.* Fellus paulo superius exhibet *applicata*, rejiciens editorum *applicita.*

(69) Mss. Angl. *quia, et.*

(70) Ita Fellus ex mss. Angl. Al. *in ulmo.*

(71) Ms. Lamb. hæc omittit : *jacens autem in terra, exiguum et pessimum fructum dat.*

(72) Mss. Angl. *in servos Dei, in pauperem et divitem.* Hanc lectionem sequitur Fellus, vulgatam respuens.

(73) Mss. Angl. deest *illi.*

(74) Mss. Angl. *fructus dare.*

(75) Bodl. *siccitus non advenerit.* Lamb. *siccitas venti.*

(76) Lamb. *abundat fructu.*

(77) Lamb. *locupletantibus.*

(78) Lamb. addidit *aridæ.*

(79) Ita Lamb. Ita et Fellus. Al. *horum.*

(80) Mss. Angl. *huic.*

(81) Laudat hanc similitudinem Origenes tract. 30. *Comment. in Matth.* XXIV, 32, noviss. edit., t. II, pag. 872.

(82) Mss. Vict. et Carm. *quia.* Felli editio Oxon. *quoniam.*

(83) Lamb. deest *has.*

(84) Mss. Angl. *frondescere.*

(85) Lamb. *habituri sunt futurum sæculum.*

(86) Ita mss. Angl .et Carm. Ita quoque editio Fell. Oxon. Al. *omnes.*

(87) Mss. Carm. et Lamb. *paret.* Et mox, *parebunt omnes* pro *patebit; et omnes.*

gaudentes in illo sæculo restituentur. Nam cæteræ (88) gentes, peccatores scilicet (89), sicut arbores quas vidisti aridas, tales invenientur aridi et sine fructu in illo sæculo ; et sicut arida ligna, comburentur : et palam fiet (90), quoniam male fecerunt in omni tempore vitæ suæ ; et comburentur ideo, quia peccaverunt et peccatorum suorum non egerunt pœnitentiam [85]. Sed et cæteræ gentes comburentur ideo, quia non agnoverunt Deum creatorum suum. Tu ergo fac fructum bonum, ut in æstate (91) cognoscatur fructus tuus ; et abstine te a multis negotiis, et nihil delinques. Quicunque enim multa negotia agunt, multa delinquunt ; quia constricti sunt circa negotia sua, et non serviunt Deo. Nam quomodo potest homo qui non servit Deo, aliquid petere et accipere a Deo ? Qui enim serviunt deo, petunt et accipiunt sua desideria. Quod si unum negotium tractat aliquis, posterit servire Deo ; quoniam non alienatur animus ejus a Domino, sed pura mente servit Deo. Hoc ergo si feceris, poteris in venturo sæculo habere fructum ; sed et omnes qui fecerint hæc, fructum ferent.

## SIMILITUDO V.

*De vero jejunio, et ejus mercede ; tum et de corporis munditia.*

### CAPUT PRIMUM.

Cum jejunarem et sederem in monte quodam, et gratias agerem Deo pro omnibus quæ fecerat mecum ; video pastorem illum sedentem juxta me, ac (92) dicentem mihi : Quid tam mane huc venisti ? Respondi : Quoniam, domine, stationem habeo. Quid est, inquit, statio ? Et dixi Jejunium. Et dixit : Quid est illud Jejunium ? Sicut solebam, inquam, sic jejuno. Nescitis, inquit, Deo jejunare ; neque est jejunium hoc quod jejunatis, Deo nihil proficientes. Quare inquam, domine, ita dicis ? Dico certe, inquit, non esse (93) jejunium hoc, quod putatis vos jejunare ; sed ego te docebo quod sit jejunium plenum acceptumque Deo. Audi, inquit : Dominus non desiderat tale jejunium supervacuum : sic enim jejunando nihil præstas æquitati. Jejuna certe verum jejunium tale (94). Nihil in vita tua nequiter facias ; sed mente pura servi Deo, custodiens mandata ejus et in præcepta ejus (95) ingrediaris, neque admiseris desiderium nocens in animo tuo. Crede autem Domino, si hæc feceris, timoremque ejus habueris, atque abstinueris ab omni negotio malo, Deo te victurum. Hæc si feceris, jejunium magnum consummabis acceptumque Domino.

### CAPUT II.

Audi similitudinem quam dicturus sum tibi ad jejunium pertinentem. Quidam quod haberet fundum servosque multos, in quadam parte fundi sui posuit vineam successoribus (96) ; deinde peregre profectus elegit servum quem habebat fidelissimum ac sibi probatum ; eique assignavit vineam, præcipiens ut vitibus jungeret palos ; quod si fecisset et mandatum suum consummasset, libertatem eidem se daturum promisit. Nec præterea quidquam aliud præcepit illi, quod in ea faceret (97), atque ita peregre profectus est. Postquam autem servus ille curam apprehendit (98), fecit quæcunque præceperat dominus. Cumque depalasset vineam illam, et animadvertisset eam herbis repletan, cœpit secum ita cogitare (99), dicens : Peregi quod mihi præceperat dominus ; fodiam nunc vineam hanc, et erit formosior cum fuerit fossa (100) ; et extractis herbis, majorem dabit fructum, et non suffocabitur ab herbis. Aggressus deinde fodit, et omnes herbas quæ in ea erant, extraxit ; atque ita evasit vinea speciosissima ac læta, non suffocata ab herbis. Post aliquantum vero temporis venit dominus ejus, et ingressus est vineam : quam cum depalatam vidisset decenter, ac circumfossam (1), et extractas herbas ab ea, et lætas esse vites ; ex facto hoc servi sui gaudium cepit. Adhibito itaque filio quem charum et hæredem habebat, et amicis quos in concilio advocabat, indicat ea quæ servo suo facienda madasset, quæ præterea ille fecisset. At illi protinus gratulati sunt servo illi, quod tam plenum testimonium domini sui assecutus fuisset. Ait deinde illis : Ego quidem huic servo libertatem promisi, si custodisset mandatum meum quod dederam ; et custodivit illud et præterea opus bonum adjecit in vineam, quod mihi quamplurimum (2) placuit. Pro

[85] Matth. III, 10 ; VII, 19.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(88) Mss. Angl. et Carm. *exteræ*.
(89) Lamb. deest *scilicet*.
(90) Ita mss. Angl. Ita et Felli edit. Oxon. Al. *fient*.
(91) Lamb. *in eo stare*.
(92) Bodl. addit *hæc*.
(93) Lamb. *enim quia non est*. Sic et Felli edit. Oxon. quæ tamen habet *quoniam* pro *quia*. Hinc nonnulla excerpsit pseudo-Athanasius in *Doctr. ad Antioch.* num. 16, pag. 260, quorum pars proferenda mox infra cap. 3.
(94) Lamb. *Leve enim jejunium tale est*. Habet quoque *enim* pro *certe* Felli edit. Oxon.
(95) Sic Fellus ex mss. Angl. ubi monet Bodl. exhibere *in præceptis ejus*. Al. *in præceptis ejus ingrediens*.
(96) Mss. Angl. *adfuturis*. Sic et Vict. At Lamb. *futuris*.
(97) Mss. Angl. *facere deberet*. Sic et edit Oxon. Apud Clericum vero ms. Lamb. sic se habet : *quidquam præcepit illi, ut quid in ea facere deberet*.
(98) Al. Codd. addunt *cœpit ei*.
(99) Mss. Angl. *disputare*, ut modo sup. cap. I, notatum.
(100) Mss. Angl. *formosior fossa*.
(1) Lamb. *fossam*.
(2) Mss. Angl. *validissime*.

hoc igitur opere quod fecit, volo eum filio meo facere cohæredem ; quoniam cum sensisset quid esset bonum, non omisit (3), sed fecit illud. Hoc consilium domini, et filius (4) et amici ejus comprobaverunt; ut fieret scilicet hic servus cohæres filio.Post dies deinde non multos (5) convocatis amicis, paterfamilias misit (6) de cœna sua servo illi cibos complures. Quos cum accepisset ille, sustulit ex eis quod sufficiebat (7) sibi ; reliquum autem conservis suis distribuit. Quibus acceptis, illi lætati sunt, et cœperunt illi optare, ut majorem gratiam apud dominum inveniret, ob ea quæ fecerat ipsis. Hæc omnia cum audisset dominus ejus, percepit iterum maximum gaudium ; et convocatis rursum amicis et filio, exponit factum servi sui de cibis suis quos ei miserat. Illi itaque tanto magis assenserunt patrifamilias, ipsum servum cohæredem filio debere fieri.

## CAPUT III.

Dico ei : Domine, has similitudines non novi, neque intelligere possum, nisi eas tu mihi exponas Omnia, inquit, exponam tibi quæcunque locutus fuero tecum, aut ostendero tibi. Mandata Domini custodi, et eris probatus, et scriberis in numero eorum qui custodiunt mandata ejus. Si autem præter ea quæ (8) mandavit Dominus, aliquid boni adjeceris (9), majorem dignitatem tibi conquires (10), et honoratior (11) apud Dominum eris, quam eras futurus. Igitur si custodieris mandata Domini, et adjeceris etiam ad ea stationes has, gaudebis ; maxime, si secundum mandatum meum servaveris ea. Dico ei : Quidquid mihi præceperis, domine, servabo : scio enim te mecum futurum. Ero, inquit, tecum, qui tale propositum habes. Sed et cum omnibus ero, quicunque idem propositum habuerint (12). Jejunium hoc, inquit, custoditis mandatis Domini, valde bonum est. Sic igitur servabis illud (13).

Primum omnium cave ab omni probro, et turpi verbo, et ab omni noxia cupiditate ; et purifica sensum tuum ab omni vanitate sæculi hujus. Si hæc custodieris, erit hoc jejunium justum. Sic ergo facies. Peractis quæ supra scripta sunt, illo die quo jejunabis, nihil omnino gustabis, nisi panem et aquam ; et computata quantitate cibi quem cæteris diebus comesturus eras, sumptum diei illius quem facturus eras, repones, et dabis (15), viduæ, pupillo, aut inopi ; et sic consummabis humilitatem animæ tuæ : ut qui ex eo acceperit, satiet animam suam, et pro te adeat Dominum Deum oratio ejus. Si igitur sic consummaveris jejunium tuum, quemadmodum præcipio tibi, erit hostia tua accepta Domino, et scribetur hoc jejunium tuum. Hæc statio sic acta (16) est bona, hilaris et accepta Domino.

(14) Πρῶτον πάντων φύλαξαι νηστεύειν ἀπὸ παντὸς ῥήματος πονηροῦ, καὶ ἀκοῆς πονηρᾶς · καὶ καθάρισόν σου τὴν καρδίαν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, καὶ μνησικακίας, καὶ αἰσχροκερδίας. Καὶ ἐκ ἡμέρᾳ ἧ νηστεύεις, ἀρκέσθητι ἄρτῳ καὶ λαχάνοις καὶ ὕδατι, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ · συμψηφίσας δὲ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης τοῦ ἀρίστου, οὗ ἔμελλες ἐσθίειν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμάραν, δὸς χήρᾳ, ἢ ὀρφανῷ ἢ στερουμένῳ, πρὸς ὃν δὴ σαφῶς ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, εὔξεται ὑπὲρ σοῦ πρὸς Κύριον. Ἐὰν οὖν τελέσῃς τὴν νηστείαν, ὡς ἐνετειλάμην σοι, ἔσται ἡ θυσία σου δεκτὴ ἐνώπιον Κυρίου, καὶ ἐγγεγραμμένη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως τῶν ἡτοιμασμένων ἀγαθῶν τοῖς δικαίοις.

*Hinc* ANTIOCHUS, *homilia* 7.

*Jejunium enim verum est, non modo se tabidum facere, sed et quantitatem sumptus quem comesturus erat, dare viduæ et inopi : ut qui acceperit, satiatus, oret pro eo, et accepta fiat Deo hostia ejus.*

Νηστεία γὰρ ἀληθινὴ ἐστιν οὐ μόνον τὸ ἑαυτὸν ἐκτήξειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ποσότητα τῆς δαπάνης, ἣν ἔμελλεν ἐσθίειν, δοῦναι χήρᾳ, ἢ πτωχῷ · ἵνα ὁ εἰληφὼς, ἐμπλησθεὶς, εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ δεκτὴ γένηται ἡ θυσία αὐτοῦ παρὰ τῷ Θεῷ.

Hæc tu si servaveris cum liberis tuis et tota domo tua, custoditis his felix (17) eris. Et quicunque hæc audita custodierint, felices erunt ; et quidquid petierint a Domino, obtinebunt.

## CAPUT IV.

Et precatus (18) sum eum, ut mihi explanaret hanc similitudinem de fundo et domino, ac vinea et servo qui depalaverat vineam : et herbis quæ extractæ de vinea erant ; et de filio et de amicis, quod in con-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(3) Lamb. *dissimulavit.*
(4) Lamb. *et fecit filius.*
(5) Mss. Angl. *dies paucos.*
(6) Lamb. *convocatis paterfamilias amicis antiquis, misit.*
(7) Lamb. *sufficeret.*
(8) Lamb. *Sin autem præter ea quam quod.*
(9) Lamb. *feceris.*
(10) Mss. Angl. *acquires.*
(11) Lamb. *honestior.* Sic et Fellus.
(12) Sic mss. Vict. Carm. et Lamb. Sic et edit. Oxon. Al. *habent.*
(13) Lamb. *Si igitur servaveris illud primum.*
(14) Pseudo-Athanasius num. 16, pag. 261.
(15) Lamb. apud Fellum sic : *cibi, cæteris diebus quæ comesturus... reponens, dabis.* Apud Clericum antem ita : *cibi, cæterisque, quæ editurus eras... reponis et dabis.* At edit. Oxon. *sepones et dabis.* Hunc locum respicit Antiochus homil. 7.
(16) Lamb. *gesta.*
(17). Lamb. *salvus.* Et paulo post, *salvi* pro *felices.*
(18) Mss. Angl. *deprecatus.*

silio adhbiuerat. Intellexi enim, esse illud similitudinem. Ait mihi : Valde audax es ad interrogandum. Nihil enim debes interrogare : nam si oportuerit demonstrari, demonstrabitur tibi. Dico ei : Domine, quæcunque ostenderis mihi, nec declaraveris, frustra videro (19) illa, si non intellexero quidnam sint, et similitudines si quas proposueris, et non exposueris, frustra audiero (20) eas. Respondit mihi rursus, dicens : Quicunque Dei servus est, Dominumque (21) habet in præcordiis suis, petit ab eo intellectum, et obtinet: et omnem similitudinem explicat (22); et intelligit verba Domini, quæ inquisitione egent (23). Quicumque vero inertes sunt et pigri ad orandum, illi dubitant petere a Domino ; cum sit Dominus tam profundæ bonitatis, ut petentibus a se cuncta (24) sine intermissione tribuat. Tu ergo, qui confirmatus es ab illo venerabili nuntio (25), et accepisti orationem tam potentem, cum piger non sis, cur jam a Domino intellectum non petis, et accipis ? Dico ei :Cum te præsentem habeam, necesse est ut a te petam, et interrogem ; tu enim omnia mihi ostendis, et loqueris, cum ades. Nam (26) si sine te ea viderem, vel audirem, tunc Dominum rogarem, ut ostenderet (57) mihi.

## CAPUT V.

Et respondit : Dixeram tibi paulo ante, callidum te esse et audacem, qui solutiones similitudinum interrogas. Sed quia (28) ita esse pertinax, solvam tibi hanc quam desideras similitudinem, ut omnibus notam facias eam. Audi nunc, inquit, et percipe animo. Orbem terrarum fundus ille significat, qui in similitudinem est positus. Dominus autem fundi demonstratur esse is, qui creavit cuncta et consummavit, et virtutem illis dedit. Filius autem, Spiritus sanctus est ; servus vero ille, Filius Dei est ; vinea autem, populus est quem servat ipse ; pali vero, nuntii sunt, qui a Domino præpositi sunt ad continendum populum ejus ; herbæ autem quæ evulsæ sunt de vinea, admissa (29) sunt servorum Dei : cibi vero quos de cæna misit illi, mandata sunt quæ per Filium dedit populo suo ; amici autem illi quos in consilio advocavit, angeli (30) sunt sancti quos primo (31) creavit. Absentia vero illius patrisfamilias, tempus est quod in adventum ejus restat. Dico ei : Domine, magnifice et mire omnia hæc se habent, atque honeste, numquid ergo, domine, inquam, hæc poteram intelligere? Ne quidem quispiam præterea homo, tametsi valde prudens sit, poterit (32) intelligere ea. Sed nunc mihi demonstra, domine, quod quæro. Quære quod vis (33), inquit. Quare, inquam, Filius Dei in similitudine hac, servili loco ponitur ?

## CAPUT VI.

Audi, inquit : in servili conditione non ponitur Filius Dei, sed magna potestate et imperio (34). Ei dixi : Quomodo (35), inquam, domine ? Non intelligo. Quoniam, inquit, eis quos (36) Filio suo tradidit, Filius ejus nuntios præposuit, ad conservandos (37) singulos ; ipse autem plurimum laboravit, plurimumque perpessus est, ut aboleret delicta eorum. Nulla enim vinea potest fodi sine labore ac dolore. Deletis igitur peccatis populi sui, ipse eisdem monstravit itinera vitæ, data eis lege quam a Patre acceperat. Vides igitur, esse Dominum populi, accepta a Patre suo omni potestate. Quare autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de hæreditate, et bonos (38) angelos ? Quia nuntius audit illum (39) Spiritum sanctum, qui infusus (40) est omnium primus in corpore, in quo habitaret Deus. Collocavit enim eum intellectus in corpore, ut ei videbatur (41). Hoc ergo corpus, in quod inductus (42) est spiritus sanctus, servivit illi Spiritui,, recte in modestia ambulans et caste, neque omnino maculavit Spiritum illum. Cum igitur corpus illud paruisset omni tempore Spiritui sancto, recteque et caste laborasset cum eo, nec succubuisset in omni tempore : fatigatum corpus illud serviliter conversatum (43) est, sed fortiter cum Spiritu sancto comprobatum Deo receptum (44) est. Placuit igitur Deo hujusmodi (45) potens cursus ; quia ma-

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(19) Lamb. *demonstraveris, frustra videbo.*
(20) Lamb. *exposueris et non absolveris, frustra audiam.*
(21) Lamb. *Dominum quem.*
(22) Lamb. *exsolvit.*
(23) Mss. Angl. *quæstionem ferunt.*
(24) Lamb. et Vict. *cunctis.*
(25) Sic mss. Angl. et Carm. Sic et edit. Oxon. Al. *ab illius nuntio.*
(26) Lamb. *loqueris mihi. Ades. Nam* etc.
(27) Bodl. *demonstraret.* Lamb. *demonstraretur.*
(28) Lamb. *quamuis.*
(29) Lamb. *commissa.*
(30) Mss. Angl. *nuntii.* Sic et edit. Oxon.
(31) Lamb. *primos.*
(32) Lamb. *qui possit.*
(33) Mss. Angl. *Dic, si quid vis.*
(34) Mss. Angl. *magnam potestatem et imperium.*
(35) Lamb. *Et dixi : Quemadmodum.*
(36) Lamb. *eum quem.* Et mox: *et Filius ejus nuntiis.*
(37) Lamb. *confirmandos.* Et paulo post : *ut aboleret peccata.*
(38) Mss. Angl. *honestosque.* Fell. *et bonos nuntios. Audi: Quia.*
(39) Lamb. deest *illum.*
(40) Mss. Angl. et Carm. *creatus.*
(41) Lamb. *in corpore quod e videbatur. Hoc ergo corpus in quo habitaret Deus, collocavit intellectus scilicet corpore quod ei videbatur.* At ms. Vict. *intellecto scilicet corpore quod et videbatur.* — Hunc locum valde corruptum, ex mss. et editionum collatione sic corrigit doctissimus Grabius : *Quare autem Dominus in consilio adhibuerit Filium de hæreditate, honestosque nuntios, audi: Spiritum sanctum qui creatus est omnium primus, in corpore in quo habitaret Deus, collocavit; in delecto corpore, quod ei videbatur.* Wak.
(42) Mss. Angl. *in quo deductus.* Sic et Vict. absque *in.*
(43) Lamb. *conservatum.*
(44) Mss. Germ. et Vict. *receptunque.* At Carm. *conservatum.*
(45) Ms. Vict. *hujus esse.*

culatus non esset in terra, possidens in se Spiritum sanctum. In consilio advocavit ergo Filium, et nuntios bonos (46), ut et huic scilicet corpori quod servivit (47) Spiritui sancto sine querela, locus aliquis consistendi daretur, ne videretur mercedem servitutis suæ perdidisse. Accipiet enim mercedem omne corpus parum ac sine macula repertum, in quo habitandi gratia constitutus fuerit Spiritus sanctus. Habes et hujus similitudinis expositionem (48).

### CAPUT VII.

Percepi, inquam, domine, tuam voluntatem, audita hoc expositione. Audi ulterius, inquit : Corpus hoc tuum custodi mundum atque purum ; ut Spiritus ille qui inhabitabit in eo, testimonium referat illi, et tecum fuisse judicetur. Atque etiam vide, ne quando persuadeatur tibi, interire corpus hoc, et abutaris eo in libidine aliqua. Si enim corpus tuum maculaveris, maculabis etiam eodem tempore et Spiritum sanctum ; et si maculaveris Spiritum sanctum, non (49) vives. Et dixi : Quid si per ignorantiam aliquam id admissum (50) est, antequam audirentur verba hæc ? Quo pacto assequitur salutem is qui maculavit corpus suum ? Prioribus, inquit, rebus, qui (51) per ignorantiam admiserunt, remedium tribuere solus Deus potest : ejus enim est omnis potestas. Sed nunc custodi te : et cum sit Dominus omnipotens et misericors, prioribus admissis remedium dabit, si in (52) futurum non maculaveris corpus tuum, et Spiritum. Consortes sunt enim ambo, et alteruter sine altero (53) non coinquinatur. Utrumque ergo serva mundum ; et vives Deo.

## SIMILITUDO VI.

*De duplici genere hominum voluptariorum, et eorum morte, defectione, et pœnarum duratione.*

### CAPUT PRIMUM.

Cum sederem domi, et glorificarem Dominum (54) pro omnibus quæ videram, et de mandatis cogitarem (55), ea valde bona esse et magna, et honesta ac læta, et quæ possint salutem hominum (56) afferre ; intra me ipsum hæc dicebam : Felix ero, si in his mandatis ambulavero ; et quicunque in his ambulaverit, vivet Deo. Dum hæc loquerer (57) mecum, video cum quem et prius (58), sedentem juxta me, et hæc mihi dicentem : Quid dubitas de mandatis meis, quæ tibi præcepi ? Bona sunt : nihil omnino dubitaveris ; sed indue fidem Domini, et ambulabis in eis. Ego enim in illis dabo tibi vires. Hæc mandata utilia sunt his, qui delictorum suorum ante admissorum acturi sunt pœnitentiam, si in futurum in iis ambulaverint. Quicunque igitur agitis pœnitentiam, abjicite a vobis nequitiam hujus sæculi. Induite vero (59) omnen virtutem te æquitatem, et poteritis custodire hæc mandata ; neque deinceps peccetis. Si enim deinceps non peccaveritis, plurimum (60) ex prioribus recidetis. In mandatis meis ambulate, et vivetis Deo. Hæc a me dicta sunt vobis. Postquam hæc mecum locutus est, ait mihi : Eamus in agrum, et pastores (61) pecorum tibi ostendam. Eamus, inquam, domine.

(62) Ἦλθον εἰς πεδίον· καὶ [δείκνυσί μοι] παῖδα νεανίσκον ἐνδεδυμένον (63) σύνθεσιν ἐνδυμάτων κροκαίων, βόσκοντα πρόβατα πολλὰ λίαν· καὶ τὰ πρόβατα ταῦτα ἦν ὡσεὶ τρυφῶντα, καὶ λίαν σπαταλῶντα καὶ ἱλαρά, σκιρτῶντα ὧδε κἀκεῖ. Καὶ αὐτὸς ὁ ποιμὴν πάνυ ἱλαρὸς ἐπὶ τῷ ποιμνίῳ αὐτῷ ἦν, καὶ περιέτρεχε τὰ πρόβατα· Καὶ ἄλλα πρόβατα σπαταλῶντα καὶ τρυφῶντα ἐν τόπῳ ἐνί, οὐ μέντοι σκιρτῶντα (64).

Et venimus in quemdam campum : et illic ostendit mihi juvenem pastorem, vestitum synthesi vestimentorum colore coccineo. Pascebat autem pecora copiosa : et pecora illa velut in voluptatibus erant et plurimis deliciis ; et hilaritate exsultabant, et exsultantia discurrebant huc atque illuc. Et ipse pastor vehementem ex grege suo percipiebat voluptatem ; et vultus pastoris illius valde hilaris erat, inter pecora discurrentis.

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(46) Bodl. *honestos.*

(47) Lamb. *servitisset.* Sic et edit. Oxon.

(48) Lamb *exsolutiones.* Et mox, *exolutione.*

(49) Sic Fellus in sua edit. Oxon. et mss. Angl. Al. *corpus tuum, non.*

(50) Bold. *aliquid admissum.*

(51) Lamb. et Carm. *quæ.* Sic et Fellus.

(52) Sic mss. Carm et Lamb. Sic et edit. Oxon. Al. omittunt *in.*

(53) Lamb. *ambo alterutrum, et alter sine altero.* Felli autem editio Oxon. sic : *et alterutrum sine altero non inquinatur.*

(54) Lamb. *Deum.* Alternant *Deus* et *Dominus* in codd.

(55) Mss. Angl. *disputarem,* ut alibi notatum.

(56) Lamb. *homini.* Sic etiam Fellus.

(57) Lamb. *loquor.*

(58) Mss. Angl. *eum sedentem,* omissis, *quem et prius.*

(59) Lamb. *ergo.*

(60) Lamb. *nec post hæc adjiciatis. Nihil ergo adjicientes plurimum.* Ita Clericus, Fellus autem sic : alii, *post hoc adjicietis. Nihilienim adjicientes.*

(61) Quia hisce in visionibus multi pastores apparent, eapropter Hermæ opus Origenes appellat librum *De pastoribus,* lib. III, Περὶ ἀρχῶν 2. Hæc Cotelerius. At nuperus editor Parisiensis opp. Origenis tom. I. pag. 140, col. 2, D, locum ex mss. sic restituit : *Sed et Pastoris liber,* rejiciens hanc edit. lectionem : *Sed et De pastoribus liber.*

(62) Hæc pseudo-Athanasius in *Doctr. ad Antioch.,* num. 28, 19, pag. 261, 262.

(63) Præter ea quæ hic habet Cotelerius, Græca hujusce loci illustrat cl. Montfauconus in *Hexapl. Origen.,* tom. II, pag. 181, ad *Isa.* LVII, 9.

(64) Ista pseudo-Athanasii : *Aliasque vidi oves, luxuriantes et deliciantes uno in loco, nec tamen exsultantes,* veteri Interpreti restituenda, e cujus ver-

CAPUT II.

Καὶ λέγει μοι· βλέπεις τὸν ποιμένα τοῦτον; βλέπω, φησὶ, κύριε. Οὗτος, φησὶν, ἄγγελος τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἐστίν. Οὗτος ἐκτρίβει τὰς ψυχὰς τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, καὶ καταστρέφει ἀπὸ τῆς ἀληθείας, ἀπατῶν αὐτὰς ταῖς ἐπιθυμίαις ταῖς πονηραῖς, ἐν αἷς ἀπόλλυνται ἐπιλανθανόμενοι τῶν ἐντολῶν τοῦ ζῶντος τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευόμενοι (ἐν) ταῖς ματαίαις τρυφαῖς καὶ ἀπάταις τοῦ βίου τούτου. Διὸ καὶ ἀπόλλυνται ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου τούτου εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Λέγω αὐτῷ· Οὐ γινώσκω, κύριέ, τί ἐστιν εἰς θάνατον καὶ καταφθοράν. Καὶ λέγει μοι· Ἄκουε, φησίν· Ἃ εἶδες πρόβατα ἱλαρὰ καὶ σκιρτῶντα, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀπεσπασμένοι ἀπὸ τσῦ Θεοῦ εἰς τέλος, καὶ παραδεδωκότες ἑαυτοὺς ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ αἰῶνος τούτου. Ἐν τούτοις μετάνοια ζωῆς οὐκ ἔστιν· ὅτι καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοὺς βλασφημεῖται. Τῶν τοιούτων ἡ ζωὴ θάνατός ἐστιν. Ἃ δὲ εἶδες μὴ σκιρτῶντα, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ βοσκόμενα, οὗτοί εἰσιν οἱ παραδεδωκότες μὲν τῇ τρυφῇ καὶ ἀπάτῃ ἑαυτοὺς, εἰς δὲ τὸν Κύριον μὴ βλασφημήσαντες· οὗτοι οὖν κατεφθαρμένοι εἰσὶν ἀπὸ τῆς ἀκηθείας· ἐν τούτοις ἐλπίς ἐστι μετανοίας, ἐν ᾗ δύνανται ζῆσαι. Ἡ καταφθορὰ οὖν ἐλπίδα ἔχει ἀναστάσεως, ἕως τινός· ὁ δὲ θάνατος ἀπώλειαν ἔχει αἰώνιον. Πάλιν προέβημεν μικρὸν, καὶ δείκνυσί μοι ἕτερον ποιμένα μέγαν, ὡς ἄγριον τῇ ἰδέᾳ, περικείμενον δέρμα αἰγίον λευκὸν, καὶ πήραν τινὰ εἶχεν ἐπὶ τὸν ὦμον, καὶ ῥάβδον σκληρὰν λίαν, καὶ ὄζους ἔχουσαν, καὶ τὸ βλέμμα εἶχεν πικρὸν, ὥστε φοβηθῆναί με αὐτόν. Οὗτος οὖν ὁ ποιμὴν παρελάμβανε τὰ πρόβατα ἀπὸ τοῦ ποιμένος τοῦ πρώτου τοῦ νεανίσκου, ἐκεῖνα τὰ σπαταλῶντα, καὶ τρυφῶντα, μὴ σκιρτῶντα δὲ, καὶ ἔβαλλεν αὐτὰ εἰς τινα τόπον κρημνώδη, καὶ ἀκανθώδη, καὶ τριβολώδη· ὥστε ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν καὶ τριβόλων μὴ δύνασθαι ἐκπλέξαι τὰ πρόβατα, ἀλλ' ἐμπλέκεσθαι ταῖς ἀκάνθαις καὶ τριβόλοις, καὶ λίαν ἐναλαιπώρουν δερόμενα ὑπ' αὐτοῦ· καὶ ὧδε κάκεῖ περιέλαυνεν αὐτὰ καὶ ὅλως ἀνάπαυσιν αὐτοῖς οὐκ ἐδίδου, οὐδὲ ἵσταντο.

A Ait mihi angelus: Vides autem(65)hunc pastorem? Video, inquam, domine. Et dixit mihi: Hic nuntius dulcedinis ac voluptatis est (66). Hic ergo corrumpit mentes servorum Dei, et avertit eos a veritate, oblectans cupiditatibus; et pereunt. Obliviscuntur enim mandata Dei vivi, et in luxuriis conversantur et deliciis vanis,et corrumpuntur ab hoc nuntio malo (67)aliqui usque ad mortem, aliqui vero usque ad defectionem(68). Dico ei: Domine, non intelligo, quid sit *ad mortem*,et quid *ad defectionem*. Audi,inquit: Quæcunque pecora vidisti valde læta et exsultantia, ii sunt qui in perpetuum (69) a Deo discesserunt,et tradiderunt se desideriis hujus sæculi. Iis ergo non est per pœnitentiam regressus ad vitam; quoniam quidem adjecerunt ad reliqua delicta sua,et nomen(70)Domini nefandis insectati(71) B sunt verbis. Hujusmodi homines morti sunt destinati. Quæ vero vidisti pecora non exsultantia, sed uno loco vescentia; ii sunt,qui tradiderunt se quidem deliciis ac voluptatibus, nihil vero nefandum in Dominum locuti sunt. Hi igitur non (72)defecerunt a veritate, ideoque repositam adhuc habent spem vitæ in pœnitentia. Defectio enim habet spem aliquam redintegrationis; mors vero perpetuo tenetur interitu. Rursum progressi sumus paululum: et ostendit mihi pastorem magnum, et velut agrestem figuram habentem (73), amictum pelle alba caprina, peram gestantem in humero,et manu virgam nodosam et valde duram,et flagellum (74)in manu;aspectum autem trucem (75) et sævum habebat,ut posset terrere aliquos (76): talis erat aspectus ejus. C Hic ergo accipiebat ab illo juvene pastore ea pecora quæ delicias (77) quidem agebant,sed non exsultabant: et compellebat ea in præcipitem locum quemdam,ac spinosum tribulisque confertum, usque adeo ut de spinis et tribulis se non possent explicare; sed implicita ibi pascebantur spinis et tribulis; et graves(73)cruciatus experiebantur ex verberibus(79) ejus: agebat enim ea, et nec consistendi eis locum aut tempus (80) permittebat.

CAPUT III.

Βλέπων οὖν αὐτὰ ἐγὼ οὕτως μαστιζόμενα καὶ ταλαιπωροῦντα, ἐλυπούμην ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι οὕτως ἐβασανίζοντο; καὶ ἀνοχὴν ὅλως οὐκ εἶχον. Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ τῷ μετ' ἐμοῦ λαλοῦντι. Κύριε, τίς ἐστιν οὗ-

Cum viderem ergo sic ea flagellari et miserias experiri, dolebam pro eis,quia valde cruciabantur, D nec ulla requies eis dabatur. Dico ad pastorem illum qui erat mecum: Quis est, Domine, hic pastor

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

sione librarii incuria videntur excidisse. Apud ipsum namque paulo post hæc leguntur: *Quæ vero vidisti pecora non exsultantia, sed uno loco vescentia;* quæ sane omissa præcedentia arguunt. Cll. *Pastoris* editores id fugisse miror.

(65) Lamb. desunt *angelus* et *autem*. Sic et Græca.

(66) Ita Fellus ex mss. Angl. quibus deest *illecebrarum*, quod addunt editi.

(67) Lamb. deest *malo*.

(68) Græca, *ad corruptionem*.

(69) Lamb. *perpetuo*.

(70) Camb. *sua, etiam hoc quod nomen*. Sic et Fellus.

(71) Ms. Angl. *insecuti*.

(72) Mss. Angl. deest *non*: neque illud agnoscit edit. Oxon. Græca: *Hi quidem corrupti et a veritate seducti sunt*.

(73) Lamb. deest *habentem*.

(74) Lamb. *et vehementer durum flagellum*.

(75) Lamb. *amarum*. Sic et edit. Oxon. quæ etiam *severum* pro *sævum* habet.

(76) Lamb. *horrere aliquis*. Al. *exhorrere aliquis*.

(77) Lamb. cum edit. Oxon. *deliciis*.

(78) Lamb. *pascerentur, Spinas et tribulos et graves*.

(79) Sic mss. Angl. et Carm. Sic et edit. Oxon Al. *verbis*.

(80) Ita Fellus ex mss. Bodl. et Lamb. Al. *ante tempus*.

tam implacabilis et tam amarus, qui nullo modo miseratione (81) movetur adversus hæc pecora? Hic, inquit, pastor, pro justis (82) quidem nuntius est, sed præpositus pœnæ. Huic ergo traduntur qui a Deo aberraverunt, et servierunt desideriis ac voluptatibus sæculi hujus. Punit ergo eos, sicut meruit unusquisque eorum, sævis variisque pœnis. Vellem, inquam, nosse, Domine, varias has pœnas, cujusmodi sunt? Audi, inquit: Variæ pœnæ atque tormenta hæc sunt, quæ homines quotidie in vita sua patiuntur. Alii enim detrimenta patiuntur; alii inopiam; alii diversas acrimonias (83). Quidam inconstantiam; alii injurias ab indignis patientes, multaque alia exercitia et incommoda (84). Plurimi enim inconstanti consilio multa conantur, nec quidquam conducit (85) eis; et dicunt in actibus suis, successum se non habere. Succurrunt iis, ea quæ nequiter fecerunt, et Dominum causantur. Cum igitur perpessi fuerint omnem vexationem et omne incommodum; tunc traduntur mihi ad bonam admonitionem, et firmantur in fide Domini, et per reliquos dies vitæ (86) serviunt Domino mente pura. Et cum cœperint delictorum agere pœnitentiam, tunc ascendunt in præcordia eorum opera sua, in quibus se nequiter exercuerunt (88); et tunc dant Deo honorem, dicentes, justum judicem eum esse, meritoque se omnia esse perpessos secundum facta sua (89). In reliquum vero serviunt Deo mente pura et successum habent in negotiis suis omnibus, accipientes a Domino quæcunque poscunt. Et tunc gratias agunt Domino, quod sint mihi traditi; nec jam quidquam crudelitatis (90) patiuntur.

A τος ὁ ποιμήν, ὁ ἄσπλαγχνος καὶ πικρός; Καὶ λέγει μοι· Οὗτός ἐστιν ὁ ἄγγελος τῆς τιμωρίας· ἐκ δὲ τῶν ἀγγέλων δικαίων ἐστὶ, τεταγμένος δὲ ἐπὶ τῆς τιμωρίας. Παραλαμβάνει οὖν τοὺς ἀποπλανηθέντας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ πορευθέντας ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν· καὶ τιμωρεῖται αὐτοὺς, καθὼς ἄξιοί εἰσιν, δειναῖς καὶ ποικίλαις τιμωρίαις. Λέγω αὐτῷ. Ἤθελον γνῶναι, κύριε, τὰς ποικίλας ταύτας τιμωρίας, ποταπαί εἰσιν. Ἄκουε, φησίν· Αἱ ποικίλαι τιμωρίαι καὶ βάσανοι, βιωτικαί εἰσι βάσανοι. Ἐπὰν γὰρ ἀποστῶσι τοῦ Θεοῦ, νομίζοντες ἐν ἀναπαύσει εἶναι καὶ πλούτῳ, τότε τιμωροῦνται οἱ μὲν ζημιούμενοι, οἱ δὲ ὑστερούμενοι, οἱ δὲ ἀσθενείαις ποικίλαις περιπίπτοντες. Ἄλλοι ἐν ἀκαταστασίαις, ἕτεροι ὁριζόμενοι ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων, καὶ ἑτέραις ποικίλαις πραξεσι· Πολλοὶ γὰρ ἀποκατασταντες ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν ἐπιβάλλονται εἰς πολλὰ
B πράγματα, καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ὅλως ὑποβαίνει, καὶ δυσχεραίνουσιν, καὶ οὐ γινώσκουσιν, ὅτι διὰ τὰ πονηρὰ ἃ ἔπραξαν οὐκ εὐοδοῦνται· καὶ λοιπὸν αἱ [τιῶνται] τὸν Κύριον, καὶ οὐκ ἀνέχονται τὰς λοιπὰς ἡμέρας αὐτῶν ἐπιστρέψαντες δουλεῦσαι τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ Ἂν δὲ μετανοήσωσι καὶ ἀνανήψωσι, τότε συνιῶσι, ὅτι διὰ τὰ ἔργα αὐτῶν τὰ πονηρὰ οὐκ εὐοδοῦντο. καὶ οὕτως δοξάζουσι τὸν Κύριον, ὅτι δίκαιος κριτής ἐστιν, καὶ δικαίως ἔπαθον, καὶ ἐπαιδεύθησαν κατὰ τὰς πράξεις αὐτῶν (87).

## CAPUT IV.

Dico illi: Etiam nunc, domine, demonstra mihi. Quid inquiris, inquit? Dixi ei: An per idem tempus crucientur, qui discedunt a timore Dei, quantum usi fuerint falsa dulcedine ac voluptatibus? Ait mihi: Per idem tempus etiam cruciantur. Et dixi ei: Exiguum igitur cruciantur: oportebat autem eos qui sic percipiunt voluptates ut Dominum obliviscantur, septies tantum pati pœnarum. Ait mihi: Fatuus es, nec intelligis hujus pœnæ virtutem. Et dixi: Si enim intelligerem, domine, non interrogarem ut demonstrares mihi.

Audi, inquit, quanta sit vis utriusque, dulcedinis ac pœnæ. Dulcedinis una hora suo spatio terminatur: pœnæ vero una hora (91) triginta dierum vim possidet. Quicunque igitur uno die percepit fallacem (92) dulcedinem ac voluptatem, unoque (93) die cruciatus sit, anni spatium dies ille cruciatus
C ejus valebit. Ita, quot dies perceperit quisque voluptatem, totidem annis cruciatur. Vides igitur, inquit, exiguum esse tempus mundanæ (94) dulcedinis ac voluptatis; pœnæ vero tormentorumque amplius.

Ἄκουε οὖν ἀμφοτέρων τὴν δύναμιν, τῆς τρυφῆς καὶ τοῦ βασάνου. Τῆς τρυφῆς καὶ τῆς ἀπάτης ὁ χρόνος ὥρα ἐστὶ μία. τῆς δὲ βασάνου ὥραι, τριάκοντα ἡμερῶν δύναμιν ἔχουσαι. Ἐὰν οὖν μίαν ἡμέραν τις τρυφήσῃ, καὶ ἀπατηθῇ, μίαν. δὲ ἡμέραν βασανισθῇ, ἐνιαυτοῦ ὁλοκλήρου ἰσχὺν ἔχει ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς βασάνου. Ὅσας οὖν ἡμέρας τρυφήσῃ τις, τοσούτους ἐνιαυτοὺς βασανισσήσεται. Βλέπεις οὖν, ὅτι τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ὁ χρόνος οὐδέν ἐστιν, τῆς δὲ τιμωρίας καὶ βασάνου πολύς.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(81) Mss. Angl. deest, *miseratione*.

(82) Lamb. et Carm. *de justis*. Sic et Græca. Ad hunc locum respicit Origenes homil, 1, *in psal.* XXXVIII, edit. nov. tom. II, pag. 681.

(82) Mss. Angl. *detrimentis puniuntur alii inopia, alii diversis ægrimoniis*. Et mox pro *acrimonias*, al. *ægrimonias*. Felli tamen editio Oxon, *ægritudines*. Sic sane Græca, ἀσθενείαις.

(84) Lamb. *multisque aliis exercitiis et incommodis*. At Felli editio sic: *alii multis aliis exercitiis incommodisque afficiuntur*.

(85) Mss. Angl. *provenit*.

(86) Lamb, desunt *per* et *vitæ*. Fellus: *vitæ suæ*.

(87) Pseudo-Athanasius post πράξεις αὐτῶν, intermediis omissis, continuo subdit: Ἄκουε, κ. τ. λ., ut mox infra.

(88) Mss. Angl. *gesserunt*.

(89) Mss. Angl. *passes secundum facta sua; scilicet quisque eorum. In*, etc.

(90) Bodl. *crudele*.

(91) Lamb. *pœna vero unius horæ*.

(92) Lamb. deest *fallacem*. Laudat hunc locum Origenes homil. 8, *in Numeros*, edit. nov tom. II, pag. 294.

(93) Al. *si uno*.

(94) Lamb. deest *mundanæ*.

CAPUT V.

Dixi ei: Domine, quoniam non intelligo omnia (95) tempora hæc dulcedinis voluptatis ac pœnæ, lucidius mihi de his expone. Respondit mihi, dicens : Insipientia (96) tua tibi perseveranter inhæret. Nonne vis potius mentem tuam purificare, et Deo servire? Vide, ne forte (97) tempore exacto,tu insipiens reperiaris. Audi nunc, quemadmodum vis, quo facilius intelligas.

(98) Ὁ τρυφῶν καὶ ἀπατώμενος, καὶ πράσσων ἃ βούλεται, πολλὴν ἀφροσύνην ἐνδέδυται· ἀντὶ γὰρ τῆς τρυφῆς καὶ ἀπάτης ἑκάστης ἡμέρας, ἀποτίσει βάσανον μεγάλην, ἐνιαυτὸν τῇ ἡμέρᾳ.

Qui uno die commiserit se voluptatibus,et fecerit quidquid appetit animus ejus, plurima repletur stultitia,nec intelligit quid admittat ; ac die postero obliviscitur,quid fecerit(99) pridie ; dulcedo enim et voluptas mundana (100) nullam memoriam habent,propter stultitiam quæ insita est illis. Cum vero uno die accesserit homini cruciatus ac pœna, toto anno torquetur ; magnam enim memoriam possidet pœna.Toto igitur anno dolens meminit ; et tunc recordatur dulcedininis illius vanæ (1) ac voluptatis, et sentit propterea se pœnas pati. Quicunque igitur se dulcedini et voluptati tradiderint, sic puniuntur (2) ; quoniam vitam habentes, ipsi se reddunt obnoxios morti.

Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ· Ποῖαι τρυφαί εἰσι βλαβεραί; λέγε μοι. Πᾶσα πρᾶξις σαρκικὴ τρυφή ἐστιν, νῦν (3) ἡδέως ποιεῖ αὐτήν. [Ὁ γὰρ] ὀξύχολος τῷ ἑαυτοῦ πάθει τὸ ἱκανὸν ποιῶν τρυφᾷ· ὁμοίως καὶ ὁ μοιχός, καὶ ὁ μέθυσος, καὶ ὁ κατάλαλος, καὶ ὁ ψεύστης, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἀποστερητής, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τρυφῶσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῶν πράξει. Αὗται δὲ αἱ πράξεις βλαβεραί εἰσι τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ δὲ καὶ τρυφαὶ σώζουσαι τοὺς ἀνθρώπους. Πολλοὶ γὰρ ἀγαθὰ ἐργαζόμενοι τρυφῶσιν. Αὕτη οὖν ἡ τρυφὴ τοῖς δούλοις τοῦ Θεοῦ περιποιεῖται ζωήν· αἱ δὲ προειρημέναι τρυφαὶ βάσανον.

Dixi ei : Quæ sunt, domine, voluptates noxiæ ? Omni, inquit, homini voluptas est quodcunque libenter facit. Etenim iracundus satisfaciens moribus suis percipit voluptatem suam ; et adulter, et ebriosus (4), et detractor, et mendax et cupidus, et fraudator, et quicunque iis simile aliquid admittit, morbo suo parens,percipit ex ea re voluptatem.Hæ omnes dulcedines ac voluptates noxiæ sunt servis Dei. Propter has itaque cruciantur et patiuntur pœnas. Sunt etiam voluptates, salutem hominibus afferentes. Multi enim opera bonitatis facientes, percipiunt voluptatem, dulcedine sua tracti. Hæc ergo voluptas utilis est servis Dei, et vitam parat hujusmodi hominibus.Illæ vero noxiæ quæ supra dictæ sunt, tormenta et pœnas pariunt. Quicunque vero permanserint in illis,nec admissorum suorum egerint pœnitentiam, mortem sibi acquirent.

## SIMILITUDO VII.

*Pœnitentibus faciendos esse pœnitentiæ dignos fructus.*

CAPUT UNICUM.

Post dies paucos video illum in eo campo, in quo pastores illos ante videram (5). Et ait mihi : Quid inquiris ?Veni, inquam, rogare te, domine, ut pastorem illum præpositum pœnæ jubeas de mea domo exire, quia vehementer me affligit. Et respondens : Necesse est, inquit, patiaris incommoda et vexationes (6) ; sic enim præcepit de te ille nuntius bonus (7) : quia tentare te vult. Quod, inquam, domine, tam grave peccatum admisi,ut huic nuntio traderer ? Adverte, inquit. Cumplura quidem habes peccata ; sed non tam multa, ut huic nuntio debeas tradi (8) : sed multa delicta et scelera domus tua commisit, ideoque factis eorum ille bonus nuntius exarcerbatus, jussit te aliquantum temporis vexationem experiri; ut et illi admissorum suorum agant pœnitentiam, et abluant se ab omni cupiditate hujus sæculi. Cum itaque egerint pœnitentiam ut purificati fuerint, tunc discedet a te nuntius ille qui præpositus est pœnæ. Dico ei : Domine, si ita illi se gesserunt, ut exasperarint nuntium bonum ; ego quid feci ? Respondens : Aliter, inquit, non possunt illi vexationem pati, nisi tu qui caput es totius domus, labores. Quidquid enim tu passus fueris, necesse est ut et illi sentiant ; quandiu vero tu bene stabilitus fueris, illi nullam vexationem possunt experiri. Et dixi : Sed ecce jam nunc, domine, agunt pœnitentiam totis præcordiis suis. Et ego scio, inquit, totis præcordiis eos agere pœnitentiam. Nunquid ergo, ait, protinus putas aboleri delicta eorum qui agunt pœnitentiam? Non proinde continuo ; sed oportet eum qui agit pœnitentiam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(95) Lamb. deest. *omnia*. Mox fellus : *d. ac voluptatis, et*.

(96) Mss. Angl. *stultitia*. Et paulo post, *stultus*.

(97) Lamb. *quando*. Sic et edit. Oxon.

(98) Post verba βασάνου πολύς, modo relata, hæc statim subdit pseudo-Athanasius,paululum variata, cæteris interim omissis. Sic et mox infra, post τῇ ἡμέρᾳ, continuo sequitur : Καὶ λέγω τῷ ἀγγέλῳ.

(99) Lamb. *fuerit*.

(100) Sic Fellus in edit. Oxon. ex mss. Angl. Al. omittunt *mundana*.

(1) Mss. Angl. deest, *vanæ*.

(2) Lamb. *patiuntur*.

(3) Ita Græca edita a cl. Montfaucono. Fabricius tamen pro νῦν legit ὅτι, veteri interpreti inhærens. Clericus autem omisit νῦν, nec recepit ὅτι. Sic et Russelius ipsum secutus.

(4) Lamb. *ebrius*. Et mox cum Bodl. *infamator* pro *detractor*.

(5) Lamb. *pastorem illum videram*. Editio autem Felli Oxon. omittit *illos*.

(6) Lamb. *ut incommoda et vexationes sint*.

(7) Bodl. *honestus*. Sic et infra.

(8) Lamb. desunt, *sed* ad *tradi*. Videntur librario excidisse obsequens *sed*.

affligere (9) animam suam, et humilem animo se præstare (10) in omni negotio, et vexationes multas variasque (11) perferre; cumque perpessus fuerit omnia quæ illi instituta fuerint (12), tunc forsitan qui eum creavit et qui formavit universa (13), commovebitur erga eum clementia sua, et aliquod remedium dabit; idque ita, si viderit ejus qui pœnitentiam agit, cor purum esse ab omni opere nequissimo. Tibi autem et domui tuæ vexari nunc expedit,et multam vexationem pati necesse est (14); sic ut præcepit nuntius Domini qui te mihi tradidit. Quin potius gratias agas Domino; quod præscius futuri (15) dignum te habuit, cui prædiceret tribulationem instare valentibus eam sustinere. Dico ei: Et tu, domine, mecum esto; et facile omnem vexationem sustinebo. Ego, inquit, ero tecum : sed et rogabo nuntium illum qui præpositus est pœnæ, ut levius te affligat; sed et exiguo tempore patieris adversa, iterumque tuo loco restitueris; tantummodo in humilitate persevera. Pare Domino mente pura, domusque tua ac nati (16); et in mandatis ejus ambula, quæ præcepit (17) tibi : et pœnitentia poterit esse firma atque pura. Et si hæc custodieris cum domo tua, incommoda a te recedent : sed et ab omnibus quicunque in his mandatis ambulaverint omnis vexatio recedet.

## SIMILITUDO VIII.

*Electorum, et pœnitentium peccatorum multa sunt genera : omnes autem, pro pœnitentiæ et bonorum operum suorum modo, habebunt mercedem.*

### CAPUT PRIMUM.

Ostendit mihi salicem tegentem campos ac montes,sub cujus umbram venerunt omnes qui vocati erant in nomine Domini. Et juxta salicem stabat nuntius Domini valde præclarus et sublimis; et secabat cum falce magna ab illa salice (18) ramos; et populo illi qui erat sub umbra salicis illius, exiguas et quasi cubitales virgas porrigebat. Postquam autem accepissent universi, deposuit falcem; et arbor illaintegra permansit, sicut antea videram eam : quam ego rem mirabar (19), atque intra me disputabam (20) Ait ad me pastor ille : Desine mirari quod arbor illa tot (21) ramis præcisis permanserit integra; sed exspecta : nunc demonstrabitur tibi quod significet angelus ille qui populo porrexit virgas. Et rursus eas ab his reposcebat (22); et quo quisque eas perceperat ordine, eodem etiam vocabatur ad illum, virgasque (23) reddebat; quas cum acceperat ille, considerabat. A quibusdam enim accipiebat aridas et putridas, velut a tinea tactas : et jubebat eos qui hujusmodi virgas tradiderant, secerni et seorsum statui.Alii porrigebant aridas quidem, sed non tactas a tinea : et hos seorsum statui jubebat. Alii porrigebant semiaridas virgas : et hi quoque seorsum statuebantur. Quidam autem dabant virgas suas semiaridas et scissuras habentes : et hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas (24) afferebant, quarum dimidia pars arida erat, dimidia (25) vero viridis : et hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas afferebant; quarum duæ partes viridæ erant, tertia vero arida : et hi seorsum statuebantur. Alii virgas suas afferebant, quarum duæ partes erant aridæ, tertia vero viridis : et hi seorsum statuebantur.Quidam porrigebant virgas suas paululum (26) aridas (exiguissimum enim aridum erat in virgis eorum, id est ipsarum cacumen [27]), scissuras vero habebant : et hi seorsum statuebantur. Aliorum autem in virgis exiguum erat viride,reliquum vero aridum : et hi seorsum statuebantur. Alii veniebant afferentes virgas suas sicut acceperant virides, maximaque pars populi hujusmodi virgas porrigebat; et magnum ex his nuntius ille gaudium cepit : et hi seorsum statuebantur. Alii afferebant virgas suas virides et pampinos habentes : et hi seorsum statuebantur; et hos quoque nuntius ille magna cum hilaritate excipiebat (28). Alii afferebant virgas suas virides, ex quibus excreverant pampini earum (29); qui pampini quosdam fructus afferebant. Qui hujusmodi (30) virgas porrigebant valde hilares erant vultu; sed et nuntius ipse quidem ex eis

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(9) Mss. Angl. *cruciare.*

(10) Sic Fellus Lamb. *animo se habere.* Bodl. *animose gerere.* Carm. et Vict. *animam agere.* Al. *animose agere.* Exhibent quoque *animose* editt. Cler. et Russel. minus recte, ut quidem videtur.

(11) Al. *sæpiusque* pro *variasque.*

(12) Lamb. *quæ instituerit.*

(13) Lamb. *qui creavit omnia et formavit universa.*

(14) Edit. Oxon. *et quod multam vexationem patiaris necesse est.*

(15) Mss. Angl. *quod dignum te habuit, cum prædiceret incommodum tibi instare valenti id sustinere, præscius futuri.*

(16) Lamb. desunt, *ac nati.*

(17) Mss. Angl. *in mandatis meis ambula, quæ præcepi.* Sic et edit. Oxon.

(18) Lamb *cum falce de ea salice.*

(19) Mss. Angl. *quo nomine mirabar.* Editio Felli Oxon. *Ex quo opere mirabar.*

(20) Al. *cogitabam.* Sic et Fellus.

(21) Ita Fellus ex mss. Editi., *tota.*

(22) Sic editio Felli Oxon. ex Lamb. Al. *illis reposcit.*

(23) Lamb. *ista quæ acceperat ordine, eodem vocabatur ad illum, virgamque.*

(24) Conjicit cl. Wakius, ante ista verba : *Alii virgas suas*, etc., excidisse librario sequentia : *Alii virgas afferebant, virides quidem, sed scissurus habentes.* Hæc enim memorat Hermas in hac ipsa Similit., capp. 5 et 7.

(25) Lamb. *alia vero dimidia.*

(26) Mss. Angl. *paulo minus.* Sic et editio Oxon.

(27) Sic Fellus. Al. *ipsum cacumen.* Ita et Bodl. Hermas ipse sub init. cap. 10 hujus similit, hæc habet : *Exceptis cacuminibus earum.*Sic rursus cap. 11. Hinc confirmatur lectio quam sequimur.

(28) Lamb. *magna hilaritate capiebat.*

(29) Bodl. *earumque pampini.*

(30) Lamb. *quemdam fructum afferebant eorum virorum qui hujusmodi.*

magnam lætitiam percipiebat; nec minus pastor ille cum eo (31) ex eadem causa hilaritatem capiebat.

## CAPUT II.

Tunc nuntius Domini coronas jussit afferri. Allatæ sunt autem coronæ velut ex palmis factæ; et coronavit eos viros nuntius, in quorum virgis pampinos invenerat et fructum (32); et jussit eos ire in turrim. Sed et illos viros misit in turrim, in quorum virgis sine fructu (33) invenerat pampinos, dato eis sigillo. Nam vestem eamdem habebant, id est candidam sicut nivem; cum qua jubebat ipsos ire (34) in turrim. Nec minus et eos qui reddiderant virgas suas, sicuti acceperant virides, data eis veste candida; et sic eos dimisit ire (35) in turrim. His consummatis, ait ad pastorem illum: Ego vado; tu vero dimitte hos intra muros, in eo loco quo quisque metuit habitare, consideratis prius virgis eorum diligenter: tamen, ne quis te fallat, considera. Sed et si quis te præterierit, inquit, ego eos super aram probabo. His ad pastorem dictis, recessit. Postquam ille discesserat, ait mihi pastor: Accipiamus ab omnibus virgas; et plantemus illas, si possint revirescere (36). Dico ei: Domine, istæ quæ sunt aridæ virgæ, quo modo possunt revirescere? (37) Ait mihi: Arbor ista salix est, et semper amat vitam. Si plantatæ ergo fuerint hæ virgæ, exiguumque humoris acceperint (38), plurimæ ex eis revirescent. Tentabo enim, et suffundam (39) eis aquam: et si qua earum potuerit vivere, gratulabor ei; quod si non, certe non videbor ego negligens fuisse. Jussit deinde me vocare eos. Et sicut steterunt quisque eorum, venerunt ordine suo, virgasque suas tradiderunt: quas acceptas ille singulas plantavit ordinibus suis. Et postquam plantasset omnes, aquam multam supereffudit (40) illis; ita ut tegerentur ab aqua, neque ab ea exstarent. Deinde cum irrigasset illas, ait mihi: Eamus; et post paucos dies revertamur, et visitemus eas. Qui creavit enim hanc arborem, vivere vult (41) omnes eos, qui ex ea acceperunt virgas. Ego autem spero, cum sint aqua superinfusæ hæ (42) virgæ, plurimas victuras humore capto (43).

## CAPUT III.

Dico ei: Arbor hæc, Domine, demonstra mihi, quid sit: valde enim moveor, quod tot ramis recisis (44) integra videatur esse; nec omnino quidquam de ea minus videtur esse; quo maxime (45) stupeo. Audi, inquit: Arbor hæc magna quæ campos tegit ac montes totamque terram, lex est Dei in totum orbem terrarum data. Hac autem lege Filius Dei prædicatus (46) est in omnibus finibus orbis terræ. Populi vero stantes sub umbra, ii sunt qui audierunt prædicationes ejus, et crediderunt. Nuntius autem ille magnificus et bonus (47) Michael est, qui populi hujus habet potestatem et gubernat eos. Hic enim in corde eorum qui crediderunt, inserit legem. (48) Visitat igitur eos, quibus dedit legem, si eam custodierunt. Videt autem uniuscujusque virgam, et ex eis multas labefactas. Illæ enim virgæ, Domini lex sunt. Cognoscit autem (49) deinde omnes eos, qui non servaverunt legem; sciens sedem uniuscujusque eorum. Dico ei: Quare, inquam, Domine, alios dimisit in turrim, alios tibi hic reliquit? Hi, inquit, quicunque supergressi sunt legem quam ab eo acceperunt, in mea relicti sunt potestate; ut admissorum (50) suorum agant pœnitentiam; qui autem satisfecerunt legi et servaverunt eam, sub illius potestate sunt. Qui sunt ergo, Domine, inquam, in turrim euntes coronati? Ait mihi: Quicunque luctati cum diabolo vicerunt eum, illi sunt coronati. Illi autem sunt, qui ut servarent legem, perpessi sunt iniqua (51). Illi vero, qui virides virgas pampinosque sine fructu habentes tradiderunt, propter eamdem quidem legem vexationem sustinuerunt, non obierunt autem mortem (52); sed nec abnegaverunt sanctam (53) legem. Hi vero, qui virides, sicut acceperant, tradiderunt; modesti sunt atque justi, et qui valde pura mente vixerunt et custodierunt mandata Dei. Reliqua autem scies, cum consideravero illas virgas quas plantavi et irrigavi.

## CAPUT IV.

Post paucos vero dies reversi sumus; eodemque loco consedit nuntius ille magnificus; ego autem astiti

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(31) Sic Fellus ex Lamb. Al. omittunt, *cum eo.*
(32) Lamb. *eos viros, in quorum virgis pampinorum invenerat fructum:* omisso, *nuntius.*
(33) Lamb. de sunt, *sine fructu.*
(34) Lamb. *quibus jubebat ire.* At Vic. *habebant* pro *jubebat.*
(35) Lamb. deest, *ire.*
(36) Bodl. et Lamb. *revviscere.* Ita sæpe. Sic et mss. Vict. et Carm. Fellus autem in edit. Oxon. *si forte possint revirescere.*
(37) Lamb. desunt: *Dico ei... revirescere.*
(38) Lamb. *humorem.*
(39) Lamb. *effundam.*
(40) Lamb. *effadit.* Bodl. *suffudit.*
(41) Lamb. *jussit.*
(42) Mss. Angl. *adaquatæ hæ.*
(43) Lamb. *humo receptas.* Bodl. *humore percepto.*
(44) Mss. Angl. *præcisis.* Sic et edit. Oxon.
(45) Mss. Angl. *nomine.*
(46) Lamb. *Hæc autem lex Filius Dei est, prædicatus.*
(47) Mss. Angl. *magnus et honestus.* Ita quoque Felli edit. Oxon. Hunc locum laudat Origines *Comment. in Matth.* tom. XIV, edit. nov. tom. II, pag. 644.
(48) Lamb. *legem suam.*
(49) Lamb. *ex iis multas vexatas. Illæ enim virgæ lex est. Cognoscens deinde.*
(50) Lamb. *commissorum.*
(51) Bodl. *injusta.*
(52) Lamb. *oderunt vero legem.*
(53) Mss. Angl., Vict. et carm. *suam.*

ei. Tunc ait mihi : Succinge (54) te sabano, et ministra mihi. Succinxi me sabano mundo, quod erat factum ex sacco. Ut autem vidit me cinctum, et paratum illi (55) ministrare, ait : Voca viros illos, quorum virgæ plantatæ sunt, suo quemque ordine, sicut porrexerunt illas. Et duxit me in campum ; et vocavi (56) omnes ; qui etiam universi constiterunt ordinibus (57) suis. Ait deinde ad illos : Quisque virgam suam extrahat, et ad me afferat. Et primo tradiderunt, qui aridas et putridas habuerunt. Et quorum (58) putridæ et aridæ repertæ sunt virgæ, jussit eos stare seorsum, Deinde porrexerunt qui aridas quidem, sed non putridas habuerunt. Aliqui eorum tradiderunt virgas (59) virides : quidam vero aridas et putridas, velut a tinea tactas. Eos qui virides tradiderunt, jussit seorsum stare : illos vero qui aridas et putridas tradiderunt, cum primis stare (60) jussit. Porrexerunt deinde illi qui semiaridas habuerant, et scissuras habentes : multi ex illis virides porrexerunt, nec scissuras habentes ; quidam vero virides, pampinos habentes, et in pampinis fructum, sicut illi qui in turrim iverunt coronati. Alii porrexerunt aridas, et non putridas. Quidam vero sicut fuerant, semiaridas et scissuras habentes. Jussit unumquemque eorum seorsum stare ; alios suo quemque ordine (61), alios seorsum.

## CAPUT V.

Deinde porrexerunt qui habuerant (62) virides quidem virga, sed scissuras habentes. Hi omnes virides tradiderunt, suoque ordine steterunt. Gaudium autem ex his percepit hic Pastor, quod omnes politæ (63) essent, et deposuissent scissuras suas. Deinde porrexerunt, qui dimidiam viridem, et dimidiam aridam habuerant : quorumdam vero inventæ sunt totæ virides ; aliorum semiaridæ : aliorum virides et pampinos habentes (64). Hi omnes dimissi sunt unusquisque in suum ordinem (65). Tradiderunt (66) deinde qui habuerant duas partes virgarum suarum virides, tertiamque aridam : multi ex eis virides porrexerunt ; multi semiaridas ; cæteri vero aridas et non putridas. Hi omnes dimissi sunt in suum quisque ordinem. Deinde porrigebant, qui abuerant in virgis suis duas partes aridas, tertiamque viridem : multi quoque ex eis porrexerunt semiaridas ; quidam vero aridas et putridas ; alii autem semiaridas et scissuras habentes : pauci vero virides. Hi igitur omnes constiterunt in suo quisque ordine (67). Deinde porrexerunt, qui tertium (68) habuerant viride, reliquum vero aridum : horum virgæ majori ex parte inventæ sunt virides, ramusculos habentes, et in eis ramusculis fructum ; et reliquæ virides totæ. Ex his virgis gaudium vehementer percepit pastor ille, quia sic invenerat eas. Abierunt et illi in ordines suos.

## CAPUT VI.

Postquam autem omnium (69) virgas considerasset, ait mihi : Dixeram tibi, arborem hanc diligere vitam. Vides, quod (70) multi egerunt pœnitentiam, et assecuti sunt salutem. Video, inquam, domine. Ut scias, inquit, bonitatem et clementiam Domini magnam, et honorandam (71) esse, qui dedit spiritum iis qui digni erant agere (72) pœnitentiam. Et dixi : Quare ergo, Domine, non omnes egerunt pœnitentiam ? Ait mihi : Quorum viderat (73) Dominus puras mentes futuras, et servituros ei ex totis præcordiis ; illis tribuit pœnitentiam. At quorum aspexit dolum et nequitias, et animadvertit ad se fallaciter reversuros (74), negavit iis ac pœnitentiam regressum, ne rursus legem ejus nefandis maledicerent verbis. Dico ei : Nunc mihi, domine, demonstra, qualis sit (75) locus cujusque eorum qui virgas reddiderunt, et sedes eorum (76) : ut auditis his et creditis, ii qui non custodierunt integrum, sed dissipaverunt sigillum quod acceperunt, agnitis suis factis, pœnitentiam agant ; et accepto a te sigillo, Domino dent honorem (77), quod sit super (78) eos motus clementia sua, et miserit te, ut spiritus eorum renoves. Audi, inquit : Quorum virgæ aridæ et putridæ repertæ sunt, et velut a tinea tactæ ; hi sunt transfugæ, et (79) Ecclesiæ pro-

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) Mss. Angl. *incinge*. Et mox *incinxi*. Usitatam autem Græcis vocem σάβανον, quæ linteum sive linteamen denotat, vetus interpres hic in sua versione retinuit.

(55) Lamb. *sibi*.

(56) Lamb. *Et eduxit in campo, et vocavit*.

(57) Mss. Angl. *agminibus*.

(58) Lamb. *quæ*.

(59) Lamb. addit. *suas*. Et mox omittit *aridas et*.

(60) Lamb. *primariis tradere*. Bodl. *primariis stare*.

(61) Ms. Angl. *suo quoque agmine*. Ita sæpe. Habent etiam *agmine* Vict. et Carm.

(62) Lamb. *habuerunt*. Sic et paulo post, et passim.

(63) Quidam ex impressis habent *imitatæ*. Al. *invitatæ*. At ms. Lamb. *mutati*. Sic et Victor.

(64) Mss. Angl. *aliorum pampinos habebant*.

(65) Al. *unusquisque in suo ordine steterunt. Deinde*.

(66) Ita Felli editio Oxon. ex Lamb. Al. omittunt *Tradiderunt*.

(67) Conjicit Wakius, librarii incuria hic fuisse omissa sequentia : *Quidam porrigebant virgas suas paululum aridas ; (aridum enim erat ipsum cacumen) scissuras vero habebant*. De his enim fit mentio in hujus similit. cap. 1 et 10.

(68) Ex Fello mss. Angl. *minimum* pro *tertium*. Sic et Victor.

(69) Lamb. *omnes*.

(70) Mss. Angl. *quam*.

(71) Ms. Angl. *honestam*.

(72) Lamb. *diligunt agere*.

(73) Ms. Angl. *vidit*.

(74) Lamb. *reversos*.

(75) Sic mss. Angl. et Vict. Sic et edit. Oxon. At edit. Paris. *quis, quid is*.

(76) Lamb. *sederunt seorsim*.

(77) Lamb. *accepto ait sigillo, Domine, dent honorem*.

(78) Ms. Angl. *in* pro *super*.

(79) Al. omittunt *et*, quod exhibet edit. Oxon.

ditores, qui inter reliqua sua delicta, nefandis verbis Dominum insectati (80) nomen ejus negaverunt, quod super eos erat invocatum. Hi igitur omnes mortui sunt Deo ; atque etiam neminem eorum vides egisse pœnitentiam, tametsi audierint mandata mea, quæ tu eis protulisti : ab hujusmodi ergo hominibus abest vita (81). Hi quoque qui aridas et non putridas tradiderunt, non procul ab (82) illis fuerunt, ficti enim erant, et doctrinas pravas intulerunt, et perverterunt servos Dei ; præcipue eos qui peccassent : non sinentes eos ad pœnitentiam redire, sed doctrinis fatuis detinentes. Hi ergo habent ad spem regressum : atque etiam multos vides agere pœnitentiam, ex quo eis mandata mea protulisti ; et adhuc agent pœnitentiam. Quicunque vero non egerint pœnitentiam, ii et patientiam perdiderunt, et vitam (83) suam amittent. At his qui egerint, murus in primis cœpit esse sedes (84) eorum ; quidam vero etiam (85) in turrim ascenderunt. Vides igitur, inquit, in pœnitentia, peccantium inesse vitam ; non agentium vero pœnitentiam, mortem paratam.

## CAPUT VII.

De his vero qui semiaridas virgas porrexerunt, et scissuras habuerunt, audi. Quorum tantummodo semiaridæ erant virgæ ; hi dubii sunt ; nec enim vivi sunt, nec mortui. At hi qui semiaridas et scissuras habentes tradiderunt ; et dubii sunt, et maledici, de absentibus detrahentes, et nunquam inter se pacem habentes, et inter se (86) invidentes. Et iis quidem proposita et pœnitentia : vides enim ex his aliquos pœnitere. Quicunque vero eorum cito egerunt (87) pœnitentiam, hi in turri habent sedem : at ii qui tarde egerunt, in muris habitant (88). Qui vero non egerunt pœnitentiam, sed in suis permanserunt factis, morte morientur. At vero hi qui virides quidem virgas, sed scissuras habentes tradiderunt ; fideles semper fuerunt et boni, sed habentes inter se quamdam invidiam et zelum (89) de principatu et dignitate. Verum omnes hujusmodi insipientes (90) sunt et fatui, qui habent inter se æmulationem de principatu. Attamen hi, cum sint alioqui boni, si auditis mandatis istis (91) emendaverint se, et cito per suasionem meam (92) egerint pœnitentiam ; in turri denique incipient habitare, sicut et hi qui egerunt digne (93) pœnitentiam. Quod si quis eorum rursus ad dissensionem redierit, repelletur (94) a turri, et vitam suam perdet. Vita enim eorum qui custodiunt mandata Domini, in mandatis consistit ; non in principatu aut aliqua dignitate. Per patientiam enim et humilitatem animæ vitam homines consequentur : per seditiones vero et contemptum legis mortem sibi acquirent.

## CAPUT VIII.

Qui vero in virgis suis dimidium aridum habebant, et dimidium viride, hi sunt negotiationibus involuti, neque appliciti sanctis : ideoque etiam dimidium eorum vivit, dimidium vero mortuum est. Multi igitur ex illis, auditis mandatis, egerunt pœnitentiam, et in turri habitare cœperunt : quidam vero eorum in totum destiterunt. His igitur non est locus pœnitentiæ : a negotiatione enim sua, nefanda in Dominum locuti sunt, et eum abnegaverunt. Propter hanc igitur nequitiam amiserunt vitam. Multi vero ex his dubiam mentem induerunt. Adhuc et iis est regressus ; qui si cito pœnitentiam egerint, in turri sedem habebunt ; si vero tardius egerint, in muris habitabunt ; si autem non egerint (95), mortem sibi acquirent. Ad hi qui duas partes virgarum suarum virides habuerunt, et tertiam aridam ; compluribus modis depravati (96), negaverunt Dominum. Ex his igitur multi egerunt pœnitentiam, atque ita in turri habitare cœperunt ; et multi a Deo in perpetuum recesserunt : illi igitur in totum amiserunt vitam (97). Quidam vero dubia mente concepta, dissensiones concitaverunt : iis adhuc regressus est, si cito egerint pœnitentiam, nec voluptatibus (98) suis remorati fuerint ; si autem permanserint in factis suis, mortem sibi acquirent.

## CAPUT IX.

Qui vero porrexerunt virgas suas, quarum duæ partes aridæ fuerant, et tertia viridis ; fideles quidem fuerunt, sed locupletati et exsaturati (99) bonis, apud exteras gentes celebriores esse cupierunt (100),

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(80) Ms. Angl. *insecuti.*
(81) Lamb. *tu habes ita.*
(82) Mss. Angl. *prope ab.*
(83) Sic Lamb. Sic et Felli edit. Oxon. Al. *ii et pœnitentiam, et vitam.*
(84) Lamb. *hi qui egerint ; murus erit sedes.* At Victor. *mutis* pro *murus.* Felli autem edit. Oxon. sic : *At ii qui egerint, in primis muris, cœpit,* etc.
(85) Ita mss. Angl., Victor. et Carm. Ita et Felli edit. Oxon. Al. *etiam qui non.*
(86) Bodl. desunt *inter se.* Lamb. *intra se.*
(87) Mss. Angl. *gesserunt.*
(88) Lamb. *habitabunt.*
(89) Sic Fellus ex Lamb. Al. *contentionem.*
(90) Lamb. desunt, *insipientes et.*
(91) Mss. Angl. *meis.*
(92) Mss. Angl. *persuasionis suæ.* Editt. Paris, et Clerici *persuasionem,* mendose. Fabricii quoque editio typothetæ incuria hic male se habet.
(93) Lamb. deest, *digne.*
(94) Al. *expelletur,*
(95) Lamb. add. *pœnitentiam.*
(96) Mss. Angl. *quamplurimis generibus inficati.*
(97) Bodl. *pœnitentiam.*
(98) Lamb. *in voluntatibus.*
(99) Lamb. *exacti.*
(100) Mss. Angl. *honestiores esse cupiere.*

et in superbiam magnam inciderunt (1), et sublimia cœperunt spirare (2), et veritatem deserere (3); neque appliciti sunt justis, sed (4) cum exteris gentibus convixerunt; et hæc illis vita dulcior visa est: a Deo tamen non recesserunt, et in fide perseveraverunt (5); sed opera fidei non exercuerunt. Multi igitur ex illis egerunt pœnitentiam, et sedes eorum in turri esse cœperunt. Alii vero viventes cum exteris gentibus, et elati vanitatibus suis (6), in perpetuum a Deo defecerunt (7), nationum facinoribus et operibus servientes. Hujusmodi ergo homines adnumerati sunt exteris nationibus. Alii ex his dubiam mentem habere cœperunt, non sperantes se propter facta sua assequi posse (8) salutem: alii dubii facti, dissensiones excitaverunt. His igitur et illis qui propter facta sua dubii esse cœperunt, adhuc est regressus; sed hæc pœnitentia cita (9) esse debet, ut sit in turri sedes eorum. His vero qui non agunt pœnitentiam, sed permanent in voluptatibus suis, mors prope est.

### CAPUT X.

At hi qui virgas viridis porrexerunt, exceptis cacuminibus earum quæ sola arida (10) erant, et scissuras habebant; semper boni atque fideles et probi erga Deum (11) fuerunt; sed parumper deliquerunt propter inanes voluptates, et minutas cogitationes (12), quas intra (13) se habuerunt. Auditis ergo verbis meis, plurimi egerunt pœnitentiam celeriter; et in turri habitare cœperunt. Quidam autem ex his evaserunt dubii; quidam adjecerunt ad dubiam mentem, etiam dissensiones movere. In his igitur etiam nunc spes est regressus, quia boni semper fuerunt; difficile autem movebuntur (14). Qui vero virgas suas aridas porrexerunt, exceptis cacuminibus earum quæ sola erant viridia (15), crediderunt quidem Deo, in sceleribus vero conversati sunt (16); nunquam tamen a Deo recesserunt, sed semper nomen Domini libenter tulerunt, et libenter in hospitiis suis Dei servos susceperunt (17). Audito igitur hoc, regressi (18), sine mora egerunt pœnitentiam, et omnem virtutis æquitatem (19) exercuerunt. Aliqui vero eorum mortem obierunt; et alii libenter adversa passi sunt, memores (20) factorum suorum.

### CAPUT XI.

Postquam finisset omnium virgarum explanationes (21), ait mihi: Vade, et dic omnibus, ut agant pœnitentiam; et vivent Deo, quia motus Dominus magna clementia sua (22), misit me ut pœnitentiam nuntiarem omnibus, his etiam qui non merentur (23) propter facta sua assequi salutem. Sed patiens est Dominus, et invitationem per Filium suum factam vult conservare. Dico ei: Spero, Domine, fore ut auditis his universi agant (24) pœnitentiam. Credo enim, unumquemque agnitis (25) suis factis et accepto Dei timore, ad pœnitentiam regressurum. Ait mihi: Quicunque toto corde egerint pœnitentiam, ut purificaverint se ab omni nequitia quæ supra dicta est (26), et non adjecerint adhuc ad delicta sua quidquam; accipient a Domino remedium priorum (27) peccatorum suorum, si nihil dubitaverint de mandatis his (28); et vivent Deo. Qui vero adjecerint, inquit, ad delicta sua, et conversati fuerint in cupiditatibus (29) sæculi hujus; damnabunt seipsos ad mortem. Tu vero ambula in mandatis istis; et vives Deo: et quicunque ambulaverint in his, et recte ea exercuerint, vivent Deo. Postquam vero hæc omnia mihi ostendit, ait mihi: Reliqua post dies paucos tibi ostendam.

## SIMILITUDO IX.

*Ædificandæ militantis et triumphantis Ecclesiæ mysteria maxima.*

### CAPUT PRIMUM.

Postquam scripsi Mandata et Similitudines pastoris illius, nuntius pœnitentiæ venit ad me, et dixit mihi: Volo ostendere tibi quæcunque Spiritus tibi ostendit, qui in effige Ecclesiæ locutus est tecum. Ille enim Spiritus, Filius Dei est. Et quia infirmior eras corpore, non ante per nuntium declaratum est

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(1) Lamb. *superbiam magnam induerunt.*
(2) Ita Bodl. Lamb. et Vict. Editi, *sperare.*
(3) Mss. Angl. *deseruerunt.*
(4) Sic mss. Vict. et Carm. Sic et edit. Oxon. Al. omittunt, *sed.*
(5) Lamb. *fideles perseveraverunt esse.*
(6) Mss. Angl. *evecti vanitatibus eorum.*
(7) Mss. Angl. *desliterunt.*
(8) Lamb. *deest. posse.*
(9) Bodl. *citata.*
(10) Lamb. *solidæ aridæ.*
(11) Lamb. *honesti erga Dominum.*
(12) Lamb. *inanes et minimas disputationes.*
(13) Bodl. *in* Lamb. *inter.*
(14) Lamb. *boni semper difficile movebuntur.*
(15) Lamb. *quæ solæ erant viridis.*
(16) Al. *etsi ad scelera aliqua prolapsi sunt.*
(17) Mss. Angl. *receperunt.*
(18) Mss. Angl. *hoc regressu.*
(19) Victor. *virtutem æquitatis.*
(20) Lamb. *et libenter patiuntur, memores.*
(21) Al. *exsoluliones.*
(22) Lamb. *mortis Dominus in multa sua clementia.*
(23) Mss. Angl. *omnibus darem, et quidem quibusdam non merentibus.*
(24) Al. *quoniam, auditis his, universi agent.* Edit Paris. *quoniam, eruditis his.*
(25) Lamb. *auditis.*
(26) Lamb. desunt, *quæ supra dicta est.*
(27) Mss. Angl. deest. *priorum.*
(28) Lamb. *meis.* Sic et edit. Felli Oxon.
(29) Al. *desideriis.*

tibi, quam firmatus es a Spiritu, auctusque viribus, ut etiam nuntium possis videre, hunc enim bene quidem ac magnifice (30) ædificatio turris ab Ecclesia tibi ostensa est ; sed ut a virgine (31) monstrata, cuncta vidisti. Nunc autem per nuntium illustraris, per eumdem quidem Spiritum. Sed oportet te omnia diligenter videre : idcirco enim in domum tuam missus sum habitare ab illo nuntio venerando (32) ut cum omnia potenter videris, nihil ut prius expavescas. Et duxit me in ascensum montis Arcadiæ (33) ; et consedimus in cacumine ejus. Et ostendit mihi campum magnum ; et circa eum duodecim montes alia atque alia figura. Quorum primus, niger erat sicut fuligo. Secundus glabrus, sine herbis. Tertius spinis et tribulis plenus. Quartus habebat semiaridas herbas ; quarum superior pars erat viridis, proxima autem a radicibus arida ; quædam etiam herbæ, cum sol incanduisset, aridæ fiebant. Quintus mons asperrimus erat ; sed herbas virides habebat. Sextus mons scissuris erat plenus, quibusdam minoribus, quibusdam vero majoribus ; sed in illis scissuris erant herbæ, non valde quidem lætæ (34), sed velut marcidæ esse videbantur. Septimus vero mons delectabiles (35) habebat herbas, et totus fertilis erat ; et omne genus pecudum et volucrum (36) cœli pabulum (37) carpebant ex illo : et quantum vescebantur ex illo (38), tanto lætiores herbæ crescebant. Octavus mons fontibus erat repletus ; et ex illis fontibus adaquabatur omne genus creaturæ Dei. Nonus mons nullam omnino aquam habebat, et totus destitutus erat ; sed et mortiferos serpentes alebat (39), et hominibus perniciosos. Decimus mons proceras arbores continebat (40), totusque erat umbrosus (41) ; et sub umbra pecudes jacebant requiescentes ac ruminantes. Undecimus mons densissimis arboribus repletus erat : et arbores illæ aliis atque aliis oneratæ videbantur (42) fructibus ; ut quisquis videret, cuperet (43) edere de fructibus earum. Duodecimus mons candidus erat totus, et aspectum habebat delectabilissimum (44), et ipse sibi summum præstabat decorem.

## CAPUT II.

In medio vero campo candidam et ingentem petram mihi ostendit, quæ de ipso campo surrexerat ; et petra illa altior montibus illis erat, et quadrata erat, ita ut posset totum orbem sustinere. Vetus autem mihi videbatur esse ; sed habebat novam portam, quæ nuper videbatur exsculpta. Et porta illa clariorem splendorem quam sol habebat ; ita ut mirarer vehementer lumen ejus. Circa vero portam illam stabant virgines duodecim (45) : ex quibus quatuor quæ obtinebant angulos portæ, digniores (46) mihi videbantur esse ; sed et cæteræ dignæ erant ; stabant autem in quatuor partibus portæ. Erat autem et id ad gratiam illarum virginum, quod illæ binæ et binæ vestitæ erant linteis (47) tunicis, et decenter succinctæ exertis brachiis (48) dextris, tanquam fascem aliquem levaturæ ; sic erant paratæ : vehementer enim hilares erant, atque promptæ. Hæc cum vidissem, mecum ipse mirabar, quod tam magnas et præclaras res viderem. Et rursus mirabar (49) propter virgines illas, quod tam decoræ et (50) delicatæ essent, et ita constanter ac fortiter starent tanquam totum cœlum portaturæ (51). Et cum hæc intra me cogitarem (52), ait ad me Pastor ille : Quid intra te disputas atque torqueris, et ipse tibi sollicitudinem adjicis (53)? Quæcunque non potes intelligere, noli attendere (54), tanquam si sapiens sis ; sed roga Dominum, ut accepto sensu intelligas ea. Quæcunque post te sunt, non potes videre ; quæ vero sunt ante te, vides. In his igitur quæ non potes videre, noli torqueri ; et eorum intelligentiam cape (55), quæ tu vides. Desine

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(30) Mss. Angl. *modeste*.
(31) Lamb. *ad virginem*.
(32) Mss. Angl. *dignissimo*.
(33) Lamb. *Arcadiæ montem*.
(34) Ita mss. Lamb., Vict. et Carm. Ita quoque Felli edit. Oxon. et Hamb. Fabricii. Al. *latæ*.
(35) Mss. Angl. *hilares*.
(36) Mss. Angl. *volucres*.
(37) Lamb. *pabula*.
(38) Mss. Angl. *inde*. Lamb. *inde, tanto amplius lætiores*.
(39) Mss. Angl. *habebat*. Addit Lamb. *et homines* pro *hominibus*.
(40) Mss. Angl. *habebat arbores magnas*.
(41) Lamb. *tenebrosus*.
(42) Bodl. *ordinatæ erant*. Lamb. *ornatæ erant*.
(43) Mss. Angl. *si quis vidisset, concupisceret*. Fellus in sua edit. Oxon. *quis* retinuit pro *quisquis*.
(44) Mss. Angl. *hilarissimum*.
(45) Laudant hunc locum Origenes homil. 13, *in Ezech.*, auctor *Operis imperfecti in Matth.* XIX, 28, et scriptor Vitæ S. Genovefæ cap. 4. Horum verba inter Veter. Testim. superius reperies.
(46) Lamb. *dignitosiores*. Et mox, *dignitosæ*. Sic etiam infra cap. 6 sub initium, *dignitosos* pro *dignitate splendidos*. Atque ita legendum statuit Clericus e ms. optimæ notæ Lambethano. « Vox enim *dignitosus*, inquit, non ævi quidem Ciceroniani est, sed nec infimi. Veteres Glossæ : *Dignitosus*, ἀξιωματικός. » Vide item de hac voce Ducangium in *Glossario*.
(47) Mss. Angl. apud Fellum : *Inerat autem inter genera earum virginum et hæ binæ vestitæ linteis*. Apud Clericum vero Lamb. sic se habet : *Inerat autem inter gratiam earum virginum hæ binæ vestitæ lineis tunicis, et decem incinctæ exertis*.
(48) Ita mss. Angl. Ita et Vict. et Carm. Horum mss. lectionem sequuntur quoque Fellus et Fabricius. Al. *exterius brachiis*.
(49) Lamb. *movebar*.
(50) Mss. Angl. desunt, *decoræ et*. Et mox Lamb. omittit, *constanter ac*.
(51) Mss. Angl. *portandum haberent*.
(52) Mss. Angl. *disputarem*. Et mox, *disputas* ; ubi Felli edit. Oxon. habet *cogitas*.
(53) Mss. Angl. *adducis*.
(54) Lamb. *perpendere*.
(55) Mss. Angl. *dominare*.

esse curiosus. Ego autem demonstrabo tibi cuncta, quæcunque debeo (56) ostendere: nunc autem reliqua considera.

## CAPUT III.

Et cum hæc dixisset mihi, suspexi (57): et ecce vidi venisse sex viros excelsos ac venerandos, et omnes similes (58) vultu; et vocasse quamdam multitudinem virorum; et hi qui venerant vocati ab illis, et ipsi quoque excelsi et fortes erant. Jusserunt autem illi sex eos turrim quamdam (59) super eam portam ædificare. Magnus vero tunc fremitus cœpit esse decurrentium circa portam huc atque illuc (60), eorum virorum quiad ædificandam turrim convenerant (61). Virgines vero illæ quæ stabant circa portam, jubebant eis ædificationem turris accelerare (62). Ipsæ autem exporrexerunt manus suas, tanquam aliquid accepturæ ab illis. Tunc illi sex jusserunt, ut (63) ex quodam profundo lapides attollerent, et in ædificationem turris præpararent. Et elevati sunt decem lapides candidi, quadrati (64), circumcisi. Postquam vero sex illi advocaverunt has virgines, jusserunt eas universos lapides, quicunque in turris ædificationem mittendi essent, portare (65); et translatos per portam tradere (66) eis qui ædificaturi erant turrim illam. Continuo hæ virgines eosdem lapides qui prius elevati erant (67) de profundo, inter se elevare (68) cœperunt pariter omnes.

## CAPUT IV.

Qui autem steterunt circa portam, sic etiam portabant: ut qui videbantur esse fortiores, ad angulos ponerentur: cæteri vero lapides ad latera subjiciebantur (69) : atque ita universos lapides pertulerunt, eosque per portam (70) translatos ædificantibus, sicut jussæ erant (71), tradiderunt. Illi vero excipientes, exstruxerunt illos. Hæc autem ædificatio super illam petram magnam et portam fiebat; atque ab iis tota turris sustentabatur. Horum autem decem lapidum structura totam portam illam replevit, quæ in fundamento turris illius esse cœpit. Post illos vero decem lapides, alii viginti quinque elevati sunt (72) de profundo; et hi structi sunt in ædificationem turris ejusdem, per illas virgines levati, sicut priores. Post hos, alii triginta quinque elevati sunt, et hi similiter in eodem opere aptati sunt. Post hos, quadraginta lapides ascenderunt; et hi omnes adjecti sunt in structuram turris illius. Quatuor ergo ordines cœperunt esse in fundamento turris illius (73); desierunt enim lapides extrahi de (74) profundo: paulisper et hi qui ædificabant, quieverunt. Iterum illi sex viri multitudini illi imperaverunt, ut de illis duodecim montibus apportarent (75) lapides ad ædificationem turris ejusdem. Illi autem excidebant de universis montibus variorum colorum lapides (76) ; et deferentes eos (77) porrigebant virginibus: quos illæ accipientes transferebant (78), et in ædificationem turris porrigebant. In qua cum structi essent (79) illi, candidi, variique fiebant: et similiter omnes priores (80) mutabant colores. Quidam vero ab ipsis viris porrigebantur; qui cum in eam ædificationem venissent, quales ponebantur, tales et permanebant. Hi nec candidi fiebant, nec varii; quoniam non erant a virginibus per portam translati. Hi ergo lapides deformes erant in ædificatione (81); quos cum animadvertissent illi sex viri, jusserunt tolli et suo loco reponi unde delati fuerant (82). Et dicunt ad illos qui lapides illos afferebant: Omnino vos nobis ad ædificationem hanc lapides porrigere nolite; sed juxta turrim ponite eos, ut hæ virgines translatos porrigant; nisi enim ab his virginibus translati fuerint per hanc portam, colores suos mutare non possunt: nolite igitur frustra laborare.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ

(56) Lamb. *polueris* pro *debeo*.
(57) Lamb. *inspexi*.
(58) Lamb. *venisse viros excelsos, dignitosos et similes*.
(59) Lamb. *eos illi ex turre quamdam*.
(60) Bodl. *discurrentium circa portam hinc atque illinc*. Lamb. quoque habet *hinc atque illinc*.
(61) Sic Lamb. Sic et Felli edit. Oxon. Al. *venerant*.
(62) Lamb. *videbant ædificationem turris accelerari oportere*. Felli autem edit. Oxon. sic: *Agnoverunt ab eis ædificationem turris accelerari oportere*.
(63) Mss. Angl. deest, *ut*. Et mox pro *attollerent* et *præpararent*, habent *ascendere* et *aptari*. Statimque: *Et ascenderunt decem*.
(64) Lamb. *quidem* et *quadrati*. Sic et Fellus. Voci autem sequenti, *circumcisi*, præmittendum *nec* jubet Cotelerius ex cap. 5 et 16.
(65) Lamb. *ejus ædificationem iturі essent portare*.
(66) Lamb. cum Fello: *itidem tradere*.
(67) Mss. Angl. *primi ascenderunt*.
(68) Mss. Angl. *allevare*.
(69) Bodl. *a lateribus subibant*. Sic et Lamb., præpositione tamen *a* in *e* mutata.
(70) Lamb. *portas*. Et paulo post, *porta* pro *portam*.
(71) Mss. Angl. *jusserant*.
(72) Mss. Angl. *ascenderunt*, ut sæpe.
(73) Lamb. *fundamentis turris hujus*.
(74) Lamb. *ergo lapides ascendere de*.
(75) De quibus mentio cap. 1 hujus similit. Fellus autem statim, *deferrent* pro *apportarent*, quod exhibent mss. Angl.
(76) Mss. Angl. *lapides variis coloribus*.
(77) Mss. Angl. *apportatos*.
(78) Mss. Angl. *porrigebant*, et mox *transferebant*. Sic et Felli edit. Oxon.
(79) Lamb. *quam cum instructi*.
(80) Lamb. *et similes omnes et priores*. Mss. quoque Viet. et Carm. habent, *et priores*.
(81) Lamb. *ædificationem*.
(82) Mss. Angl. *referri unde deportati*.

## CAPUT V

Effecta est autem structura illo die ; sed turris consummata non est ; futurum enim erat, ut ædificaretur (83) ; propterea etiam nunc et quædam dilatio facta est. Et jusserunt illi sex, eos qui ædificabant abire et veluti aliquandiu quiescere (84) ; illis vero virginibus præceperunt, ne a turri discederent (85) : propterea autem videbantur mihi relictæ, ut custodirent turrim illam. Postquam autem recesserunt, dico (86) ad pastorem illum : Quare, domine, non est peracta ædificatio turris ? Non enim, inquit, ante consummari potest, quam veniat dominus ejus, et structuram hanc probet ; ut si quos lapides non bonos in ea invenerit, mutentur : ad voluntatem enim ejus ædificatur (87) hæc turris. Vellem, inquam, Domine, scire, quid significet ædificatio turris hujus, et de hac petra, et de hac porta cognoscere, et de montibus, et de virginibus, et de lapidibus qui extracti sunt (88) de profundo, nec circumcisi sunt, sed sicut ascenderunt, sic missi sunt (89) in structuram ; et quare primum lapides decem in fundamento structi sunt (90), deinde viginti quinque, deinde triginta quinque, deinde quadraginta : item de illis lapidibus qui positi sunt in structuram, iterumque sublati, et in locum suum (91) relati. De omnibus his, domine, desiderium animæ meæ comple, et omnia mihi demonstra. Et dixit mihi : Si arduus (92) non fueris, omnia cognosces (93), et videbis reliqua quæ futura sunt huic turri ; et omnes similitudines diligenter cognoces. Et venimus post dies paucos in eumdem locum, ubi sederamus, et dixit mihi : Perveniamus ad turrim : Dominus enim ejus venturus est, ut consideret eam. Venimus igitur illuc, et neminem alium quam virgines illas invenimus. Et interrogavit eas, an adfuisset ibi dominus turris illius ? Et responderunt, continuo eum adfuturum (94), ut consideret structuram illam.

## CAPUT VI.

Post pusillum vero video multitudinem virorum magnam venientem. et in medio eorum ita excelsum virum, ut magnitudine sua ipsam turrim superaret ; et circa eum sex illos quos in ædificatione imperare videram, et eos omnes qui ædificaverunt turrim illam, et præterea alios quamplures dignitate (95) splendidos viros. Virgines vero illæ quæ custodiebant turrim illam, accurrerunt et osculatæ sunt eum (96) et prope eum (97) cœperunt ambulare. Ille autem tam diligenter considerabat structuram illam ut singulos lapides contrectaret (98) ; quinetiam singulos virga quam in manu tenebat (99), feriebat. Ex quibus quidam cum essent percussi, nigri fiebant velut fuligo ; quidam autem tanquam scabri ; quidam quasi scissuras habentes ; quidam curti ; quidam nec nigri nec albi (100) ; quidam asperi, nec cum cæteris lapidibus convenientes ; quidam plurimas maculas habentes. Hæ sunt varietates lapidum illorum, qui in structura illa non idonei (1) reperti sunt. Jussit eos dominus omnes de turri deponi, et juxta eam relinqui ; et alios lapides afferri et loco eorum reponi. Et interrogaverunt eum qui ædificabant, ex quo monte vellet afferri, et reponi in locum ejectorum ? De montibus quidem vetuit afferri ; sed ex campo quodam qui prope erat, jussit afferri (2). Foderunt enim campum illum, et invenerunt lapides splendidos, quadratos ; quosdam vero etiam rotundos. Quicunque autem erant in illo campo omnes allati sunt, et per (3) portam transportati (4) a virginibus illis : et qui ex eis quadrati erant deformati (5) sunt, et positi in loco (6) ejectorum. At vero qui rotundi, non sunt adjecti in structuram ; quoniam duri erant (7), et longum esse videbatur circumcidere eos : sed positi sunt circa turrim, tanquam futurum esset, ut circumciderentur, et in structuram mitterentur (8) ; valde enim splendidi erant.

## CAPUT VII.

Hæc cum vidisset vir ille dignitate (9) præcipuus, et dominus totius turris, vocavit hunc pastorem ; et tradidit ei lapides qui reprobati erant, et positi circa turrim ; et ait ad illum : Communda diligenter lapides hos, et apta in structuram (10) turris, ut cum cæteris possint convenire ; eos autem qui non conveniunt

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(83) Lamb. *fuit : futurum enim, ut ædificetur.*
(84) Mss. Angl. *recedere et veluti quiescere aliquid.*
(85) Lamb. *recederent.*
(86) Lamb. *omnes recesserunt, dixi.*
(87) Ita Fellus in edit. Oxon. ex Lamb. Al. *ædificabatur.*
(88) Mss. Angl. *ascenderunt*, ut sæpe alias.
(89) Mss. Angl. *ierunt.*
(90) Ms. Vict. *fundamentis structuræ.* Lamb. quoque habet, *fundamentis.*
(91) Lamb. *loco suo.*
(92) Ita mss. Angl., Vict. et Carm. Editi, *tardus.*
(93) Ita Lamb. Ita et Felli edit. Oxon. Al. *non cognosces.* Omittunt quoque *non*, mss. Vict. et Carm. At Vict. sic : *omnia cognoscis post ; videbis.* Carm. vero ; *o, cognosces p. v.* Quas mss. lectiones Clericus invertit. Neque aliter Russelius. Recte Fabricius.
(94) Mss. Angl. *venturum.* Lamb. add. *esse.*
(95) Mss. Angl. *dignitosos*, ut passim.
(96) Lamb. *accurrerunt osculari eum.*
(97) Lamb. deest *eum.*
(98) Mss. Angl *pertractaret.*
(99) Lamb. *manu gerebat.*
(100) Lamb. desunt *quidam.... albi.*
(1) Mss. Angl. *boni.*
(2) Mss. Angl. *apportari.*
(3) Lamb. *illati sunt per.* Felli autem editio Oxon. *ablati.* An mendose ?
(4) Lamb *translati.*
(5) Ita Lamb Editi, *formati.* Vide infra not. 30.
(6) Sic Lamb. et Felli edit. Oxon. Al. *locum.*
(7) Lamb. *et durum erat, et tardum esse.*
(8) Mss. Angl. *irent.*
(9) Mss. Angl. *dignitosus.*
(10) Lamb. *pone in structura.*

longe a turri projicies. Hæc cum præcepisset ei, cum omnibus cum quibus venerat ad turrim, abiit: virgines autem illæ steterunt circa turrim, custodientes eam. Et dixi ad pastorem illum: Quonam modo possunt lapides hi in structuram hujus turris, cum reprobati sint redire? Et dixit mihi: Ego de lapidibus istis majorem partem circumcidam et adjiciam in structuram, et convenient cum cæteris. Et dixi: Quo modo, domine, possunt circumcisi eumdem locum implere (11)? Quicunque, inquit, minores inventi fuerint, in mediam structuram ibunt (12); majores vero de foris ponuntur, et continebunt eos. Hæc cum dixisset mihi: Eamus, inquit, et post triduum revertamur; et emundatos hos lapides in structuram adjiciam. Ea enim quæ sunt circa turrim, commundari debent omnia: ne forte subito paterfamilias superveniat, et immunda ea quæ circa turrim sunt, inveniat, et ita aspernetur (13); et hi lapides non mittantur (14) in structuram turris hujus, et ego negligens paterfamilias (15) videar esse. Post triduum (16) autem cum venissemus ad eamdem turrim, ait mihi: Consideremus hos lapides omnes, et videamus qui ex eis possunt in structuram ire (17). Dico ei: Consideremus, domine.

## CAPUT VIII.

Primum omnium cœpimus considerare eos qui nigri fuerant. Quales enim a structura depositi fuerant, tales sunt reperti. Jussit eos a turri moveri, et seorsum reponi (18). Deinde consideravit eos qui scabrosi fuerant: et multos ex eis circumcidi jussit, et per virgines eos in structuram turris aptari: illæ autem sublatos eos aptaverunt in media structura. Reliquos autem jussit cum illis nigris reponi: nam et hi evaserunt nigri. Deinde considerabat eos qui scissuras habebant: et ex illis multos circumcidi jussit, et per illas virgines adjici in structuram. Hi de foris positi sunt, quoniam (19) integri inventi sunt: reliqui autem propter multitudinem scissurarum non potuerunt afformari (20), propterea projecti sunt ab ædificatione turris. Deinde considerabat eos qui curti facti erant: multi ex illis scissuras habebant, et nigri evaserant; alii vero scissuras magnas habebant, quos jussit apponi cum illis (21) qui rejecti erant: reliquos autem commundatos et afformatos adjici jussit in structuram, quos sublatos virgines illæ in media structura aptaverunt; infirmiores enim erant. Deinde considerabat eos, qui dimidii quidem albi, demidii autem nigri fuerant reperti; et multi ex illis nigri inventi sunt: jussit et hos transferri ad illos qui rejecti erant. Reliqui vero toti candidi inventi sunt: et hi sublati sunt a virginibus, et aptati in eadem turri; exteriores autem positi sunt qui (22) integri inventi sunt, ita ut possent continere eos qui in medio constructi erant; nihil enim eis (23) recisum est. Deinde considerabat eos qui duri et asperi fuerunt (24); pauci ex his adjecti (25) sunt, quoniam non poterant circumcidi; valde enim duri reperti sunt: reliqui autem formati (26) sunt, et in media structura a virginibus aptati; infirmiores enim erant. Deinde considerabat illos qui maculas habebant; et ex eis pauci reperti sunt nigri, et hi ad cæteros adjecti sunt. Qui vero superfuerant, candidi et integri inventi sunt; et hi a virginibus in structuram aptati sunt, et de foris positi, propter fortitudinem suam.

## CAPUT IX.

Venit deinde, ut consideraret (27) eos lapides, qui candidi et rotundi erant; et ait mihi: Quid faciemus de his lapidibus? Et ego dixi: Domine, nescio. Nihil ergo, inquit, excogitas de his? Ego, inquam, artem hanc, domine, non novi nec lapidarius sum, nec possum intelligere quidquam. Et dixit: Non vides eos valde rotundos esse? Quod si voluero eos quadratos redigere, plurimum mihi ex his recidendum est; sed necesse est aliquos ex his in structuram turris transire (28). Et dixi: Si necesse est, quid igitur te implicas (29), et non eligis, si quos habes eligere, et aptas in structuram illam? Et elegit quos vidit maximos et splendidissimos, et afformavit (30) eos, quos sublatos virgines illæ in exterioribus partibus structuræ posuerunt. Reliqui vero qui superfuerunt, repositi sunt in eumdem campum (31) unde sumpti erant; abjecti

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(11) Mss. Angl. *explere.*
(12) Ita mss. Angl. Fellus tamen in sua edit. Oxon. *mittentur.*
(13) Mss. Angl. *exasperetur.*
(14) Lamb. *ut et hi lapides non sint.*
(15) Lamb. *patrisfamilias.* Forte, *patrifamilias*, ut legendum censet Cotelerius.
(16) Lamb. *biduum.* At modo legebamus: *post triduum revertamur.*
(17) Lamb. *convenire.*
(18) Lamb. *poni.* Sic et paulo post.
(19) Felli edit. Oxon. *qui* pro *quoniam.*
(20) Lamb. *deformari.* Edit. Paris. *efformari.* Sic mox idem Lamb. *deformatos adjici.* Vide mox not. 30.
(21) Lamb. *habentes jussit eos poni cum iis.*
(22) Sic et edit. Paris. et Oxon. At Lamb. Vict. et Carm. *quoniam*, ut modo supra.
(23) Lamb. *instructi erant; nihil enim ex eis.*
(24) Lamb. *fuerant.*
(25) Mss. Lamb., Vict. et Carm. *abjecti.*
(26) Mss. Angl. *deformati.*
(27) Lamb. *deinde considerare.*
(28) Mss. Angl. *ire.*
(29) Bodl. *tristaris.* Lamb. *te tricas.*
(30) Lamb. *deformavit.* Hæc recta est lectio, non inepta et inusitata vox *afformare.* Sic et supra cap. 8, *deformari* perperam mutatum in *afformari*, et *deformatos* in *afformatos*, et *deformati* in *formati.* Nimirum, excriptores existimarunt *deformare* esse tantum deformem et turpem reddere, cum sit etiam simpliciter *mutare formam* in quamvis aliam. Veteres Glossæ: *Deformo*, μεταμορφῶ, μετατυπῶ *Deformo* (sic legendum), ἀποτελέω: quæ significatio optime hic convenit, ubi forma rotunda lapidum resectione in quadratam mutatur. CLER.
(31) Lamb. *eodem campo.*

vero non sunt. Quoniam, inquit, adhuc exiguum deest huic turri, quod ædificandum erit ; et forsitan vult dominus hos lapides aptari in ea structura, quia valde candidi sunt (32). Vocatæ sunt deinde mulieres speciosissimæ duodecim, nigra veste vestitæ, incinctæ, et exertis humeris, capillisque solutis (33). Videbantur autem mihi hæ mulieres agrestes esse. Et jussit eas pastor ille tollere lapides illos qui de structura ejecti erant (34), et eos referri in montes unde ablati fuerant. Et illæ gaudentes sustulerunt omnes, et reportaverunt eos unde extracti fuerant. Postquam autem nullus lapis circa turrim jaceret, ait mihi : Circumeamus hanc turrim, et videamus nunquid aliquid desit (35) illi. Cœpimus ergo circumire eam. Et ut vidit eam decenter ædificatam, cœpit valde hilaris esse : ita enim decenter ædificata fuerat, ut qui vidisset, concupisceret structuram ejus ; quoniam quasi de uno lapide videbatur esse, nec usquam commissura apparebat, sed ex petra una (36) videbatur exsculpta.

## CAPUT X.

Ego autem hujusmodi turrim attente considerans, valde lætabar (37). Et ait mihi : Affer calcem et testas minutas, ut formas eorum lapidum qui sublati sunt de structura et iterum repositi, expleam (38); ea enim quæ circa turrim sunt omnia, æquari debent. Et feci sicut jussit mihi, et attuli ad eum. Et ait mihi : Præsto adsis mihi ; et cito (39) hoc opus perficietur. Complevit ergo formas illorum lapidum, et jussit locum mundari circa turrim. Tunc virgines illæ apprehenderunt scopas, et mundaverunt totum, et sustulerunt excrementa (40), et sparserunt aquam : quo completo, factus est locus delectabilis (41), et turris decora. Ait deinde mihi : Omnia commundata sunt : si venerit dominus hanc turrim consummare, nihil invéniet quod de nobis queratur. Hæc cum dixisset, volebat abire. At ego apprehendi peram ejus, et cœpi rogare eum per Dominum, ut mihi omnia quæ ostenderat, explicaret (42). Ait mihi : Habeo modicam occupationem ; at omnia tibi explicabo : exspecta autem me hic, dum venio. Dico ei : Domine, quid hic solus faciam ! Respondit : Non es solus ; omnes enim virgines tecum sunt. Et dixi : Trade me, domine, ergo eis. At ille vocavit illas, et dixit (43) eis : Commendo vobis hunc, donec venio. Remansi igitur cum virginibus illis. Illæ autem hilares erant, et affabiles mihi, præcipue tamen quatuor ; quæ cæteras præcedebant dignitate.

## CAPUT XI.

Dicunt mihi deinde virgines illæ : Hodie pastor ille huc venturus non est. Et ego dixi : Quid ergo ego faciam ? Et dicunt mihi : Usque in vesperam exspecta, si forsan venerit et loquetur (44) tecum ; sin minus, nobiscum dum veniat, manebis (45). Dixi eis : Expectabo eum usque ad vesperam : quod si non venerit, domum ibo, et revertar mane. Responderunt mihi : Nobis assignatus es : non potes recedere (46) a nobis. Et dixi : Ubi manebo ? Dicunt mihi. Nobiscum dormies ut frater non ut maritus : frater enim noster es, et de cætero tecum habitare paratæ sumus (47) ; valde enim charum te habemus. Ego autem erubescebam cum eis manere (48). Ea vero quæ ex illis prima esse videbatur, amplexata me est, et osculari me cœpit. Cæteræ vero cum vidissent me amplexari (49) ab illa, et ipsæ cœperunt me ut fratrem osculari, et ducere (50) circa turrim, et ludere mecum. Quædam autem ex illis psalmos canebant (51) ; quædam choros ducebant. Ego autem circa (52) turrim in silentio lætus cum eis ambulabam, et videbar mihi junior factus esse (53). Postquam vero vespera esse cœpit, domum repente (54) abire volebam ; illæ autem retinuerunt (55) me, et non permiserunt abire. Mansi ergo illa nocte cum eis juxta eamdem turrim (56). Straverunt autem tunicas suas linteas in terram, et me in medio collocaverunt : nec quidquam aliud faciebant, nisi quod orabant. Sed et ego cum illis sine intermissione orabam, neque minus quam illæ. Quæ cum me sic orantem vidissent, ingens gaudium perceperunt ; et cum eis illic fui usque ad diem posterum.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(32) Lamb. *qua valde candida est.*
(33) Mss. Angl. *capillis vero dissolutis.*
(34) Lamb. leg. *abjecti erant*, et omittit omnia quæ sequuntur, usque ad *Postquam autem.*
(35) Mss. Angl. *ne quid desit.* Sic et Felli edit. Oxon.
(36) Lamb. *illa.* At vulgatam lectionem confirmat Origenes, qui hunc locum laudat *Comment. in Osee* ex *Philocaliæ* cap. 8, noviss. edit. BB. tom. II, pag. 439.
(37) Mss. Angl. *ejusmodi considerans bene, valde lætus eram.*
(38) Editt. Clerici et Russel. omitt. *de* Ms. Lamb. *structura, repositos expleam.*
(39) Lamb. *Præsto sis mihi ; et cito.* Al. *mihi, inquit.*
(40) Mss. Angl. *stercus.*
(41) Mss. Angl. *hilaris.*
(42) Fellus in edit. Oxon. *exsolveret ;* monetque mss. exhibere *explicaret*, ut sæpe. Aliter hic Clericus, cujus adnotationem videsis mox infra not. 62.
(43) Lamb. *vocat et dixit.*
(44) Mss. Angl. *si venerit, forsitan loquetur.*
(45) Felli edit. Oxon. *moraberis.*
(46) Mss. Angl. *consignatus es : non potes discedere.*
(47) Bodl. *habitaturæ sumus.*
(48) Lamb. *habitare.*
(49) Mss. Ang. *amplexum.*
(50) Mss. Angl. *ducebant ;* et mox *ludebant.* Sic et Felli edit. Oxon.
(51) Lamb. *enim ex his psalmos cantabant.* Habet *enim* et Felli edit. Oxon.
(52) Sic Felli edit. Oxon. Al. addunt *eam.*
(53) Lamb. *veluti juniorem esse factum.*
(54) Mss. Angl. deest, *repente.*
(55) Lamb. *detinuerunt ;* et mox, *me ire* pro *abire.*
(56) Lamb. *ad eam turrim.*

Et cum adorassemus Dominum,tunc venit pastor ille,et ait ad illas : Nullam ei fecistis (57) injuriam? Et dixerunt ei : Ipsum interroga. Dico ei : Domine, magna voluptas me cœpit (58), quod mansi cum eis. Et dixit mihi : Quid cœnasti ? Et dixi : Cœnavi, domine, tota nocte verba (59) Domini. Bene, inquit, te acceperunt ? Et dixi : Bene (60), domine. Nunquid vis nunc audire? Et dixi : Volo, domine (61) : et primum, sicut te interrogavero, rogo ut sic mihi demontres. Quemadmodum vis, inquit, sic tibi rem explanabo, (62), nec quidquam te celabo.

## CAPUT XII.

Primum omnium,domine, inquam, hoc (63) mihi demonstra : Petra hæc, et porta quid sunt ? Audi, inquit : Petra hæc et porta (64) Filius Dei est. Quonam pacto, inquam, domine, petra vetus est, porta autem nova ? Audi, inquit, insipiens, et intellige. Filius quidem Dei omni creatura antiquior est, ita ut in consilio Patri suo adfuerit ad condendam (65) creaturam. Porta autem proptera nova est, quia in consummatione in novissimis diebus apparebit (66), ut qui assecuturi sunt salutem, per eam intrent in regnum Dei. Vidisti, inquit, lapides illos qui per portam translati sunt, in structuram turris collocatos (67) ; eos vero qui non erant translati per portam, abjectos in locum suum (68)? Et dixi : Vidi, domine. Sic inquit, nemo intrabit in regnum Dei nisi quia acceperit nomen Filii Dei. Si enim in civitatem aliquam volueris intrare,et civitas illa cincta sit muro, et unam habuerit tantummodo portam ; nunquid poteris aliunde (69) intrare civitatem illam, nisi per portam quam habet ? Et quonam modo, inquam,domine, aliter fieri potest? Sicut ergo, inquit, in illam urbem non potest intrari (70), quam per portam ejus : ita nec in regnum Dei potest aliter intrari (71), nisi per nomen Filii ejus qui ei charissimus. Et dixit mihi : Vidisti turbam eorum qui ædificabant turrim illam ? Vidi, inquam,domine. Et dixit : Illi omnes nuntii sunt dignitate (72) venerandi. His igitur veluti muro cinctus est Dominus. Porta vero Filius Dei est, qui solus est accessus ad Deum. Aliter ergo nemo intrabit ad Deum, nisi per Filium ejus. Vidisti, inquit, illos sex viros, et in medio eorum præcelsum virum illum ac magnum (73), qui circa turrim ambulavit, et lapides de structura reprobavit (74) ? Vidi, inquam, domine. Ille, inquit, præcelsus (75), Filius Dei est ; et illi sex, nuntii sunt dignitate (76) conspicui, dextra lævaque eum circumstantes (77). Ex his, inquit, excellentibus (78) nuntiis, nemo sine eo intrabit ad Deum. Et dixit : Quicunque ergo nomen ejus non acceperit, non intrabit in regnum Dei.

## CAPUT XIII.

Et dixi : quid est deinde hæc turis ? Hæc, inquit, Ecclesiæ est. Et virgines hæ, quæ sunt, domine ? Et dixit mihi : Hæ, inquit,Spiritus sancti sunt : non aliter enim (79) homo potest in regnum Dei intrare,nisi hæ induerint eum veste sua. Etenim nihil proderit tibi accipere nomen Filii Dei, nisi etiam et vestem earum acceperis ab eis. Hæ namque virgines, potestates sunt Filii Dei. Ita frustra nomen ejus portabit quis (80), nisi etiam potestates ejus portaverit (81). Et dixit mihi : Vidisti lapides illos qui abjecti sunt ? Illi enim nomen quidem portarunt (82) ; vestem autem illarum non induerunt. Et dixi : Quæ est vestis earum domine ? Ipsa, inquit, nomina (83), vestis earum est. Quicunque ergo, inquit nomen, Filii (84) Dei portat, harum quoque nomina portare debet : nam et Filius nomina portat earum. Quoscunque (85),

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(57) Mss. Angl. *Ne forte fecistis.*
(58) Mss. Angl. *magnam voluptatem percepi.*
(59) Lamb. *verbum.*
(60) Lamb. *Ita.*
(61) Lamb. desunt, *Nunquid*, usque ad *Domine : et.*
(62) Ms. Lamb. cum Fello : *exsolvam.* Sic et alibi, ubi verbum *explanare* alii codd. præ se ferunt. Fuit nimirum Græce ἐκλύσω *expedium* vel *interpretabor.* Glossæ : ἐκλύω *resolvo enodo.* Vid. capp. 13 et 16. in fine ubi *exsolutionem* habemus pro ἔκλυσιν, CLER.
(63) Lamb. desunt,*inquam*, *hoc.* Quo in cod. passim omittuntur *inquam* et *inquit.* Hæc enim Græci dialogistæ supplenda lectori permittunt, ut apud Platonem passim. CLER.
(64) Sic in sacris litteris, Dominus *petra* et *janua* dicitur. Ita Fellus. Et alterum quidem *I Cor.* x, 4 ; alterum vero Joan. x, 7, 9.
(65) Lamb. *constituendo.* Bodl. *constituendi.* Sic apud Fellum. Aliter Clericus.
(66) Mss. Angl. et Carm. *apparuit.* Ita et Felli edit. Oxon. Vulgata lectio confirmari potest ex Hebr. x, 28, quo forte respexit Hermas. Altera vero mss. ex Hebr. ı, 1, 2.
(67) Lamb. *collatos.*
(68) Lamb. *loco suo.*
(69) Sic. Lamb. Sic. et Felli edit. Oxon. Al. *alia.*
(70) Lamb. omisso, *inquit*, sic : *in eadem urbe non potes aliter intrare.* Hinc Fellus; *in illam urbem non potest aliter intrari.*
(71) Lamb. *alicuis intrare.*
(72) Mss. Angl. *dignitosi.*
(73) Mss. Angl. *honestum virum atque magnum.*
(74) Lamb, *portavit.*
(75) Mss. Angl. *honestus.*
(76) Mss. Angl. *dignitosi.*
(77) Mss. Angl. *continentes.*
(78) Mss. Angl. *dignitosis.*
(79) Lamb. *autem* pro *enim.* Et mox : *nisi has induerit eum.*
(80) Lamb. *Itaque sine causa quis portabit nomen, nisi etiam et potestates ejus induerit.*
(81) Mss. Angl. *induerint.*
(82) Mss. Angl. *tulerunt.*
(83) Lamb. *Ipsum inquit*, nomen.
(84) Lamb. deest *Filii.* De nomine Filii Dei ab electis gestato, vide Apoc. II, 17; III, 12; XIV, 1, et de veste nuptiali Matth. XXII,11. Porro apostolus Paulus jubet *Christum induere*, Rom. XIII, 14. FELL.
(85) Lamb. *Filius enim Dei ipsa nomina portat. Quoscunque.* Habet quoque *Filius Dei* Felli ed. Ox.

inquit, lapides vidisti in structura remansisse per manus harum traditos, earum potestate vestiti sunt. Ideoque totam turrim concordem (86) vides cum petra, et velut ex uno lapide factam. Sic quoque ii qui crediderunt Deo per Filium ejus, induti sunt Spiritum hunc (87). Ecce unus erit spiritus, et unum corpus, et unus color vestium eorum (88); sed et illi assequentur ista, qui portaverint (89) nomina virginum harum. Et dixi : Quare ergo, domine, abjecti sunt lapides qui reprobati fuerunt, cum ipsi per portam (90) translati fuerint, et traditi per manus virginum harum in structuram turris hujus? Quoniam, inquit, cura tibi est omnia diligenter inquirere, audi de iis lapidibus qui abjecti sunt. Hi omnes nomen Filii Dei acceperunt, sed est potestatem virginum harum. His ergo spiritibus acceptis, consummati fuerunt, et in numerum servorum Dei redacti, et unum corpus eorum esse cœpit atque una vestis; eamdem (91) enim sentiebant æquitatem, quam pariter exercebant. At vero postquam viderunt mulieres illas, quas advertisti nigra veste vestitas, exertis humeris et solutis (92) crinibus, concupiverunt sollicitare illas ob pulchritudinem (93) earum, et induti sunt potestate earum; virginum vero projecerunt amictum (94). Hi igitur abjecti sunt a domo Dei, et traditi mulieribus illis. At hi qui non sunt corrupti pulchritudine earum, in domo Dei remanserunt. Habes, inquit, horum lapidum qui abjecti sunt, explicationem (95).

## CAPUT XIV.

Et dixi : Si qui ergo, domine, hominum qui hujusmodi sunt, egerint pœnitentiam, et abjecerint cupiditatem mulierum illarum, et conversi redierint ad virgines, et earum potestatem induerint; nonne intrabunt in domum Dei? Intrabunt, inquit si abjecerint omnia opera mulierum illarum, et harum virginum resumpserint potestatem, et in operibus earum ambulaverint. Et ideo intermissio facta est struendi, ut si hi egerint pœnitentiam, adjiciantur in structuram turris : si autem (96) non egerint pœnitentiam, alii struentur loco eorum; et illi tunc abjiciantur in toto (97). Ad hæc omnia (98) gratias egi Domino, quod in omnes in quibus invocatum est nomen ejus, motus clementia miserit præsidem nuntium pœnitentiæ ad nos, qui deliquimus ei; et quod renovaverit spiritus nostros jam certe deficientes, neque habentes spem salutis; nunc vero recreatos (99) ad redintegrationem vitæ. Et dixi : Nunc, domine, demonstra mihi, quare non in terra ædificatur hæc turris, sed supra petram et portam? Quoniam, inquit, insipiens et sine intellectu es, ideo interrogas. Et dixi : Necesse habeo, domine, omnia te interrogare; quoniam nihil omnino intelligo : responsa enim omnia (100) magna et præclara sunt, et quæ homines vix intelligere possunt. Audi, inquit : Nomen Filii Dei magnum et immensum est, et totus ab eo sustentatur orbis [86]. Si ergo, inquam, omnis (1) Dei creatura per Filium ejus sustentatur; cur non et eos sustinet qui invitati sunt ab eo, et nomen ejus ferunt, et in præceptis ejus ambulant? Nonne etiam vides, inquit, quod sustinet (2) eos, qui ex totis præcordiis portant nomen ejus? Ipse igitur fundamentum est eorum, et libenter portat eos qui (3) non negant nomen ejus, sed libenter sustinent illum (4).

## CAPUT XV.

Et dixi : Demonstra mihi, domine, nomina virginum harum et mulierum illarum, quæ nigra veste sunt indutæ (5). Audi, inquit : Nomina virginum quæ potentiores sunt, quæ obtinuerunt angulos portæ, hæc sunt (6) : Prima vocatur Fides, secunda Abstinentia, tertia Potestas, quarta Patientia; cæteræ autem quæ infra has consistunt (7), his nominibus vocantur : Simplicitas, Innocentia, Castitas, Hilaritas, Veritas, Intelligentia, Concordia, Charitas. Quicunque itaque portant hæc nomina et nomen Filii Dei in regnum Dei poterunt intrare. Audi nunc mulierum nomina, quæ nigra veste vestitæ sunt. Ex his (8) quatuor potentiores sunt : quarum prima Perfidia, secunda Intemperantia, tertia Incredulitas, quarta Voluptas (9) nominatur. Sequentes vero harum sic nominentur : Tristitia, Malitia, Libido, Iracundia, Mendacium, Stultitia, Inflatio, Odium. Hos spiritus qui portat Dei servus, regnum Dei videbit quidem,

[86] Heb. I, 3.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(86) Bodl. *consimilem.* Fellus in sua edit. Oxon. *concolorem.* Vide Origenis *Philocal.* cap. 8.
(87) Lamb. *Dominum per Filium ejus, hoc spiritu induti sunt.*
(88) Lamb. *odor vestium earum.*
(89) Mss. Angl. *tulerint.*
(90) Lamb. desunt, *per portam.*
(91) Lamb. *ad eamdem.*
(92) Lamb. *dissolutis.* Vide supra cap. 2 hujus simil.
(93) Mss. Angl. *concupierunt enim eas, sollicitati pulchritudine.*
(94) Lamb. *amicitiam.*
(95) Lamb. *exsolutionem.* Sic et Felli edit. Oxon.
(96) Lamb. desunt, *egerint. . . . si autem.*
(97) Lamb. *totum.*
(98) Lamb. *singula.* Et mox deest, *egi.*
(99) Ita mss. Angl. et Vict. Ita et edit. Felli Oxon. Al. *recreat.*
(100) Lamb. *responsis. Omnia enim.*
(1) Lamb. *Sic ergo omnis.*
(2) Lamb. *Atque etiam vides eos quos sustinet.*
(3) Lamb. *quoniam.*
(4) Lamb. *illud.* Felli edit. Oxon. *sed sustinent ipsum libenter.*
(5) Mss. Angl. *vestitæ*, ut infra.
(6) Mss. Lamb. Vict. et Carm. *Hæc sunt nomina earum.* Sic et Felli edit. Oxon Laudant hunc locum Origenes homil. 13, *in Ezech.* Auctor *Operis imp. in Matth.* XIX, 28, et scriptor Vitæ S. Genovefæ cap. 4.
(7) Lamb. *inter has constiterunt.*
(8) Ita ms. Vict. ita quoque Felli et Russel. editt. Al. *et his.*
(9) Mss. Angl. *Dulcedo.*

sed (10) non intrabit in illud. Lapides vero illi, domine, qui de profundo in structura aptati (11) sunt qui sunt? Decem, inquit, qui in fundamentis collocati sunt, primum sæculum est : sequentes viginti quinque, secundum sæculum est justorum virorum. Illi autem triginta (12) quinque, prophetæ Domini ac ministri sunt. Quadraginta vero apostoli et doctores sunt prædicationis Filii Dei. Et dixi : Cur ergo, domine, virgines illæ etiam hos lapides in structuram turris porrexerunt, translatos per portam? Et dixit : Hi enim primi spiritus illos portaverunt, et omnino alius ab alio non (13) recesserunt, nec spiritus ab hominibus, nec homines a spiritibus ; sed juncti fuerunt hi spiritus eis (14) usque ad diem quietis : qui nisi hos spiritus secum habuissent, non fuissent utiles structuræ turris hujus.

## CAPUT XVI

Et dixi : Etiam nunc, domine, demonstra mihi. Quid quæris? inquit. Quare, inquam, de profundo hi lapides ascenderunt, et positi sunt in structuram turris hujus ; cum jam pridem portaverint spiritus justos? Necesse est, inquit, ut per aquam habeant ascendere, ut requiescant. Non poterant enim in regnum Dei aliter intrare, quam ut deponerent mortalitatem prioris vitæ. Illi igitur defuncti, sigillo Filii Dei (15) signati sunt, et intraverunt in regnum Dei (16). Antequam enim accipiat homo nomen Filii Dei, morti destinatus est : at ubi accipit illud sigillum, liberatur a morte, et traditur vitæ (17). Illud autem sigillum aqua est, in quam descendunt homines morti obligati ; ascendunt vero vitæ assignati ; et illis igitur prædicatum est illud sigillum, et usi sunt eo ut intrarent in regnum Dei. Et dixi : Quare ergo, domine et illi quadraginta lapides ascenderunt cum illis de profundo, jam habentes illud sigillum? Et dixit : Quoniam (18) hi apostoli et doctores qui prædicaverunt nomen Filii Dei, cum habentes fidem ejus et potestatem defuncti essent, prædicaverunt illis qui ante obierunt; et ipsi dederunt eis illud signum (19). Descenderunt igitur in aquam cum illis, et iterum ascenderunt. Sed hi vivi ascenderunt (20) : at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui quidem descenderunt ; sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, et cognoverunt Filium Dei : ideoque ascenderunt cum eis, et convenerunt in structuram turris ; nec circumcisi, sed integri ædificati sunt; quoniam æquitate pleni cum (21) summa castitate defuncti sunt ; sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis.

CLEMENS ALEX., Στρωμ., *lib.* II, *cap.* 9, *pag.* 452, *edit. Oxon.*

*Et ipsi dederunt eis signum prædicationis, Descenderunt igitur in aquam cum illis, et iterum ascenderunt. Sed hi vivi descenderunt, et iterum vivi ascenderunt : at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui descenderunt, sed vivi ascenderunt. Per hos igitur vitam receperunt, et cognoverunt nomen Filii Dei : ideoque ascenderunt cum eis, et convenerunt in structuram turris ; nec circumcisi, cœdificati sunt : in æquitate defuncti sunt, et in summa castitate : sed tantummodo hoc sigillum defuerat eis.*

Καὶ αὐτοὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τὴν σφραγῖδα τοῦ κηρύγματος. Κατέβησαν οὖν μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν. Ἀλλ' οὗτοι ζῶντες κατέβησαν, καὶ πάλιν ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησαν. Διὰ τούτων οὖν ἐξωποιήθησαν, καὶ ἐπέγνωσαν τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ· διὰ τοῦτο καὶ συνανέβησαν μετ' αὐτῶν, καὶ συνήρμοσαν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πύργου, καὶ ἀλατόμητοι συνῳκοδομήθησαν· ἐν δικαιοσύνῃ ἐκοιμήθησαν, καὶ ἐν μεγάλῃ ἁγνείᾳ· μόνον δὲ τὴν σφραγῖδα ταύτην οὐκ ἔσχον.

IDEM, Στρωμ. *lib.* VI, *cap.* 6, *pag.* 764.

Et recte dictum est a Pastore : *Descenderunt igitur in aquam cum illis. Sed hi quidem, vivi descenderunt, et vivi ascenderunt : at illi qui fuerunt ante defuncti, mortui descenderunt, sed vivi ascenderunt.* Habes horum explanationem (23).

Καὶ καλῶς εἴρηται τῷ Ποιμένι· Κατέβησαν οὖν αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ (22). Ἀλλ' οὗτοι μὲν, ζῶντες κατέβησαν, καὶ ζῶντες ἀνέβησαν· ἐκεῖνοι δὲ, οἱ προκεκοιμημένοι, νεκροὶ κατέβησαν, ζῶντες δὲ ἀνέβησανν

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(10) Lamb. *Hos spiritus qui portat, Dei servus videbit quidem, et regnum Dei videbit, sed.*

(11) Lamb. *structuram apti.* Vide origen. *Comment. in Osee ex Philocal.* cap. 8.

(12) Ita ms. Carm. Ita et Fellus. Sic sane legendum ex super. cap. 5. Al. *trigenta.* Lamb autem habet *prophetarum*, loco *prophetæ ;* et omittit sequens *ac.*

(13) Lamb. deest, non.

(14) Mss. Angl. addunt *hominibus :* quam lectionem retinuit Fellus in sua edit. Oxon. Apud Clericum autem sic se habet Lamb. *hi spiritus usque ad diem quietis. Quod nisi hi spiritus hos spiritus.*

(15) Lamb. *sigillo fidei Filii Dei.*

(16) Lamb. deest, *Dei.*

(17) Lamb. *ubi ceperit hoc sigillum, liberatus a morte traditur vitæ.*

(18) Laudat hunc locum Clemens Alex. Στρωμ. lib. II, cap. 9, pag. 452. Ejusdem quoque meminit lib. VI, cap. 6, pag. 764.

(19) Bodl. et Lamb. *sigillum.* Sic et Felli edit. Oxon.

(20) Forte sic legendum : *Sed hi vivi descenderunt, et iterum vivi ascederunt.* Hanc lectionem suadet Clemens Alex. ut mox infra. Felli autem editio Oxon. ita se habet : *Sed hi vivi descenderunt : at illi,* etc.

(21) Lamb. *in* pro *cum.* Sic et Clemens Alex.

(22) Scribendum ex superioribus, μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ἀνέβησαν.

(23) Lamb. *exsolutionem,* ut sæpe alibi. Sic et edit. Oxon.

CAPUT XVII.

Et dixi : Nunc iterum, domine, et de montibus illis mihi demonstra, quare varii, et alia atque alia sunt figura. Audi, inquit : Hi duodecim montes quos vides, duodecim sunt gentes quæ totum obtinent orbem (24). Prædicatus est ergo in eis Filius Dei, per eos quos ipse ad illos misit. Quare autem,inquam, varii sunt,et alia atque alia figura ? Audi: Hæ duodecim gentes quæ totum obtinent orbem,duodecim nationes sunt : et sicut eos montes vidisti varios ; ita et hæ gentes. Sensus quoque et actus uniuscujusque montis te docebo. Prius, inquam, domine, hoc mihi demonstrat : cum sint tam varii (25) hi montes, quonam pacto instructuram hujus turris convenerint, unoque redigantur colore, et non minus splendidi sint, quam qui ascenderunt ex profundo ? Quoniam, inquit, universæ nationes quæ sub cœlo sunt, audierunt et crediderunt, et uno nomine Filii Dei, vocati sunt (26). Accepto igitur ejus sigillo, eamdem omnes prudentiam eumdemque sensum acceperunt; et una fides atque charitas eorum fuit, et spiritus virginum harum cum ejus nomine ferebant. Ideoque structura turris hujus concolor videbatur, et fulgebat usque ad solis claritatem. At vero postquam ita senserunt (27) ; unum corpus eorum cœpit esse omnium. Quidam tamen ex eis maculaverunt se, et projecti sunt de genere justorum, et iterum redierunt ad statum pristinum, atque etiam deteriores quam prius (28) evaserunt.

CAPUT XVIII.

Quo modo, inquam, domine (29), deteriores qui cognoverunt Dominum ? Et dixit : Is quidem qui non novit Dominum, si nequiter vivit, manet in eo (30) nequitiæ suæ pœna. At qui novit Dominum, omnino abstinere se debet ab omni nequitia, et magis magisque servire bonitati [87].Nonne ergo ille qui bonitatem sequi debebat, si nequitiæ præferat partes, plus peccare videtur, quam is qui deliquit ignorans Dei virtutem ? Ideoque,hi quidem morti destinati sunt : at vero hi qui cognoverunt Dominum,atque ejus mirabilia opera viderunt, si nequiter vivunt, duplo (31) amplius punientur, et ipsi morientur in ævum. Sicut ergo vidisti, postquam ejecti sunt lapides de turri qui reprobati erant, traditi sunt spiritibus perniciosis atque sævis ; et ita purificatam turrim vidisti (32), ut crederetur ex uno lapide esse tota : ita et Ecclesia Dei cum purificata fuerit, ejectis ex ea malis atque fictis,scelestis et dubiis, et quicunque nequiter in ea se gesserunt, ac variis nequitiæ peccatorum generibus erit unum corpus ejus, unus intellectus (33),unus sensus, una fides, eademque charitas : et tunc Filius Dei lætabitur (34) inter illos, et recipiet voluntate pura populum suum (35). Et dixi : Domine, magnifice et honorifice (36) se habent cuncta. Nunc mihi demonstra effectum et vim uniuscujusque montis ; ut omnis anima in Domino fidens, auditis his, honoret magnum ac mirabile et sanctum (37) nomen ejus. Audi, inquit, varietatem (38) horum montium, id est duodecim gentium.

CAPUT XIX.

De primo monte nigro : qui crediderunt, transfugæ sunt, ac nefanda in Dominum loquentes et proditores (39) servorum Dei. Illis proposita mors est, pœnitentia non est,ideoque nigri sunt ; quia genus eorum scelestum est. De secundo vero monte glabroso (40) : ficti sunt qui crediderunt, et doctores sunt nequitiæ ; et hi proximi sunt superioribus, non habentes inter se fructum æquitatis. Sicut enim mons eorum sterilis est (41), ac sine fructu ; ita et hujusmodi homines habent quidem nomen, fide vero inanes sunt, neque est in eis ullus fructus veritatis. His tamen data est pœnitentia, si cito eam sequuntur : sin autem tardant, erunt et ipsi mortis priorum consortes. Quare, inquam, domine, iis quidem aditus est ad pœnitentiam, prioribus vero non est ? pene enim eorum eadem sunt admissa. Ideo, inquit, est his per pœnitentiam (42) regressus ad vitam,quia(43) nihil in Dominum suum locuti sunt nefandum neque proditores servorum Dei fuerunt: sed per quamdam habenti (44) cupiditatem fefellerunt homines,

[87] II. Tim. II, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

24) Auctor *Operis imperf. in Matth.* XIX, 28 : *Quoniam*, inquit, *Judæorum populus in duodecim tribus fuit divisus ; sic et universus populus Christianus divisus est in duodecim tribus, secundum quasdam proprietates animorum*, etc. FELL.

(25) Lamb. *tanquam aqua varii.*

(26) Ms. Vict. *et in nomine Filii Dei, a quo vocati sunt.* Felli edit. Oxon. omissa conjunctione. *in uno nomine.*

(27) Lamb. *intra se*, Bodl. *inter se consenserunt.*

(28) Lamb. *quam potius.* Bodl. desunt *quam prius.*

(29) Lamb. deest, *Domine.*

(30) Lamb. *cum eo.*

(31) Lamb. *duplicius.*

(32) Lamb. deest, *vidisti.* Huc respicit Origines *Philocal.* cap. 8.

(33) Lamb. *et erit corpus ejus unus intellectus.*

(34) Lamb. *laudabitur.*

(35) Bodl. *voluntatem puram, recepto populo suo.* Sic et Lamb. omissa tamen voce, *recepto.*

(36) Lamb. *honeste.*

(37) Lamb. desunt, *et sanctum.*

(38) Ita mss. Lamb., Carm.et Victor.Sic et Felli edit. Oxon. Al. *veritatem.*

(39) Lamb. *traditores.*

(40) Mss. Lamb. et Vict. *scabroso.*

(41) Lamb. desunt *mons* et *est.* Fellus quoque omittit *est* in edit. Oxon.

(42) Lamb. *pœnitentiæ.*

(43) Sic mss. Carm. et Vict. Sic et edit. Oxon. Al. *qui.*

(44) Mss. Angl. *accipiendi.*

ducentes eos secundum cupiditates(45)peccantium;ideo dabunt quamdam ejus rei pœnam;sed tamen(46) iis proposita est pœnitentia, quia (47) nihil in Dominum suum dixerunt nefandum.

CAPUT XX.

De tertio vero monte qui spinas et tribulos habebat : tales sunt qui crediderunt, divites quidam, quidam autem plurimis obstricti negotiis (48) : tribuli enim divitiæ sunt [88] ; spinæ vero, qui multis obligati sunt negotiis. Hi ergo (49) qui plurimis obligati sunt negotiis variisque rebus,non adjungunt se servis Dei, sed aberrant, ab his negotiis revocati (50) a quibus suffocantur. Etiam et hi qui divites sunt, ipsi difficiles se ad conversationem (51) servorum Dei præbent, metuentes ne quid poscatur ab illis : hi ergo difficile in regnum Dei intrabunt [89]. Sicut enim excalceatis pedibus,difficile in tribulis ambulatur : sic et hujusmodi homines difficile est in regnum Dei intrare. Sed et eis omnibus datur ad pœnitentiam regressus, si tamen cito redierint ad illam ; ut quia prioribus diebus cessaverunt ab opere, repetito tempore aliquid boni facere possint. Acta igitur pœnitentia, si fecerint opera bonitatis, vivent : sin autem in admissis suis permanserint, tradentur mulieribus illis quæ eis auferent vitam.

CAPUT XXI.

De quarto vero monte habente plurimam herbam (52), cujus superior pars viridis erat, ipsæ vero radices aridæ ; quædam etiam a solis ardore (53) tactæ arescebant : hujusmodi sunt quidam dubii qui crediderunt, et quidam alii in labiis Dominum, non in corde ferentes. Ideoque aridæ sunt, et nullum fundamentum (54) habentes herbæ eorum : verbis enim tantummodo vivunt, opera vero eorum mortua sunt. Hi ergo nec mortui sunt nec vivi, et dubii similiter sunt. Ipsi enim dubii, nec virides sunt neque aridi ; id est nec vivi nec mortui. Sicut enim herbæ eorum,sole viso, aruerunt : ita et dubii,simul ut audierunt persecutionem, incommoda (55) metuentes, redierunt ad simulacra, et rursus servierunt eis, et erubuerunt Domini sui ferre nomen. Hujusmodi ergo homines, nec vivi nec mortui sunt ; sed et hi possunt vivere, si cito egerint pœnitentiam ; sin minus jam traditi sunt mulieribus illis quæ auferent vitam eorum.

CAPUT XXII.

De quinto vero monte aspero et virides herbas habente : hujusmodi sunt qui crediderunt fideles quidem, sed difficile credentes, et audaces ac sibi placentes ; volentes videri (56) cuncta scire nihilque omnino scientes. Propter hanc igitur audaciam, sensus discessit ab illis, et intravit in eos temeraria arrogantia (57). Sublimes autem se gerunt, et veluti prudentes ; et cum sint stulti, cupiunt doctores videri. Propter hanc stultitiam, dum se magnificant, multi eorum exinaniti sunt. Magnum enim dæmonium est audacia et confidentia inanis.Ex his igitur multi abjecti sunt.Alii autem agnito (58) errore suo, pœnitentiam egerunt, et subdiderunt se habentibus sensum. Sed et cæteris horum similibus proposita est pœnitentia ; neque enim mali fuerunt,sed insipientes potius et stulti.Hi ergo,si egerint pœnitentiam, vivent Deo : sin minus, habitabunt cum mulieribus illis, quæ nequitias suas exercebunt in eis (59).

CAPUT XXIII.

De sexto vero monte habente scissuras majores et minores : hujusmodi sunt qui crediderunt. Et hi in quibus scissuræ minores erant,hi sunt qui inter se habent lites,et propter querelas suas in fide languent ; sed multi ex iis egerunt pœnitentiam : idemque cæteri facient (60), auditis mandatis meis ; exiguæ enim sunt lites eorum, ac facile ad pœnitentiam recurrent (61). At hi qui majores habent, sicut lapides pertinaces erunt, simultatum (62) et offensarum sunt memores, iracundiam inter se exercentes. Hi ergo abjecti sunt a turri, et a structura ejus reprobati : hujusmodi ergo homines difficile vivent. Deus et Dominus noster qui dominatur omnium rerum, et creaturæ suæ universæ habet (63) potestatem, offensas meminisse non vult ; sed ab his qui peccata sua confitentur, facile placatur. Homo vero cum sit languidus, mortalis, infirmus et repletus peccatis, homini perseveranter irascitur [90], tanquam conservare cum possit aut perdere [91]. Ego autem vos moneo,nuntius et præpositus pœnitentiæ,ut quicunque propo-

[88] Matth. XIII, 22. [89] Matth. XIX, 23, 24 ; Marc. X, 23 ; Luc. XVIII, 24. [90] Eccli. XXVIII, 3. [91] Jac. IV, 12.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(45) Mss. Angl. *desideria*. Sic et edit. Oxon.
(46) Lamb. *tormenti*.
(47) Sic. mss. Vict. et Carm.pro *quia*.Sic et edit. Oxon. Al. *qui*.
(48) Lamb. *qui plurimis obstricti sunt negotiis*.
(49) Mss. Angl. *Ii vero*. Sic et Felli edit. Oxon.
(50) Mss. Angl. *vocati*.
(51) Al. *conversionem*.
(52) Al. *plurimas herbas, quarum*.
(53) Mss. Angl. *calore*.
(54) Lamb. *nulla fundamenta*. Sic et Felli edit. Oxon.
(55) Lamb. *simul audientes persecutionem et incommoda*.
(56) Lamb. deest, *videri*.
(57) Mss. Angl. *fatua præsumptio*. Felli edit. Oxon. *temeraria præsumptio*.
(58) Mss. Angl. *cognito*.
(59) Mss. Angl. *exercent*.
(60) Lamb. *ideoque cætera faciunt*.
(61) Lamb. *recurrunt*.
(62) Lamb. deest, *simultatum*. Al. *in simultatibus, et*.
(63) Lamb. *habens*.

situm tale (64) habetis, deponatis illud, et ad pœnitentiam recurratis : et Dominus medebitur prioribus delictis vestris (65), si ab hoc dæmonio vos purificaveritis : sin minus, ad mortem trademini illi.

## CAPUT XXIV.

De monte vero septimo in quo virides et hilares erant herbæ, et totus mons fertilis erat, omneque genus pecudum carpebant pabulum ex herbis montis ejusdem ; et quanto magis herbæ illæ carpebantur, tanto lætiores revirebant (66) : hujusmodi sunt qui crediderunt, simplices et boni semper et nullas habentes inter se dissensiones ; sed lætantes semper de servis Dei, induti spiritum virginum harum : et semper in omnes homines (67) ad faciendam misericordiam prompti, et de laboribus suis cunctis hominibus facile tribuentes sine improperio et deliberatione. Visa igitur Dominus simplicitate et omni infantia eorum, auxit eos in laboribus manuum suarum, et dedit eis in omni opere (68) gratiam. Ego autem hortor vos, præpositus pœnitentiæ nuntius, in eodem proposito permanere, quicunque estis hujusmodi, ne eradicetur semen vestrum in ævum. Dominus enim vos probavit, et conscripsit in nostrum numerum ; et omne semen (69) vestrum cum Filio Dei ditavit (70) ; de Spiritu enim (71) ejus estis omnes.

## CAPUT XXV.

De octavo vero monte, in quo plurimi erant fontes, in quibus (72) adaquabatur omne genus creaturæ, Dei : tales sunt qui crediderunt apostolis, quos misit Dominus in totum orbem prædicare ; et quidam doctores, qui (73) caste et sincere prædicaverunt ac docuerunt, nec quidquam omnino subscripserunt malæ cupiditati : sed assidue in æquitate et (74) veritate ambulaverunt. Hi ergo inter angelos conversationem habent.

## CAPUT XXVI.

De nono autem monte deserto, ac serpentes habente (75) : hujusmodi sunt qui crediderunt ; sed et (76) maculas habebant. Hi sunt ministri male ministerium agentes, diripientes viduarum bona et pupillorum ; sibi, non aliis, ex his quæ acceperunt, ministrantes. Hi, si (77) permanserint in eadem cupiditate, morti se tradiderunt, nec ulla erit in eis spes vitæ, quod si conversi fuerint, et caste consummaverint ministerium suum, poterunt vivere. Qui vero scabrosi reperti sunt, ii sunt qui nomen Domini abnegaverunt, nec (78) ad Dominum rursus redierunt, sed agrestes evaserunt atque deserti, non applicantes se ad Dei ; servos ; sed separati ab eis, pro parva sollicitudine vitam suam amiserunt. Sicut enim vitis aliqua derelicta in sepe, cui nulla cultura contingit, disperit ac suffocatur ab herbis, et agrestis tempore efficitur (desinit enim utilis esse domino suo) : sic et hujusmodi homines de seipsis desperantes (79), exacerbati, Domino suo inutiles esse cœperunt. His ergo demum datur (80) pœnitentia, si non ex præcordiis inventi fuerint denegasse : quod si quis ex præcordiis inventus fuerit denegasse, an (81) vitam assequi possit, ignoro. Ideoque dico, ut in his diebus, si quis negavit, ad (82) pœnitentiam revertatur ; nam fieri non potest ut nunc Dominum suum quis abnegans (83) postea assequi possit salutem ; sed illis reputatur proposita pœnitentia, qui olim abnegaverunt. Accelerare enim qui acturus est pœnitentiam debet, antequam peragatur ædificatio turris hujus ; sin minus, a mulieribus illis trahetur ( 84) ad mortem. Qui vero (85) curti, dolosi sunt, et alius in alium comminiscentes ; hi sunt serpentes in eo monte misti. Sicut enim mortiferum est hominibus serpentum venenum, ita et verba talium inficiunt (86) homines atque perdunt. Curti sunt igitur (87) a fide sua, propter hoc genus vitæ suæ in quo morantur (88). Aliqui vero eorum, accepta pœnitentia, assecuti sunt salutem ; sed et cæteri hujusmodi homines æque assequentur, si egerint pœnitentiam : sin minus, morientur cum mulieribus (89) illis, quarum vim possident ac potestatem.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(64) Lamb. *hujusmodi.*
(65) Mss. Angl. *remediabit priora delicta vestra.* Fellus autem in sua edit. Oxon. *remedia providebit.*
(66) Mss. Angl. *recrescebant.*
(67) Lamb. *omnibus homnibus.*
(68) Lamb. *tempore.*
(69) Lamb. *genus.*
(70) Lamb. deest. *ditavit.* Bodl. *habitabit* : quam lectionem secutus est Fellus in edit. Oxon. At ms. Vict. *deputavit.*
(71) Lamb. deest *enim.*
(72) Lamb. *ex quibus.*
(73) Mss. Angl. deest *qui.*
(74) Lamb. desunt *dignitate et.*
(75) Bodl. *serpentibus habitato.*
(76) Mss. Angl. *qui et.*
(77) Lamb. *sibi alios ex ministerio quod acceperunt, ministrare cogentes : si.*
(78) Lamb. desunt, *ii... nec.*
(79) Bodl. *despondentes.*
(80) Ita mss. Angl. et Vict. Ita et Felli edit. Oxon. Al *demandatur.*
(81) Sic mss. Angl., Vict. et Carm. Sic quoque Felli edit. Oxon. Al. *inventi fuerint negasse : an,* intermediis omissis : quæ sane contextus requirit, videnturque ob nonnullas repetitas voces excidisse.
(82) Lamb. *insatiatus aliquis ad pœnit.* Fellus, *si quis denegavit.*
(83) Lamb. *Ecclesia abnegans.* Fellus, *si quis abnegans.*
(84) Lamb. *tradetur.*
(85) Lamb. *hi vero.*
(86) Lamb. *decipiunt.*
(87) Lamb. *enim.*
(88) Lamb. *in quo moriantur.* Bodl. *in quo morati sunt.*
(89) Lamb. *a mulieribus.*

## CAPUT XXVII.

De decimo vero monte, in quo arbores erant tegentes pecora : tales sunt qui crediderunt quidam episcopi, id est præsides Ecclesiarum (90). Alii vero, hi lapides qui non ficto, sed alacri (91) animo semper in domos suas servos Dei receperunt ; et deinde qui præsides sunt ministeriorum,qui et inopes et viduas protexerunt (92), et castam perpetuo conversationem habuerunt. Ergo hi homines a Domino proteguntur. Hæc quicunque egerint (93); honorati sunt apud Dominum : et inter nuntios locus eorum est, si perseveraverint usque in consummationem parere Domino.

## CAPUT XXVIII.

De undecimo monte, in quo erant arbores aliis atque aliis fructibus oneratæ (94) : hi sunt qui crediderunt et propter nomen Domini mortem obierunt, et animo prompto passi sunt, et ex toto corde suo animas suas tradiderunt Et dixi : Quare ergo, domine, omnes hæ arbores habent quidem fructus, sed eorum quidam pulchriores? Audi, inquit : Quicunque propter nomen Domini passi sunt, honorati apud Dominum habentur :et omnium eorum deleta (95) sunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus earum dispares sint, et excellant quidam inter illos, audi (96) : Quicunque enim perducti ad potestates, interrogati non negaverunt Dominum (97), sed prompto animo passi sunt : honoratiores sunt apud Deum : qui excellunt igitur fructus, eorum sunt. Qui vero timidi et dubii fuerunt, et deliberaverunt in corde suo, utrumne faterentur an negarent, et (98) passi sunt ; horum fructus exiguiores sunt, quoniam hæc cogitatio ascendit in corda eorum : mala enim ac nequam est hujusmodi cogitatio, perinde (99) ac si quis servus neget dominum. Cavete igitur, vos qui hujusmodi cogitationes habetis ne permaneat hæc mens in vobis (100), et Deo moriamini. Vos igitur quicunque propter hoc nomen mortem obitis, Dominum honorare (1) debetis ; quod dignos vos habet Dominus, ut nomen ejus feratis et omnia peccata vestra redimantur (2). Nonne ergo vos potius felices existimatis? Putate (3) potius, si quis ex vobis patitur,magnum opus perficere. Vitam enim vobis donat Dominus, nec intelligitis. Delicta enim vestra vos gravabant ; et nisi passi essetis hujus nominis causat propter peccata certe (4) vestra mortu eratis Deo. Hæc igitur vobis dico, quicunque deliberatis de confessione aut de abnegatione. Confiteamini igitur vos habere Dominum Deum, ne forte (5) negantes, tradamini in vincula. Si omnes enim gente servos suos puniunt, quicunque dominum suum negaverunt ; quid putatis vos Dominum vobis facturum qui universorum habet potestatem. Removete igitur de præcordiis vestris has disputationes (6), ut in perpetuum vivatis Deo.

## CAPUT XXIX.

De duodecimo vero monte candido (7) : tales sunt qui crediderunt sicut infantes sinceri, quibus nulla malitia ascendit in sensum, nec sciverunt quid sit malitia, sed semper in sinceritate manserunt. Hujusmodi ergo homines (8) sine ulla dubitatione inhabitabunt regnum Dei (9) : quoniam in nullo negotio mandata Dei maculaverunt (10), sed cum sinceritate permanserunt omnes dies vitæ suæ, eodem sensus tenore.Quicunque ergo permanserint(11),inquit,sicut infantes, non habentes malitiam, honoratiores erunt omnibus illis quos jam dixi. Omnes enim infantes honorati sunt apud Dominum, et primi habentur. Felices ergo vos, quicunque removeritis malitiam a vobis, et indueritis innocentiam ; quia primi (12) videbitis Deum. Postquam finivit omnium montium explanationem (13), dico ei : Domine, nunc expone mihi de lapidibus his qui allati ex campo in locum reprobatorum (14), ad structuram turris missi sunt (15) ; item de lapidibus illis rotundis,qui in structuram turris adjecti sunt,et de his qui adhuc rotundi remanserunt.

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(90) Bodl. *episcopis, id est præsulibus Ecclesiæ.* Lamb. quoque habet, *Ecclesiæ* : cætera, ut in vulgatis.

(91) Mss. Angl. *libenti.*

(92) Mss. Angl. *ministerio, inopes et viduas porexerunt.*

(93) Lamb. *gesserint.* Fellus : *egerint, honorantur.*

(94) Mss. Angl. *plenæ.*

(95) Mss. Angl. *abolita.*

(96) Lamb. *sunt et excellunt... nunc audi.* Sic et Felli edit. Oxon.

(97) Lamb. deest. *Dominum.*

(98) Bodl. add. *tamen.*

(99) Lamb. deest, *perinde.* Sic et edit. Oxon. Al. mss. *ut quis.*

(100) Lamb. desunt, *in vobis ;* et post *moriamini*, add. *vos.*

(1) Lamb. *orare ;* et mox, *habeat*

(2) Ms. Vict. *remedientur.* At Carm. *redimentur.* Habent quoque *remedientur* mss. Angl. apud Fellum ; quam lectionem Clericus aliique omiserunt.

(3) Lamb. *æstimatis. Sed portate.*

(4) Lamb. deest, *certe.* Fellus : *vestra certe.*

(5) Lamb. *Dominum ; ne quando.*

(6) Sic et Bodl. At Felli edit. Oxon. *dubitationes.*

(7) Mss. Angl. *candilato.* Leg. infra cap. 31.

(8) Lamb. *hi homines.*

(9) Mss. Angl. *habitabunt in regno Dei.*

(10) Bodl. *Dominum maculaverunt.*

(11) Mss. Angl. *permanseritis.* Et mox, *honoratiores eritis.* Quibus statim add. Lamb. *sicut jam dixi.*

(12) Lamb. *quicunque habetis innocentiam : primi.*

(13) Lamb. *solutionem.* Sic et Fellus.

(14) Felli edit. Oxon *allati ex campo, et reprobatorum loco.*

(15) Mss. Angl. *ierunt.*

## CAPUT XXX.

Audi nunc, inquit, de lapidibus. Qui allati (16) de campo in structuram turris positi sunt eorum loco qui (17) reprobati erant, radices sunt illius candidi montis. Cum igitur hi qui de illo monte crediderunt, facti sunt innocentes ; jussit Dominus ejus turris, eos qui de radicibus montis essent, in structuram collocari. Intellexit (18) enim, si ad ædificationem iissent (19), splendidos illos permansuros, nec ullum de his, amplius denigrandum (20). Quod si ita (21) de cæteris montibus adjecisset, non necesse habuisset rursus visitare eam turrim atque purgare. Hi autem omnes candidi, juvenes (22) sunt qui crediderunt, et qui credituri sunt ; ex eodem enim genere sunt. Felix hoc genus, quia innocuum est. Audi nunc et de illis rotundis lapidibus et splendidis. Hi omnes de hoc candido monte sunt. Quare (23) autem rotundi sunt reperti, causa est quia divitiæ suæ illos pusillum a veritate obscuraverunt atque obfuscaverunt ; sed a Deo nunquam recesserunt, nec ullum verbum malum processit de ore eorum ; sed omnis æquitas, virtus et veritas (24). Horum ergo mentem cum vidisset Dominus, et posse eos veritati favere ; jussit bonos quoque permanere, et opes eorum circumcidi ; non enim voluit in totum illas tolli (25), ut possent boni aliquid facere (26) de eo quod eis relictum est ; et vivent (27) Deo, quoniam et ipsi de genere bono sunt. Ideo ergo pusillum circumcisi sunt, et positi in structuram turris hujus.

## CAPUT XXXI.

Cæteri vero qui adhuc rotundi permanserunt, neque apti reperti (28) sunt in eam structuram, quia nondum acceperunt sigillum, repositi sunt in loco suo ; valde enim rotundi reperti sunt. Oportet autem circumcidi hoc sæculum ab illis, et vanitates opum suarum ; et tunc convenient in regno Dei. Necesse est enim eos intrare in regnum Dei ; hoc enim genus innocuum benedixit Dominus. Ex hoc ergo genere non intercidet quisquam ; etenim licet quis eorum tentatus a nequissimo diabolo, aliquid deliquerit, cito recurret ad Dominum Deum suum. Felices vos (29) judico ego nuntius pœnitentiæ, quicunque innocentes estis sicut infantes, quoniam pars vestra bona est et honorata apud Dominum. Dico autem omnibus vobis, quicunque sigillum hoc accepistis : simplicitatem habete, neque offensarum memores estote, neque in malitia permanete ( 30 ) ; neque in memoria offensarum amaritudines in uniuscujusque spiritu fiant ( 31 ) ; sed his malis scissuris (32) remedia Procurate, atque tollite illas a vobis : ut dominus pecorum gaudeat de vobis (33) ; gaudebit autem, si omnia invenerit sana. Si autem pecus aliquod ex talibus invenerit dissipatum ; væ erit pastoribus. Quod si ipsi pastores dissipati fuerint, quid respondebunt etiam ei (34) pro pecoribus ? Nunquid dicent, a pecore se vexatos ? (35) Non credetur illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse a pecore ; et magis punitur (36) propter mendacium suum. Et ego sum pastor ; et validissime oportet me de vobis rationem reddere.

ANTIOCHUS *homilia*, 94.

Καλόν ἐστι κρατεῖν τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀκακίαν, καὶ εἶναι ὡς τὰ νήπια τὰ μὴ γινώσκοντα τὴν πονηρίαν, τὴν ἀπολλύουσαν τὴν ζωὴν τῶν ἀνθρώπων· καὶ μὴ εἶναι μνησικάκους, μήτε παρανόμους (37) τῇ κακίᾳ· ἀλλ' ἀποθέσθαι τὰς κακίας καὶ τὰς πονηρίας, καὶ τὰς πικρίας τὰς παρανόμους, καὶ γενέσθαι ἓν πνεῦμα, καὶ τὰ σχήματα (38) τὰ πονηρὰ ἀνατρέψαι.

*Bonum est habere simplicitatem et innocentiam, et esse sicut infantes, qui nesciunt malitiam, quæ vitam hominum perdit ; neque esse offensarum memores, neque in malitia permanere ; sed removere malitias et malignitates, et amaritudines permanentes ; et fieri unum spiritum ; et malas scissuras tollere ac evertere.*

ANTIOCHUS, *homilia* 122.

Ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κύριος τῶν προβάτων, χαρῇ

*Ut cum venerit dominus pecorum, gaudeat de*

## VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(16) Mss. Angl. *ejecti*. Editio Felli Oxon. hunc locum ita exhibet : *De his lapidibus qui allati de campo in structuram turris positi sunt eorum loco qui reprobati erant*, etc.

(17) Lamb. *de his qui*.

(18) Lamb. *intellexi*.

(19) Fellus ita in sua edit. Oxon. *si in illa ædificatione missi essent ;* testaturque mss. Angl. deesse, *missi*.

(20) Lamb. *de his nigricaturum*.

(21) Lamb. omisso *ita*, post *adjecisset* add. *tantum*.

(22) Sic Lamb. Sic et edit. Oxon. Al. *candidi sunt* omisso *juvenes*.

(23) Lamb. *audi autem quare*. Et mox omittit, *causa est quia*.

(24) Mss. Angl. *et virtus veritatis*.

(25) Lamb. *non enim in totum eorum tolli*.

(26) Fellus in edit. Oxon *operari*. Al. *facere*.

(27) Ita mss. Lamb., Victor. et Carm. Editi, *vivere*.

(28) Lamb. deest. *reperiri*.

(29) Sic mss. Vict., Carm. et Lamb. Sic et Felli edit. Oxon. Al. *vero*, pro *vos* Leg. supra, cap. 29.

(30) Mss. Angl. *habere, neque offensarum memores esse, neque in malitia vestra permanere*.

(31) Mss. Angl. *fieri, et has malas scissuras permedicare, et tollere a vobis*.

(32) *Scissuris*, Gr. σχήματα. In uno cod. Regis membranaceo, σχίσματα. Cot.

(33) Ms. Carm. *de his*.

(34) Lamb. desunt, *etiam ei*.

(35) Hunc locum laudat auctor homiliæ *De aleatoribus*, ad calcem opp. Cypriani.

(36) Mss. Carm. et Lamb. *punietur*.

(37) Leg. παραμόνους. Sic et mox infra.

(38) Leg. σχίσματα.

*eo, et de pecoribus lætetur. Gaudebit autem, si omnia invenerit sana, et non quædam ex illis dissipata. Si autem aliqua ex talibus invenerit dissipata, væ erit pastoribus. Quod si pastores ipsi dissipati inventi fuerint, quid discent domino gregis? an a pecore se vexatos? Non credetur illis. Incredibilis enim res est, pastorem pati posse aliquid a pecore. Magis vero punientur propter mendacium suum. Scientes ergo, quod valde opportet de iis reddere rationem*, etc.

A ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἐπὶ τοῖς προβάτοις εὐφρανθῇ. Χαρήσεται δὲ ἐὰν πάντα ὑγιῆ εὑρεθῇ, καὶ μὴ διαπεπτωκότα τινὰ ἐξ αὐτῶν. Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ, τινὰ ἐξ αὐτῶν διαπεπτωκότα, οὐαὶ τοῖς ποιμέσιν ἔσται. Ἐὰν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ ποιμένες εὑρεθῶσι διαπεπτωκότες, τί ἐροῦσι τῷ δεσπότῃ τοῦ ποιμνίου; ὅτι ἀπὸ τῶν προβάτων διέπεσαν; Οὐ πιστευθήσονται. Ἄπιστον γὰρ πρᾶγμά ἐστι, ποιμένα ὑπὲρ προβάτων παθεῖν τι. Μᾶλλον δὲ κολασθήσονται διὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. Εἰδότες οὖν ὅτι λίαν δι' αὐτοὺς ἀποδοῦναι λόγον δεῖ, κ. τ. λ.

## CAPUT XXXII.

Consulite ergo vobis (39), dum adhuc turris ædificatur. Dominus habitat in viris amantibus, pacem, etenim vera (40) pax chara est; a contentiosis (41) vero et perditis malitia, longe abest. Reddite igitur ei spiritum integrum: sicut accepistis. Si enim dederis fulloni vestimentum integrum, idque integrum vis denuo recipere; fullo autem scissum tibi illud reddat; recipies illud? Nonne statim excandesces, et eum convicio prosequeris, dicens: Vestimentum meum (42) integrum tibi dedi; quare scidisti illud, et inutile fecisti? Nunc propter scissuram quam in eo fecisti, usui (43) esse non potest. Nonne hæc omnia verba dices fulloni, et de scissura quam in vestimento tuo fecerit? Si igitur tu doles de vestimento tuo, et quereris (44) quod non illud integrum recipias; quid putas (45) dominum tibi facturum qui spiritum integrum tibi dedit, et tu eum totum inutilem reddidisti (46), ita ut nullo usui (47) esse possit domino suo? Inutilis enim cœpit esse usus ejus, cum sit corruptus a te. Nonne igitur Dominus de spiritu suo propter hoc factum tuum idem faciet? Plane, inquam: omnibus iis, quoscunque invenerit in memoria offensarum permanere, idem faciet (48). Clementiam, inquit, ejus nolite calcare; sed potius honorificate (49) eum quod tam patiens est ad delicta vestra, et non est sicut vos. Agite pœnipentiam; utile (50) enim id est vobis.

ANTIOCHUS, *homilia* 94.

*Ut Dominus pacis habitet in omnibus, quo et spiritus integer fiat, sicut illum accepit homo. Si enim aliquis dederit fulloni vestimentum novum et integrum, atque illud velit denuo recipere; fullo autem scissum vestimentum reddat; an recipiet illud? Nonne statim excandescet, et eum convicio persequetur dicens: Vestimentum integrum tibi dedi; quare cidisti illud, et inutile fecisti? Si igitur ita dolet aliquis de vestimento, et queritur quod non illud integrum receperit; quid putamus Dominum nobis facturum, qui spiritum integrum accepimus, et illum molestia affecimus et inutilem reddidimus, non viventes cum homestate; ita ut nullo usui esse possit domino suo? nam usus, spiritus a nobis corruptus est.*

B Ὅπως ὁ Κύριος τῆς εἰρήνης κατοικήσῃ ἐν πᾶσιν, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα ὑγιὲς γένηται, ὥσπερ αὐτὸ ἔλαβεν ὁ ἄνθρωπος. Ἐὰν γάρ τις κναφεῖ δώσῃ ἱμάτιον καινὸν καὶ ὑγιὲς, καὶ τοῦτο θέλει κομίσασθαι, ὃ δὲ κναφεὺς σχίσας τὸ ἱμάτιον ἀποδώσει, ἆρα λήψεται αὐτό; οὐχὶ μαχήσεται, καὶ ὑβρίσει, λέγων αὐτῷ· Ἱμάτιόν σοι ὑγιὲς ἔδωκα, διὰ τί αὐτὸ ἔσχισας, καὶ πεποίηκας ἄχρηστον; Εἰ οὖν οὕτως περὶ ἱματίου λυπεῖταί τις, καὶ μάχεται, ὅτι οὐκ ἀπέλῃφεν ὑγιὲς τὸ ἱμάτιον, τί δοκοῦμεν παθεῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, τὸ πνεῦμα λαβόντες ὑγιὲς, καὶ τοῦτο λυπήσαντες, καὶ ἀχρειώσαντες, μὴ ἐν σεμνότητι πολιτευσάμενοι; καὶ εἰς οὐδεμίαν χρῆσιν δύναται εἶναι τῷ Κυρίῳ ἑαυτοῦ; ἡ γὰρ χρῆσις τοῦ πνεύματος ὑφ' ἡμῶν κατεφθάρη.

## CAPUT XXXIII

Hæc omnia quæ suprascripta sunt, ego pastor nuntius pœnitentiæ ostendi, et locutus sum servis Dei. Si ergo credideritis, et audieritis verba mea, et ambulaveritis in ipsis, et correxeritis itinera vestra; vivere poteritis. Sin autem permanseritis (51) in malitia et memoria offensarum, nullus ex hujusmodi peccatoribus vivet (52) Deo. Hæc omnia a me discenda, dicta sunt vobis (53). Ait mihi ille

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(39) Lamb. *Remediate ergo vos.*
(40) Lamb. *et enimvero.* Forte, *ei enim vera.* Sic. et Mss. Carm.
(41) Lamb. *litigiosis.*
(42) Lamb. deest, *meum.*
(43) Lamb. *in usum.*
(44) Ms. Carm. *fulloni? Ergo et de scissura quam in vestimento tuo fecerit, si doles tu et quereris, quod non reddidisti: quid putas.*
(45) Lamb. *doles et quereris.*
(46) Ita ex Lamb. Fellus in sua edit. Oxon. Al *redegisti.*
(47) Lamb. *in nullo usu.*
(48) Lamb. *Dominum spiritum ejus, propter factum tuum hoc a facie plane, inquam, omnes eos quoscunque invenerit in memoria offensarum permanere, afficiet.* Nullo sensu: eoque nomine hanc lectionem a Fello omissam puto.
(49) Lamb. *honorate.*
(50) Lamb. *pœnitentiam utilem.*
(51) Lamb. desunt, *Sin autem permanseritis.*
(52) Lamb. *ex hujusmodi vivit.*
(53) Lamb. *me docente vobis dicta.*

pastor : Omnia a me interrogasti ? Et dixi : Ita, domine. Quare ergo non interrogasti me, inquit, de forma lapidum in structura repositorum; ut tibi explicarem (54) formas ? Et dixi : Oblitus sum, domine. Audi nunc ergo, inquit, et de illis. Hi sunt qui nunc mandata hæc (55) audierunt, et ex totis præcordiis egerunt pœnitentiam : cumque vidisset Dominus bonam atque puram (56) pœnitentiam eorum, et posse eos in ea permanere ; jussit priora peccata eorum deleri. Hæ enim formæ peccata (57) eorum erant ; et exæquata sunt, ne apparerent.

## SIMILITUDO X.

*De pœnitentia et eleemosyna.*

### CAPUT I.

Postquam perscripseram librum hunc, venit nuntius ille qui me tradiderat illi (58) pastori, in domum in qua (59) eram, et consedit supra lectum ; et astitit in dextera ejus ille pastor. Deinde vocavit me, et hæc mihi dixit : Tradidi te, inquit, et domum tuam huic pastori, ut ab eo protegi possis. Ita, inquam, domine. Si vis ergo protegi, inquit, ab omni vexatione et ab omni sævitia ; successum autem habere in omni opere bono atque verbo, et omnem virtutem æquitatis ; in mandatis iis ingredere quæ dedit (60) tibi, et poteris dominari omni nequitiæ. Custodienti enim tibi mandata illa, subjecta erit omnis cupiditas et dulcedo hujus sæculi ; successus vero in omni bono negotio te sequetur Maturitatem hujus et modestiam suscipe in te (61); et dic omnibus, in magno honore esse eum et dignitate apud Deum, et magnæ potestatis eum præsidem esse, et potentem in officio suo. Huic soli per totum orbem pœnitentiæ potestas tributa est. Potens ne tibi videtur esse ? Sed vos maturitatem hujus et modestiam (62) quam in vos habet, despicitis.

### CAPUT II.

Dico ei : Interroga ipsum, domine, ex quo in domo mea est, anne (63) aliquid extra ordinem fecerim ; aut in aliquo eum offenderim. Et ego, inquit, scio, nihil extra ordinem fecisse te neque esse facturum et ideo hæc loquor tecum, ut perseveres ; bene enim hic de te apud me existimavit. Tu autem cæteris hæc verba dices ; ut et illi qui egerunt aut acturi sunt pœnitentiam, eadem quæ tu sentiant ; et hic apud me de iis (64) interpretetur ; et ego apud Dominum. Et ego, inquam, domine, omni homini indico magnalia Dei, spero autem eos omnes qui amant ea, et ante peccaverunt, his auditis acturos esse pœnitentiam (65), vitam recuperantes. Permane ergo inquit, in hoc ministerio, et consumma illud. Quicunque autem mandata hujus exsequuntur, habebunt vitam, et hic (66) et apud Dominum magnum honorem. Quicunque vero hujus mandata non servant, fugiunt a vita sua et adversantur illi : et qui mandata ejus non sequuntur (67), morti se tradunt (68) ; et unusquisque eorum reus erit sanguinis sui. Tibi autem dico, ut serves mandata hæc (69), et remedium peccatorum tuorum omnium (70) habebis.

### CAPUT III.

Misi autem tibi has virgines (71), ut habitent tecum ; vidi enim eas valde affabiles, tibi esse. Habebis igitur (72) tu eas adjutrices, quo magis possis hujus mandata servare ; non potest enim fieri, ut sine his virginibus hæc mandata serventur. Vides (73) autem eas libenter esse tecum ; sed et ego præcipiam eis, ut omnino a domo tua non discedant. Tu tantum communda (74) domum tuam : in munda enim domo libenter habitabunt : mundæ sunt enim, atque castæ et industriæ, et omnes habentes gratiam apud Dominum. Igitur si habueris (75) domun tuam puram, tecum permanebunt. Si autem pusillum aliquid inquinationis acciderit, protinus a domo tua recedent ; hæ enim virgines nullam omnino diligunt inquinationem. Dico ei : Spero me, domine, placiturum eis, ita ut in domo mea libenter inhabitent semper. Et sicut is cui me tradidisti, nihil de me queritur ; ita neque illæ querentur. Ait a

### VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(54) Mss. Vict, et Carm. *quod explevimus*. Lamb. *quod explicuimus, formas.*
(55) Lamb. *mea.*
(56) Lamb. add. *esse.*
(57) Lamb. *peccati.* Et mox, *exæquatæ.*
(58) Lamb. *huic.*
(59) Lamb. *domo in quam.*
(60) Mss. Vict., Carm. et Lamb. *dedi.*
(61) Lamb. *vitæ*
(62) Al. *modestiam hujus et verecundiam.*
(63) Lamb. *an.* Et mox, *aut in quo.*
(64) Lamb. *de his bene.*
(65) Lamb. *qui tam ante peccaverunt, et hæc audiunt, libenter acturi sunt pœnit.*
(66) Lamb. *id est.*
(67) Lamb. *fugant a se vitam, et adversus illum, nec mandata ejus sequuntur.*
(68) Felli edit. Oxon *tradent.* Sic forte leg. ob sequens, *erit.*
(69) Mss. Vict., Carm. et Lamb. *servias mandatis his.* Sic et Felli edit. Oxon.
(70) Lamb. desunt, *tuorum omnium.* Omittit quoque *tuorum*, sed retinet *omnium*, Fellus in sua edit. Oxon.
(71) Lamb. *turbas virginum*
(72) Lamb. deest *igitur.* Fellus autem sic : *Habebis ergo eas adjutrices.*
(73) Mss. Vict., Carm et Lamb. *Video.* Hæc lectio magis placuit Fabricio in edit. Hamb.
(74) Lamb. *emunda.*
(75) Lamb, *habuerint.*

pastorem illum : Video servum Dei velle videre (76) et custodire hæc mandata ; et virgines has munda habitatione collocaturum (77). Hæc cum dixisset, iterum pastori illi me tradidit, et vocavit virgines et dixit eis (78) : Quoniam video vos libenter in domo hujus habitare, commendo eum vobis et domun ejus ; ut a domo ejus non recedatis omnino. Illæ vero libenter hæc verba audierunt.

CAPUT IV.

Ait deinde mihi : Viriliter in ministerio hoc conversare : omni homini indica (79) magnalia Dei ; et habebis gratiam in hoc ministerio. Quicunque ergo in his mandatis ambulaverit, vivet et felix erit in (vita sua : quicunque vero neglexerit, non vivet et erit infelix in vita sua. Dic omnibus, ut non cessent quicunque recte facere possunt) bona opera exercere : utile est illis. Dico autem, omnem hominem de incommodis eripi oportere. Is enim qui eget (80), et in quotidiana vita patitur incommoda ; in magno tormento est ac necessitate (81). Quisquis igitur hujuscemodi animan eripit de necessitate ; magnum gaudium sibi acquirit. Nam is qui hujusmodi vexatur incommodo, pari tormento cruciatur, atque se torquet is (82) qui in vinculis est. Multi enim propter hujusmodi calamitates, cum eas sustinere (83) non possunt, mortem sibi consciscunt (84). Qui novit igitur calamitatem hujusmodi hominis, et non eripit eum ; magnum peccatum admittit, et fit reus sanguinis ejus. Facite igitur opera bona, quicunque accepistis a Domino ; ne dum moramini (85) facere, consummetur structura turris ; propter vos enim intermissum est opus ædificationis ejus. Nisi igitur festinaveritis facere recte, consummabitur turris, et excludemini. Postquam vero locutus est mecum, surrexit de lecto ; et apprehenso pastore et virginibus, abiit (86). Dixit autem mihi remissurum se pastorem (87) illum, et virgines illas (88) in domum meam (89).

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

(76) Fellus aliique conjiciunt legendum, *vivere*.
(77) Lamb. *collaturum*.
(78) Lamb. *ad eas*. Sic et Fellus.
(79) Lamb. *omnino indica*.
(80) Lamb. *Et his enim quia eget*.
(81) Lamb. *hac necess*.
(82) Lamb. *quia*.
(83) Lamb. *sufferre*.
(84) Lamb. *adducunt*.
(85) Bodl. *tardatis*. Lamb. *tardamini*.
(86) Mss. Angl. *abiit. dicens mihi remansurum pastorem*.
(87) Ms. Carm. *remansurum pastorem*.
(88) Lamb. deest, *illas*.
(89) Mss. Carm. post *meam*, addit *Amen*. Sic quoque Fellus in edit. Oxon.

# APPENDIX AD S. HERMAM

## SANCTARUM VIRGINUM

## PUDENTIANÆ SEU POTENTIANÆ ET PRAXEDIS

# ACTA

## AUCTORE S. PASTORE PRESBYTERO

## NOTITIA IN S. PASTOREM.

(*Acta sanctorum Bolland.*, Julii, tom. VI, die 27, p. 299.)

1. Sanctum hunc exhibet hodie nobis Martyrologium Romanum his verbis : « Item Romæ, sancti Pastoris presbyteri, cujus nomine titulus exstat in Viminali apud Sanctam Pudentianam, » Baronius in adnotationibus ad textum Martyrologii citatum hæc subdit inter alia : « Non tantum in veteri Romano Martyrologio, sed etiu antiquis manuscriptis de eo agitur hac die. » At quodam hic appellat vetus Romanum Martyrologium ? An Belinianum anni 1498 ? Hoc certum, non agi hoc loco de Romano parvo seu veteri, quod Rosweydus edidit : istud enim nec visum a Baronio fuit, neque de S. Pastore meminit uspiam. Imo nec admodum vetus esse Romanum illud, quod in observatione Baroniana citatur, inde licet conjicere, quod annuntiatio S. Pastoris hodierna, ibi, ut asseritur, expressa, veterum mar-

tyrologorum nulli innotuerit. Altum certe ad hunc diem in exemplaribus Hieronymianis, etiam sæpius auctis, de Pastore silentium ; tacent ad eumdem Beda, Florus, Wandelbertus, Rabanus, Ado, Usuardus, Notkerus : ut adeo non videatur hac die ante sæculum x S. Pastoris nomen ecclesiasticis cœpisse Fastis ascribi : si tamen etiam tum cœperit : neque enim satis perspecta nobis est ætas sive codicis Vaticani, quem in auctariis Bedæ ac Flori citavimus hodie ante tomum secundum Martii, sive appendicum Usuardi a nobis editi, in quibus hoc die S. Pastoris presbyteri et confessoris memoria celebratur : Florarium vero sanctorum ms., quod eum hodie sic annuntiat, « Romæ, Pastoris presbyteri et confessoris, » medio circiter sæculo xv exaratum est.

2. Sed neque antiqua illa manuscripta novimus, in quibus de S. Pastore agi hac die dicitur ; nisi vel auctaria jam laudata intelligantur ; vel unum illud manuscriptum, de quo in iisdem adnotationibus Baronius asserit : « Habemus in nostra bibliotheca res gestas sancti Pastoris, seu potius panegyrim, in die natali ejus alicubi in ecclesia legi solitam. Est ejus exordium : *Sanctorum vestigia*, etc. Hoc enim nobis Romæ e bibliotheca Vallicellensi describi rogavimus, quod a tanto viro laudatum esset : sed adeo misere descriptum accepimus, ut mutando nonnunquam aliqua aut addendo compleri per conjecturam sententiæ debeant. Tum vero stylus, fallor, si longam sapit antiquitatem. Ipsa vero hujus panegyricæ orationis materia historiam sancti modice ac raro attingit ; neque vel sic tamen satis feliciter. Dispescitur ad usum ecclesiasticum in lectiones novem ; quarum duæ priores prologum continent ; omni, ut dici solet, et nulli convenientem : tertia hortatur ad imitanda B. Pastoris exempla, docetque, hunc fuisse nobili Romæ prosapia oriundum ; deinde apostoli Pauli discipulum una cum Timotheo ; tum ab eodem Apostolo consecratum presbyterum ; multa passum sub Antonino imp., eruditum animarum pastorem sedulum : quod postremum amplificatur enumeratione virtutum ad veri pastoris officium pertinentium, quæ simul omnes Pastori nostro tribuuntur, ne unius quidem facti singularis aut historici facta mentione, usque ad lectionem nonam : de quibus proinde hæc monuisse sufficiat, cum ad Acta illustranda nihil conferant. Nona autem lectio sic habet :

3. « Igitur decet tanti confessoris ac sacerdotis Altissimi præclarum festum cum summa reverentia celebrare, fratres charissimi ; per quem Deus multa fecit miracula, ut pro nobis exsistat intercessor pius : quem pia devotio Paulo apostolo adeo charum et unicum conjunxit, quod in vico, qui dicitur Latericius, ecclesiam sui nominis consecravit. Hic vir beatissimus multa corpora sanctorum clanculo rapuit et sepelivit, fretus consilio et adjutorio SS. virginum Pudentianæ pariter et Praxedis : quarum corpora virginum honorificæ tradidit sepulturæ, et earum Vitam decenter conscripsit. Totum ergo tempus dum in hoc sæculo vixit beatus Pastor, Deo se dicavit, et incessanter in illius obsequio perseverans, cunctis Romæ Christianis speculum se præbuit, illud adimplens quod Dominus ait : *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* (*Matth.* v, 16). Igitur egregius Christi Pastor migravit ad gaudia polorum septimo Kalendas Augusti, sanctorum omnium remuneratione illum ita vocante : *Euge, serve bone et fidelis ; quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam : intra in gaudium Domini tui* (*Matth.* xxv, 21). Cujus corpus conditum est in supradicto titulo cum aromatibus : ubi usque in hodiernum diem Deus impertitur multa pro suis meritis ac precibus beneficia ; regnante Domino nostro Jesu Christo, cui laus, et honor, et virtus, et potestas cum patre sanctoque Flamine per infinita sæcula sæculorum. Amen. »

4. Quod hic dicitur S. Paulus apostolus titulum Pastoris consecrasse, id, ipsomet Pastore teste, falsum est : hoc enim S. Pio papæ, non Paulo apostolo, ascribitur in Actis SS. Pudentianæ et Praxedis. Conditum vero fuisse S. Pastorem in ecclesia tituli sui, ex hac forsitan historia, affirmat etiam Aringhus in *Roma subterranea* tom. II, lib. iv, cap. 43, num. 1, uti et Piazza in *Sanctuario Romano* ad hunc diem xxvi Julii. Videtur ergo aliud esse sancti cujusdam Pastoris, et quidem martyris, corpus, quod cum aliis recens inventum cum inscriptione nominis, Roma Bononiam ad nos translatum fuit anno 1614, die xx Aprilis. Nostri autem Pastoris nescio quid reliquiarum esse in monasterio, seu ecclesia, S. Silvestri de Capite Romæ, asserit Giacchettus in Historia Italica ecclesiæ ac monasterii ejusdem cap. 13 ad diem xxvi Julii. Porro ad publicam S. Pastoris nostri venerationem, non item ad hodiernam ejus celebritatem, asserendam facit etiam sigillum illud expressum in Commentario ad Acta SS. Pudentianæ et Praxedis cum subjectis hisce versiculis :

*Sancte, precor, Pastor, pro nobis esto rogator.*
*Hic cunctis vitæ Pastor dat dogmata sacræ.*

Ea Papebrochius noster ibidem referenda censuit ad sæculum xii. Eodem facit inscriptio vetustissima, quam exhibet Aringhus loco citato, num. 3, in qua fit mentio sacelli sancti hujus nostri Pastoris. Quid, quod et Ado illum hoc nomine beatum agnovit ? Sane de nostro agit in elogio SS. Praxedis et sororis ejus die xxi Julii, sic notans : « In titulo vero, quem pater earum Pudens nomine BEATI PASTORIS dedicavit, » etc. Natalem illius tamen sub eo nomine neque hoc loco, neque xxvi ejusdem mensis, ut jam diximus, neque alio ullo die commemorat.

5. Id vero mirum nemini videri debet ; cum eorum opinioni adhæserit Ado, qui S. Pastorem cum S. Herma illo confuderint, cujus apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit, quique auctor esse creditur libri, qui *Pastor* inscribitur,

Confusionem hanc aperte prodit in libello *De festivitatibus apostolorum*, quem Martyrologio ejus præfixum habens, pag. 36; ubi ad diem IX Maii, quem S. Hermæ natalem statuit, » Titulus, inquit, nomine ipsius, juxta quod baptisterium ex facultatibus sanctæ Praxedis est exstructum, et beato Pio, discipulo apostolorum, operante studio consecratum, venerabiliter ei statutus est. » Eadem hæc est ecclesia sive titulus, quem paulo ante Beati Pastoris nuncupabat: beatum ergo Pastorem cum S. Herma eumdem facit, eumdemque adeo diem utriusque natalem; quanquam in natali solum nomen Hermæ diserte exprimat, non Pastoris. Adonis exemplo eosdem sanctos in *Annalibus* ad annum Christi 159 confudit Baronius; non item diem utriusque natalem in Martyrologio aut notis ad illud: cum tamen alterum ex altero consequi debeat; ut idem sit dies obitus, si sanctus est idem: aut sancti diversi, si diversi natales.

6. Nimirum S. Pastoris nomen nusquam vir maximus consignatum legerat die IX Maii; sed constanter Hermæ; sicuti nec die XXVI Julii uspiam apud martyrologos occurrerat nomen Hermæ, sed Pastoris tantummodo; non ausus est ergo in moderno Martyrologio concinnando a priorum exemplarium consensu ac fide, per usum ipsum Ecclesiæ Romanæ haud dubie antiquum firmata, recedere: atque ita S. Hermæ natalem a natali S. Pastoris discrevit non in ipso Martyrologio solum, sed etiam in adnotationibus ad utrumque natalem adjectis; in quibus neque de Pastore meminit die IX Maii, neque XXVI Julii de Herma. Cur igitur eodem argumento non est usus in *Annalibus*? Maxime cum ad illud etiam aliud accederet, haudquaquam profecto levius, quod a S. Pastoris ætate desumitur, qui saltem juxta eminentissimum Annalium conditorem, annum Christi 164 vivendo prætergressus est. Quis vero sine evidenti demonstratione credat, S. Hermam, qui jam utique maturæ virætatis fuisse censendus est, cum eum Apostolus per Epistolam ad Romanos juberet salutari, solido post Pauli obitum sæculo superfuisse? Hæc certe una de causis est, ob quas Hermen, S. Pii papæ I, ut est in Catalogo Pontificum Bucheriano, fratrem ac S. Pastoris æqualem, distinguendum putavit card. Bellarminus, eumque secuti deinceps eruditi, a S. Herma Apostoli discipulo, et libelli, qui *Pastor* appellatur, auctore. Denique non videtur ipsi Hermæ nomen Pastoris fuisse proprium, sed libro ejus, ut modo dicemus: fac tamen, ex libro cognomentum Pastoris adhæsisse scriptori; an credi tandem poterit idem deinde auctor tantopere Pastoris cognomento delactatus fuisse, ut proprium Hermæ, quod esset ab Apostolo consecratum, abjiceret? Valere hæc ratio debet, apud Baromium quidem, qui epistolam probat, exhibetque ad annum 162, solo Pastoris nomine inscriptam.

7. Alium ergo S. Pastorem, alium S. Hermam fuisse censemus, et hunc illo seniorem; tollendamque proinde utriusque confusionem, ab Adone profectam; quam is forsitan ex ambiguis Eusebii verbis arripuerit, qui de S. Herma loquens *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 3. Οὗ φασιν ὑπάρχειν, inquit, τὸ τοῦ Ποιμένος βιβλίον, *cujus aiunt esse librum Pastoris*; unde pronum est colligere, Pastoris non libri nomen sed auctoris esse: sic Ado facile Hermam et Pastorem pro eodem acceperit. Atenim amphiboliam hanc tollere debuerat tum ipsius libri adhuc exstantis inscriptio, tum S. Hieronymi, eodem prorsus modo illum inscribentis, testimonium lib. *De scriptoribus eccles.*, cap. 10: « Hermam... asserunt auctorem esse libri, qui appellatur *Pastor*; « quæ proinde genuina censeri potest Eusebiani textus interpretatio, quam recte secutus est Valesius, cum adducta Eusebii verba sic vertit: « Cujus esse fertur is liber, qui *Pastor* inscriptus est. » Pastor igitur appellatur non Hermas, sed Hermæ liber, quod angeli sub habitu pastoritio apparentis revelationes contineat. Quid igitur S. Pastori cum S. Herma commune? Ne nomen quidem: quanquam et hoc pluribus idem esse possit; qui hac sola ratione minime confundi possunt: ut nemini hactenus in mentem venit B. Pastorem nostrum presbyterum eumdem cum illo statuere, de quo fit mentio in Actis SS. Marii, Marthæ et filiorum ad diem XIX Januarii, pag. 216; tametsi et Romæ is fuerit, et beatus Pastor presbyter nuncupetur, centum tamen circiter annis nostro junior.

8. Propendit eo insuper idem doctissimus auctor *Annalium*, ad annum Christi 159, ut eumdem quoque cum sancto Herma et Pastore Hermetem esse crederet, S. Pii pontificis Romani fratrem: tametsi de illo se fateatur ambigere. Opinionis hujus fundamentum duplex putavit esse; alterum, quod voces Hermas et Hermes parum adeo differre viderentur, ut nonnunquam eidem viro legerentur attributæ; alterum vero, quod apud Anastasium Bibliothecarium sub S. Pio papa I de Hermete referatur: « Hermes librum scripsit, in quo mandatum continetur, quod ei præcepit angelus Domini, cum veniret ad eum in habitu pastoris, et præcepit ei, ut sanctum Pascha die Dominico celebraretur. » Similitudo nominis, et apparitio angeli, sub habitu pastoritio librum dictantis, eumdem Baronio visa sunt scriptorem arguere Hermam et Hermetem, atque adeo et Pastorem, quem cum Herma confundit. Tantum in eo hæsit, quod in Hermæ Pastore non agatur de Pascha die Dominica celebrando; tum, quod scriptus is fuerit dudum ante tempora Pii papæ. Itaque eo tandem delabitur; « ut dicere necesse sit (si velimus unum eumdemque esse auctorem) diversos hos inter se fuisse commentarios, diversis temporibus scriptos. » Sed quoniam S. Pastor noster eatenus tantum cum Hermete confunditur, quatenus ipse Hermes cum S. Herma: nihil opus est diremptam jam diu controversiam hic denuo suscitare. Eumdem non esse S. Hermam et hunc Hermetem, ostendit, ut monui, Bellarminus

aliique post illum, quos inter consuli possunt Tillemontius tom. II *Monum. eccles.*, pag. 521 ; Nicolaus le Noury in *Apparatu ad Bibliothecam maximam veterum Patrum*, dissert. 4, art. 2; Ambrosius Gardebosc in historiæ ecclesiasticæ Synopsi tom. I, part. v, lib. III, disert. 1, quæst. 1.

9. Quod ad Acta pertinet S. Pastoris, nihil admodum certi superest. Continentur ea præcipue in Actis SS. Pudentianæ et Praxedis, infra. Scripta sunt ipsius Pastoris nomine (Pastoris, inquam, non Hermæ Pastoris, ut habet Baronius an. 159, n. 8); neque sane recentia sunt ; quando et in codicibus mss. perantiquis, iisque bene multis, leguntur ; imo jam lecta sunt olim sæculo nono ab Adone, ut in ejus Martyrologio videre est die XIX Maii, XX Junii, XXI Julii in elogiis S. Pudentianæ, S. Novati et S. Praxedis. Cæterum sincera prorsus ea non esse, sed hic illic interpolata, ultro nos ipsi haud obscure in Commentario prævio, et adnotatis confessi sumus ; at omni omnino fide indigna reputari debere, nondum nobis persuasit Tillemontius tom. II, nota 5 in S. Pium papam : ut enim minutias præteream, quas ibi congerit, ut voces Actorum aliquas et phrases carpat, tanquam sæculo secundo non usitatas, vel tempori, quo scripta feruntur Acta, nequaquam accommodatas (nam quid illæ, tametsi adulterinas omnes esse demonstraret Tillemontius, quod non facit, Actorum substantiæ usque adeo incommodarent) ? ut illas, inquam, omittam, argumenta ejus præcipua, et in totam Actorum illorum fabricam fidemque directa, id nequaquam, quod jactat, evincunt. Quod ut perspicias, Acta ipsa consule : invenies, ea fere contineri duabus epistolis, quarum prior est Pastoris ad Timotheum, altera Timothei ad Pastorem. Utramque supposititam auctoribus inscriptis, imo vero ineptam esse, contendit adversarius.

10. Priorem hoc imprimis telo subverti putat, quod a scopo propositoque Pastoris toto cœlo abludat : Christianus enim, inquit, quidam obierat, Novatus nomine, qui facultates suas paulo ante commiserat Pastori nostro, et virgini Praxedi, se mortuo dispensandas. Scribit id Timotheo, Novati defuncti germano, Pastor ; eumque consulit, quid de bonis relictis faciendum censeat. Esto sane. Quid tum postea ? Hoc autem, inquit, verbo tantum uno postulat Pastor idque in duobus extremis epistolæ satis longe versiculis ; reliqua vera omnia non eo solum tendunt, ut morbum ac mortem explicent Novati (id quod rationi consonum videri poterat) ; sed etiam eo, ut in medium proferant quidquid post obitum SS. Pudentianæ et Pudentis Praxedes a biennio gesserat. Quid hæc ad Timotheum ; quid ad litteras attinebant, quibus frater de fratris obitu docendus erat ? Ita ille. Respondeo, aptissima mihi videri ad rem præsentem quæcunque de S. Praxede Timotheo narrat Pastor ; ineptam vero, quæ iis objicitur, Tillemontii crisim. Quid enim ? Hæredes Novatus Pastorem (scripserat et Praxedem, externos, ut ponimus, homines, inconsulto ac præterito fratre Timotheo. Res esse poterat obnoxia difficultatibus, nisi cum bona fratris gratia cerneretur hæreditas ; hujus igitur assensu hæredibus opus erat. Cedo ergo, quo pacto is ex Timotheo, qui presbyter erat et vir sanctissimus extundi fortius poterat, quam si tales et natalibus, vita, virtutibus, rebusque gestis depingerentur hæredes, ut prorsus intelligeret, quidquid iis relictum esset, id ita collocatum videri oportere, quasi in ipsius Dei, ut ita loquar, vel Ecclesiæ manus consignatum esset ? Hoc ergo agit Pastor, cum S. Praxedis, gesta S. Timotheo explicat tantoque id agit ad rem suam opportunius, quanto copiosius. De se enim dicere nihil debuit, qui Timotheo dudum esset notissimus ; quanquam neque de se quoad ferebat modestia, tacuit.

11. Leviora sunt quæ subjicit Tillemontius et in eamdem intorquet epistolam : Neque hoc, inquit, video, cur Pastor Timotheo narret res ante annum præteritas non solum de S. Pudente et utraque ejus filia (de qua re jam satis, opinor, diximus); sed etiam de fratre ejus Novato : nam si vel in extremis imperii finibus egisset Timotheus, an per annum totum nihil de familia rescivisset ? Respondeo, id rarum non esse, ut fratres, etiam parum inter se habitatione distantes, a frequenti litterarum commercio alieni sint. Concedamus his tamen aliquid Tillemontio : sciverit vel ex Novati, vel ex aliorum litteris Timotheus pleraque omnia, quæ frater egisset. Annon sæpe eamdem nuntiari possunt a diversis ? Annon hic justissima Pastori causa erat eorum saltem refricandi memoriam, quæ Novatum inter et Praxedem intercesserant, unde disceret Timotheus, munificum fratris in illam animum non aliunde exstitisse, quam ex sanctissimis officiis divinisque rationibus ? Quod addit adversarius, mirum videri, nullam huic epistolæ præmitti urbani ac liberalis officii significationem, nullum prologum, sed ab ipsis statim rebus ordiri sermonem : id vero ne refutatione quidem dignum apparet. Nimirum ea queritur abesse, quæ parerga prorsus fuissent ; ea vero abundare contendit, quæ ad rem, quam agebat Pastor, unice faciunt. Urbana est hæc et sufficiens in epistola gravi præfatio : « Pastor presbyter Timotheo presbytero salutem. » Atque hæc sunt, quibus Pastoris epistolam universim impetit acutus hic sensor.

12. Alteram epistolam, quæ Timothei est, his tantum verbis aggreditur : « Litteræ, quibus Pastori respondit Timotheus, nihil etiam eorum habent, quæ quis illis diceret, a quo sibi de fratris obitu renuntiatum esset. » Requirit hic, opinor, lamenta fratris, aut aliquid certe ejusmodi. Sed quæro, unde constet, hæc a Timotheo in eadem epistola non fuisse scripta, tametsi prætermissa hic sint a Pastore ac studio potius rescissa, quod ad historiam SS. Pudentianæ et Praxedis nihil quidquam conferrent ? Id quod etiam in priori epistola fieri ex industria potuit-

Suadet id mihi vel maxime, quod neutra hæc epistola seorsim scripta reperitur, sed conjuncta tantummodo cum Actis sanctarum, quas dixi, virginum ; ita ut eorum partem longe maximam faciant et paucula iis ab ipso Pastore ad complendam Actorum narrationem adjiciantur. Historici enimvero scriptoris est, non integra ubivis instrumenta proferre, sed resectis parergis, eos tantum ex illis textus, qui in rem suam sint, fideliter exhibere. At enim, inquis, si epistola mutilata est, utquid ei præfigitur totius epistolæ inscriptio, *Timotheus presbyter*, etc. ? Respondeo, ut lectori constet, ex quo monumento narratio deprompta sit. Et ita in variis codicibus nostris membraneis, in quibus Acta S. Praxedis, non item Pudentianæ, traduntur, posterior tantum et minor pars affertur epistolæ Pastoris cum cæteris quæ sequuntur in Actis nobis editis a num. 5 ; cum tamen isti laciniæ totius epistolæ præmittatur inscriptio ; id quod etiam observare licet apud Emin. Baronium ad annum Christi 162 ; quanquam, ut ipse eam dedit, videri possit epistola absoluta et integra ; cum in omnibus codicibus nostris mss. appareat, partem tantum esse a præcedenti textu avulsam, et ad illum referendam alii sic ordiuntur : « Virgo Christi Praxedes habitavit in *eodem* titulo, vehementer affligens se, » etc. Alii sic : Virgo venerabilis Praxedes habitavit in titulo *supradicto* afflicta propter transitum germanæ suæ, » etc. Sed quid ego hic plura ? Patet hinc satis, ut arbitror, quam debiles Tillemontii sint insultus, ut Acta jam dicta non modo interpolata ostendat esse, quod ultro admiseramus, sed « omni etiam omnino fide indigna. »

13. Nescio, an puriores sint fontes unde cætera, quæ de S. Pastore pauca dici possunt, hauriuntur. Fratrem fuisse S. Pii papæ, docet Anastasius Bibliothecarius, Actis jam citatis, ex quibus contrarium potius videtur posse colligi, recentior : sequuntur hic illum interea Martyrologii codices unus et alter, inter Usuardi nostri auctaria relati, Vereor, ne sit hallucinatio Anastasii, inde nata, quod Pastorem confuderit cum Hermete, qui in vetustissimo Pontificum catalogo Pii frater appellatur. De ætate sancti nostri nihil invenimus. In epistola secunda Pii papæ I ad Justum episcopum Viennensem legitur : « Presbyter Pastor titulum condidit, et digne in Domino obiit. » Dicendus ergo esset obiisse sub S. Pii pontificatu, adeoque versus medium sæculi secundi ; si stari posset hujus epistolæ auctoritate ; quod addo, quia quantumvis Baronius sinceram illam esse judicet in Annalibus ad annum 166, id tamen alii quidam non probant, teste Labbeo nostro tom. I *Conciliorum* col. 576 ; Tillemontius suppositiliam esse multis rationibus conatur ostendere *Monum. eccl.* tom II, nota 4 in S. Pium ; et ut alios plures omittam, inter adulterinas Pontificum Romanorum epistolas eam retulit nuper Petrus Coustant in appendice ad tomum I Epistolarum Romanorum Pontificum col. 18 et sequenti.

---

SANCTARUM VIRGINUM

# PUDENTIANÆ ET PRAXEDIS

## ACTA

## AUCTORE S. PASTORE OCULATO TESTE

(*Acta SS. Boll.*, Maii, t. IV, p. 299.)

1. Pastor presbyter Timotheo presbytero salutem(90), Pudens, frater noster et amicus (91), apo-

(90) In aliis antiquis mss. et apud Mombritium hoc exordium collocatur : « Omnia quæ a sanctis gesta sunt vel geruntur, si quis voluerit studiose conquirere, et sibi et plurimis ædificationis exhibet fructum : et quasi arbor fructifera non sine causa probatur occupare terram dum vivit, cum et ipse suis pomis ornatur, et omnis qui ex eo fructum perceperit saginatur. Scribimus, ut in gestis invenimus, quid egerint, quid locuti sint, quid passi sint sancti. Ostendite vos esse catholicos, qui Christi victorias semper libenter auditis, et interrogo vos, quas tamen [an *quare tandem ?*] inter apocryphas litteras hæc vocando censetis, per quas (laudatur) Pudens, frater noster et amicus apostolorum, quia cultor et susceptor sanctorum peregrinorum summa ambitione fuit. Qui contempto mundo et parentum facultate, Christo semper paratus, in omnibus Domini præceptis, » etc., ut supra. Hoc autem exordium videri posset ætate, Gelasii papæ concinnatum quando multus Romæ sermo de apocryphis discernendis, causa certe suppetebat de his actis dubitanti propter insertam mentionem apostolorum et B. Pauli, et hinc existentem parachronismum. Aringhus *Romæ subterraneæ* lib. IV, cap. 27, alia mss. Vaticana allegat, sub numeris 4 et 9, quorum initio agitur de Antonino imperatore ; et subditur : « Hujus temporibus vir fuit in urbe Roma, nomine Pudens, genere nobilis, cujus pater vocabatur Punicus, mater autem Priscilla ; quorum quidem arbitrio duxerat conjugem, nomine Sabinellam, illustribus æque ortam natalibus, de qua duas suscepit filias, pulchras specie, sed moribus pulchriores. » Hæc autem genuini styli simplicitatem non sapiunt, maleque tribuuntur Pastori. Minus alteratus textus est, alteratus tamen, in codice 1188, ejusdem Vaticanæ bibliothecæ cujus ecgraphum nobis sua manu descripsit R. P. Joannes Franciscus Vannius hoc exordio : « Sanctissimo ac venerabili presbytero Timotheo fratri Pastor presbyter. Noverit fraternitas tua, quoniam Pudens frater noster et amicus, apostolorum cultor, et susceptor peregrinorum et contemptor mundi, in omnibus præceptis Domini eruditus fuit. »

(91) Ita omnino conjungenda hæc puto, « Frater

stolorum (cultor) et susceptor peregrinorum summo studio fuit. Qui post mortem conjugis suæ Savinillæ et parentum, id est patris Punici et matris Priscillæ, qui eum uxori junxerant, mundi facultate contempta in omnibus Domini præceptis eruditus est. Defuncta autem uxor reliquerat ei duas filias, Praxedem et Potentianam, quas idem Pudens in omni castitate nutrivit, et nimio Christianitatis amore, omnem legem divinam edocuit. Hic itaque a B. Pio (92) doctus, qui et te docuit, domum suam post mortem uxoris suæ ecclesiam Christi consecrari cupiens, per nos peccatores ad effectum perduxit ; ubi et titulum nomini nostro constituit in urbe Romana, in loco scilicet qui appellatur Vicus Patricii. De hoc ergo Pudente notum tibi facio quia migravit ad omnium Dominum, et reliquit prædictas filias, castitate fultas, omnique lege divina eruditas.

2. Porro ipsæ beatæ virgines, omnes facultates suas vendentes, erogaverunt pauperibus : ac sine dolo in Christi amore permanentes integræ, in virginitatis flore omni modo gloriantur, in vigiliis, jejuniis orationibus jugiter perdurantes. In eodem vero loco, ubi titulum meo nomini pater earum bonæ recordationis Pudens dedicavit, hoc consilium inter me et famulas Christi Praxedem et Potentianam convenit, ut in die sancto Paschæ (quia desiderium carum nimio fidei amore urgebatur) propter familiam communem, quæ gentilis erat, in eodem titulo fontem baptismi construere studuissemus. Super quo consilio cum consuluissemus Pium, sedis apostolicæ sanctum episcopum, tanto desiderio placuit ei, ut summo studio hortaretur fieri baptisterium prout conveneramus : ipse etiam manu propria fontem designavit et construxit. Et cum Dei adjutorio omnibus perfectis, convocaverunt famulæ Christi familiam suam, tam de urbe quam de possessionibus, et facientes discussionem quoscunque invenerunt Christianos, donaverunt ingenuitati ; quos gentiles applicuerunt ad credulitatem legis sanctæ Christi (93). Ubi tunc, inito consilio cum beato Pio episcopo, in eodem titulo secundum normam antiquitatis manumissio celebrata est. Ad diem vero sanctum Paschæ baptizati sunt promiscui sexus numero nonaginta sex : et cum omnia consummata fuissent, factus esse cœpit conventus in eodem titulo, ita ut diebus ac noctibus vox hymnorum non cessaret, et multitudo paganorum ad fidem concurreret, et cum omni gaudio baptizarentur.

3. De qua re suggestio facta est Antonino imperatori. Qui Antoninus piissimus Augustus auctoritate sua præcepit, ut quicunque Christum colerent, scirent sufficere sibi in habitaculis suis vivere ; et ut nulla conjunctione reliquo populo jungerentur, neque publice emerent, nec in thermis publicis habitarent, sed tantum in domibus suis manerent. Hoc præceptum cum custodiretur ab universis Christianis, filias nostras Deo dicatas, et in virginitate bono testimonio confirmatus, in domo sua in titulo supra dicto orationibus, vigiliis ac jejuniis, cum populo Dei, qui per eas crediderat, vacantes et in Christi laudibus diu noctuque insistentes, habentes necessaria sufficienter, plurimis diebus custodivimus. Sed et ipse beatissimus Pius episcopus exsultans frequenter nos visitabat, et sacrificia Domino pro nobis offerebat.

4. Concludens autem sedecim annos (94) virgo Domini Potentiana migravit ad Dominum. Cujus corpus nos una cum germana ejus involvimus cum omni diligentia aromatibus, et habuimus occultum in titulo supradicto. Post dies autem viginti et octo, detulimus nocte corpus, et posuimus juxta patrem suum Pudentem, in cœmeterio Priscillæ via Salaria XIV Kalend. Junii (95).

5. Post cujus mortem virgo Christi Praxedes habitavit in eodem titulo (96), vehementer affligens se propter transitum germanæ suæ. Ad quam cum multi nobiles Christiani consolandi gratia venirent, una cum sancto Pio episcopo ; venerat etiam ad eam germanus vester Novatus (97), qui est frater noster in Domino, consolans eam, et multos Christianos pauperes suis facultatibus reficiebat, et minis trabat omnibus de facultatibus suis in honorem ejusdem

noster et amicus, » vocem autem « apostolorum » vel expungendam, vel ex Aringo et ms. Vaticano addendam ei vocem « cultor, » interpunctione correcta.

(92) Pauli nomen in *Pii* commutamus, ob rationes jam dictas : nec enim Pauli nomine puto hic posse intelligi ejus epistolas, quarum lectio Pudenti et Timotheo pro magisterio fuerit : et Pius, etiam diu antequam anno 146 episcopus consecraretur, potuit adhuc presbyter utrumque instituisse, et totius familæ fuisse pater spiritualis. Nisi velimus opinari, aliquem revera Paulum, non apostolum, sed presbyterum, uno post illum sæculo floruisse, qui familiam catechizarit et baptizarit. Res liquida foret, si talis presbyteri aliquo dalibi reperiretur indicium.

(93) Ms. Bodecense : « Quos paganos associaverunt fidei ; » sed vox « paganus » in hac significatione multo posterior est ætate Pastoris.

(94) Ms. idem, « concludens se 12 annis, » sed suspectus est numerus alibi semper expressus ad longum, hoc autem solo loco litteraliter : magis etiam displicet reclusio intra vel juxta ecclesiam, quæ vereor ut possit ea ætate usurpata credi : et denique nihil est causæ cur formidemus adeo tenera ætate mortuam dicere.

(95) Ms. Bodec. : « Obitus ejus celebratur XXIV Kalendas Junii. » Sed potius dicenda esset depositio.

(96) Hinc incipiunt Acta S. Praxedis in variis mss. Hoc modo : « Virgo venerabilis Praxedis habitabat in Titulo supradicto, » aliis : « In Titulo patris sui Pudentis ; » aut : « in Titulo Lateranensi. »

(97) Colitur S. Novatus 20 Junii, etiam *Martyrologio Romano* ascriptus, et dicitur « filius S. Pudentis senatoris et frater S. Timothei presbyteri, et sanctarum Christi virginum Praxedis et Pudentianæ : qui apostolis eruditi sunt in fide, » quorum nihil probamus, præter fraternitatem Timothei. Dies autem 28 quibus supra annum unum a sepultura Pudentianæ, ex Actis nuntiatum est ægrotare Novatum, mutavi in 23, ut haberentur mox nominati dies 8, quibus infirmo antequam moreretur, Pius et Praxedis astiterunt.

virginis Praxedis, petens ut orationibus suis indulgentiam mereretur ; qui et vos frequenter beatissimo Pio episcopo, ad altare Domini accessuro, commendabat. Accidit post hæc post annum et dies viginti tres, ut ægritudine detentus Novatus, absens esset a conspectu beatæ virginis Praxedis. Pio itaque episcopo cogitante de omnibus Christianis una cum virgine Praxede, requiritur inter eos et Novatus : de quo cum auditum fuisset quia ægritudine detineretur, contristati sumus omnes.

6. Tunc dicit B. Praxedis ad patrem nostrum sanctum Pium episcopum : « Jubeat sanctitas vestra ut eamus ad eum, si forte visitatione nostra et orationibus vestris salvet eum Dominus. Quod dictum cum placuisset omnibus nobis, et nocte surgentes perrexissemus ad eum ; videns vir Dei Novatus nos omnes congregatos ad se venisse, gratias agere cœpit Deo quia meruit a sancto Pio episcopo, et virgine Domini una cum nostra devotione visitari. Et fuimus in domo ejus diebus ac noctibus octo. In quibus diebus placuit ei, ut nobis ac beatæ virgini omnem substantiam suam derelinqueret. Hoc ita ordinato, tertio decimo die migravit ad Dominum. De quo facto litteras hujus textus ad vos direximus, una cum auctoritate beati Pii sedis apostolicæ episcopi et virginis Christi Praxedis ; ut quod vobis placuit de substantia germani vestri nos faciatis scire : quatenus ordinatio vestra in omnibus custodiatur. Missa per Eusebium Romanæ Ecclesiæ subdiaconum (98).

*Rescripta Timothei presbyteri.*

7. « Timotheus presbyter sancto fratri Pastori presbytero, et sanctissimæ sorori Praxedi, in Domino salutem. Famulatum vobis ubicunque nostri indigueritis libentissime exhibentes, oramus sanctitatem vestram, ut et nos humiles commendare dignemini memoriæ sanctorum apostolorum, sanctoque Pio sedis apostolicæ præsuli, et omnibus sanctis. Ego humilis gaudio repletus sum magno, audiens quid mihi scribere dignati estis. Unde noverit sanctitas vestra, meam in hac re pro qua scripsistis votivam esse conscientiam : et quod germano meo placuit, placet et nobis famulis vestris ; hoc est, ut in arbitrio tuo sit et sanctæ virginis quidquid dereliquit ; et secundum quod vobis placuerit dispensare ea, potestatem habeatis. »

Hac epistola gaudio repleti sumus : et tradidimus eam legendam sancto Pio episcopo. Qua ille lecta gratias egit Deo.

8. Eodem tempore virgo Domini Praxedis accepta potestate rogavit beatum Pium episcopum, ut thermas Novati, quæ jam tunc in usu non erant, ecclesiam consecraret ; quia ædificium magnum in iisdem et spatiosum esse videbatur. Quod et placuit sancto Pio episcopo, thermasque Novati dedicavit ecclesiam, sub nomine beatæ virginis Potentianæ (99) in vico Patricius. Dedicavit autem et aliam sub nomine sanctæ virginis Praxedis) infra urbem Romam, in vico qui appellatur Lateranus, ubi constituit et titulum Romanum ; in quo loco consecravit baptisterium sub die IV Idus Maii. Post duos annos facta persecutio magna Christianorum : et multi martyrio coronati sunt. Quo tempore virgo Domini Praxedis multos Christianos occultabat in præfato titulo, quos et cibo pascebat et Dei verbo. Tunc divulgatum est Antonino (100) imperatori, quod conventus fierent Christianorum in titulo Praxedis. Misitque statim et tenuit multos ex illis ; inter quos tenuit Simetrium presbyterum cum aliis viginti duobus ; et eos sine audientia gladio puniri præcepit. Quorum corpora noctu beata Praxedis collegit, et in cœmeterio Priscillæ sub die VII Kalendas Junii sepelivit (1). Deinde virgo Domini, nimia corporis afflictione constricta, cum intimis suspiriis ad Dominum ingemuit, et ut ex hoc mundo tutius auferri mereretur, oravit. Cujus orationes et lacrymæ pervenerunt ad cœlum. Nam post dies quinquaginta quinque (2) passionis prædictorum sanctorum, die videlicet XII Kalendas Augusti, migravit ad Dominum. Cujus corpus ego Pastor presbyter sepelivi juxta patrem Pudentem, via Salaria, in cœmeterio Priscillæ, * Ubi florent orationes eorum (3) (usque hodie) : præstante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor et imperium per æterna sæcula sæculorum. Amen.

(98) Hactenus epistola Pastoris ad Timotheum : quæ sequuntur deinde ipse etiam Pastor ad posterorum memoriam adjunxit.

(99) Alia mss. *Praxedis :* sed utramque nominandam fuisse jam docuimus.

(100) Antoninum his intelligimus : eumdem qui supra Pium, non vero ejus filium Marcum Aurelium Antoninum (qui ab Eusebio in Chronico et antiquo Catalogo pontificio in Eleutherio etiam Antoninus simpliciter vocatur, et sub quo gravem persecutionem motam esse constat anno ejus 7, Christi (168), et hoc quia nullam mutati imperii vel pontificatus mentionem facit Pastor ; quod tamen hic locus exegisset, si post utriusque mutationem mota primum esset persecutio, de qua sermo est.

(1) In mss. Romanis apud Aringhum ita legitur : « Quorum corpora noctu B. Praxedis colligens, sanguinem quoque spongia, quæ hactenus extat, de pavimento exhauriens, sepelivit juxta patrem suum ac sororem in cœmeterio Priscillæ, sub die VII Kalendas Junias ; » quo die memoria eorum celebratur.

(2) Totidem scilicet, dies numerantur a 26 Maii ad 21 Julii ; ideoque correximus mss. in quibus solum legebantur triginta quatuor.

(3) Si tota clausula ab signo * non est alterius auctoris, quod suspicor : Pastoris certe non est illud, « usque hodie, » longiorem præteriti temporis intercapedinem denotans.

# TESTAMENTA XII PATRIARCHARUM.

## VETERUM TESTIMONIA

(GALLAND. *Veterum, Patrum Bibliotheca*, t. I, p. 241, Venetiis 1765, in-fol.)

I.

ORIGENES *homil.* XV *in Josue. Ex edit. noviss. BB. Paris.* 1733, *tom. II, pag.* 433 C.

Sed et in aliquo quodam libello, qui appellatur *Testamentum duodecim patriarcharum*, quamvis non habeatur in Canone, talem tamen quemdam sensum invenimus (quod per singulos peccantes singuli Satanæ intelligi debeant. *Testam.* I, *Ruben cap.* 3.

II.

PROCOPIUS *Comment. in Genes., cap.* 38.

Ille (*Judas*), uxore defuncta, quærebat sobolem. In Testamento (aiunt) attestatur ei Deus, quod diu eam (*Tamarem*), cum adhuc esset virgo, Judas habuerit : luxitque iniquitatem ejus. *Vide Testament. Judæ, capp.* 10 *et* 12.

III.

ANASTASIUS SINAITA *Anagogit. Contemplatt. in Hexaemeron lib.* VII, *ex edit. Biblioth. PP. Lugd. tom. IX, pag.* 895, *D.*

Unde Hebræi ex libro qui non est redactus in Canonem, qui quidem dicitur *Testamentum protoplastorum*, dicunt quadragesima die ingressum esse Adam in paradiso, sicut etiam videtur cuidam historico chronographo Pyrrhoni, et quibusdam expositoribus.

## DISSERTATIO

### De libro qui *De duodecim Patriarcharum testamentis* inscribitur.

(D. LE NOURRY, *Apparatus ad Biblioth. max.*, t. I, p. 235.)

ARTICULUS PRIMUS.

*Analysis hujus libri.*

In hoc libro exhibentur ultima duodecim patriarcharum, filiorum Jacob, verba, quæ ipsi jamjam morituri ad filios, atque ex eisdem nonnulli, nimirum Ruben et Joseph ad fratres quoque suos habuisse dicuntur. In his autem Ruben major natu, omnium primus testamentum suum a confessione incesti, quod ipse cum Bala, concubina patris sui commiserat, orditur. Tum deinde ostendit quas inde pœnas Deo dederit, et quam ad eluendum scelus suum egerit pœnitentiam. Quamobrem filios suos ad mulierum aspectum vitandum, et fugiendam fornicationem adhortatus, nonnulla de Christo venturo obiter perstringit.

Simeon vero aperit quanta in Joseph fratrem suum exarserit invidia, quantumque idcirco fuerit punitus, ac peccati sui ipsum pœnituerit. Eapropter admonet filios suos, ut ab invidia, sedulo caveant, atque in simplicitate cordis, et fraterna charitate constantissime perseverent. Denique ex libro Enoch futura eorum peccata, et Christum venturum prænuntiat.

Levi tradit se a Deo duabus donatum fuisse visionibus, quarum prima cœlos, in quibus justi præmiis, injusti vero suppliciis afficientur, se vidisse profitetur : in secunda se sacerdotalibus vestibus indutum et sacerdotem in æternum constitutum fuisse declarat. Post hæc ex libro Enoch filiis suis annuntiat in quæ lapsuri essent peccata, pluraque de Christo, ac de eorumdem filiorum suorum dispersione, exsilio et captivitate prædicit.

Judas narrat quantum valuerit corporis viribus ac robore, et quam præclara in prœliis facinora ediderit. Addit Esau in prœlio a Jacob occisum, et se non solum cum Tamar nuru sua concubuisse, verum uxorem quoque duxisse Chananæam : at se utriusque criminis egisse pœnitentiam. Inde filios commonefacit, ut fugiant ebrietatem et fornicationem, eisque subinde narrat quo pacto angelica visione didicerit, quantum mulieres viris essent noxiæ.

Postremo ipsis quæ peccaturi essent, et futurum Christi adventum declarat.

Postquam Issachar plura de nativitate sua edisseruit,se ita et in simplicitate ambulasse et coluisse agriculturam fatetur ; ut nullum unquam peccatum ad mortem admiserit.Quapropter filios suos ad simplicitatem et agriculturam plurimum adhortatur.

Zabulon se etiam non peccasse asserit, et plura de venditione Joseph commentus, ostendit se venditionis illius,et peccati fratrum suorum non fuisse reum. Subdit vero se primum *fecisse scapham navigare in mari*, atque ex variis, quos ipse ceperat, piscibus se egenis stipem erogasse. Quamobrem filios suos excitat ad misericordiam, concordiam, et perfectam inter se charitatem. Tandem futura eorum scelera, et futuram Christi Domini incarnationem, adductis ex libro Enoch pluribus testimoniis, annuntiat.

Dan fatetur se de venditione et morte Joseph, cui manus afferre voluerat, gaudio fuisse perfusum. Idcirco docet filios ab ira esse cavendum, atque ibi nonnulla de mendacio fugiendo leviter attengit. Denique quæ ipsi perpetraturi essent scelera, et fore ut Christus homo fieret,ex libro Enoch vaticinatur.

Nephthali multa quidem de parentibus Balæ fabulatur ; ac filios suos deinde monet, ut Deum celant et in bono perseverent. Ex libro autem Enoch, atque ex visionibus suis prædicit fore ut in peccata ipsi prolaberentur, coorirenturque tempestates, ac Christus tandem assumpta humana carne nasceretur.

Gad ubi plura de venditione Joseph commentitia tradidit, confitetur se eum odio habuisse tam implacabili, ut ipsi necem consciscere voluerit, sed de his et pœnituisse et luisse pœnas. Quocirca filios suos ad odium fugiendum, et fovendam fraternam charitatem incitat,ac nonnullas demum de Christo fundit vaticinationes.

Aser filios suos duas esse vias docet, unam boni, mali alteram ; hanc relinquendam, illam carpendam. Testatum deinde facit,se in illa boni via semper ambulasse,atque filios suos ut idem iter ineant, serio commonet. Denique his annuntiat fore ut ipsi peccarent, ac dispersi vagarentur, Christusque postea veniret.

Joseph explicat quo pacto a fratribus suis, qui eum perdere decreverant, sit venditus, et postmodum emptus a Putiphare. Ponit etiam ob oculos quantis artibus, blanditiis, minisque, ante et postquam in carcerem fuisset conjectus, utor Putiphari castitatem ejus tentaverit : quanta denique suis ipse fratribus etiam post Jacobi mortem impertiverit bona. Filios itaque suos ad sobrietatem, castitatem, longanimitatem, et fraternam dilectionem plurimum excitat, ac tandem ex somniorum visis et futuram tribulationem, et Christum fore venturum haud dubitanter asserit.

Postremo Benjamin hortatur filios suos, ut Josephi, viri sancti, insistant vestigiis, Deum timeant, diligant proximum, præceptis Dei obediant, ac puram et immaculatam conservent suam mentem. Illis autem ipsis ex libro Enoch prædicit futura eorum crimina, Christum venturum, velum templi scindendum, omnes a mortuis excitandos homines et in judicio universali sistendos. Denique sicut et alii patriarchæ filiis suis mandaverant, ita et ille suis præcipit ut ex Ægypto in Hebron ossa sua, quæ ibi cum patribus suis sepeliantur, asportent et condant in tumulo.

## ARTICULUS II.

### *Demonstratur hunc librum suppositum esse et adulterinum.*

Hic liber, nullius auctoris nomine inscriptus, proscribitur ab omnibus,asseriturque eum figmentis, fabulis erroribusque plenum esse, et scaturire mendaciis. Quin imo plura cum sacro Scripturæ textu pugnantia in illo deprehendimus.

Primum enim id textui divino adversatur, quod Ruben de suo cum Bala, et Judas cum Tamar incestu fabulantur. Illud item quod de quorumdam patriarcharum, Simeonis,verbi gratia, et Zabulonis statuitur ætate. Ea denique quæ Simeon et Levi de pœnis, quas ob Dinæ sororis suæ raptum a Sichimitis repetiere, et quæ Gad de venditione Joseph finxisse legimus.

Præterea omnes fere patriarchæ ibidem inducuntur apocryphum librum Enoch,eumque corruptum citantes. Augustino enim fidem si habeas, codices libri Enoch duplicis generis fuerunt, alii veri et genuini, alii corrupti et adulterati. Atqui auctorem nostrum in hos tantummodo incidisse nemini certe dubium videbitur, qui hæc de iisdem audierit Augustini verba [1] : *Scripsisse quidem nonnulla divina Enoch, illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in Epistola canonica Judas apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canone Scripturarum, qui servabatur in templo Hebræi populi, succedentium diligentia sacerdotum ; nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei judicata sunt, nec utrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inveniri... Unde et illa quæ sub ejus nomine proferuntur, et continent istas de gigantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte a prudentibus non judicantur ipsius esse credenda ; sicut multa sub nominibus aliorum prophetarum, et recentiora sub nominibus apostolorum ab hæreticis proferuntur.* Auctor quippe noster istas de gigantibus fabulas, mira fiducia semel atque iterum tanquam verum quid et certum profert et venditat. Hinc ergo et illum corruptos libri Enoch codices citasse, et librum ejus falsum esse et suppositum non obscure colligitur.

[1] Lib. XV *De civit.*, cap. 23.

### ARTICULUS III.

*De antiquitate hujus libri, et utrum a quodam Christiano scriptore profectus sit.*

Constat itaque opus illud adulterinum esse, et ab ignoto parente, qui nomen suum edere ausus non est, in vulgus emissum. Porro autem illud antiquissimum censeri debet, si ab Origine, ut quidam arbitrantur, his verbis laudatur [2] : *In libello qui appellatur Testamentum duodecim patriarcharum, quamvis non habeatur in canone, talem quemdam sensum invenimus, quod per peccantes singuli Satanæ intelligi debeant.* Et rursus circa initium sæculi sexti a Procopio Gazeo citatur [3] : *Testamento*, aiunt, *attestatur ei Deus, quod diu eam, cum adhuc esset virgo, Judas habuerit, luxeritque iniquitatem ejus.* At porro opus tantæ antiquitatis nothum esse et spurium nulli certe mirum videbitur ; quandoquidem ab antiquissimis temporibus, ut paulo ante ex Augustino [4] vidimus, exstiterunt male feriati scriptorum librorumque corruptores et adulteratores.

Illud autem a Christiano quodam compositum esse ea plane evincunt, quæ singuli fere omnes patriarchæ de Christo venturo, humana carne induendo, et pro hominum salute cruci affigendo prædicant. Cæterum scriptor ille librum hunc non ea solum mente composuit, ut Christum celebraret : sed in primis ut lectores suos ab iis peccatis in quæ patriarchas lapsos esse dicit, omnino deterreret, atque eos ad omnem eorumdem patriarcharum commemoratis a se virtitutibus dandam operam adhortaretur.

### ARTICULUS IV.

*De hujus libri, Græce primum scripti, codicibus, versione et editionibus.*

Hic liber Græce primum scriptus est, atque in bibliotheca Regia duo illius codices Græca manu exarati asservantur. Horum alter pergamineus est ab annis 500 vel 600 descriptus ; alter papyraceus priore longe recentior.

Robertus vero *a Grossa Testa*, vulgari lingua *Grokede*, episcopus Lincolniensis, hunc librum circa annum 1242 Latine reddidit. Hujus autem versionis codicem manuscriptum invenimus in bibliotheca Colbertina, sed recenti manu exaratum. Alium quoque ibidem offendimus, in quo fragmenta ejusdem libri sub hoc titulo exhibentur : *Hæc sunt testamenta XII patriarcharum, in quibus sunt apertissimæ atque pulcherrimæ prophetiæ de Christo, quas transtulit magister Robertus, dictus Grossa Testa, vel Grossum caput, Lincolniensis episcopus, de Græco in Latinum.* Post hæc autem Latina illa versio typis excusa est anno 1541, et rursus Parisiis apud Martinum Juvenem anno 1549, atque iterum ibidem anno 1575, 1589 et 1610. Basileæ vero, anno 1550, ac tandem in omnibus Patrum Bibliothecis. Utrum autem liber ille ex typographia Græce prodierit, nobis incompertum. Et certe id scire parum aut nihil interest, cum hujuscemodi libri figmentis fabulisque anilibus, ac Scripturæ sacræ contrariis oppleti, in lucem nunquam emitti debuerint, vel perpetuis tenebris sint damnandi (1).

---

# GALLANDII

## DE EODEM LIBRO DISSERTATIO PROŒMIALIS.

(*Vet. Patr. Biblioth.*, I. Proleg., p. LI.)

I. *Horum Testamentorum auctor Christianus fuisse, illaque Græce scripsisse demonstratur.*

Haud mihi profecto incompertum nonnullos existimasse Judæum, non Christianum fuisse horum *Testamentorum* auctorem ; neque illa Græce, sed Hebraice primitus esse perscripta ; nullum denique istiusmodi opusculo pretium statuendum : quæ itaque omnia si constent, immerito enim vero illud inter vetusta Ecclesiæ monumenta locaretur. In aliam tamen sententiam alii complures eruditi viri jure abiisse perhibentur. Et primum quidem, Christianum fuisse auctorem multa palam produnt, Warthono (1*) potissimum et Nourrio (2) notata : adeo namque aperte ac perspicue de Christo loquitur, ut ipsum tantum non digito monstrare noscatur ; eaque de sacris Novi Testamenti litteris passim profert, quæ scriptorem Christianorum mysteriis initiatum luculenter evincunt. Hinc itaque minus recte conjecisse videntur e stylo aliisque de causis, Grabius (3) et Sgambatus (4), Hebraico primum idiomate scriptum fuisse opusculum ; deinde Græce redditum atque a Christiana manu interpolatum. « Quamvis enim, ut apposite Wolfius (5), scribendi ratio quæ in Græco contextu observatur, multos referat Hebraismos ; inde tamen non magis effeceris, Hebraice primum exaratum esse libellum, quam idem de codice Novi Testamenti ad Hebraismum proxime accedente, temere affirmaris. » Cui quidem

[2] *Homil.* 15, *in Josue.* [3] *Comment. in cap.* XXXVIII *Genes.* [4] *Loco cit.*

(1) De hoc aspero nimis D. Nourrii judicio vide quæ adnotat Gallandius, infra, col. 1034. EDIT.

(1*) Warth. *Auctar. Hist. dogmat. Jac. Usser.*, cap. 2. pag. 321 seq.

(2) Nourr. *Appar. ad bibl. PP.*, tom. I, p. 238.

(3) Grab. *Spicil. SS. PP.*, tom. I, pag. 134.

(4) Sgam *Archiv. Vet. Test.*, lib. II, tit. VI, pag. 206 seq.

(5) Wolf. *Bibl. Hebr.*, tom. I, p. 250.

sententiæ de horum Testamentorum Christiano auctore, subscripsisse quoque Joannem Clericum postea intellexi (6).

Oppositæ autem opinioni ansam præbuisse videtur Matthæus Paris, qui de hujusmodi opusculo verba faciens, hæc habet (7) : *Ipsis quoque temporibus* (ann. 1242) *episcopus Lincolniensis Robertus, vir in Latino et Græco peritissimus, Testamenta duodecim patriarcharum de Græco fideli interpretatione transtulit in Latinum. Quæ per multa tempora incognita et abscondita fuerunt per invidiam Judæorum, propter prophetias de Salvatore in eis contentas. Sed Græci, omnium scriptorum diligentissimi investigatores, primi in notitiam illius scripti devenientes, illud de Hebræo in Græcum transtulerunt, et penes eos usque in nostra tempora reservarunt. Nec tempore beati Hieronymi vel alicujus sancti interpretis ad notitiam Christianorum, machinante Judæorum antiquorum malitia, potuit quomodolibet devenire. Illum igitur gloriosum tractatum, ad robur fidei Christianæ et ad majorem Judæorum confusionem, transtulit plene et evidenter episcopus memoratus de Græco, verbo ad verbum, in Latinum, coadjuvante magistro Nicolao Græco, clerico abbatis Sancti Albani.* Hæc ille. Qui quidem locus paulo aliter immutatus, in nonnullis sive mss. sive editis antiquæ versionis exemplaribus ad calcem habetur, ut videre est ex Thomæ Tenisonii Cantuariensis archiepiscopi notis mss. ad *Historiam* Cavei *litterariam*, quæ sub finem voluminis II ejusdem *Historiæ* nuper evulgatæ comparent pag. 1. Sed tum Matthæi Paris narrationem quam iisdem pene verbis repetit inferius idem scriptor historicus (8) ad annum 1252, tum quæ in fine quorumdam exemplarium ex ipso excerpta verba leguntur, merito ridet Simonius (9), qui et ea deesse in ms. codice Colbertino testatur : ut proinde nihili ducenda sit inscriptio alterius codicis ms. bibliothecæ Bodleianæ a Grabio relata (10), hisque verbis expressa : *Testamenta duodecim patriarcharum filiorum Jacob, secundum translationem Joannis Chrysostomi de Hebræo in Græcum* : satis enim sive ex hactenus dictis, sive ex mox dicendis refellitur.

### II. *Ipsius ætas inquiritur, ejusque scriptionis consilium paucis aperitur.*

Quo autem tempore Testamenta hæc scripserit Christianus auctor anonymus, haud ita exploratum habetur, ut ea de re firmi aliquid statui posse videatur. Verum si quæstio admodum implexa ex conjecturis expedienda sit, nos cum Dodwello (11) in primis, Wolfio (12), Ruchato (13) aliisque censemus, sæculo I desinente scriptorem floruisse; qui nimirum Helenisticum plane stylum adhibuerit, qualis ineunte sæculo II in desuetudinem abiisse comperitur : licet Mazochius V. C. paulo aliter senserit (14). Neque alia præterea desunt argumenta vel ipso Grabio suggerente (15), quibus sententia hujusmodi magis adhuc confirmari queat. Scilicet, non ante annum æræ vulgaris 52 Testamenta hæc elucubrata fuisse perhibentur, quo Epistolam I ad Thessalonicenses fuisse scriptam existimant viri eruditi, Pearsonius (16), Millius (17), alii : hæc enim in testamento Levi Leguntur (18) : Ἔφθασε δὲ ἡ ὀργὴ Κυρίου ἐπ' αὐτοὺς εἰς τέλος. *Venit autem ira Domini super eos in finem* : quæ quidem verba contra Judæos prolata, ex laudata Thessalonicensibus inscripta Epistola (19) desumpta fuisse noscuntur. Neque ante annum 64, quo liber Actuum apostolorum fertur a sancto Luca litteris consignatus (20), opusculum illud exarasse auctorem ex iis constat, quibus imaginem apostoli Pauli ex iisdem Actis graphice descriptam exhibet (21). Benjaminum ita loquentem inducens : *Et non amplius vocabor lupus rapax..... Et suscitabitur ex semine meo in extremis temporibus dilectus Domini, audiens vocem ejus, cognitione nova illuminans omnes gentes, lucem cognitionis accendens Israeli in salutem, et rapiens ut lupus ab ipsis, et dans synagogæ gentium : et usque in consummationem sæculorum erit in synagogis gentium et in principibus eorum, sicut musicum melos in ore omnium : et in libris sanctis erit inscriptus, et opus et sermo ejus* : opus quidem, ut optime Grabis, in Actis apostolorum ; sermo autem, tum in iisdem Actis, tum in ipsius Pauli Epistolis : ut proinde post omnes etiam Paulinas Epistolas, id est post annum 67 scripsisse auctor videatur.

Quinimo post annum 70 Testamenta illa fuisse composita, ea satis produnt quæ de Hierosolymorum excidio, deque calamitatibus in cædis Christi pœnam Judæis inflictis, loquitur auctor his verbis (22) : *Virum renovantem legem in virtute Altissimi, impostorem appellabitis, et in fine, ut æstimabilis, occidetis eum, nescientes ipsius resurrectionem, innocentem sanguinem in malitia super capita vestra recepturi. Et propter ipsum erunt sancta vestra deserta, usque ad pavimentum profanata.* Et paulo ante : *Propter hæc, templum quod utique eliget Dominus desolabitur in immunditia ; et vos captivi eritis in omnes gentes, et abominatio inter eas ; et*

(6) Cleric. *Hist. eccl.*, ad ann. 191, § 2, p. 796.
(7) Matth. Par. *Hist. major*, ad ann. 1248, p. 528 edit. Lond. 1686.
(8) Id. *ibid.*, pag. 720 seq.
(9) Simon. *Bibl. crit.*, tom. II, pag. 286 seq.
(10) Grab. *Spicil. SS. PP.*, tom. I, p. 143.
(11) Dodw. *apud Grab. Spicil. SS. PP.*, tom. I, p. 132.
(12) Wolf. *Bibl. Hebr.*, tom. I, p. 250.
(13) Ruchat. *Lettres de trois Pères apostoliques*, tom. I, pag. 133, 194.
(14) Mazoch. *Comment. in vet. marm. Kalend.*, vol. I, p. 247 ; et vol. II, p. 536.
(15) Grab. l. c., pagg. 138, 140.
(16) Pears. *Annal. Paul.*, inter ejus opp. posth. pag. 12.
(17) Mill. *Prolegom. ad N. T. Gr.*, § 4.
(18) *Testam.* XII *Patr.*, cap. 3, § 6.
(19) *I Thess.* II, 16.
(20) Mill. l. c. § 118.
(21) *Testam.* XII *patriarch.*, cap. 11, 12.
(22) Ibid. cap. 3, §§ 15 et 17.

*accipie is opprobrium et confusiouem sempiternam a justo judicio Dei.* Hæc quidem alio detorquet Grabius, intersertaque patriarcharum Testamentis a cujusdam Christiani manu sub sæculi finem vel sub initium insequentis existimat (23) : at virum criticum locis allatis vim inferre, quo suam de Judæo scriptore stabiliat hypothesin, nemo non dixerit qui rem penitius intropisciat : loca enim quæ ad Novum Testamentum spectant, de Christi divinitate deque aliis Christianæ religionis capitibus, si e medio tollantur,concidat opusculum illud necesse est. Quid quod ab una manu omnia in hoc opere perscripta esse vel inde liquet, judice Simonio (24), quod eadem styli ratio ubique spiret, cunctaque uno tenore æquabiliter fluant ? Instat insuper idem vir eruditus(25),aliqua in his Testamentis occurrere,quæ ab homine Christiano tradita littoris fuisse, absonum videtur, Haud equidem repugnaverim : at nihil mirum, si more Judaico subinde loquatur scriptor iste Christianus ; quem opus suum eo consilio confecisse constat, quo Judæi facilius exciperent quæ de Christo ejusque doctrina passim inculcat.

Verum ne in his diutius immoremur, ad ætatem scriptoris hujus quod attinet, unus adhuc audiendus Caveus. Existimat ille nimirum (26), fieri vix potuisse quin aliquis antiquorum ante Origenem ejus operis meminisset; adeoque sæculo apostolico haud esse ascribendum opinatur.Hunc tamen scrupulum si evelli sibi ex animo postulet, id unum subdimus, ut alia prætereamus, scriptorum ecclesiasticorum monumenta qui duobus primis sæculis floruere, maximam partem esse deperdita ; nobisque ex eorum operibus, paucis exceptis, aliqua tantum superesse fragmenta: ut propterea,illorum vetustissimorum Patrum silentium immerito nobis objiciatur.

III. *Operis pretium expenditur : ex quo in primis a Grabio deprompta pro vera Christi deitate testimonia describuntur. Hinc sententia de scriptore Christiano iterum confirmatur.*

Jam vero pretium operis atque utilitatem exponere præstat, præeunte maxime Grabio qui eo munere rite perfunctus comperitur. Primum itaque omnium observat vir eruditus (27), Jacobum patriarcham aliosque sanctos homines, morti proximos, sive futurorum præsagia sive egregia vitæ bene agendæ monita edidisse: quæ proinde magno in pretio haberi ab audientibus litterisque mandari consueverunt. Hunc igitur morem imitatus auctor noster, non tam animo decipiendi, quam Judæos religione ac disciplina imbuendi studio in his Testamentis patriarchas duodecim filios Jacob loquentes inducit ; qui jamjam morituri, et futura prænuntient, et optimis institutis filios ac nepotes erudiant.Prædictiones quidem Messiam potissimum ac statum Synagogæ et Ecclesiæ gentium sub Novo Testamento respiciunt : in historia vero patriarcharum,plura de his enarrantur quæ in Genesi alliisve canonicis libris haud occurrunt,sed ex apocryphis desumpta censentur: eorum tamen pleraque neque incongrua veritati, neque fortasse ad sacræ historiæ illustrationem inutilia esse videntur.

Verum magis interest huc afferre insignia pro Christi divinitate testimonia, quæ contra Unitarios ex his Testamentis collecta eidem V. C. alibi sistere placuit.Sic igitur ille (28):« In Testamento Simeonis hæc legimus verba(29):Κύριος, ὁ Θεὸς μέγας τοῦ Ἰσραὴλ, φαινόμενος ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπος, καὶ σώζων ἐν αὐτῷ τὸν Ἀδάμ. *Dominus,* Deus Magnus *Israel, apparebit in terra ut homo, et salvabit in ipso Adam.* Et mox (30) : Ὁ Θεὸς σῶμα λαβὼν, καὶ συνεσθίων ἀνθρώποις, ἔσωσεν αὐτούς. Deus *corpus assumens, et comedens cum hominibus, salvavit eos.* Paucisque interjectis (31), Messiam vocat Θεὸν καὶ ἄνθρωπον, Deum *et hominem.*

« In Testamento Levi, patriarcham istum angelus his alloquitur verbis (32) : Διὰ σοῦ καὶ Ἰούδα ὀφθήσεται Κύριος ἐν ἀνθρώποις, σώζων ἐν αὐτοῖς πᾶν γένος ἀνθρώπων. *Per te et Judam apparebit Dominus in hominibus, salvans in ipsis omne genus hominum.* Deinde Levi ait (33),infernum spoliatum iri ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Ὑψίστου, *in passione Altissimi.*

« In Testamento Judæ mentio fit (34) παρουσίας τοῦ Θεοῦ τῆς δικαιοσύνης, *adventus* Dei *justitiæ ;* ni fallor, ex Jerem. xxiii, 6, et xxxiii, 16. Et paulo post de Messia dicitur (35) : Οὗτος ὁ βλαστὸς Θεοῦ ὑψίστου. *Hic est germen* Dei *altissimi* : ex Isaiæ iv, 2.

« In Testamento Zabulon (36) : Καὶ μετὰ ταῦτα ἀνατελεῖ ὑμῖν αὐτὸς Κύριος, φῶς δικαιοσύνης· — καὶ ὄψεσθε Θεὸν ἐν σχήματι ἀνθρώπου. *Et post hæc orietur vobis ipse Dominus, lux justitiæ,... et videbitis* Deum *in forma hominis.*

« In Testamento Dan (37) : Οὐκ ἔτι ὑπομενεῖ Ἰερουσαλὴμ ἐρήμωσιν, οὐδὲ αἰχμαλωτίσεται Ἰσραὴλ, ὅτι Κύριος ἔσται ἐμμέσῳ αὐτῆς, τοῖς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενος, καὶ Ἅγιος Ἰσραὴλ βασιλεύων ἐπ' αὐτοὺς ἐν ταπεινώσει καὶ πτωχείᾳ. *Non amplius sustinebit Hierusalem desolationem, neque captivus ducetur Israel ; quoniam Dominus erit in medio ejus, cum hominibos conversatus,et Sanctus Israel regnans super ipsos in humilitate et paupertate.*

(23) Grab. l. c., pagg. 139, 140.
(24) Simon. *Bibl. crit.*, tom. II, p. 228.
(25) Grab. l. c., pag. 133.
(26) Cav. *Hist. litter.*, tom I, p. 51.
(27) Grab. l. c. pagg. 129. 141.
(28) Grab. *Annot. ad G. Bulli Defens. fid. Nic.*sect. II, cap. 3, pag. 64.
(29) *Testam.* xii *Patriarch.*, cap. 2, § 6.
(30) Ibid. § 6.
(31) Ibid. cap. 2, § 7.
(32) Ibid. 3, § 2.
(33) Ibid. § 4.
(34) Ibid. cap. 4, § 22.
(35) Ibid. § 24.
(36) Ibid. cap. 6, § 9.
(37) Ibid. cap. 7, § 5.

« In Testamento Nephthalim (38) : Διὰ τοῦ Ἰούδα ἀνατελεῖ σωτηρία τῷ Ἰσραήλ, καὶ ἐν αὐτῷ εὐλογηθήσεται Ἰακώβ. Διὰ γὰρ τοῦ σκήπτρου αὐτοῦ ὀφθήσεται Θεὸς, κατοικῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ τῆς γῆς, σῶσαι τὸ γένος Ἰσραήλ. *Per Judam oritur salus Israel, et in ipso benedicetur Jacob. Per sceptrum enim ejus apparebit* DEUS, *habitans inter homines in terra, ut salvet genus Israel.*

« In Testamento Aser (39) : Ὁ Ὕψιστος ἐπισκέψεται τὴν γῆν, καὶ αὐτὸς ἐλθὼν ὡς ἄνθρωπος, ἐσθίων καὶ πίνων μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ συντρίβων τὴν κεφαλὴν τοῦ δράκοντος δι' ὕδατος. Οὗτος σώσει τὸν Ἰσραὴλ καὶ πάντα τὰ ἔθνη, Θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος. ALTISSIMUS *visitabit terram ; et ipse veniens ut homo, cum hominibus manducans et bibens, et in silentio conterens caput draconis per aquam. Hic salvabit Israel et omnes gentes,* DEUS *in virum absconditus.*

« Denique in Testamento Benjamin (40) : Τότε καὶ ἡμεῖς ἀναστησόμεθα, ἕκαστος ἐπὶ σκῆπτρον ἡμῶν, προσκυνοῦντες τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν, τὸν ἐπὶ γῆς φανέντα ἐν μορφῇ ἀνθρώπου (ἀνθρωπίνῃ) ταπεινώσεως. *Tunc et nos resurgemus, unusquisque in sceptrum nostrum, adorantes regem cælorum, qui in terra apparuit in forma hominis* (humanæ) *humilitatis.* Moxque addit Israelitas judicandos, ὅτι παραγενόμενον Θεὸν ἐν σαρκὶ ἐλευθερωτὴν οὐκ ἐπίστευσαν : *quoniam advenientem* DEUM *in carne liberatorem non crediderunt.*

« Ecce Christum, *Dominum, Deum, magnum Deum, Altissimum, Sanctum Israel*, etc., appellatum. » Hactenus eruditus Grabius : a quo hæc eadem contracta mutuatus est Prudentius Maranus in præstanti opere inscripto : *Divinitatis D. N. J. C. manifesta in Scripturis et traditione* (41). Cujus viri doctissimi judicium de horum Testamentorum auctore in medium proferre libet, quo magis illa firmentur quæ de ipsius opere disseruimus. « Hunc scriptorem, inquit, Judæum fuisse declarat plurimus Judaicarum fabularum usus : Christianum vero, nimium apertæ de Christo prædictiones, quam ut ex eventis fictæ non fuerint. Seniorem sæculo II nonnulli faciunt, nemo juniorem, quippe cum ab Origene homil. XV *in Josue* citatus fuerit. Grabius hunc librum olim a Judæo scriptum ante Christi ortum, et a Christiano sæculo I exeunte aut II ineunte interpolatum putat. Sed hæc eruditi viri opinio levissimis conjecturis nititur. Nihil enim in hoc opere insincerum et interlitum apparet, nihil quod non proposito conducat. Quare non est cur vereamur hæc Testamenta patriarchis supposita, ut germanissimum opus Judæi in Christum credentis citare. » Excerptis deinde productis quæ superius recitavimus, sententiam suam claudit his verbis : « Hæc clariora et expressiora sunt, quam ut detorqueri possint. Quod si assuta et insincera dicent (adversarii), non est quod cum eis litigemus. Sic enim scriptores omnes ecclesiasticos eludere licebit. Nulla enim hic styli varietas, nulla rerum aut verborum discrepantia, nihil non simplex et unius formæ. Videtur autem iste scriptor, consilio ille quidem non malo, sed fraude non laudabili, hæc vaticinia patriarchis subjecisse, ut Judæos suos ad fidem alliceret, et magnum illud nascentis Dei mysterium a quo abhorrebant, in ore duodecim patriarcharum minus eis invisum accideret. » Huc usque Maranus V. C. Ex quibus liquet nimis abjecte sensisse Nourrium ejus sodalem, virum cætera doctum, cum de his Testamentis illud pronuntiavit : « in lucem nunquam emitti ea debuisse, vel perpetuis tenebris fuisse damnanda (42) » : quo quidem nomine vel ab ipso Simonio notatur (43).

IV. *De variis mss. exemplaribus Græcis, deque antiqua Roberti Lincolniensis episcopi versione agitur.*

Hujus operis varia circumferuntur mss. exemplaria Græca, viris eruditis laudata, Montfauconio (44) in primis, Nourrio, Simonio, Warthono II. cc. aliisque. Ms. Cantabrigiensis meminit Fabricius (45), ejusque titulos seu capitum summaria Græce recitat, nihil tamen ab edito Grabiano diversa. De codicibus autem Anglicanis mox infra, ubi de editione Oxoniensi. Primum vero Græcum exemplar, si fides Matthæo Paris (46), detectum ita fuisse perhibetur, *Magister*, inquit, *Joannes de Basingestokes, archidiaconus Legriæ, vir in trivio et quadrivio experientissimus, Græcis ac Latinis litteris ad plenum eruditus,.... intimaverat episcopo Lincolniensi Roberto, quod quando studuit Athenis, viderat et audierat ab peritis Græcorum doctoribus quædam Latinis incognita. Inter quæ reperit* XII *Patriarcharum, filiorum videlicet Jacob, Testamenta : quæ constat esse de substantia bibliothecæ ; sed pser invidiam Judæorum dudum fuisse incognita, propter manifestas quæ in eisdem patent, de Christo prophetias. Unde idem episcopus misit in Græciam ; et cum ea habuisset, transtulit de Græco in Latinum sermonem.* Hæc ille monachus Anglus, ubi nihil de textu Hebræo, ut alibi, quem etiam superius vidimus enarrantem ab eodem quidem Lincolniensi episcopo hæc Testamenta e Græco Latine fuisse reddita, *coadjuvante* tamen *magistro Nicolao Græco, clerico abbatis S. Albani.* De utroque interprete distinctius agit Baleus (47).

(38) *Testam.* XII *Patriarch.*, cap. 8, § 8.
(39) Ibid. cap. 10, § 7.
(40) Ibid. cap. 12, § 10.
(41) Maran. *Divin. D. N. J. C.* lib. II, cap. 1, § 4. p. 203.
(42) Nourr. *Appar. ad bibl PP.* tom. I, pag. 240.
(43) Simon. *Bibl. crit.*, tom. II, p. 225.
(44) Montf. *Bibl. biblioth.*, tom. I, pag. 14, 683, 685, etc.
(45) Fabric. *Cod. pseud. V. T.*, tom, II, pag. 84.
(46) Matth. Par. *Hist. major.*, ad ann. 1252, p. 720 seq.
(47) Bal. *Hist. de script. Britann.*, centur. XIII, p. 33.

V. *De editione Grabiana hic typis expressa.*

Hanc autem Roberti antiquam versionem Latinam subinde typis fuisse consignatam norunt eruditi ; dignamque in primis existimarunt viri docti quæ in veterum Patrum Bibliothecis locum obineret. Verum in omnibus editionibus quæ ab ann. 1483 usque ad annum 1677 in vulgus prodierunt, tot tantisque mendis fœdata est antiqua isthæc versio, ut sæpe vix sensum extundere valeas. Quod secum reputans Joannes Ernestus Grabius, collatis editis cum duobus bibliothecæ Bodleianæ mss. codicibus, plurimos sustulit errores, correctis quoque aliis pene innumeris ab interprete ipso commissis. Hanc itaque versionem sic emaculatam, cum textu Græco ad duos codices exacto, alterum Academiæ Cantabrigiensis, bibliothecæ Bodleianæ alterum, publici juris fecit Oxonii 1698 in volumine I *Spicilegii SS. Patrum.* Exinde vero editionem suam recensens idem vir eruditus, textum Græcum iterum contulit cum duobus mss. collegii Trinitatis Cantabrigiensis. Latinam quoque Roberti Lincolniensis versionem perpetuis emendationibus limavit ; aliis quidem quas e duobus mss. bibliothecæ Bodleianæ hauserat et prius ad oras paginarum posuerat, in textum assumptis ; aliis vero a se ipso adjunctis : ut ex præfatione ad secundam *Spicilegii* Oxoniensem editionem anni 1714 colligitur.

Priorem Grabianam secutus est Fabricius in *Codice pseudepigrapho Veteris Testamenti*, vol. I, semel iterumque typis excuso Hamburgi ann. 1713-1722, quanquam memoria lapsus aliter alicubi (48) asserat : quod utique, ut cætera omittamus, compertum fiet, secundæ Grabianæ notam p. 224 cum secunda item Fabriciana p. 687 conferenti. Nos vero posteriorem Oxoniensem, uti par erat, sele gimus : editoris adnotationes quæ textui emendando inserviunt, retinuimus : alias longiores contraximus, paucis interim additis quæ auctoris mentem in primis respiciunt.

# ΑΙ ΔΙΑΘΗΚΑΙ
# ΤΩΝ ΙΒ' ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ

ΤΩΝ ΥΙΩΝ ΙΑΚΩΒ

## ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΥΙΟΥΣ ΑΥΤΩΝ.

# TESTAMENTA
# DUODECIM PATRIARCHARUM

FILIORUM JACOB

## AD FILIOS SUOS

INTERPRETE ROBERTO LINCOLNIENSI EPISCOPO.

(Galland., *Vet. Patr. Biblioth.*, I, 195.)

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Διαθήκη Ῥουβὴμ περὶ ἐννοιῶν.

Α'. Ἀντίγραφον διαθήκης Ῥουβήμ, ὅσα ἐνετείλατο τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, πρὶν ἀποθανεῖν αὐτὸν, ἐν ἑκατοστῷ εἰκοστῷ πέμπτῳ ἔτει τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Μετὰ ἔτη δύο τῆς τελευτῆς Ἰωσὴφ, ἀῤῥωστοῦντι συνήχθησαν ἐπισκέψασθαι αὐτὸν οἱ υἱοὶ καὶ υἱοὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· « Τεκνία μου, ἐγὼ ἀποθνήσκω, καὶ πορεύο-

### CAPUT I.

*Testamentum Ruben, de iis quæ moriturus in mente (49) habuit.*

I. Transcriptum testamenti Roben, quæcunque mandavit filiis suis, priusquam moreretur, in 125 anno vitæ ipsius. Post annos duos mortis Joseph, ad ægrotantem congregati sunt, ut visitarent eum, filii et filii filiorum ejus. Et dixit eis : » Filioli mei, ego morior, et vado viam patrum meorum. » Et videns

(48) Fabric. *Cod. pseud. V. Testam.* tom. II, p. 84.

(49) *In mente. In mente spiritu prægnostico dicante*, habet Robertus episcopus Lincolnensis. Grab.

Illic Judam, et Gad, et Aser, fratres suos, dixit eis: « Erigite me, fratres, ut dicam fratribus meis et filiis meis, quæcunque habeo in corde meo abscondita : jam enim deficio. » Et erectus osculatus est eos, et plorans dixit : « Audite, fratres mei et filii, auribus percipite Ruben patrem vestrum (51), quæcunque mando vobis. Ecce, testificor vobis Deum cœli hodie, ut non ambuletis in ignorantia juventutis, et fornicatione in qua effusus sum ego, et inquinavi lectum patris mei Jacob. Dico enim vobis, quoniam percussit me (*Dominus*) plaga magna in iliis meis per menses septem ; et nisi Jacob pater noster orasset pro me ad Dominum, voluit Dominus occidere me. Eam enim annorum triginta, quando feci hoc malum coram Domino ; et septem mensibus infirmatus sum usque ad mortem ; et ex proposito animæ meæ septem annis pœnitui coram Domino. Vinum et siceram non bibi, et caro non intravit os meum ; et omnem panem desiderii non gustavi lugens pro peccato meo, magnum enim erat. Et ne fiat in Israel ita.

II. «Et nunc audite me, filii, ut manifestem vobis (58), quæ vidi de septem spiritibus erroris in pœnitentia mea. Septem spiritus dati sunt adversus hominem a Beliar; et ipsi sunt caput operum juventutis : et septem spiritus dati sunt ei in creatione, ut sit in eis omne opus hominis. Primus spiritus est vitæ, cum qua consistentia creatur. Secundus spiritus est visus, cum quo fit desiderium. Tertius spiritus est auditus, cum quo fit doctrina. Quartus spiritus est olfactus, cum quo est gustus datus in attractionem aeris et spirationis. Quintus spiritus est locutionis, cum qua fit cognitio. Sextus spiritus est gustus, cum quo fit cibatio comestibilium et potabilium, et fortitudo in ipsis creatur ; quoniam in cibis substantia est fortitudinis. Septimus spiritus est seminis et coitus, cum quo coingreditur per concupiscentiam voluptatis peccatum. Propter hoc ultimus est creationis, et primus juventutis, quoniam ignorantia plenus est ; et ipsa juniorem ducit ut cæcum in foveam, et ut jumentum in præcipitium

III. « In omnibus his octavus spiritus somni est,

A μαι ὁδὸν πατέρων μου. » Καὶ ἰδὼν ἐκεῖ Ἰούδαν, καὶ Γάδ, καὶ Ἀσήρ, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς. « Ἀναστήσατέ με, ἀδελφοί, ὅπως εἴπω τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ τοῖς τέκνοις μου, ὅσα ἔχω ἐν τῇ καρδίᾳ μου κρυπτέ· ἐκλιπὼν γὰρ ἐγώ εἰμι ἀπὸ τοῦ νῦν (50). » Καὶ ἀναστὰς κατεφίλησεν αὐτοὺς, καὶ κλαύσας εἶπεν· « Ἀκούσατε, ἀδελφοί μου, ἐνωτίσασθε (52) Ῥουβὴμ τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ὅσα ἐντέλλομαι (53) ὑμῖν. Καὶ ἰδοὺ ἐπιμαρτύρομαι ὑμῖν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ σήμερον τοῦ μὴ πορευθῆναι ἐν ἀγνοίᾳ νεότητος, καὶ πορνείᾳ, ἐν ᾗ ἐξεχύθην ἐγὼ (54), καὶ ἐμίανα τὴν κοίτην τοῦ πατρός μου Ἰακώβ. Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐνέπληξέ με πληγὴν μεγάλην ἐν ταῖς λαγόσι μου (55) ἐπὶ μῆνας ἑπτά· καὶ εἰ μὴ Ἰακὼβ ὁ πατὴρ ἡμῶν προσηύξατο περὶ ἐμοῦ πρὸς Κύριον, ἤθελε Κύριος ἀνελεῖν με. Ἔμην γὰρ ἐτῶν τριάκοντα, ὅτε ἔπραξα τὸ πονηρὸν ἐνώπιον Κυρίου· καὶ ἑπτὰ μῆνας ἐμαλακίσθην ἕως θανάτου· καὶ ἐν προαιρέσει ψυχῆς μου ἑπτὰ ἔτη μετενόησα ἐνώπιον Κυρίου. Οἶνον καὶ σίκερα (56) οὐκ ἔπιον, καὶ κρέας οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου· καὶ πᾶν (57) ἄρτον ἐπιθυμίας οὐκ ἐγευσάμην, πενθῶν ἐπὶ τῇ ἁμαρτίᾳ μου, μεγάλη γὰρ ἦν. Καὶ οὐ μὴ γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ οὕτως.

B Β΄ « Καὶ νῦν ἀκούσατέ μου, τέκνα, ἃ εἶδον περὶ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων τῆς πλάνης (59) ἐν τῇ μετανοίᾳ μου. Ἑπτὰ πνεύματα ἐδόθη κατὰ τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ τοῦ Βελιάρ, καὶ αὐτά εἰσι κεφαλὴ τῶν ἔργων τοῦ νεωτερισμοῦ· καὶ ἑπτὰ πνεύματα ἐδόθη αὐτῷ ἐπὶ τῆς κτίσεως, τοῦ εἶναι ἐν αὐτοῖς πᾶν ἔργον ἀνθρώπου. Πρῶτον πνεῦμα ζωῆς, μεθ' ἧς ἡ σύστασις (60) κτίζεται. Δεύτερον πνεῦμα ὁράσεως, μεθ' ἧς γίνεται ἐπιθυμία. Τρίτον πνεῦμα ἀκοῆς, μεθ' ἧς γίνεται διδασκαλία. Τέταρτον πνεῦμα ὀσφρήσεως, μεθ' ἧς ἐστιν γεῦσις δεδομένη εἰς συνολκὴν (61) ἀέρος καὶ πνοῆς. Πέμπτον πνεῦμα λαλιᾶς, μεθ' ἧς γίνεται γνῶσις. Ἕκτον πνεῦμα γεύσεως, μεθ' ἧς γίνεται βρῶσις βρωτῶν καὶ ποτῶν (62), καὶ ἰσχὺς ἐν αὐτοῖς κτίζεται· ὅτι ἐν βρώμασίν ἐστιν ἡ ὑπόστασις τῆς ἰσχύος. Ἕβδομον πνεῦμα σπορᾶς καὶ συνουσίας, μεθ' ἧς συνεισέρχεται διὰ τῆς φιληδονίας ἡ ἁμαρτία. Διὰ τοῦτο ἔσχατόν ἐστι τῆς κτίσεως, καὶ πρῶτον τῆς νεότητος, ὅτι ἀγνοίας πεπλήρωται, καὶ αὐτὴ τὸν νεώτερον (63) ὁδηγεῖ ὡς τυφλὸν ἐπὶ βόθρον, καὶ ὡς κτῆνος ἐπὶ χρημνόν.

Γ΄. « Ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὄγδοον πνεῦμα τοῦ ὕπνου

(50) Ἐκλιπὼν γὰρ ἐγώ εἰμι ἀπὸ τοῦ νῦν. Ἰδοὺ γὰρ ἐκλείπω ἀπὸ τοῦ νῦν ἐγώ. Grab.

(51) *Ruben patrem vestrum. Verba Ruben Patris vestri.* Prior Grabii editio, apud Fabric.

(52) Ἐνωτίσασθε. Addendum, καὶ υἱοί. Grab.

(53) Ὅσα ἐντέλλομαι. Ὅσα ἐγὼ ἐντέλλ. melius. Ibid. apud Fabric.

(54) Ἐξεχύθην ἐγώ. Hæc conveniunt cum ultimis patriarchæ Jacobi verbis, quæ de Ruben protulit, Gen. xlix, 4. Grab.

(55) Ἐνέπληξέ με πληγὴν μεγάλην ἐν ταῖς λαγόσι μου. Ἐξέπληξέ με πληγῇ μεγάλῃ ἐπὶ τῆς λαγόνος μου. Idem.

(56) Οἶνον καὶ σίκερα, κ. τ. λ. Idem tempore pœnitentiæ suæ fecit Ruben, quod propheta Daniel de semetipso iisdem fere verbis testatur, cap. x, ℣ 3, juxta LXX : Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐγὼ Δανιὴλ ἤμην πενθῶν τρεῖς ἑβδομάδας ἡμερῶν· ἄρτον ἐπιθυμιῶν οὐκ ἔφαγον, καὶ κρέας καὶ οἶνος οὐκ εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. Id.

(57) Πᾶν. Πάντα melius. Id.

(58) *Ut manifestem vobis.* Omissa sunt. Ibid., apud Fabric.

(59) Πνευμάτων τῆς πλάνης. Vide quæ de spiritibus erroris, et dæmonibus vitiorum erudite, ut solet, congessit Cotelerius in Notis ad Hermæ lib. II, mandat. 2. Grab.

(60) Σύστασις. Κίνησις. Id.

(61) Συνολκήν. Ὁλκήν. Id.

(62) Βρωτῶν καὶ ποτῶν. Βρωμάτων τε καὶ πομάτων. Id.

(63) Νεώτερον. Νεωτερισμόν. Id.

ἐστὶ, μεθ' οὗ ἐκτίσθη (64) ἔκστασις φύσεως, καὶ εἰκὼν τοῦ θανάτου. Τούτοις τοῖς πνεύμασι συμμίγνυται τὸ πνεῦμα (65) τῆς πλάνης. Πρῶτον τὸ τῆς πορνείας ἐν τῇ φύσει καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν ἔγκειται. Δεύτερον πνεῦμα ἀπληστίας ἐν τῇ γαστρί. Τρίτον πνεῦμα μάχης ἐν τῷ ἥπατι καὶ τῇ χολῇ. Τέταρτον πνεῦμα ἀρεσκείας καὶ μαγγανείας, ἵνα διὰ περιεργίας ὡραῖος ὀφθῇ. Πέμπτον πνεῦμα ὑπερηφανίας, ἵνα κινῆται (66), καὶ μεγαλοφρονῇ· Ἕκτον πνεῦμα ψεύδους, ἐν ἀπωλείᾳ καὶ ζήλῳ τοῦ πλάττειν λόγους, καὶ κρύπτειν λόγους αὐτοῦ ἀπὸ γένους καὶ οἰκείων· Ἕβδομον πνεῦμα ἀδικίας, μεθ' ἧς κλοπὴ καὶ γρυπίσματα, ἵνα ποιήσῃ φιληδονίαν καρδίας αὐτοῦ. Ἡ γὰρ ἀδικία συνεργεῖ τοῖς λοιποῖς πνεύμασι διὰ τῆς δολοληψίας. Ἐπὶ πᾶσι τούτοις τὸ πνεῦμα τοῦ ὕπνου, τὸ ὄγδοον πνεῦμα, συνάπτεται πλάνῃ (67) καὶ φαντασίᾳ. Καὶ οὕτως ἀπόλλυται πᾶς νεώτερος, σκοτίζων τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ συνιὼν ἐν τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, μήτε ὑπακούων νουθεσίας πατέρων αὐτοῦ, ὥσπερ κἀγὼ ἔπαθον ἐν τῷ νεωτερισμῷ μου. Καὶ νῦν, τέκνα, τὴν ἀλήθειαν ἀγαπήσατε, καὶ αὕτη φυλάξεται ὑμᾶς. Διδάσκω ὑμᾶς, ἀκούσατε Ῥουβὴμ τοῦ πατρὸς ὑμῶν. Μὴ προσέχετε ἐν ὄψει γυναικὸς (68), μηδὲ ἰδιάζετε μετὰ θηλείας ὑ πάνδρου, μηδὲ περιεργάζεσθέ πρᾶξιν γυναικῶν. Εἰ μὴ γὰρ εἶδον ἐγὼ Βάλλαν λουομένην ἐν σκεπηνῷ τόπῳ, οὐκ ἐνέπιπτον εἰς τὴν ἀνομίαν τὴν μεγάλην. Συλλαβοῦσα γὰρ ἡ διάνοιά μου τὴν γυναικείαν γύμνωσιν, οὐκ εἴασέ με ὑπνῶσαι, ἕως οὗ ἔπραξα τὸ βδέλυγμα. Ἀπόντος γὰρ Ἰακὼβ τοῦ πατρὸς ἡμῶν πρὸς Ἰσαὰκ τὸν πατέρα αὐτοῦ, ὄντων ἡμῶν ἐν Γαδὲρ, πλησίον Ἐφραθὰ (69) οἶκον Βηθλεὲμ (70), Βάλλα ἦν μεθύουσα καὶ κοιμωμένη, καὶ ἀκαλύπτως κατέκειτο ἐν τῷ κοιτῶνι· κἀγὼ, εἰσελθὼν, καὶ ἰδὼν τὴν γύμνωσιν αὐτῆς, ἔπραξα τὴν ἀσέβειαν, καὶ καταλιπὼν αὐτὴν κοιμωμένην, ἐξῆλθον. Καὶ εὐθέως ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ἀπεκάλυψε τῷ πατρί μου Ἰακὼβ περὶ τῆς ἀσεβείας μου· καὶ ἐλθὼν ἐπένθει ἐπ' ἐμὲ, μηκέτι ἁψάμενος αὐτῆς.

A cum quo creata est exstasis naturæ, et imago mortis. His spiritibus commiscetur spiritus erroris. Primus fornicationis in natura et sensibus insidet. Secundus spiritus insatiabilitatis in ventre. Tertius spiritus pugnæ, in hepate et bile. Quartus spiritus placentiæ et imposturæ, ut per superfluitatem decorus appareat. Quintus spiritus superbiæ, ut moveatur, et magna sapiat. Sextus spiritus mendacii, in perditione et zelo fingendi sermones, eosque celandi a genere et familiaribus. Septimus spiritus injustitiæ, cum qua fiunt furtum et distortiones, ut faciat concupiscentiam voluptatis cordis sui. Injustitia enim cooperatur reliquis spiritibus per doli assumptionem. In omnibus his spiritus somni, octavus spiritus copulatur errore et phantasia. B Et ita perit omnis junior, obtenebrans mentem a veritate, et non intelligens legem Dei, neque obediens doctrinæ patrum suorum, quemadmodum et ego passus sum in juventute mea. Et nunc filii, veritatem diligite, et ipsa custodiet vos. Doceo vos, audite Ruben patrem vestrum. Ne attendatis visioni mulieris, neque in secreto sitis cum femina quæ est sub viro, neque circumscrutemini operationem mulierum. Nisi enim vidissem Ballam balneantem in cooperto loco, non incidissem in iniquitatem magnam. Concipiens enim mens mea muliebrem nuditatem non sivit me dormire, donec operatus sum abominationem. Absente enim Jacob patre nostro apud Isaac patrem suum, existentibus nobis in Gader, prope Ephrata domus Bethlehem Balla erat ebria, et dormiens revelata jacebat C in cubiculo : et ego ingrediens, et videns nuditatem ipsius, operatus sum impietatem, et derelinquens eam dormientem, egressus sum. Et confestim angelus Dei revelavit patri meo Jacob de impietate mea ; et veniens lugebat super me, non amplius tangens eam.

Δ'. « Μὴ οὖν προσέχετε κάλλος γυναικῶν, μηδὲ ἐννοεῖσθε τὰς πράξεις αὐτῶν· ἀλλὰ πορεύεσθε ἐν ἁπλότητι καρδίας, ἐν φόβῳ Κυρίου, καὶ μοχθοῦντες ἐν ἔργοις, καὶ ἀποπλανώμενοι ἐν γράμμασι, καὶ ἐν τοῖς ποιμνίοις ὑμῶν, ἕως ὁ Κύριος δώῃ ὑμῖν σύζυγον, ἣν αὐτὸς θέλει, ἵνα μὴ πάθητε, ὡς κἀγώ. Ἄχρι (72) τελευτῆς τοῦ πατρὸς ἡμῶν οὐκ εἶχον παῤῥησίαν ἀτενίσαι εἰς πρόσωπον Ἰακὼβ, ἢ λαλῆσαί τινι τῶν ἀδελφῶν, διὰ τοὺς ὀνειδισμούς. Καὶ ἕως νῦν ἡ συνείδησίς μου συνέχει με περὶ τῆς ἁγαρτίας μου. Καίγε παρεκάλεσέ με ὁ πατήρ μου, ὅτι ηὔξατο περὶ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύ-

IV. « Ne igitur attendatis pulchritudini mulierum, neque cogitetis operationes earum ; sed ambulate in simplicitate cordis, in timore Domini, et laborantes in operibus, et exercitantes (71) (*vosmet*) in litteris, et in gregibus vestris, donec Dominus det vobis conjugem quam ipse vult, ut non patiamini sicut et ego. Usque ad mortem patris nostri non habebam fiduciam aspiciendi in faciem Jacob, vel loquendi alicui fratrum, propter opprobria. Et usque nunc D conscientia mea cruciat me de peccato meo. Et consolatus est me pater meus, quoniam oravit pro me

(64) Ἐκτίσθη. Ἐσκοτίσθη. Id.
(65) Τὸ πνεῦμα. Τὰ πνεύματα melius. Id.
(66) Ἵνα κινῆται. Καυχᾶται. Id.
(67) Πλάνῃ. Ὃ ἐστι πλάνῃ. Id.
(68) Ἐν ὄψει γυναικός. Εἰς ὄψιν γυναικείαν. Id.
(69) Ἐφραθά. Hæc ex Gen. xxxv, 21, seqq. narrantur : Ἐφραθά autem mentio fit precedenti v. 19, ubi Hebræus textus de ea ait : הוא בית להם. *Hæc est Bethlehem.* Similiter LXX : Αὕτη ἐστὶ Βηθλεέμ. Sed et Demetrius apud Euseb. lib. IX *Præparat. evang.*, cap. 21, consentit his verbis : Ἔνθεν παραγενέσθαι εἰς Ἐφραθὰ, ἣν εἶναι Βηθλεέμ. Indeque ipse Eusebius lib. VII *Demonstrationis evangel.*, pag. 347, ex allegato loco Geneseos idem docet. Contra auctor *Testamenti Ruben* in citatis verbis videtur hæc duo distinguere, et Ephratam facere domum in urbe Bethlehem : nisi forte aliquis ad marginem interpretationis gratia ascripserit οἶκον ἄρτου, et prior vox inde in textum irrepserit, quem correcturus postea, sive explanaturus is qui Oxoniensem codicem scripsit, ἐν loco οἶκον posuit. Id.
(70) Οἶκον βηθλεέμ. Ἐν Βηθλεέμ. Id.
(71) *Exercitantes.* In Græco *errantes.* Id.
(72) Ἄχρι. Ὅτι ἄχρι. Id.

ad Dominum, ut transeat a me ira Domini, sicut ostendit mihi Dominus. Ex eo igitur tempore custoditus sum, et non peccavi. Propter hoc, filii mei, custodite omnia quæcunque mando vobis, et non peccabitis. Perditio enim animæ est fornicatio, dividens a Deo, et appropinquare faciens idolis; quoniam ipsa in errorem ducit intellectum et mentem, et deducit juvenes ad infernum ante tempus (74*) ipsorum. Nam multos perdidit fornicatio; quoniam etsi sit aliquis senex, vel nobilis, opprobrium ipsum facit apud Beliar et filios hominum. Quia enim custodivit seipsum Joseph ab omni muliere, et cogitationes purgavit ab omni fornicatione, invenit gratiam coram Domino et hominibus. Etenim multa fecit ei Ægyptia, et magos advocavit, et pharmaca ei obtulit; et non suscepit consilium animæ ejus desiderium perniciosum. Propter hoc Deus patrum meorum eruit eum ab omni visibili et abscondita morte. Si enim non prævaleat fornicatio menti, neque Beliar prævalebit vobis.

V. « Perniciosæ sunt mulieres, filii mei; quoniam non habentes potestatem vel virtutem super hominem, dolose agunt in formis, quomodo eum ad ipsas attrahant; et quem per fortitudinem non possunt vincere, hunc per deceptionem vincunt. Quoniam et de eis dixit mihi angelus Dei, et docuit me quod mulieres vincuntur a spiritu fornicationis supra hominem, et in corde machinantur adversus homines, et per ornatum errare faciunt primo eorum mentes, et per visum venenum inserunt, et tunc opere captivant : non enim potest mulier hominem cogere. *Fugite* ergo *fornicationem* [5], filii mei, et præcipite mulieribus vestris et filiabus ut non ornent capita et visus earum [6]; quoniam omnis mulier dolose agens in his, in punitionem sæculi reservata est. Ita enim seduxerunt Vigiles ante diluvium; et illi assidue videntes eas, affecti sunt desiderio ad invicem, et conceperunt mente operationem, et transfigurati sunt in homines, et in coitu virorum suorum coapparuerunt eis; et illæ desiderantes mente imaginationes eorum, peperunt gigantes. Apparuerunt enim eis Vigiles usque ad cœlum attingentes.

VI. « Custodite igitur vos a fornicatione; et si vultis purgari mente, custodite sensus vestros ab omni femina. Et illis etiam præcipite non communicare cum hominibus, ut et ipsæ purgentur mente,

[5] I. Cor. VI, 18. [6] I. Tim. II, 8, 9.

ριον, ἵνα παρέλθῃ ἀπ' ἐμοῦ ἡ ὀργὴ Κυρίου, ὡς ἔδειξέ μοι Κύριος. Ἀπὸ τότε οὖν (73) παρεφυλαξάμην, καὶ οὐχ ἥμαρτον. Διὰ τοῦτο, τέκνα μου, φυλάξασθε πάντα, ὅσα ἐντέλλομαι ὑμῖν, καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσετε. Ὄλεθρος γὰρ ψυχῆς ἐστιν ἡ πορνεία (74), χωρίζουσα θεοῦ, καὶ προσεγγίζουσα τοῖς εἰδώλοις, ὅτι αὐτό ἐστι πλανῶσα τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν, καὶ κατάγει νεανίσκους εἰς ᾅδην οὐκ ἐν λαιρῷ αὐτῶν. Καὶ γὰρ πολλοὺς ἀπώλεσεν ἡ πορνεία· ὅτι κἂν ᾖ τις γέρων, ἢ εὐγενής, ὄνειδος αὐτὸν (75) ποιεῖ παρὰ τῷ Βελιὰρ, καὶ τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων. Ἐπειδὴ γὰρ ἐφύλαξεν ἑαυτὸν Ἰωσὴφ ἀπὸ πάσης γυναικὸς, καὶ τὰς ἐννοίας ἐκαθάρισεν ἀπὸ πάσης πορνείας, εὗρεν χάριν ἐνώπιον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων. Καὶ γὰρ πολλὰ ἐποίησεν αὐτῷ ἡ Αἰγυπτία, καὶ μάγους παρεκάλεσε, καὶ φάρμακα αὐτῷ προσήνεγκε· καὶ οὐκ ἐδέξατο τὸ διαβούλιον τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἐπιθυμίαν πονηράν. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς τῶν πατέρων μου ἐρρύσατο αὐτὸν ἀπὸ παντὸς ὁρατοῦ καὶ κεκρυμμένου θανάτου· Ἐὰν γὰρ μὴ κατισχύσῃ ἡ πορνεία τὴν ἔννοιαν (76), οὐδὲ ὁ Βελιὰρ κατισχύσει ὑμῶν.

Ε'· « Πονηραί εἰσιν αἱ γυναῖκες, τέκνα μου, ὅτι μὴ ἔχουσαι ἐξουσίαν ἢ δύναμιν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, δολιεύονται ἐν σχήμασι, πῶς αὐτὸν πρὸς αὐτὰς ἐπισπάσωνται· καὶ ὃν διὰ δυνάμεως οὐκ ἰσχύουσι καταγωνίσασθαι, τοῦτον δι' ἀπάτης καταγωνίζονται. Ὅτι καίγε περὶ αὐτῶν εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐδίδαξέ με, ὅτι αἱ γυναῖκες ἥττωνται τῷ πνεύματι τῆς πορνείας ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐν καρδίᾳ μηχανῶνται κατὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τῆς κοσμήσεως πλανῶσιν αὐτῶν πρῶτον τὰς διανοίας, καὶ διὰ τοῦ βλέμματος τὸν ἰὸν ἐνσπείρουσι, καὶ τότε τῷ ἔργῳ αἰχμαλωτίζουσιν· οὐ γὰρ δύναται γυνὴ ἄνθρωπον βιάσασθαι. Φεύγετε οὖν τὴν πορνείαν, τέκνα μου, καὶ προστάσσετε ταῖς γυναιξὶν ὑμῶν, καὶ ταῖς θυγατράσιν, ἵνα μὴ κοσμῶνται τὰς κεφαλὰς καὶ τὰς ὄψεις αὐτων (77), ὅτι πᾶσα γυνὴ, δολευομένη ἐν τούτοις, εἰς κόλασιν τοῦ αἰῶνος τετήρηται. Οὕτω γὰρ ἔθελξαν τοὺς Ἐγρηγόρους πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ· κἀκεῖνοι συνεχῶς ὁρῶντες αὐτὰς, ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀλλήλων, καὶ συνέλαβον τῇ διανοίᾳ τὴν πρᾶξιν, καὶ μετεσχημάτιζοντο εἰς ἀνθρώπους, καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν συνεφαίνοντο αὐταῖς· κἀκεῖναι, ἐπιθυμοῦσαι τῇ διανοίᾳ τὰς φαντασίας αὐτῶν, ἔτεκον γίγαντας. Ἐφαίνοντο γὰρ αὐταῖς Ἐγρήγοροι (78) ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάνοντες.

Ϛ'. « Φυκάξασθε οὖν ἀπὸ τῆς πορνείας· καὶ εἰ θέλετε καθαρεύειν τῇ διανοίᾳ, φυλάξασθε τὰς αἰσθήσεις ἀπὸ πάσης θηλείας. Κἀκείναις δ' ἐντείλασθε μὴ συνδυάζειν ἀνθρώποις, ἵνα καὶ αὐταὶ καθαρεύωσι τῇ διά-

(73) Τότε οὖν. Τότε ἕως ἐννοιῶν GRAB.
(74) Ἡ πορνεία. Ἡ ἁμαρτία, ἡ διὰ τῆς πορνείας. ID.
(74*) Textus Græcus habet : *non in tempore*, merus hebraismus, בלא עתם, ut Eccles. VII, 18 : *Ne moriaris in tempore non tuo.* DRACH.
(75) Ὄνειδος αὐτόν. Ὀνειδισμὸν ἑαυτῷ. ID.
(76) Τὴν ἔννοιαν. Τῆς ἐννοίας. ID.
(77) Ὄψεις αὐτῶν. Πρὸς ἀπάτην διανοίας addit. ID.
(78) Ἐγρήγοροι. De Egregoris plura ex Georgio Syncello describit Grabius hic, in Notis ad tom. I *Spicileg.* pag. 347, seq., eoque Fabricius in *Cod. Pseud. Vet. Test.* tom. I, pag. 179, seq. De Egregoris item in scripto quodam ψευδεπιγράφῳ Henochi patriarchæ commemoratis, eruditam instituit disquisitionem Jo. Henricus Schulzius cap. I, *Historiæ medicinæ a rerum initio ad annum urbis Romæ DXXXV deductæ*, editæ Lipsiæ 1728.

(41) Καὶ νῦν, κ. τ. λ. Hunc locum, sed parum emendate, recitat ex ms. archiepiscopi Cantuariensis, Henricus Whartonus in *Auctario Historiæ dogmaticæ* J. Usserii *De Scripturis et sacris vernaculis*, cap. 2, pag. 322.

Dominum Deum nostrum ex toto corde ; et ambulate in simplicitate cordis secundum omnen legem ipsius. Docete autem et vos filios vestros litteras, ut habeant intellectum in omni vita eorum, legentes indesinenter legem Dei ; quoniam omnis qui cognoscit legem Dei ; honorabitur et non erit peregrinus, quocunque vadit. Amicos quoque multo plures suis genitoribus habebit, et desiderabunt multi hominum servire ei, atque audire legem ex ore ipsius. Facite justitiam, filii mei, in terra, ut inveniatis in cœlis ; et seminate in animabus vestris bona, ut inveniatis ea in vita vestra. Si enim seminetis mala, omnem turbationem et tribulationem metetis. Sapientiam possidete in timore Dei cum studio ; quoniam si fiat captivitas, et civitates disperdantur, et regiones, et aurum, et argentum, et omnis possessio pereat, sapientis sapientiam nullus potest auferre, nisi cæcitas impietatis et obcæcatio peccati ; quoniam erit ei hæc et apud hostes clara, et in terra aliena patria, et in medio inimicorum invenietur amicus. Si docert hæc et faciat, sedebit in throno cum rege, sicut et Joseph frater noster.

A βεῖσθαι Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας· καὶ πορεύεσθε ἐν ἁπλότητι καρδίας κατὰ πάντα τὸν νόμον αὐτοῦ. Διδάξατε δὲ καὶ ὑμεῖς τὰ τέκνα ὑμῶν γράμματα, ἵνα ἔχωσι σύνεσιν ἐν πάσῃ τῇ ζωῇ αὐτῶν, ἀναγινώσκοντες ἀδιαλείπτως τὸν νόμον τοῦ Θεοῦ· ὅτι πᾶς, ὃς γνώσεται νόμον Θεοῦ, τιμηθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ξένος, ὅπου ὑπάγει. Καίγε πολλοὺς φίλους ὑπερ γονεῖς κτήσεται, καὶ ἐπιθυμήσουσι πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων δουλεῦσαι αὐτῷ, καὶ ἀκοῦσαι νόμον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Ποιήσατε δικαιοσύνην, τέκνα μου, ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα εὕρητε ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ σπείρατε ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἀγαθὰ, ἵνα εὕρητε αὐτὰ ἐν τῇ ζωῇ ὑμῶν. Ἐὰν γὰρ σπείρητε κακὰ, πᾶσαν ταραχὴν καὶ θλῖψιν θερίσετε. Σοφίαν κτήσασθε ἐν φόβῳ Θεοῦ μετὰ σπουδῆς· ὅτι ἐὰν γένητσι αἰγμαλωσία, καὶ πόλεις ὀλοθρευθῶσι, καὶ χῶραι, καὶ χρυσὸς, καὶ ἄργυρος, καὶ πᾶσα κτῆσις ἀπολεῖται, τοῦ σοφοῦ τὴν σοφίαν οὐδεὶς δύναται ἀφελέσθαι, εἰ μὴ τύφλωσις ἀσεβείας καὶ πήρωσις ἁμαρτίας· ὅτι γενήσεται αὐτῷ αὐτὴ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις λαμπρὰ, καὶ ἐπὶ γῆς ἀλλοτρίας πατρὶς, καὶ ἐν μέσῳ ἐχθρῶν εὑρεθήσεται φίλος. Ἐὰν διδάσκῃ ταῦτα, καὶ πράσσῃ, σύνθρονος ἔσται βασιλέως, ὡς καὶ Ἰωσὴφ ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν.

B

XIV. « Et nunc, filii, cognovi ex Scriptura Enoch quod in fine impie agetis, in Dominum manus injicientes in omni malitia ; confundentur in vobis fratres vestri, et omnibus gentibus fiet illusio. Et enim pater noster Israel mundus erit ab impietate principum sacerdotum, qui injicient manus suas in Salvatorem mundi. Mundum est cœlum supra terram, et vos estis luminaria cœli, ut sol et luna. Quid facient omnes gentes, si vos obtenebrescatis in impietate, et inducatis maledictionem super genus vestrum, super quos (exortum est) lumen mundi, datum in vobis ad illuminationem omnis hominis ? hoc volentes exstinguere, contraria mandata docentes Dei justificationibus, oblationes Domini latrocinabimini, et de partibus ipsius furabimini ; et antequam sacrificetis Domino, assumetis electa ; et in contemptu comedentes cum meretricibus, in avaritia mandata Domini docebitis ; eas quæ sub viris sunt, coinquinabitis ; et virgines Jerusalem violabitis ; et meretricibus et adulteris copulabimini ; filias gentium accipietis in uxores, purificantes eas purificatione iniqua ; et efficietur mistio vestra ut Sodoma et Gomorrha in impietate, et inflabimini in sacerdotio, adversus homines elati ; nec eos solum,

C

D

ΙΔ'. « Καὶ νῦν, τέκνα, ἔγνων ἀπὸ γραφῆς Ἐνὼχ, ὅτι ἐπὶ τέλει ἀσεβήσετε, ἐπὶ Κύριον χεῖρας ἐπιβάλλοντες ἐν πάσῃ κακίᾳ, καὶ αἰσχυνθήσονται ἐφ' ὑμῖν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι γενήσεται (42) χλευασμός. Καὶ γὰρ ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἰσραὴλ καθαρὸς ἔσται ἀπὸ τῆς ἀσεβείας τῶν ἀρχιερέων, οἵτινες ἐπιβαλοῦσι τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου. Καθαρὸς ὁ οὐρανὸς (43) ὑπὲρ τὴν γῆν· καὶ ὑμεῖς οἱ φωστῆρες τοῦ οὐρανοῦ (44), ὡς ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη. Τί ποιήσουσι πάντα τὰ ἔθνη, ἐὰν ὑμεῖς σκοτισθῆτε ἐν ἀσεβείᾳ, καὶ ἐπάξητε κατάθαν ἐπὶ τὸ γένος ὑμῶν, ὑπὲρ ὧν (45) τὸ φῶς τοῦ κόσμου, τὸ δοθὲν ἐν ὑμῖν εἰς φωτισμὸν παντὸς ἀνθρώπου ; τοῦτο θέλοντες ἀνελεῖν (46), ἐναντίας ἐντολὰς διδάσκοντες τοῖς τοῦ Θεοῦ δικαιώμασι, τὰς πρυσφορὰς Κυρίου λῃστεύσετε· καὶ ἀπὸ τῶν μερίδων αὐτοῦ (47) κλέψετε, καὶ πρὸ τοῦ θυσιάσαι Κυρίῳ λήψεσθε τὰ ἐκλεκτά· ἐν καταφρονήσει ἐσθίοντες μετὰ πορνῶν, ἐν πλεονεξίᾳ τὰς ἐντολὰς Κυρίου διδάξετε· τὰς ὑπάνδρους βεβηλώσετε, καὶ παρθένους Ἱερουσαλὴμ μιανεῖτε, καὶ πόρναις καὶ μοιχαλίσι συναφθήσεσθε, θυγατέρας ἐθνῶν λήψεσθε εἰς γυναῖκας, καθαρίζοντες αὐτὰς καθαρισμῷ παρανόμῳ, καὶ γενήσεται ἡ μίξις ὑμῶν ὡς Σόδομα καὶ Γόμορρα ἐν ἀσεβείᾳ, καὶ φυσιω-

(42) Γενήσεται. Γενήσεσθε, *fietis*, rectius. GRAB.
(43) Ὁ οὐρανός. Ὁ ἥλιος
(44) Τοῦ οὐρανοῦ. Τοῦ Ἰσραὴλ ID.
(45) Ὧν Οὗ ID.
(46) Θέλοντες ἀνελεῖν, etc. Paulo ante dixerat Judæos manus violentas illaturos in Dominum Salvatorem mundi ; et jam iterum repetens quod cædem ejus sint facturi, aliud jungit crimen, nempe quod sacrificia Deo haud debite sint oblaturi. Ob utrumque simul Judæos reprehendit quoque Deus per os Malachiæ I, 13, his notatu dignis verbis : הנה בותראה והפחתם ואבורתם אותי. *Et diaistis, ecce qualis vilitas* (sacrificium, de quo prolixus ibi sermo) *et me exspirare fecistis.* Scio jam in codice Masoretico pro אותי *me* legi אותו *illud*, quasi ad *sacrificium*, non ad *Deum* referatur. Sed Judæorum doctores אתי transformasse in אתו, ipse R. Salomo Jarchi commentans super hunc locum fatetur : « Ista, inquit, est una de dictionibus correctionis scribarum. Scriptum erat : והפחתם אתי. *Et exspirare fecistis me ;* sed scriptura scribarum pro אותי *me*, posuit אותו *ipsum.* » Conf. idem Raschi super *Habac.* I, 12. Id. — Cf. Masoram ad Ps. CVI, 20. DRACH.
(47) Αὐτοῦ Αὐτῶν. GRAB.

θήσεσθε ἐπὶ τῇ ἱερωσύνῃ, κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπαιρόμενοι· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ φυσιούμενοι, καταπαίξετε τὰ ἅγια (48), ἐν καταφρονήσει γελοιάζοντες.

sed et adversus mandata Dei inflati, illudetis sancta, in contemptu deridentes.

ΙΕ'. « Διὰ ταῦτα ὁ ναὸς, ὃν ἂν ἐκλέξηται Κύριος, ἔρημος ἔσται ἐν ἀκαθαρσίᾳ, καὶ ὑμεῖς αἰχμάλωτοι ἔσεσθε (49) εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἔσεσθε βδέλυγμα ἐν αὐτοῖς, καὶ λήψεσθε ὄνειδος καὶ αἰσχύνην αἰώνιον παρὰ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ· καὶ πάντες οἱ θεωροῦντες ὑμᾶς φεύξονται ἀφ' ὑμῶν. Καὶ εἰ μὴ δι' Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, τοὺς πατέρας ἡμῶν, εἷς ἐκ τοῦ σπέρματός μου οὐ μὴ καταλειφθῇ ἐπὶ τῆς γῆς.

XV. « Propter hæc templum quod utique eliget Dominus, desolabitur in immunditia, et vos captivi eritis in omnes gentes, et abominatio inter eas; et accipietis opprobrium et confusionem sempiternam a justo judicio Dei; et omnes qui viderint vos, fugient a vobis. Et nisi esset propter Abraham, Isaac et Jacob, patres nostros, unus ex semine meo non relinqueretur in terra.

ΙΖ'. « Καὶ νῦν ἔγνων ἐν βιβλίῳ Ἐνὼχ, ὅτι ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας πλανηθήσεσθε, καὶ τὴν ἱερωσύνην βεβηλώσετε, καὶ τὰς θυσίας μιανεῖτε, καὶ τὸν νόμον ἀφανίσετε, καὶ λόγους προφητῶν ἐξουδενώσετε, ἐν διαστροφῇ διώξετε ἄνδρας δικαίους, καὶ εὐσεβεῖς μισήσετε, ἀληθινῶν λόγους βδελύξεσθε, καὶ ἄνδρα ἀνακαινοποιοῦντα τὸν νόμοτ ἐν δυνάμει Ὑψίστου πλάνον προσαγορεύσετε, καὶ τέλος, ὡς νομίσετε, ἀποκτενεῖτε αὐτὸν, οὐκ εἰδότες αὐτοῦ τὸ ἀνάστημα, τὸ ἀθῶον αἷμα ἐν κακίᾳ ἐπὶ κεφαλὰς ὑμῶν ἀναδεχόμενοι. Καὶ δι' αὐτὸν ἔσται τὰ ἅγια ὑμῶν ἔρημα, ἕως ἐδάφους μεμιαμμένα· καὶ οὐκ ἔσται τόπος ὑμῶν καθαρὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἔσεσθε εἰς κατάραν καὶ εἰς διασκορπισμὸν, ἕως αὐτὸς πάλιν ἐπισκέψηται, καὶ οἰκτειρήσας προσδέξηται ὑμᾶς ἐν πίστει καὶ ὕδατι.

XVI. « Et nunc cognovi in libro Enoch, quod septuaginta hebdomadas errabitis, et sacerdotium inquinabitis, et sacrificia polluetis, et legem exterminabitis, et sermones prophetarum contemnetis, in perversitate persequemini viros justos, et pios odio habebitis, veracium sermones abominabimini, et virum renovantem legem in virtute Altissimi, impostorem appellabitis; et in fine, ut æstimabitis, occidetis eum, nescientes ipsius resurrectionem, innocentem sanguinem in malitia super capita vestra recepturi. Et propter ipsum erunt sancta vestra deserta, usque ad pavimentum profanata; et non erit locus vester mundus, sed in gentibus eritis in maledictionem et in dispersionem, donec ipse rursus visitabit, et miserens recipiet vos in fide et aqua.

ΙΖ'. « Καὶ ὅτι ἠκούσατε περὶ τῶν ο' ἑβδομάδων, ἀκούσατε καὶ περὶ τῆς ἱερωσύνης. Καθ' ἕκαστον γὰρ Ἰωβηλαῖον ἔσται ἱερωσύνη. Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ Ἰωβηλαίῳ ὁ πρῶτος χριόμενος εἰς ἱερωσύνην μέγας ἔσται, καὶ λαλήσει Θεῷ ὡς πατρί· καὶ ἡ ἱερωσύνη αὐτοῦ πλήρης μετα φόβου Κυρίου· καὶ ἐν ἡμέρᾳ χαρᾶς αὐτοῦ ἐπὶ σωτηρίᾳ κόσμου αὐτὸς ἀναστήσεται. Ἐν τῷ δευτέρῳ Ἰωβηλαίῳ ὁ χριόμενος ἐν πένθει ἀγαπητῶν συλληφθήσεται, καὶ ἔσται ἡ ἱερωσύνη αὐτοῦ τιμία, καὶ παρὰ πᾶσι δοξασθήσεται. Ὁ δὲ τρίτος ἱερεὺς ἐν λύπῃ παραληφθήσεται. Καὶ ὁ τέταρτος ἐν ὀδύναις ἔσται· ὅτι προσθήσει ἐπ' αὐτὸν ἡ ἀδικία εἰς πλῆθος· καὶ πᾶς Ἰσραὴλ μισήσουσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ. Ὁ πέμπτος ἐν σκότει παραληφθήσεται· ὡσαύτως καὶ ὁ ἕκτος, καὶ ὁ ἕβδομος. Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἔσται μιασμὸς, ὃν οὐ δύναμαι εἰπεῖν, ἐνώπιον Κυρίου καὶ ἀνθρώπων· ὅτι αὐτοὶ γνώσονται οἱ ποιοῦντες αὐτά. Διὰ τοῦτο ἐν αἰχμαλωσίᾳ, καὶ ἐν προνομῇ ἔσονται· καὶ ἡ γῆ, καὶ ἡ ὕπαρξις αὐτῶν ἀφανισθήσεται. Καὶ ἐν πέμπτῃ ἑβδομάδι ἐπιστρέψουσιν εἰς γῆν ἐρημώσεως αὐτῶν, καὶ ἀνακαινοποιήσουσιν οἶκον Κυρίου. Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἑβδοματικῷ ἥξουσιν ἱερεῖς εἰδωλολατροῦντες, μάχιμοι, φιλάργυροι, ὑπερήφανοι, ἄνομοι, ἀσελγεῖς, παιδοφθόροι, κτηνοφθόροι.

XVII. « Et quoniam audistis de septuaginta hebdomadibus, audite etiam de sacerdotio. Secundum unumquemque enim jubilæum erit sacerdotium. In primo jubilæo primus unctus in sacerdotium magnus erit, et loquetur Deo ut patri; et sacerdotium ipsius plenum erit cum timore Domini; et in die gaudii ipsius in salute mundi ipse resurget. In secundo jubilæo unctus, in tristitia dilectorum concipietur, et erit sacerdotium ejus honorabile, et apud omnes glorificabitur. Tertius vero sacerdos in tristitia assumetur. Et quartus in dolore erit; quoniam apponet super ipsum injustitia in multitudinem: et omnis Israel odio habebit unusquisque proximum suum. Quintus in tenebris comprehendetur: similiter et sextus et septimus. In septimo vero erit abominatio, quam non possum dicere, coram Domino et hominibus; quoniam ipsi cognoscent, qui facient ea. Propter hoc in captivitate et in direptione erunt; et terra et substantia eorum exterminabitur. Et in quinta hebdomade revertentur in terram desolationis ipsorum, et renovabunt domum Domini. In septima vero hebdomade venient sacerdotes idololatrantes, bellatores, avari, superbi, iniqui, impudici, puerorum corruptores, pecorum corruptores.

ΙΗ'. « Καὶ μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν

XVIII. « Et postquam facta fuerit vindicta ipso-

(48) Καταπαίξετε τὰ ἅγια. Καταφρονήσετε τῶν ἁγίων. ID.

(49) Ὑμεῖς αἰχμάλωτοι ἔσεσθε. Judæorum placitis adversa omnino videtur prædictio captivitatis atque afflictionis tempore Messiæ, sub quo omnia sibi prospera pollicentur. Attamen priscos rabbinos male genti suæ, etiam post adventum Messiæ, ominatos esse, ex traditionibus eorum constat. ID.

rum a Domino,deficiet sacerdotium ; et tunc suscitabit Deus sacerdotem novum,cui omnes sermones Domini revelabuntur ; et ipse faciet judicium veritatis in terra in multitudine dierum. Et orietur astrum ipsius in cœlo, sicut rex,illuminans lumen cognitionis in sole diei ; et magnificabitur in orbe terrarum, usque ad assumptionem ipsius. Ipse resplendebit sicut sol in terra, et tollet omnes tenebras quæ sunt sub cœlo, et erit pax in omni terra. Cœli exsultabunt in diebus ipsius, et terra gaudebit, et nubes lætabuntur, et cognitio Domini fundetur in terra,ut aqua marium ; et angeli gloriæ et faciei Domini gaudebunt in eo. Cœli aperientur [11], et ex templo gloriæ veniet super illum sanctificatio cum voce paterna, sicut ab Abraham patre Isaac. Et gloria Altissimi super ipsum dicetur,et Spiritus intellectus et sanctificationis requiescet super ipsum in aqua [12]. Ipse dabit magnificentiam Domini filiis suis in veritate in sæculum ; et non erit successio ipsi in generationes et generationes usque in sæculum.Et in sacerdatio ipsius deficiet omne peccatum, et iniqui requiescent in malis : justi vero requiescent in ipso. Et ipse aperiet portas paradisi, statuetque (53) minantem gladium adversus Adam, et dabit sanctis comedere de ligno vitæ, et spiritus sanctificationis erit in eis. Et Beliar ligabitur ab ipso, et dabit potestatem filiis suis ad calcandum super perniciosos spiritus.Et lætabitur Dominus in filiis ejus, et acquiescet Dominus in dilectis ejus usque in sæcula. Tunc exultabit Abraham, et Isaac, et Jacob ; et ego gaudebo, et omnes sancti induentur lætitia.

παρὰ Κυρίου, ἐκλείψει ἡ ἱερωσύνη· καὶ τότε ἐγερεῖ Κύριος ἱερέα καινὸν, ᾧ πάντες οἱ λόγοι Κυρίου ἀποκαλυφθήσονται· καὶ αὐτὸς ποιήσει κρίσιν ἀληθείας ἐπὶ τῆς γῆς ἐν πλήθει ἡμερῶν. Καὶ ἀνατελεῖ ἄστρον αὐτοῦ ἐν οὐρανῷ (50), ὡς βασιλεὺς, φωτίζων φῶς γνώσεως ἐν ἡλίῳ ἡμέρας· καὶ μεγαλυνθήσεται ἐν τῇ οἰκουμένῃ, ἕως ἀναλήψεως αὐτοῦ. Οὗτος ἀναλάμψει ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ γῇ, καὶ ἐξαρεῖ πᾶν σκότος ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἔσται εἰρήνη ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Οἱ οὐρανοὶ ἀγαλλιάσονται ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, καὶ ἡ γῆ χαρήσεται, καὶ αἱ νεφέλαι εὐφρανθήσονται, καὶ ἡ γνῶσις Κυρίου ἐκχυθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς ὕδωρ θαλασσῶν· καὶ οἱ ἄγγελοι τῆς δόξης καὶ τοῦ προσώπου Κυρίου χαρήσονται ἐν αὐτῷ. Οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται, καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα μετὰ φωνῆς πατρικῆς, ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ πατρὸς Ἰσαάκ. Καὶ δόξα Ὑψίστου ἐπ' αὐτὸν ῥηθήσεται, καὶ πνεῦμα συνέσεως καὶ ἁγιασμοῦ καταπαύσει ἐπ' αὐτὸν ἐν τῷ ὕδατι. Αὐτὸς δώσει τὴν μεγαλωσύνην Κυρίου τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἐν ἀληθείᾳ εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ οὐκ ἔσται διαδοχὴ αὐτῷ εἰς γενεὰς καὶ γενεὰς ἕως αἰῶνος. Καὶ ἐπὶ τῆς (51) ἱερωσύνης αὐτοῦ ἐκλείψει πᾶσα ἁμαρτία, καὶ οἱ ἄνομοι καταπαύσουσιν εἰς κακά· οἱ δὲ δίκαιοι καταπαύσουσιν ἐν αὐτῷ. Καίγε αὐτὸς ἀνοίξει τὰς θύρας τοῦ παραδείσου, καὶ στήσει (52) τὴν ἀπειλοῦσαν ῥομφαίαν κατὰ τοῦ Ἀδὰμ, καὶ δώσει τοῖς ἁγίοις φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ πνεῦμα ἁγιωσύνης ἔσται ἐπ' αὐτοῖς. Καὶ ὁ Βελιὰρ δεθήσεται ὑπ' αὐτοῦ, καὶ δώσει ἐξουσίαν τοῖς τέκνοις αὐτοῦ πατεῖν ἐπὶ τὰ πονηρὰ πνεύματα. Καὶ εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, καὶ εὐδοκήσει Κύριος ἐπὶ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ἕως τῶν αἰώνων. Τότε ἀγαλλιάσεται Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ· κἀγὼ χαρήσομαι, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἐνδύσονται εὐφροσύνην (54).

XIX. « Et nunc, filii mei, omnia audistis : eligite igitur vobismetipsis vel tenebras vel lucem, vel legem Domini vel opera Beliar. » Et respondimus nos patri, dicentes : « Coram Domino ambulabimus, secundum legem ipsius. » Et dixit pater noster : « Testis est Dominus et testes angeli ejus, et testis ego et testes vos de sermone oris vestri. » Et diximus : « Testes (sumus). » Et sic requievit Levi, hæc mandans filiis suis, et extendit pedes suos, et appositus est ad patres suos, cum vixisset centum et triginta septem annos.Et posuerunt eum in theca ; et postea sepelierunt eum in Hebron, juxta Abraham, et Isaac, et Jacob.

Ιθ'. « Καὶ νῦν, τέκνα μου, πάντα ἠκούσατε ἔλεσθε οὖν ἑαυτοῖς ἢ τὸ σκότος ἢ τὸ φῶς. ἢ νόμον τοῦ Κυρίου ἢ ἔργα τοῦ Βελιάρ. » Καὶ ἀπεκρίθημεν ἡμεῖς τῷ πατρὶ, λέγοντες· « Ἐνώπιον Κυρίου πορευσόμεθα, κατὰ τὸν νόμον αὐτοῦ. » Καὶ εἶπεν ὁ πατὴρ ἡμῶν· « Μάρτυς Κύριος, καὶ μάρτυρες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, καὶ μάρτυς ἐγὼ, καὶ μάρτυρες ὑμεῖς περὶ τοῦ λόγου τοῦ στόματος ὑμῶν. » Καὶ εἴπαμεν· « Μάρτυρες. » Καὶ οὕτως ἐπαύσατο Λευΐ, ἐντελλόμενος τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐξέτεινε τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ προσετέθη πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ, ζήσας ρλζ' ἔτη. Καὶ ἔθηκαν αὐτὸν ἐν σορῷ· καὶ ὕστερον ἔθαψαν αὐτὸν ἐν Χεβρὼν, ἀνὰ χεῖρα (55) Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ.

[11] Matth. XVII, 5. [12] Matth. III, 16, 17 ; Luc. III, 22.

(50) Ἄστρον αὐτοῦ ἐν οὐρανῷ. Hisce auctoris nostri verbis gemina scripsit S. Ignatius aliique Patres, quorum verba recitavit Pearsonus, part. II, *Vindic. Epist. Ignatii*, cap. 10. GRAB.

(51) Καὶ ἐπὶ τῆς, κ. τ. λ. Hic incerta sunt sequentia in Cantab. exemplari, ob eadem verba initialia per incuriam scribæ omissa : Καὶ ἐπὶ τῆς ἱερωσύνης αὐτοῦ τὰ ἔθνη πληθυνθήσονται ἐν γνώσει ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ φωτισθήσονται διὰ χάριτος Κυρίου· ὁ δὲ Ἰσραὴλ ἐλαττωθήσεται ἐν ἀγνωσίᾳ, καὶ σκοτισθήσεται ἐν πένθει. ID.

(52) Στήσει. Ἀποστήσει. ID

(53) *Statuetque. Stare faciet*, habet uterque manuscriptus codex in Biblioth. Bodl.Ita quoque C.C. C. adeo ut vix dubium sit, Robertum in versione sua hunc sensum expressisse, eo quod in Græco legeret στήσει, uti habet codex Cantabrigiensis. Verum hæc lectio,indeque nata versio,antecedentibus pariter ac sequentibus verbis, ipsique rei naturæ repugnat. Optime vero cuncta sibi invicem consonant, si ex Oxoniensi codice Græco reponas ἀποστήσει, *abscedere faciet, amovebit*. ID.

(54) Εὐφροσύνην. Δικαιοσύνην. ID.

(55) Χεῖρα. Χεῖρας. ID.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

Διαθήκη Ἰούδα περὶ ἀνδρείας, καὶ φιλαργυρίας, καὶ πορνείας.

Α΄ Ἀντίγραφον λόγων Ἰούδα, ὅσα ἐλάλησε τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν αὐτόν. Συναχθέντες ἦλθον πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. « Τέταρτος υἱὸς ἐγενόμην ἐγὼ τῷ πατρί μου, καὶ ἡ μήτηρ μου (56) ὠνόμασέ με Ἰούδαν, λέγουσα· Ἀνθομολογοῦμαι τῷ Κυρίῳ, ὅτι δέδωκέ μοι καὶ τέταρτον υἱόν. Ὀξὺς ἦμην καὶ σπουδαῖος ἐν νεότητί μου, καὶ ὑπακούων τῷ πατρὶ κατὰ πάντα λόγον· καὶ εὐλόγουν (58) τὴν μητέρα μου, καὶ τὴν ἀδελφὴν τῆς μητρός μου. Καὶ ἐγένετο, ὡς ἠνδρώθην (58), καὶ ὁ πατήρ μου Ἰακὼβ ἠὔξατό μοι (59), λέγων· Βασιλεὺς ἔσῃ, κατευοδούμενος ἐν πᾶσι.

Β΄. « Καὶ ἔδωκέ μοι Κύριος χάριν ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις μου, ἔν τε τῷ ἀγρῷ, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ. Ὡς εἶδον (60) ὅτι συνέδραμον τῇ ἐλάφῳ, καὶ πιάσας αὐτὴν, ἐποίησα τῷ πατρί μου βρῶμα. Τὰς δορκάδας ἐκράτουν διὰ τοῦ δρόμου, καὶ πᾶν, ὅ ἦν ἐν τοῖς πεδίοις, κατελάμβανον. Φοράδα ἀγρίαν κατέλαβον, καὶ πιάσας ἡμέρωσα (61)· καὶ λέοντα ἀπέκτεινα, καὶ ἀφειλόμην ἔριφον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Ἄρκτον λαβὼν ἀπὸ τοῦ ποδὸς, ἀπεκύλισα εἰς κρημνόν· καὶ πᾶν θηρίον, εἰ ἐπέστρεφεν ἐπ' ἐμὲ, διέσπων αὐτὸ, ὡς κύων. Ἀγρίῳ χοίρῳ συνέδραμον, καὶ προλαβὼν ἐν τῷ τρέχειν με, κατεσπάραξα αὐτόν· Πάρδαλις ἐν Χεβρὼν προσεπήδησεν ἐπὶ τὸν κύνα· καὶ πιάσας αὐτὴν ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, ἀπηκόντισα αὐτὴν, καὶ ἐρράγη ἐν τοῖς ὅροις Γάζης. Βοῦν ἄγριον ἐν χώρᾳ νεμόμενον ἐκράτησα (62) τῶν κεράτων, καὶ ἐν κύκλῳ συσσείσας, καὶ σκοτίσας, ῥίψας ἀνεῖλον αὐτόν.

Γ΄. « Καὶ ὅτε ἦλθον οἱ δύο βασιλεῖς τῶν Χαναναίων τεθωρακισμένοι ἐπὶ τὰ ποίμνια, καὶ πολὺς λαὸς μετ' αὐτῶν, κἀγὼ μόνος δραμὼν ἐπὶ τὸν βασιλέα Σοὺρ, συνέσχον (63) αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τὰς κνημίδας κρούσας, κατέσπασα, καὶ οὕτως ἀνεῖλον αὐτόν. Καὶ τὸν ἕτερον βασιλέα Ταφουὲ, καθήμενον ἐπὶ τοῦ ἵππου, ἀνεῖλον αὐτὸν, καὶ οὕτως πάντα τὸν λαὸν (64) γιεσκόρπισα. Τὸν Ἀχὼρ βασιλέα, ἄνδρα γιγάντων, βάλλοντα τόξα ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν, ἐφ' ἵππου ἀνελόμενος, λίθον ἑξήκοντα λιτρῶν ἀκοντίσας, δέδωκα νῷ ἵππῳ καὶ ἀπέκτεινα αὐτόν. Καὶ πολεμήσας τὸν Ἀχὼρ ἐπὶ ὥρας δύο, ἀπέκτεινα αὐτὸν, καὶ εἰς δύο μέρη ποιήσας τὴν ἀσπίδα αὐτοῦ. συνέκοψα τοὺς πόδας αὐτου. Ἐν δὲ τῷ ἐκδύειν με αὐτὸν τὸν θώρακα, ἰδοὺ ἄνδρες ὀκτὼ, ἑταῖροι αὐτοῦ, ἤρξαντο πολεμεῖν πρός με. Ἐτειλήσας οὖν τὴν στολήν μου ἐν τῇ χειρί μου, λίθοις σφενδονήσας αὐτοὺς, τέσσαρας ἐξ αὐτῶν ἀνεῖλον· οἱ δὲ ἄλλοι ἔφυγον· Καὶ Ἰακὼβ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἀνεῖλε τὸν Βεελισᾶ, βασιλέα πάντων τῶν βασιλέων, γίγαντα τῇ ἰσχύϊ, πηχέων δώδεκα. Καὶ ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτοὺς τρόμος, καὶ ἐπαύσαντο

(56) Μήτηρ μου. Λία. ID.
(57) Εὐλόγουν, Ἐτίμων. ID.
(58) Ἠνδρώθην. Ἠδρύνθην. ID.
(59) Ηὔξατό μοι. Ἐπηύξατο. ID.
(60) Ὡς εἶδον. Οἶδα. ID.

## CAPUT IV.

*Testamentum Judæ, de fortitudine, et avaritia, et fornicatione.*

I. Transcriptum sermonum Judæ, quæcunque locutus est filiis suis, antequam moreretur. Congregati venerunt ad ipsum,et dixit eis : « Quartus filius effectus sum patri meo,et mater mea vocavit me Judam, dicens : « Confiteor Domino, quoniam dedit mihi et quartum filium.» Velox eram et studiosus in juventute mea, et obediens patri meo secundum omne verbum ; et benedicebam matri meæ, et sorori matris meæ. Et factum est, ut effectus sum vir, et pater meus Jacob oravit super me, dicens : « Rex eris, prosperatus in omnibus. »

II. « Et dedit mihi Dominus gratiam in omnibus operibus meis, et in agro et in domo. Ut videbam, quod concurrebam cervæ ; et apprehendens ipsam, feci cibum patri meo. Capras superabam per cursum, et omne quod erat in campis, capiebam. Equam agrestem capiebam, et apprehendens mansuefeci ; et leonem interfeci,et eripiebam hædum ex ore ejus.Ursum capiens per pedem, volvebam in præcipitium ; et omnem feram, si reversa est in me, dilacerebam eam, ut canis. Porco silvestri concurrebam, et præoccupans in currendo,dilaceravi eum.Pardalis in Hebron insiluit super canem ; et apprehendens eam per caudam,abjiciebam eam, et dirupta est in terminis Gazæ. Bovem silvestrem in regione pastum tenui cornibus, et in circulum volens et obtenebrans, jaciens occidi eum.

III.« Et quando veniebant duo reges Chananæorum loricati super greges, et multus populus cum ipsis, et ego solus currens in regem Sur, continui eum et in tibias percutiens, prostravi, et ita occidi eum.Et alium regem Taphue,sedentem in equo occidi, atque ita omnem populum dispersi.Achor regem, virum gigantum,sagitantem ante et retro, in equo apprehendens,lapidem sexaginta librarum contorquens, projeci in equum, et ipsum interfeci. Et expugnans Achor horis duabus, occidi eum, et dissecans clypeum ejus,conscidi pedes ejus.In exuendo autem ejus thoracem,ecce octo viri, amici ejus inceperunt pugnare adversus me. Involvens ergo stolam meam in manu mea,lapidibus e funda percutiens ipsos, quatuor eorum occidi ; cæteri autem fugerunt. Et Jacob pater noster occidit Beelisa, regem omnium regum,gigantem fortitudine, cubitorum duodecim. Et cecidit super ipsos tremor, et cessaverunt pugnare contra nos.Propter hoc securus erat pater meus in præliis, quoniam ego eram cum fratribus meis. Vidit enim in visione de me,

(61) Φοράδα ἀγρίαν κατέλαβον, καὶ πιάσας ἡμέρωσα. Desunt. ID.
(62) Ἐκράτησα. Κρατείσας. ID.
(63) Σοὺρ, συνέσχον. Ἀσοὺρ, συνεῖχον. ID,
(64) Λαὸν. Αὐτῶν. ID.

quod angelus virtutis sequebatur me in omnibus, ut non vincerer.

ἀδελφοῖς μου. Εἶδε γὰρ ἐν ὁράματι περὶ ἐμοῦ, ὅτι A πολεμοῦντες ἐφ' ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο ἀμέριμνος ἦν ὁ πατήρ μου ἐν τοῖς πολέμοις, ὅτι ἐγὼ ἤμην σὺν τοῖς ἄγγελος δυνάμεως ἕπεταί μοι ἐν πᾶσι, τοῦ μὴ ἡττᾶσθαι.

IV. « Et ad austrum factum est nobis prælium majus, quam quod in Sichimis ; et instructus in acie cum fratribus meis, persecutus sum mille viros, et occidi ex eis ducentos viros, et quatuor reges. Et ascendi super ipsos in murum, et alios duos reges occidi ; et ita liberavimus Hebron, et abduximus omnem regum captivitatem.

Δ'. « Καὶ κατὰ νότον γέγονεν ἡμῖν πόλεμος μείζων τοῦ ἐν Σικήμοις· καὶ παραταξάμενος μετὰ τῶν ἀδελφῶν μου, ἐδίωξα χιλίους ἄνδρας, καὶ ἀπέκτεινα ἐξ αὐτῶν διακοσίους ἄνδρας, καὶ τέσσαρας βασιλεῖς. Καὶ ἀνῆλθον ἐπ' αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ τείχους, καὶ ἄλλους δύο βασιλεῖς ἀνεῖλον· καὶ οὕτως ἠλευθερώσαμεν τὴν Χεβρὼν, καὶ ἐλάβομεν πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν βασιλέων.

V. « Et postero die abivimus in Aretam, civitatem potentem et muratam, et nobis inaccessibilem, mortem minantem. Ego igitur et Gad advenimus ab oriente civitatis ; Ruben vero et Levi ab occidente et austro. Et existimantes qui super muros erant, quod nos soli essemus, attracti sunt in nos ; et ita latentes fratres mei ex utraque parte paxillis ascenderunt murum, et intraverunt civitatem, ignorantibus ipsis. Et cepimus eam in ore gladii, et refugientes in turrim, incendentes eam, cum ipsis cepimus. Et cum recederemus, viri Thaphue invadebant prædam nostram ; et cum accepissent eam cum filiis nostris, congressi sumus cum eis usque ad Thaphue ; eosque occidimus, et civitatem incendimus, postquam omnia quæ in ipsa erant, spoliassemus.

Ε'. « Καὶ τῇ ἑξῆς ἀπῆλθομεν εἰς Ἀρέταν, πόλιν κραταιὰν καὶ τειχήρη, καὶ ἀπροσέγγιστον ἡμῖν, θάνατον ἀπειλοῦσαν. Ἐγὼ οὖν καὶ Γὰδ προσήξαμεν ἀπὸ ἀντολῶν τῆς πόλεως· Ῥουβὴμ δὲ καὶ Λευὶ ἀπὸ δυσμῶν καὶ νότου. Καὶ νομίζοντες οἱ ἀπὸ τοῦ τείχους, ὅτι ἡμεῖς μόνοι ἐσμὲν, ἐφειλκυσθησαν πρὸς ἡμᾶς· καὶ οὕτως λαθραῖοι οἱ ἀδελφοί μου ἐξ ἑκατέρων (65) πασσάλοις ἐπανέβησαν τῷ τείχει, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν, ἀγνοούντων αὐτῶν. Καὶ ἐλάβομεν αὐτὴν ἐν στόματι μαχαίρας, καὶ τοὺς ἐν τῷ πύργῳ καταφυγόντας, ἐμπρήσαντες τὸν πύργον, σὺν αὐτοῖς ἐλάβομεν. Καὶ ἐν τῷ ἀπιέναι ἡμᾶς, ἄνδρες Θαφουὲ ἐπέβαλον τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἡμῶν, καὶ παραλαβόντες αὐτὴν σὺν (66) τοῖς υἱοῖς ἡμῶν, συνήψαμεν πρὸς αὐτοὺς ἕως Θαφουὲ (67). κἀκείνους ἀπεκτείναμεν, καὶ τὴν πόλιν ἐνεπρήσαμεν, πάντα τὰ ἐν αὐτῇ σκυλεύσαντες.

VI. « Et ut eram in aquis Chuzeba, ii qui a Jobel, veniebant adversus nos in prælium ; et congressi sumus cum eis, ipsosque occidimus, cosque qui a Selon auxiliarii ipsorum erant ; et non dedimus eis egressum, ut venirent ad nos. Et qui sunt a Mechir supervenerunt nobis quinto die, ut captivos abducerent, et agressi eos forti pugna invasimus, quoniam erant multitudine potentes ; et occidimus eos, antequam ascenderunt ascensionem. Ut autem venimus ad civitatem eorum ; mulieres eorum volvebant super nos lapides a vertice montis, in quo erat civitas. Et latitantes ego et Simeon a tergo, apprehendimus excelsa, et totam civitatem perdidimus.

ζ'· « Καὶ ὡς ἤμην ἐν τοῖς ὕδασι Χουζηβᾶ, οἱ ἀπὸ Ἰωβὴλ ἦλθον πρὸς ἡμᾶς εἰς πόλεμον· καὶ συνήψαμεν αὐτοὺς (68), κἀκείνους ἀπεκτείναμεν· καὶ τοὺς ἀπὸ Σηλὼμ συμμάχους αὐτῶν ἀπεκτείναμεν· καὶ οὐκ ἐδώκαμεν αὐτοῖς διέξοδον, τοῦ εἰσελθεῖν πρὸς ἡμᾶς. Καὶ οἱ ἀπὸ Μεχὴρ ἐπῆλθον ἡμῖν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ, λαβεῖν τὴν αἰχμαλωσίαν· καὶ προσάξαντες αὐτοῖς ἐν κρατερᾷ μάχῃ περιεγενόμεθα, ὅτι ἦσαν πλῆθους δυνατοὶ ἐν αὐτοῖς· καὶ ἀπεκτείναμεν αὐτοὺς πρὸ τοῦ ἀναβῆναι τὴν ἀνάβασιν. Ὡς δὲ ἤλθομεν τῇ πόλει αὐτῶν, αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἐκύλιον ἐφ' ἡμᾶς λίθους ἀπό τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους, ἐν ᾗ ἦν ἡ πόλις. Καὶ ὑποκρυβέντες ἐγὼ καὶ Συμεὼν ἐξόπισθεν, ἐπελαβόμεθα τῶν ὑψηλῶν, καὶ ὅλην τὴν πόλιν ὡλοθρεύσαμεν.

VII. « Et sequenti die dictum est nobis, quod civitates duorum regum cum populo gravi venirent ad nos. Ego igitur et Dan, fingentes nos Amorrhæos, ut auxiliarii venimus in civitatem eorum. Nocte autem profunda venientibus fratribus aperuimus portas, et omnes eos perdidimus, et omnia quæ eorum erant, deprædantes, tres muros eorum prostravimus. Et Thamnæ appropinquavimus, ubi erat omne refugium bellantium regum. Tunc injuriam passus iratus sum, et impetum feci in ipsos

Ζ'. « Καὶ τῇ ἑξῆς ἐρρέθη πρὸς ἡμᾶς, ὅτι αἱ πόλεις τῶν δύο βασιλέων (69) ἐν ὄχλῳ βαρεῖ ἔρχονται (70) πρὸς ἡμᾶς. Ἐγὼ οὖν καὶ Δὰν, προσποιησάμενοι Ἀμορῤῥαίους, ὡς σύμμαχοι ἤλθομεν εἰς τὴν πόλιν αὐτῶν· Νυκτὶ δὲ βαθείᾳ ἐλθοῦσι τοῖς ἀδελφοῖς (71) ἠνοίξαμεν τὰς πύλας (72), καὶ πάντας αὐτοὺς ὡλοθρεύσαμεν, καὶ πάντα τὰ αὐτῶν προνομεύσαντες, τὰ τρία τείχη αὐτῶν καθείλομεν. Καὶ ἐν τῇ Θάμνᾳ προσηγγίσαμεν, οὗ ἦν πᾶσα ἡ ἀποφυγὴ (73) τῶν πολεμίων βασιλέων· Τότε ὀβριζόμενος ἐθυμώθην,

(65) Ἑκατέρων, Τῶν μερῶν. Grab.

(66) Καὶ παραλαβόντες αὐτήν. Καὶ πράσσοντες αὐτήν. Id.

(67) Ἕως Θαφονέ. Ἐν τῷ Θαφουέ. Id.

(68) Συνήψαμεν αὐτούς. Καὶ συνάψαντες ἐτρέψαμεν αὐτούς. Id.

(69) Αἱ πόλεις τῶν δύο βασιλέων. Γαᾶς πόλις βασιλέων. Id.

(70) Ἔρχονται. Ἔρχεται. Id.

(71) Ἐλθοῦσι τοῖς ἀδελφοῖς. Ἐλθόντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν. Id.

(72) Πύλας. Αὐτοῖς. Id.

(73) Ἀποφυγή. Ἀποσκευή. Id.

καὶ ὥρμησα ἐπ' αὐτοὺς ἐπὶ τὴν κορυφήν· κἀκεῖνοι ἐσφενδόνων ἐπ' ἐμὲ λίθοις καὶ τόξοις· καὶ εἰ μὴ Δὰν ὁ ἀδελφός μου συνεμάχησέ μοι, εἶχόν με ἀνελεῖν. Ἐπῆλθομεν οὖν ἐπ' αὐτοὺς μετὰ θυμοῦ, καὶ πάντες ἔφυγον· καὶ διελθόντες δι' ἄλλης ὁδοῦ, ἐδεήθησαν τοῦ πατρός μου, καὶ ἐποίησεν εἰρήνην μετ' αὐτῶν (74), καὶ οὐκ ἐποιήσαμεν αὐτοῖς οὐδὲν κακόν, ἀλλ' ἐποιήσαμεν αὐτοὺς ὑποσπόνδους, καὶ ἀπεδώκαμεν αὐτοῖς πᾶσαν τὴν αἰχμαλωσίαν. Καὶ ᾠκοδόμησα ἐγὼ τὴν Θάμναν, καὶ ὁ πατήρ μου τὴν Ῥαμβαήλ. Εἴκοσι ἐτῶν ἤμην, ὅτε ἐγένετο ὁ πόλεμος οὗτος· καὶ ἦσαν οἱ Χαναναῖοι φοβούμενοί με, καὶ τοὺς ἀδελφούς μου.

A super verticem : et illi fundis jaciebant super me lapides,et jaculabantur arcubus ; et nisi Dan frater meus suppetias mihi tulisset, interfecissent me. Supervenimus igitur ipsis cum furore, et omnes fugerunt ; et transeuntes per aliam viam deprecabantur patrem meum, et fecit pacem cum eis, et non fecimus eis quidquam mali, sed data fide, recepimus eos in societatem,et reddidimus eis omnes captivos. Et ædificavi ego Thamnam, et pater meus Rambahel. Viginti annorum eram, quando factum est istud bellum ; et Chananæi timuerunt me, et fratres meos.

Η'. « Ἦν δέ μοι καὶ κτήνη πολλὰ, καὶ εἶχον ἀρχιποίμενα Ἰρᾶν τὸν Ὀδολαμίτην· πρὸς ὃν ἐλθὼν, εἶδον Βάρσαν (75) βασιλέα Ὀδολάμ. Καὶ ἐποίησεν ἡμῖν πότον· καὶ παρακαλέσας δίδωσί μοι τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Βησσουὲ εἰς γυναῖκα. Αὕτη ἔτεκέ μοι τὸν Εἴρ (75*), καὶ τὸν Αὐνᾶν (76), καὶ Σιλώμ· ὧν τοὺς δύο ἀτέκνους ἀνεῖλε Κύριος· ὁ γὰρ Σιλὼμ ἔζησε, καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ὑμεῖς ἐστε.

B VIII. « Erant autem mihi et pecora multa,et habebam principem pastorum Iran Odolamitem ; ad quem cum veni, vidi Barsan regem Odolam. Et fecit nobis convivium , et deprecans dedit mihi filiam suam Bessue in uxorem. Hæc peperit mihi Her, et Aunan, et Silom ; quorum duos sine filiis occidit Dominus ; Silom enim vixit,et filii ejus vos estis.

Θ'. « Δεκαοκτὼ ἔτη ἐποιήσαμεν εἰρήνην, ὁ πατὴρ ἡμῶν καὶ ἡμεῖς, μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἡσαῦ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ μεθ' ἡμῶν, μετὰ τοῦ ἐλθεῖν ἡμᾶς ἐκ Μεσοποταμίας ἀπὸ Λάβαν. Καὶ πληρωθέντων τῶν δεκαοκτὼ ἐτῶν, ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἔτει τῆς ζωῆς μου, ἐπῆλθεν ἡμῖν Ἡσαῦ, ὁ ἀδελφὸς τοῦ πατρός μου, ἐν λαῷ βαρεῖ καὶ ἰσχυρῷ· καὶ ἔπεσεν (77) ἐν τόξῳ Ἰακὼβ (78), καὶ ἤρθη νεκρὸς ἐν ὄρει Σιείρ· καὶ πορευόμενος ἐπάνω Εἰρράμνᾶ (80) ἀπέθανεν. Ἡμεῖς δὲ ἐδιώξαμεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ. Ἦν δὲ τούτοις πόλις, καὶ τεῖχος σιδηροῦν, καὶ πύλαι χαλκαῖ· καὶ οὐκ ἠδυνήθημεν εἰσελθεῖν ἐν αὐτῇ, καὶ περικαθίσαντες ἐπολιορκοῦμεν αὐτούς. Καὶ ὡς οὐκ ἤνοιγον, μετὰ εἴκοσιν ἡμέρας, ὁρώντων αὐτῶν, προσάγω κλίμακα, καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς μου· καὶ ἀνῆλθον ἀποδεχόμενος λίθους ἕως ταλάντων τριῶν· καὶ ἀνελθὼν (81) τέσσαρας τοὺς δυνατοὺς ἐξ αὐτῶν. Καὶ τῇ ἑξῆς ἐμβάντες Ῥουβὴμ καὶ Γὰδ ἀνεῖλον ἑτέρους ἓξ (82). Τότε αἰτοῦσιν ἡμᾶς τὰ πρὸς εἰρήνην· καὶ γενόμενοι τῆς βουλῆς τοῦ πατρὸς ἡμῶν, ἐδεξάμεθα αὐτοὺς ὑποφόρους. Καὶ ἦσαν διδόντες ἡμῖν πυροῦ κόρους σ', ἐλαίου Βέθ (83) φ', οἴνου μέτρα ,α φ', ἕως ὅτε κατήλθομεν εἰς Αἴγυπτον.

C IX. « Octodecim annis fecimus pacem, pater noster et nos, cum fratre ejus Esau, et filii ejus nobiscum, postquam venimus ex Mesopotamia a Laban. Et impletis octodecim annis, in quadragesimo anno vitæ meæ, supervenit nobis Esau frater patris mei, in populo gravi et forti ; et cecidit in arcu Jacob,et latus est mortuus in montem Seir(79). Nos autem persecuti sumus filios Esau.Erat autem eis civitas, et murus ferreus, et portæ æreæ, et non potuimus intrare in eam,obsidentes vero conclusimus eos ; et cum non aperirent, post dies viginti, videntibus eis, adduxi scalam, et clypeum super caput meum ; et ascendi, accipiens lapides usque ad pondus talentorum trium ;et cum ascendissem, occidi quatuor potentes ex ipsis: Et die sequenti intrantes Ruben et Gad occiderunt alios sex. Tunc petiverunt a nobis conditiones pacis ; et ducti consilio patris nostri recepimus eos tributarios. Et dederunt nobis frumenti coros ducentos, et olei Bes quingentos, vini mensuras mille et quingentas, donec descendimus in Ægyptum.

Ι'. « Μετὰ δὲ ταῦτα Εἴρ ὁ υἱός μου ἄγεται τὴν Θάμαρ ἐκ Μεσοποταμίας, θυγατέρα Ἀράμ. Ἦν δὲ Εἴρ πονηρὸς, καὶ ἠπόρει περὶ τῆς Θάμαρ, ὅτι οὐκ ἦν ἐκ γῆς Χαναάν. Καὶ ἄγγελος Κυρίου ἀνεῖλεν αὐτὸν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τῇ νυκτὶ, καὶ αὐτὸς οὐκ ἔγνω αὐτὴν, κατὰ πανουργίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ· οὐ γὰρ ἤθελεν ἔχειν τέκνα ἀπ' αὐτῆς· καίγε οὗτος ἀπέθανεν ἐν πονηρίᾳ. Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ θαλάμου ἐπεγάμβρευσα

D X.« Post hoc Her filius meus duxit uxorem Thamar ex Mesopotamia, filiam Aram. Erat autem Her perniciosus, et dubitavit de Thamar, quoniam non erat ex terra Chanaan. Et angelus Domini occidit eum tertia die in nocte, et ipse non cognovit eam, per astutiam matris suæ ; non enim voluit habere filios ex ipsa ; et hic in nequitia mortuus est.In diebus thalami dedi ei virum Aunan ; et iste

(74) Αὐτῶν. Αὐτοῦ. Id.

(75) Βάρσαν. Βαρσαβά. Id.

(75*) Septuag. Ἤρ. Drach.

(76) Αὐνᾶν. Origenes, tom. viii. *Comment in Joannem*, p. 132 Τῷ Ἰούδᾳ παρ' ἡμῖν, μὲν ὁ δεύτερος Αὐνᾶν εἶναι λέγεται, παρὰ δὲ Ἑοραίοις Ὠνᾶν ἐστι *Judæ secundus* (filius) *apud nos quidem Aunan esse dicitur, apud Hebræos vero Onan.* Grab.

(77) Ἔπεσεν. Ἔπαισεν. Id.

(78) Ἰακώβ. Τὸν Ἡσαῦ add. Id.

(79) *Montem Seir*. Additur in Græco textu, vitiose : *et vadens super Iramna, mortuus est.* Id.

(80) Ἐπάνω Εἰρράμνᾶ. Ἐν Ανονιράμ. Id.

(81) Ἀνελθών. Add. ἀνεῖλον, propter similitudinem vocis præcedentis incuria scribæ omissum.Id.

(82) Ἓξ Ἑξήκοντα ms. Coll., Trin., Cantab. Id.

(83) Βέθ. Suspicor legendum βάτους. Βάτος enim est mensura liquidorum, ut docet Joseph. lib. *Antiquit. Jud.* viii, cap. 2. Id.

in malitia non cognovit eam, vivens cum ea annum. Et quando minatus sum ei, coivit quidem cum illa, semen vero corruit (85) in terram, secundum mandatum matris suæ ; et hic in malitia mortuus est. Volebam autem et Silom dare ei, sed uxor mea Bessue non permisit ; malitiosa enim erat in Thamar, quoniam non erat ex filiabus Chanaan, sicut ipsa.

XI. « Et ego sciebam, quod perniciosum erat genus Chanaan, sed consilium juventutis excæcavit cor meum. Et videns eam vinum fundentem, in ebrietate vini deceptus sum, et concidi ad eam. Ipsa, me absente, abiit, et accepit Silom uxorem ex terra Chanaan. At cum cognovissem quid fecerat, maledixi ei in dolore animæ meæ : et ipsa mortua est in malitia filiorum suorum.

XII. « Post hos autem sermones (87), vidua existente Thamar, post duos annos audiens, quod ascendo tondere oves, ornata sponsalibus ornamentis, sedit ante civitatem ad portam. Lex enim Amorrhæorum est, nuptam præsidere in fornicatione per septem dies juxta portam. Inebriatus igitur ego in aquis Chozeb, non agnovi eam præ vino ; et decepit me pulchritudo ipsius per formam ornatus. Et declinatus ad ipsam, dicebam : Ingredior ad te. Et dixit mihi : Quid mihi dabis ? Et dedi ei virgam meam, et zonam, et diadema regni : et cum coirem cum illa, concepit. Ignorans autem quid fecit, volui occidere eam ; ipsa autem mittens in abscondito pignora, pudore suffudit me. Vocans vero eam, audivi et mysticos sermones, quos locutus sum, dormiens cum ea, in ebrietate mea ; et non potui occidere eam, quoniam a Domino erat. Dicebam autem : Ne forte dolo mecum agat, ab alia accipiens pignus. Sed neque appropinquavi ei amplius usque ad mortem meam, quoniam abominationem feci hanc in omni Israel. Et qui erant in civitate, dicebant non esse in civitate desponsatam ; quoniam ex alio loco veniens ad breve tempus sedit in porta ; et existimavit, quod nullus cognovit me intravisse ad eam. Et post hæc venimus in Ægyptum ad Joseph propter famem. Quadraginta sex annorum eram, et septuaginta tres annos vixi illic.

XIII. « Et nunc quæcunque ego vobis mando, audite filii mei, Judam patrem vestrum, et custodite omnes sermones meos, ad faciendum omnes justificationes Domini, et ad obediendum mandatis Dei. Et non ambuletis post desideria vestra, neque in cogitationibus consiliorum vestrorum, in superbia cordis vestri, et ne gloriemini in operibus fortitudi-

αὐτῇ τὸν Αὐνᾶν· καίγε οὗτος ἐν πονηρίᾳ οὐκ ἔγνω αὐτήν, ποιήσας σὺν αὐτῇ ἐνιαυτόν. Καὶ ὅτε ἠπείλησα αὐτῷ, συνῆλθε μὲν αὐτῇ, διέφθειρε δὲ τὸ σπέρμα ἐπὶ τὴν γῆν, μετὰ τὴν ἐντολὴν τῆς μητρὸς αὐτοῦ (84)· καίγε οὗτος ἀπέθανεν ἐν πονηρίᾳ. Ἤθελον δὲ καὶ τὸν Σιλὼμ δοῦναι αὐτῇ, ἀλλ' ἡ γυνή μου βησσουὲ οὐκ ἀφῆκεν· ἐπονηρεύετο γὰρ πρὸς τὴν Θάμαρ, ὅτι οὐκ ἦν ἐκ θυγατέρων Χαναάν, ὡς αὐτή.

ΙΑ'. « Κἀγὼ ᾔδειν, ὅτι πονηρὸν τὸ γένος Χαναάν, ἀλλὰ τὸ διαβούλιον τῆς νεότητος (86) ἐτύφλωσε τὴν καρδίαν μου. Καὶ ἰδὼν αὐτὴν οἰνοχοοῦσαν, ἐν μέθῃ οἴνου ἠπατήθην, καὶ συνέπεσα πρὸς αὐτήν. Αὕτη, ἀπόντος μου, ἐπορεύθη, καὶ ἔλαβε τῷ Σιλὼμ γυναῖκα ἐκ γῆς Χαναάν. Γνοὺς δὲ ὃ ἐποίησε, κατηρασάμην αὐτῇ ἐν ὀδύνῃ ψυχῆς μου· καίγε αὐτὴ ἀπέθανεν ἐν πονηρίᾳ υἱῶν αὐτῆς.

ΙΒ'. « Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους, χηρευούσης τῆς Θάμαρ, μετὰ δύο ἔτη ἀκούσασα, ὅτι ἀνέρχομαι κεῖραι τὰ πρόβατα, κοσμηθεῖσα κόσμῳ νυμφικῷ, ἐκάθισεν ἀπέναντι τῇ πόλει πρὸς τὴν πύλην. Νόμος γὰρ Ἀμορράίων, τὴν γαμοῦσαν προκαθίσαι ἐν πορνείᾳ ἑπτὰ ἡμέρας παρὰ τὴν πύλην. Μεθυσθεὶς οὖν ἐγὼ ἐν ὕδασι Χωζήβ, οὐκ ἐπέγνων αὐτὴν ἀπὸ τοῦ οἴνου· καὶ ἠπάτησέ με τὸ κάλλος αὐτῆς διὰ τοῦ σχήματος τῆς κοσμήσεως. Καὶ ἐκκλίνας πρὸς αὐτήν, εἶπον· « Εἰσέλθω πρὸς σέ. » Καὶ εἶπέ μοι· « Τί μοι δώσεις ; » Καὶ ἔδωκα αὐτῇ τὴν ῥάβδον μου, καὶ τὴν ζώνην, καὶ τὸ διάδημα τῆς βασιλείας· καὶ ὡς συνῆλθον αὐτῇ, συνείληφεν. Ἀγνοῶν δὲ ὃ ἐποίησεν, ἤθελον αὐτὴν ἀνελεῖν· πέμψασα δὲ ἐν κρυπτῷ τοὺς ἀῤῥαβῶνας, κατήσχυνέ με. Καλέσας δὲ αὐτὴν, ἤκουσα καὶ τοὺς ἐν μυστηρίῳ λόγους, οὓς, καθεύδων σὺν αὐτῇ, ἐν τῇ μέθῃ μου ἐλάλησα· καὶ οὐκ ἠδυνήθην ἀνελεῖν αὐτὴν, ὅτι παρὰ Κυρίου ἦν. Ἔλεγον γάρ· « Μήποτε ἐν δολιότητι ἐποίησε, παρὰ ἄλλης λαβοῦσα τὸν ἀῤῥαβῶνα. » Ἀλλ' οὐδὲ ἤγγισα αὐτῇ ἔτι ἕως θανάτου μου, ὅτι βδέλυγμα ἐποίησα τοῦτο ἐν παντὶ Ἰσραήλ. Καίγε οἱ ἐν τῇ πόλει ἔλεγον, μὴ εἶναι ἐν τῇ πόλει τελισκομένην (88)· ὅτι ἐξ ἄλλου χωρίου ἐλθοῦσα πρὸς βραχὺ ἐκάθισεν ἐν τῇ πύλῃ· καὶ ἐνόμιζεν (89), ὅτι οὐδεὶς ἔγνω, ὅτι εἰσῆλθον εἰς αὐτήν. Καὶ μετὰ ταῦτα ἤλθομεν εἰς Αἴγυπτον πρὸς Ἰωσὴφ διὰ τὸν λιμόν· μς' ἐτῶν ἤμην, καὶ ογ' ἔζησα ἐκεῖ ἔτη.

ΙΓ'. « Καὶ νῦν ὅσα ἐγὼ ὑμῖν ἐντέλλομαι, ἀκούσατε, τέκνα μου, Ἰούδα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, καὶ φυλάξατε πάντας τοὺς λόγους μου, τοῦ ποιεῖν πάντα τὰ δικαιώματα Κυρίου, καὶ ὑπακούειν ἐντολὰς Θεοῦ. Καὶ μὴ πορεύεσθε ὀπίσω τῶν ἐπιθυμιῶν ὑμῶν, μηδὲ ἐνθυμήσεσι διαβουλίων ὑμῶν, ἐν ὑπερηφανίᾳ καρδίας ὑμῶν, καὶ μὴ καυχᾶσθε ἐν ἔργοις ἰσχύος νεότητος ὑμῶν,

(48) Οὐ γὰρ ἤθελεν ἔχειν τέκνα ἀπ' αὐτῆς· καίγε οὗτος ἀπέθανεν ἐν πονηρίᾳ. Ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ θαλάμου ἐπεγάμβρευσα αὐτῇ τὸν Αὐναν· καίγε οὗτος ἐν πονηρίᾳ οὐκ ἔγνω αὐτὴν, ποιήσας σὺν αὐτῇ ἐνιαυτόν. Καὶ ὅτε ἠπείλησα αὐτῷ συνῆλθε μὲν αὐτῇ, διέφθειρε δὲ τὸ σπέρμα ἐπὶ τὴν γῆν, κατὰ τὴν ἐντολὴν τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Hæc in Oxoniensi codice male sunt omissa : exstant vero in eo sequentia : Καίγε οὗτος ἀπέθανεν ἐν πονηρίᾳ, quæ in Cantabrigiensi desunt. GRAB.

(85) *Corruit.* In Græco, *corrupit.* ID.

(86) Νεότητος. Ψυχῆς καὶ τῆς νεότητος. ID.

(87) *Post hos autem sermones. Posthæc.* ID.

(88) Πόλει τελισκομένην. Πύλῃ τελωνουμένην ID. — Τελισκομένη, non est *desponsata*, ut reddit interpres Latine, sed *scortum.* Semel legitur in S. Script. de scorto masculo. Deuter. XXIII, 18, Alex.: οὐκ ἔσται τελισκόμενος πρὸς πᾶσαν εὐχήν. DRACH.

(89) Καὶ ἐνομιζεν. Νομίζων. GRAB.

ὅτι καίγε τοῦτο πονηρὸν ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου. Ἐπειδὴ γὰρ κἀγὼ καυχησάμενος, ὅτι ἐν πολέμοις οὐκ ἠπάτησέ με πρόσωπον γυναικὸς εὐμόρφου, ὠνείδιζον Ῥουβὴμ τὸν ἀδελφόν μου περὶ Βαλλας γυναικὸς πατρός μου· καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ ζήλου καὶ τῆς πορνείας παρετάξατο ἐν ἐμοί, ἕως συνέπεσα εἰς Βησσουὲ τὴν Χαναναίαν, καὶ εἰς Θάμαρ τὴν νυμφευθεῖσαν τοῖς υἱοῖς μου. Καὶ ἔλεγον τῷ πενθερῷ μου· « Συμβουλεύσω τῷ πατρί μου, καὶ οὕτως λήψομαι τὴν θυγατέρα σου. » Καὶ ἔδειξέ μοι ἐπ' ὀνόματι τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ χρυσοῦ πλῆθος ἄπειρον· ἦν γὰρ βασιλεύς. Καὶ αὐτὴν κοσμήσας ἐν Χρυσίῳ καὶ μαργαρίταις, ἐποίησεν ἡμῖν οἰνοχοεῖν ἐν τῷ δείπνῳ, ἐν κάλλει γυναικῶν. Καὶ ὁ οἶνος διέστρεψέ μοι τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ ἡμαύρωσε τὴν καρδίαν μου ἡ ἡδονή. Καὶ ἐρασθεὶς αὐτῆς συνέπεσα, καὶ παρέβην ἐντολὴν Κυρίου, καὶ ἐντολὴν πατέρων μου, καὶ ἔλαβον αὐτὴν εἰς γυναῖκα. Καὶ ἀνταπέδωκέ μοι Κύριος κατὰ τὸ διαβούλιον τῆς καρδίας μου, ὅτι οὐκ εὐφράνθην ἐν τοῖς τέκνοις αὐτῆς.

ΙΔ'. « Καὶ νῦν, τέκνα μου, μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ· ὅτι οἶνος διαστρέφει τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐμβάλλει ὀργὴν (90) ἐπιθυμίας, καὶ ὁδηγεῖ εἰς πλάνην τοὺς ὀφθαλμούς. Τὸ γὰρ πνεῦμα τῆς πορνείας τὸν οἶνον, ὡς διάκονον πρὸς τὰς ἡδονὰς ἔχει τοῦ νοός· ὅτι καίγε τὰ δύο ταῦτα ἀφιστῶσι τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου. Ἐὰν γάρ τις πίῃ οἶνον εἰς μέθην, ἐν διαλογισμοῖς ῥυπαροῖς συνταράσσει τὸν νοῦν εἰς πορνείαν, καὶ ἐκθερμαίνει τὸ σῶμα εἰς μίξιν· καὶ εἰ πάρεστι τὸ τῆς ἐπιθυμίας αἴτιον, πράσσει τὴν ἁμαρτίαν (91), καὶ οὐκ αἰσχύνεται. Τοιοῦτός ἐστιν ὁ οἶνος, τέκνα μου, ὅτι ὁ μεθύων οὐδὲν αἰδεῖται. Ἰδοὺ γὰρ κἀμὲ ἐπλάνησε, μὴ αἰσχυνθῆναι πλῆθος ἐν τῇ πόλει· ὅτι ἐν ὀφθαλμοῖς πάντων ἐξέκλινα πρὸς τὴν Θάμαρ, καὶ ἐποίησα ἁμαρτίαν μεγάλην, καὶ ἀνεκάλυψα κάλυμμα ἀκαθαρσίας υἱῶν μου. Πιὼν οἶνον, οὐκ ἠσχύνθην τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔλαβον γυναῖκα Χαναναίαν. Συνέσεως γὰρ χρήζει ὁ πιὼν οἶνον, τέκνα μου· καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ σύνεσις τῆς οἰνοποσίας, ἵνα ἕως ὅτου ἔχει αἰδώ, πίῃ· ἐὰν δὲ παρέλθῃ τὸν ὅρον τοῦτον, ἐμβάλλει εἰς τὸν νοῦν τὸ πνεῦμα τῆς πλάνης, καὶ ποιεῖ τὸν μέθυσον αἰσχρορρήμονεῖν, καὶ παρανομεῖν, καὶ μὴ αἰσχύνεσθαι, ἀλλ' ἐγκαυχᾶσθαι τῇ ἀτιμίᾳ, νομίζοντα εἶναι καλόν.

ΙΕ'. « Ὁ πορνεύων, καὶ γυμνούμενος τῆς βασιλείας (92), ἐξέρχεται (93), δουλωθεὶς τῇ πορνείᾳ, ὡς κἀγὼ γυμνωθείς. Ἔδωκα γὰρ τὴν ῥάβδον μου, τουτέστι, τὸ στήριγμα τῆς ἐμῆς φυλῆς· καὶ τὴν ζώνην μου, τουτέστι, δύναμιν· καὶ τὸ διάδημα, τουτέστι, τὴν δόξαν τῆς βασιλείας μου. Καίγε μετανοήσας ἐπὶ τούτοις, οἶνον καὶ κρέας οὐκ ἔλαβον ἕως γήρας, καὶ πᾶσαν εὐφροσύνην οὐκ εἶδον. Καὶ ἔδειξέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἕως τοῦ αἰῶνος, κἂν βασιλεῖ, κἂν πτωχῷ, αἱ γυναῖκες κατακυριεύσουσι, καὶ τοῦ μὲν βασιλέως ἀροῦσι τὴν δόξαν, τοῦ δὲ ἀνδρείου τὴν δύναμιν, καὶ τοῦ πτωχοῦ τὸ τῆς πτωχείας ἐλάχιστον στήριγμα.

nis juventutis vestræ, quoniam et hoc est perniciosum in oculis Domini. Quia enim et ego gloriatus sum, quod in bellis non decepit me facies mulieris formosæ, probro affeci Ruben fratrem meum de Balla uxore patris mei : et spiritus zeli et fornicationis constitit in me, donec incidi in Bessue Chananæam, et in Thamar nuptam filiis meis. Et dicebam socero meo : Persuadebo patri meo, et ita accipiam filiam tuam. Et ostendit mihi nomine filiæ suæ auri multitudinem infinitam ; erat enim rex. Et cum ornasset eam auro et margaritis, fecit nobis vinum effundi in cœna, in pulchritudine mulierum. Et vinum pervertit oculos meos, et obscuravit cor meum voluptas. Et desiderans eam concidi, et transgressus sum mandatum Domini et mandatum patrum meorum, et accepi eam in uxorem. Et secundum consilium cordis mei retribuit mihi Dominus quoniam non lætatus sum in filiis ejus.

XIV. « Et nunc, filii mei, ne inebriemini vino ; quoniam vinum avertit intellectum a veritate, et imittit iram desiderii, et ducit in errorem oculos. Spiritus enim fornicationis vinum ut ministrum ad voluptates habet mentis ; quoniam et duo hæc auferunt potentiam hominis. Si enim aliquis biberit vinum in ebrietatem, cogitationibus sordidis conturbat intellectum in fornicationem, et accendit corpus ad mistionem ; et si adest desiderii causa, operatur peccatum, et non suffunditur pudore. Tale est vinum, filii mei, quoniam ebrius nihil erubescit. Ecce enim et me errare fecit, ut non erubescerem ob multitudinem in civitate ; quoniam in oculis omnium declinavi ad Thamar, et feci peccatum magnum, et revelavi velamen immunditiæ filiorum meorum. Cum biberem vinum, non verecundatus sum mandatum Dei, et accepi uxorem Chananæam. Propter quod intellectu opus habet, qui bibit vinum, filii mei ; et is est intellectus vini potationis, ut quandiu habet erubescentiam, bibat ; si vero transeat terminum hunc, immittit in intellectum spiritum erroris, qui facit ebrium turpia loqui, et iniqua agere, et non verecundari, sed et gloriari in ignominia, existimantem esse bonum.

XV. « Qui fornicatur, et nudatus regno, egreditur, servus effectus fornicationi, sicut et ege nudatus sum. Dedi enim (aliis) virgam meam, hoc est, firmamentum meæ tribus ; et zonam meam, hoc est, potentiam ; et diadema, hoc est gloriam regni mei. Et pœnitens de his, vinum et carnes non assumpsi usque ad senectutem, et omnem lætitiam nescivi. Et ostendit mihi angelus Dei, quod usque in sæculum, et regi, et pauperi, mulieres dominabuntur ; et regis quidem tollent gloriam et virilis potentiam, et pauperis paupertatis minimum firmamentum.

(90) Ὀργήν. Suspicor legendum ὁρμήν, *impetum*, GRAB.

(91) Ἁμαρτίαν. Ἐπιθυμίαν ID.

(92) Καὶ γυμνούμενος τῆς βασιλείας. Ζημιούμενος οὐκ αἰσθάνεται, καὶ ἄδοξον οὐκ αἰσχύνεται. Κἂν γάρ τις βασιλεύσῃ, πορνεύων γυμνούμενος. ID.

(93) Ἐξέρχεται. Οὐκ. ID.

XVI. « Custodite ergo, filii mei, terminum vini. Sunt enim in eo quatuor spiritus perniciosi; concupiscentiæ, inflammationis, luxuriæ, et turpis lucri. Si bibatis vinum in lætitia, cum timore Dei erubescentes, vivetis. Si enim bibatis non erubescentes, et recedat Dei timor, jam efficitur ebrietas et subintrat invercundia. Si vero neque omnino bibetis (95), ut non peccetis in verbis contumeliæ, et pugnæ, et calumniæ, et transgressionis mandatorum Dei et pereatis ante tempus vestrum. Nam mysteria Dei et hominum alienis revelat vinum (u et ego mandata Dei et mysteria Jacob patris mei revelavi Chananitidi Bessue) quibus vetuit Deus revelare. Sed et belli et conturbationis causa efficitur vinum.

XVII. « Mando igitur vobis, filii mei, ut non diligatis argentum, neque inspiciatis in pulchritudinem mulierum; quia et propter argentum et formositatem erravi in Bessue Chananæam. Novi enim, quod propter duo hæcerit genus meum in nequitia; quoniam et sapientes viros filiorum meorum alienabunt, et regnum Judæ minuent, quod dedit mihi Dominus in obedientia patris. Nunquam enim contristavi verbum patris mei Jacob, quoniam omnia quæ dixit, faciebam. Et Abraham pater patris mei benedixit mihi, ut regnarem in Israel; et Isaac benedixit mihi simili modo. Et ego novi, quod ex me stabit regnum.

XVIII. « Et legi in libris Enoch justi, quanta mala facietis in extremis diebus. Cavete igitur filii mei, a fornicatione et avaritia: audite Judam patrem vestrum, quoniam ista separant a lege Dei, et excæcant consilium animæ, et superbiam docent, et non patiunturhominem misericordiam exhibere proximo suo, privant animam ipsius omni bonitate, et continent ipsum in laboribus et doloribus, et amovent somnum ab eo, consumunt carnes ipsius, et sacrificia Dei impediunt, et benedictiones non memorant, et prophetæ loquenti non obediunt, et verbo pietatis offenduntur. Duabus enim passionibus contrariis mandatis Dei serviens, Deo obedire non potest, quoniam excæcaverunt animam ejus, et in die, sicut in nocte ambulat.

XIX. Filii mei, avaritia ad idola ducit, quoniam in errore per argentum, eos qui non sunt, deos nominant; et facit habentem eam in exstasin incidere. Propter argentum (98) ego perdidi filios meos; et nisi pœnitentia carnis meæ, et humilitas animæ meæ et orationes Jacob patris mei (obstitissent), sine liberis morerer. Sed Deus patrum meorum, misericors et clemens, cognovit quod in ignorantia feci. Excæcavit enim me princeps erroris, et ignoravi, sicut homo, et sicut caro, in peccatis corruptus. Et co-

Ιζ'. « Φυλάσσεσθε οὖν, τέκνα μου, τὸν ὅρον τοῦ οἴνου. Ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ τέσσαρα πνεύματα πονηρὰ ἐπιθυμίας, πυρώσεως, ἀσωτίας, αἰσχροκερδείας. Ἐὰν πίνητε οἶνον ἐν εὐφροσύνῃ, μετὰ φόβου Θεοῦ αἰδούμενοι, ζήσεσθε. Ἐὰν γὰρ πίνητε μὴ αἰδούμενοι, καὶ ἀποστῇ ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, λοιπὸν γίνεται μέθη, καὶ παρεισέρχεται ἡ ἀναισχυντία. Εἰ δὲ μηδε ὅλως πίητε (94), ἵνα μὴ ἁμάρτητε ἐν λόγοις ὕβρεως, καὶ μάχης, καὶ συκοφαντίας, καὶ παραβάσεως ἐντολῶν Θεοῦ, καὶ ἀπολεῖσθε οὐκ ἐν καιρῷ ὑμῶν. Καίγε μυστήρια Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἀλλοτρίοις ἀποκαλύπτει ὁ οἶνος (ὡς κἀγὼ ἐντολὰς Θεοῦ καὶ μυστήρια Ἰακὼβ τοῦ πατρός μου ἀπεκάλυψα τῇ Χανανίτιδι Βησσουὲ) οἷς εἶπεν ὁ Θεὸς μὴ ἀποκαλύψαι. Καὶ δὲ πολέμου καὶ ταραχῆς αἴτιος γίνεται ὁ οἶνος.

ΙΖ'. « Ἐντέλλομαι οὖν ὑμῖν, τέκνα μου, μὴ ἀγαπᾶν ἀργύριον, μηδὲ ἐμβλέπειν εἰς κάλλος γυναικῶν· ὅτι καίγε δι' ἀργύριον, καὶ δι' εὐμορφίαν ἐπλανήθην εἰς Βησσουὲ τὴν Χαναναίαν. Ὅτι οἶδα ἐγὼ, ὅτι διὰ τὰ δύο ταῦτα ἔσται τὸ γένος μου ἐν πονηρίᾳ· ὅτι καίγε σοφοὺς ἄνδρας τῶν υἱῶν μου ἀλλοιώσουσι, καὶ βασιλείαν Ἰούδα σμικρυνθῆναι ποιήσουσιν, ἣν ἔδωκέ μοι Κύριος ἐν ὑπακοῇ πατρός. Οὐδέποτε γὰρ ἐλύπησα λόγον Ἰακὼβ τοῦ πατρός (96) μου, ὅτι πάντα, ὅσα εἶπεν, ἐποίουν. Καὶ Ἀβραὰμ ὁ πατὴρ τοῦ πατρός μου εὐλόγησέ με, βασιλεύειν ἐν Ἰσραήλ· καὶ Ἰσαὰκ εὐλόγησέ με ὁμοίως. Καὶ ἐγὼ οἶδα, ὅτι ἐξ ἐμοῦ στήσεται τὸ βασίλειον.

ΙΗ'. « Καίγε ἔγνων ἐν βιβλίοις Ἐνὼχ τοῦ δικαίου, ὅσα κακὰ ποιήσετε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. Φυλάξασθε οὖν, τέκνα μου, ἀπὸ τῆς πορνείας καὶ τῆς φιλαργυρίας· ἀκούσατε Ἰούδα τοῦ πατρὸς ὑμῶν, ὅτι ταῦτα ἀφιστᾷ νόμου Θεοῦ, καὶ τυφλοῖ τὸ διαβούλιον τῆς ψυχῆς, καὶ ὑπερηφανίαν ἐκδιδάσκει, καὶ οὐκ ἀφίησιν ἄνδρα ἐλεῆσαι τοῦ πλησίον αὐτοῦ, στερίσκει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἀπὸ πάσης ἀγαθωσύνης, καὶ συνέχει αὐτὸν ἐν μόχθοις καὶ πόνοις, καὶ ἀφιστᾷ ὕπνον αὐτοῦ, καταδαπανᾷ σάρκας αὐτοῦ, καὶ θυσίας Θεοῦ ἐμποδίζει, καὶ εὐλογίας οὐ μέμνηται (97), καὶ προφήτῃ λαλοῦντι οὐχ ὑπακούει, καὶ λόγῳ εὐσεβείας προσοχθίζει. Δυσὶ γὰρ πάθεσιν ἐναντίοις τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ δουλεύων, Θεῷ ὑπακούειν οὐ δύναται, ὅτι ἐτύφλωσαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, ὡς ἐν νυκτὶ, πορεύεται.

ΙΘ'. « Τέκνα μου, ἡ φιλαργυρία πρὸς εἰδωλα ὁδηγεῖ, ὅτι ἐν πλάνῃ δι' ἀργυρίου τοὺς μὴ ὄντας θεοὺς ὀνομάζουσι· καὶ ποιεῖ τὸν ἔχοντα αὐτὴν εἰς ἔκστασιν ἐμπεσεῖν. Δι' ἀργυρίου ἐγὼ ἀπώλεσα τὰ τέκνα μου, καὶ εἰ μὴ ἡ μετάνοια τῆς σαρκός μου, καὶ ἡ ταπείνωσις τῆς ψυχῆς μου, καὶ αἱ εὐχαὶ Ἰακὼβ τοῦ πατρός μου, ἄτεκνος εἶχον ἀποθανεῖν. Ἀλλ' ὁ Θεὸς τῶν πατέρων μου, ὁ οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, συνέγνω ὅτι ἐν ἀγνοίᾳ ἐποίησα. Ἐτύφλωσε γάρ με ὁ ἄρχων τῆς πλάνης, καὶ ἠγνόησα, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς σὰρξ (99), ἐν ἁμαρ-

(94) Εἰ δὲ μηδὲ ὅλως πίητε Corrige ex Oxon. cod. τί δὲ λέγω, μηδ' ὅλως πίνετε Grab.

(95) *Si vero neque omnino bibetis. Quid vero dicam? ne omnino bibatis.* Id.

(96) Λόγον Ἰακὼβ τοῦ πατρός. Ἰακὼβ τὸν πατέρα Id.

(97) Οὐ μεμνηται Θεοῦ οὐ μνημονεύει· Id.

(98) *Propter argentum.* Duo verba ista ad præcedentem periodum sunt referenda: si Græcum textum sequi velimus, in cujus utroque exemplari, tam Oxon. quam Cantab. postδι' ἀργυρίου est punctum; melius vero, juxta hanc versionem. Id.

(99) Σάρξ, Omissum. Id.

τίαις φθαρεῖς. Καὶ ἐπέγνων τὴν ἐμαυτοῦ ἀσθένειαν, νομίζων ἀκαταμάχητος εἶναι.

| 194 | 109 | 34 | 31 | 29 | 26 | 24 | 23 | 25 | 24 | 24 | 23 | 21 | 9 |
| 195 | 110 | 35 | 32 | 30 | 27 | 25 | 24 | 26 | 25 | 25 | 24 | 22 | 10 |
| 196 | 111 | 36 | 33 | 31 | 28 | 26 | 25 | 27 | 26 | 26 | 25 | 23 | 11 |
| 197 | 112 | 37 | 34 | 32 | 29 | 27 | 26 | 28 | 27 | 27 | 26 | 24*e* | 12 |
| 198 | 113 | 38 | 35 | 33 | 30 | 28 | 27 | 29 | 28 | 28 | 27 | 25 | 13 |
| 199 | 114 | 39 | 36 | 34 | 31 | 29 | 28 | 30 | 29 | 29 | 28 | 26 | 14 |
| 200 | 115 | 40 | 37 | 35*f* | 32 | 30*g* | 29 | 31 | 30 | 30 | 29 | 27 | 15 |
| 201 | 116 | 41 | 38 | 36 | 33 | 31 | 30 | 32 | 31 | 31 | 30 | 28*h* | 16 |
| 202 | 117 | 42 | 39 | 37 | 34 | 32 | 31 | 33 | 32 | 32 | 31 | 29 | 17 |
| 203 | 118 | 43 | 40 | 38 | 35 | 33 | 32 | 34 | 33 | 33 | 32 | 30*i* | 18 |
| 204 | 119 | 44 | 41 | 39 | 36 | 34 | 33 | 35 | 34 | 34 | 33 | 31 | 19 |
| 205 | 120 | 45 | 42 | 40*j* | 37 | 35 | 34 | 36 | 35 | 35 | 34 | 32 | 20 |
| 206 | 121 | 46 | 43 | 41 | 38 | 36 | 35 | 37 | 36 | 36 | 35 | 33 | 21 |
| 207 | 122 | 47 | 44 | 42 | 39 | 37 | 36 | 38 | 37 | 27 | 36 | 34 | 22 |
| 208 | 123 | 48 | 45 | 43 | 40*k* | 38 | 37 | 39 | 38 | 38 | 37 | 35 | 23 |
| 209 | 124 | 49 | 46 | 44 | 41 | 39 | 38 | 40 | 39 | 39 | 38 | 36 | 24 |
| 210 | 125 | 50 | 47 | 45 | 42 | 40 | 39*l* | 41 | 40*m* | 40 | 39 | 37 | 25 |
| 211 | 126 | 51 | 48 | 46 | 43 | 41 | 40 | 42 | 41 | 41 | 40 | 38 | 26 |
| 212 | 127 | 52 | 49 | 47 | 44 | 42 | 41 | 43 | 42 | 42 | 41 | 39 | 27 |
| 213 | 128 | 53 | 50 | 48 | 45 | 43 | 42 | 44 | 43 | 43 | 42 | 40 | 28 |
| 214 | 129 | 54 | 51 | 49*n* | 46 | 44 | 43 | 45 | 44 | 44 | 43 | 41 | 29 |
| 215 | 130 | 55 | 52 | 50 | 47 | 45 | 44 | 46 | 45 | 45 | 44 | 42 | 30 |
| 216 | 131 | 56 | 53 | 51 | 48 | 46 | 45 | 47 | 46 | 46 | 45 | 43 | 31 |
| 217 | 132 | 57 | 54 | 52 | 49 | 47 | 46 | 48 | 47 | 47 | 46 | 44 | 32 |
| 218 | 133 | 58 | 55 | 53 | 50 | 48 | 47 | 49 | 48 | 48 | 47 | 45 | 33 |
| 219 | 134 | 59 | 56 | 54 | 51 | 49 | 48 | 50 | 49 | 49 | 48 | 46 | 34 |
| 220 | 135 | 60 | 57 | 55 | 52 | 50 | 49 | 51 | 50 | 50 | 49 | 47 | 35 |
| 221 | 136 | 61 | 58 | 56 | 53 | 51 | 50 | 52 | 51 | 51 | 50 | 48 | 36 |
| 222 | 137 | 62 | 59 | 57 | 54 | 52 | 51 | 53 | 52 | 52 | 51 | 49 | 37 |
| 223 | 138 | 63 | 60 | 58 | 55 | 53 | 52 | 54 | 53 | 53 | 52 | 50 | 38 |
| 224 | 139 | 64 | 61 | 59 | 56 | 54 | 53 | 55 | 54 | 54 | 53 | 51 | 39 |
| 225 | 140 | 65 | 62 | 60 | 57 | 55 | 54 | 56 | 55 | 55 | 54 | 52 | 40 |
| 226 | 141 | 66 | 63 | 61 | 58 | 56 | 55 | 57 | 56 | 56 | 55 | 53 | 41 |
| 227 | 142 | 57 | 64 | 62 | 59 | 57 | 56 | 58 | 57 | 57 | 56 | 54 | 42 |
| 228 | 143 | 68 | 65 | 63 | 60 | 58 | 57 | 59 | 58 | 58 | 57 | 55 | 43 |
| 229 | 144 | 69 | 66 | 64*p* | 61 | 59 | 58 | 60 | 59 | 59 | 58 | 56 | 44 |
| 230 | 145 | 70 | 67 | 65 | 62 | 60 | 59 | 61 | 60 | 60 | 59 | 57 | 45 |
| 231 | 146 | 71 | 68 | 66 | 63 | 61 | 60 | 62 | 61 | 61 | 60 | 58 | 46 |
| 232 | 147 | 72 | 69 | 67 | 64 | 62 | 61 | 63 | 62 | 62 | 61 | 59 | 47 |
| 233 | | 73 | 70 | 68 | 65 | 63 | 62 | 64 | 63 | 63 | 62 | 60 | 48 |
| 234 | | 74 | 71 | 69 | 66 | 64 | 63 | 65 | 64 | 64 | 63 | 61 | 49 |
| 235 | | 75 | 72 | 70 | 67 | 65 | 64 | 66 | 65 | 65 | 64 | 62 | 50 |

(*a*) Hoc ætatis suæ anno XXX Ruben Ballam polluit. Rub. 1. Morbo per menses VII multatus, pœnitentiam egit per annos VII, ibid. Tum Jacob apud Isaacum patrem fuit, Rub. 3. Supererat Isaacus ad annum Jacobi CXX. Gen. XXV, 26, XXXV, 28.

(*b*) Judæ 22, incipiunt induciæ cum Esavo annorum XVIII. Jud. 9.

(*c*) Josephus hoc anno venditus, a cujus fine incipiunt forte anni VII, quibus Potiphari servivit, Joseph. 3.

(*d*) Levi annos natus XXVIII, uxorem duxit Melcham. Lev. 11, 12, primus ejus filius Gerson dictus, ibid.

(*e*) Expletis annis VII Josephus in carcerem conjicitur.

(*f*) Levi ann. XXXV natus filius secundus Caath. Lev. 11.

(*g*) Issachar anno XXX duxit uxorem. Issach. 3.

(*h*) Hoc an. socios habuit captivitatis Joseph pincernam Pharaonis et pistorem.

(*i*) Post duos annos in gratiam Pharaonis receptus Josephus anno ætatis XXX. Gen. XLI, 1, 46.

(*j*) Levi anno XL natus filius tertius Merari. Lev. 11.

(*k*) Judæ XL. Bellum cum Esavo, quo cecidit Esavus τόξῳ Jacobi, Jud. 9. Jacobi τόξου mentio fit Gen. XLVIII, 22. Sed in Amoritas, non Idumæos. Judas nondum in Ægypto, ib. Imo sequitur annus unus quo vixerit cum Thamare Annan. Tum anni duo viduitatis, antea quam rem cum ea haberet Judas, cap. 11, 12.

(*l*) Zabulon. an. 38, vel 39 piscari cœpit, V annis ante quam descenderunt in Ægyptum Zab. 6.

(*m*) Nephthalimi somnia, anno ejus XL, quæ eum adhuc in Palæstina fuisse supponunt, nondum in Ægypto. Nephth. 5. Πάλιν μετὰ μῆνας ἑπτά. Nephth. 6. Post venditionem Josephi, et tamen antea quam descenderent in Ægyptum. Nephth. 7.

(*n*) Descendit Levi in Ægyptum anno æt. XL. Levi 12. Sed deest numerus supra XL. Juda enim Levi junior annum tunc agebat XLVI. Jud. 12. Levi ergo an. absolverat XLIX, qui in annum Jacobi incurrebat CXXX, quo descenderunt in Ægyptum. Gen. XLVII, 9.

(*o*) Judæ XLVI, descensio in Ægyptum. Inde per annos LXXIII, vixit in Ægypto. Jud. 12.

(*p*) Levi anno LXIV nata Jochabed. Et quidem in Ægypto. Lev. 11. Eodem die natus maritus ejus Amram, Lev. 12.

| Ab an. 75 Abrahami. | Rubenis. | Simeonis. | Levi. | Judæ. | Issachar. | Zabulon. | Dan. | Nephthal. | Gad. | Aser. | Joseph. | Benjamin. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 236 | 76 | 73 | 71 | 68 | 66 | 65 | 67 | 66 | 66 | 65 | 63 | 51 |
| 237 | 77 | 74 | 72 | 69 | 67 | 66 | 68 | 67 | 67 | 66 | 64 | 52 |
| 238 | 78 | 75 | 73 | 70 | 68 | 67 | 69 | 68 | 68 | 67 | 65 | 53 |
| 239 | 79 | 76 | 74 | 71 | 69 | 68 | 70 | 69 | 69 | 68 | 66 | 54 |
| 240 | 80 | 77 | 75 | 72 | 70 | 69 | 71 | 70 | 70 | 69 | 67 | 55 |
| 241 | 81 | 78 | 76 | 73 | 71 | 70 | 72 | 71 | 71 | 70 | 68 | 56 |
| 242 | 82 | 79 | 77 | 74 | 72 | 71 | 73 | 72 | 72 | 71 | 69 | 57 |
| 243 | 83 | 80 | 78 | 75 | 73 | 72 | 74 | 73 | 73 | 72 | 70 | 58 |
| 244 | 84 | 81 | 79 | 76 | 74 | 73 | 75 | 74 | 74 | 73 | 71 | 59 |
| 245 | 85 | 82 | 80 | 77 | 75 | 74 | 76 | 75 | 75 | 74 | 72 | 60 |
| 246 | 86 | 83 | 81 | 78 | 76 | 75 | 77 | 76 | 76 | 75 | 73 | 61 |
| 247 | 87 | 84 | 82 | 79 | 77 | 76 | 78 | 77 | 77 | 76 | 74 | 62 |
| 248 | 88 | 85 | 83 | 80 | 78 | 77 | 79 | 78 | 78 | 77 | 75 | 63 |
| 249 | 89 | 86 | 84 | 81 | 79 | 78 | 80 | 79 | 79 | 78 | 76 | 64 |
| 250 | 90 | 87 | 85 | 82 | 80 | 79 | 81 | 80 | 80 | 79 | 77 | 65 |
| 251 | 91 | 88 | 86 | 83 | 81 | 80 | 82 | 81 | 81 | 80 | 78 | 66 |
| 252 | 92 | 89 | 87 | 84 | 82 | 81 | 83 | 82 | 82 | 81 | 79 | 67 |
| 253 | 93 | 90 | 88 | 85 | 83 | 82 | 84 | 83 | 83 | 82 | 80 | 68 |
| 254 | 94 | 91 | 89 | 86 | 84 | 83 | 85 | 84 | 84 | 83 | 81 | 69 |
| 255 | 95 | 92 | 90 | 87 | 85 | 84 | 86 | 85 | 85 | 84 | 82 | 70 |
| 256 | 96 | 93 | 91 | 88 | 86 | 85 | 87 | 86 | 86 | 85 | 83 | 71 |
| 257 | 97 | 94 | 92 | 89 | 87 | 86 | 88 | 87 | 87 | 86 | 84 | 72 |
| 258 | 98 | 95 | 93 | 90 | 88 | 87 | 89 | 88 | 88 | 87 | 85 | 73 |
| 259 | 99 | 96 | 94*a* | 91 | 89 | 88 | 90 | 89 | 89 | 88 | 86 | 74 |
| 260 | 100 | 97 | 95 | 92 | 90 | 89 | 91 | 90 | 90 | 89 | 87 | 75 |
| 261 | 101 | 98 | 96 | 93 | 91 | 90 | 92 | 91 | 91 | 90 | 88 | 76 |
| 262 | 102 | 99 | 97 | 94 | 92 | 91 | 93 | 92 | 92 | 91 | 89 | 77 |
| 263 | 103 | 100 | 98 | 95 | 93 | 92 | 94 | 93 | 93 | 92 | 90 | 78 |
| 264 | 104 | 101 | 99 | 96 | 94 | 93 | 95 | 94 | 94 | 93 | 91 | 79 |
| 265 | 105 | 102 | 100 | 97 | 95 | 94 | 96 | 95 | 95 | 94 | 92 | 80 |
| 266 | 106 | 103 | 101 | 98 | 96 | 95 | 97 | 96 | 96 | 95 | 93 | 81 |
| 267 | 107 | 104 | 102 | 99 | 97 | 96 | 98 | 97 | 97 | 96 | 94 | 82 |
| 268 | 108 | 105 | 103 | 100 | 98 | 97 | 99 | 98 | 98 | 97 | 95 | 83 |
| 269 | 109 | 106 | 104 | 101 | 99 | 98 | 100 | 99 | 99 | 98 | 96 | 84 |
| 270 | 110 | 107 | 105 | 102 | 100 | 99 | 101 | 100 | 100 | 99 | 97 | 85 |
| 271 | 111 | 108 | 106 | 103 | 101 | 100 | 102 | 101 | 101 | 100 | 98 | 86 |
| 272 | 112 | 109 | 107 | 104 | 102 | 101 | 103 | 102 | 102 | 101 | 99 | 87 |
| 273 | 113 | 110 | 108 | 105 | 103 | 102 | 104 | 103 | 103 | 102 | 100 | 88 |
| 274 | 114 | 111 | 109 | 106 | 104 | 103 | 105 | 104 | 104 | 103 | 101 | 89 |
| 275 | 115 | 112 | 110 | 107 | 105 | 104 | 106 | 105 | 105 | 104 | 102 | 90 |
| 276 | 116 | 113 | 111 | 108 | 106 | 105 | 107 | 106 | 106 | 105 | 103 | 91 |
| 277 | 117 | 114 | 112 | 109 | 107 | 106 | 108 | 107 | 107 | 106 | 104 | 92 |
| 278 | 118 | 115 | 113 | 110 | 108 | 107 | 109 | 108 | 108 | 107 | 105 | 93 |
| 279 | 119 | 116 | 114 | 111 | 109 | 108 | 110 | 109 | 109 | 108 | 106 | 94 |
| 280 | 120 | 117 | 115 | 112 | 110 | 109 | 111 | 110 | 110 | 109 | 107 | 95 |
| 281 | 121 | 118 | 116 | 113 | 111 | 110 | 112 | 111 | 111 | 110 | 108 | 96 |
| 282 | 122 | 119 | 117 | 114 | 112 | 111 | 113 | 112 | 112 | 111 | 109 | 97 |
| 283 | 123 | 120*b* | 118 | 115 | 113 | 112 | 114 | 113 | 113 | 112 | 110*c* | 98 |
| 284 | 124 | | 119 | 116 | 114 | 113 | 115 | 114 | 114 | 113 | | 99 |
| 285 | 125*d* | | 120 | 117 | 115 | 114*e* | 116 | 115 | 115 | 114 | | 100 |
| 286 | | | 121 | 118 | 116 | | 117 | 116 | 116 | 115 | | 101 |
| 287 | | | 122 | 119*f* | 117 | | 118 | 117 | 117 | 116 | | 102 |
| 288 | | | 123 | | 118 | | 119 | 118 | 118 | 117 | | 103 |
| 289 | | | 124 | | 119 | | 120 | 119 | 119 | 118 | | 104 |
| 290 | | | 125 | | 120 | | 121 | 120 | 120 | 119 | | 105 |
| 291 | | | 126 | | 121 | | 122 | 121 | 121 | 120 | | 106 |
| 292 | | | 127 | | 122*g* | | 123 | 122 | 122 | 121 | | 107 |
| 293 | | | 128 | | | | 124 | 123 | 123 | 122 | | 108 |
| 294 | | | 129 | | | | 125*h* | 124 | 124 | 123 | | 109 |

anno XCIV, nupsit Jochabed Amramo.

in mortuus ann. vit. CXX, eodem quo
t Joseph. Sim. 1, 8, Josephi ossa custo-
yptii, quo minus deportarentur in He-
sepeliretur Simeon. Sim. 1. Hinc etiam
lem anno utrumque mortuum esse, pro
oris rationibus.

Levi CXVIII mortuus Josephus. Lev. 12.
n mortuus anno vitæ CXXV, post duos
orte Josephi. Rub. 1.

(*e*) Zabulon mortuus an. CXIV La
ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ καὶ δεκάτῳ. In
τοστῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ. Vicissim rect
2 annis post mortem Josephi, quam
Zab. 1.

(*f*) Judas mortuus anno CXIX. Jud.
Rubenem. Rub. 1.

(*g*) Issachar mortuus anno ætat. CX

(*h*) Dan mortuus anno ætatis CX
Μετὰ ταῦτα ἀνήνεγκαν τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ,

| Ab an. 75 Abrahami. | Levi. | Nephthal. | Gad. | Aser. | Benjamin. | Ab an. 75 Abrahami. | Ab an. 75 Abrahami. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 295 | 130 | 125 | 125*a* | 124 | 110 | 311 | 327 |
| 296 | 131 | 126 | | 125 | 111 | 312 | 328 |
| 297 | 132 | 127 | | 126*b* | 112 | 313 | 329 |
| 298 | 133 | 128 | | | 113 | 314 | 330 |
| 299 | 134 | 129 | | | 114 | 315 | 331 |
| 300 | 135 | 130*c* | | | 115 | 316 | 332 |
| 301 | 136 | | | | 116 | 317 | 333 |
| 302 | 137*d* | | | | 117 | 318 | 334 |
| 303 | | | | | 118 | 319 | 335 |
| 304 | | | | | 119 | 320 | 336 |
| 305 | | | | | 120 | 321 | 337 |
| 306 | | | | | 121 | 322 | 338 |
| 307 | | | | | 122 | 323 | 339 |
| 308 | | | | | 123 | 324 | 340*f* |
| 309 | | | | | 124 | 325 | |
| 310 | | | | | 125*e* | 326 | |

Situm patriarcharum plerumque ex anno emortuali Josephi elicuimus. Josephi autem natalem didicimus e natali Benjamini, et quo pacto fuerit cum Jacobi ætate, promissionisque a Deo Abrahamo factæ æra committendus. Hæc invicem collata docent quem situm patriarchæ illi teneant in annis 430 a promissione illa numerandis. Si minus vere, at saltem pro hujus auctoris hypothesibus. Desunt autem, fateor, in aliis patriarchis notæ temporum accuratæ, et in harum defectu ratiociniis indulgendum est,quæ tamen e propriis ejusdem rationibus arcessenda sunt. Sic fuerit necessario Issacharis natalis ad annum aliquem medium inter Judæ Zabulonisque natales referendus. Est autem obscurissimum, quod senserit noster de filiis ancillarum. Sic autem sunt collocandi, ut juniores fuerint Juda, et Josephum tamen omnes ætate superarint. Nam post natum Judam Rachel ancillam marito dedit, suo tamen ipsi nomine pariturarn ; cum scilicet Lia parere desiisset. Genes XXIX, 35. Innuit profectio Liam uno saltem anno partum intermisisse.Itaque illo ipso anno,quem intermisit Lia, primum filium Rachel e Balla susceperit, nempe Danem, et sequenti secundum Nepthalimum. Sic duos habuerit Rachel filios eo spatio quo unicum pepererit Lia Issacharem. Inde gloriatur victam a se in puerperii lucta illa sororem. Mox tamen sororis exemplum æmulata Lia, ipsa quoque Zelpham ancillam marito collocavit ; adeo ut ille primus Zelphæ filius Gadus in eumdem cum Nephtalimo annum concurrerit, sic tamen, ut fuerit Nephtalimo paulo junior. Referentur ad sequentes annos Aser et Dina, quos Josepho majores fuisse docet textus Geneseos. Nec ullus supererit hiatus inter Judam et Josephum. Sic annum egerit Dina, cum raperetur, XII, cum Levi frater ageret, pro nostri Auctoris mente, XX. Uno nimirum anno major ætate nubili, pro more Romanorum. Sic incidet mors Gadi in annum Promissionis CCXCV. Annum scilicet ante reliquiarum translationem XLV. Credidit enim Auctor, post mortem Josephi, reliquias Josephi, ne transferrentur in Hebronem, ab Ægyptiis fuisse custoditas, propter quoddam, quod comminiscitur, Oraculum : nec inde licuisse Patriarchas alios, qui post illum obierunt, in Hebrone sepelire. Sic legimus in Testamento Simeonis, c. 8. Patriarchas ergo illi superstites thecis reconditos fuisse ait, donec otium esset ab Ægyptiis, quo illos liceret in Hebronem deportare.Sic in Testamento Rubenis, cap. ult. : *Et posuerunt eum in thecam, usque quo referrentes eum ex Ægypto, sepelierunt in Hebron in spelunca duplici, ubi patres ejus dormierunt.* Et in Simeone, cap. 8 : *Et posuerunt eum in thecam lignorum, quæ non putrescunt, ut reducerent ossa ejus in Hebron.* In Levy c. ult. : *Et posuerunt eum in thecam, etpostea sepelierunt eum in Hebron*, etc. Videmus hic eamdemque operam fuisse in plurium Patriarcharum funeribus procurandis. Itaque hinc intelligenda sunt aliorum Testamentorum loca,in quibus idem innuitur,sed obscurius. Tempus docemur in Testamento Benjamini, quo Patriarchas omnes, excepto Josepho, in Hebronem transtulerint Israelitæ : nempe annum fuisse ante exitum filiorum Israel ex Ægypto nonagesimum. Sic enim Codex uterque Græcus. Male ergo codices Latini qui unum præterea addunt annum. Est enim sane verisimillimum, Robertum Lincolniensem non alio usum esse codice ad versionem suam concinnandam,quam Cantabrigiensi, vel qui ei admodum similis fuerit. Sed vicissim e Latinis corrigenda Græca : Καὶ ἐν τῷ ϟ ἔτει τῆς ἐξόδου. Legendum πρὸ τῆς ἐξόδου. Annus ille ante Exodum nonagesimus, idem erat a Promissione Abrahamo facta et quadragesimus. Tum ergo translatæ fuerint, si huic Auctori fides, Patriarcha-

(*a*) Gad mortuus anno æt. CXXV. Gad. I, At juxta codd. Lat. CXXVII ; vixit autem certe, pro nostri auctoris rationibus, post Josephum. Monet enim ille moriens de Zelpha matre, prope Ballam et Rachelem sepelienda, Zelphæ, ut videtur, filios, tam Gadum quam Aserum. Imo etiam post Rubenem vixit. Utrumque enim alloquitur moribundus. Rub. 1.

(*b*) Mortuus Aser anno vit. CXXVI Gr. As. 1 Nec enim fidendum exemplari Roberti Lincoln, qua discrepat a cod. Cantabrig. Certe post Josephum et Rubenem vixit, ut ex supra dictis patet.

(*c*) Nephthalim mortuus anno CXXX Græc. Oxon. CXXXII. Ms. Trin. Neph. 1.

(*d*) Levi mortuus anno vitæ CXXXVII. Lev. 19. Exod, VI, 16. Adhuc posteri ejus tertiæ duntaxat generationis erant, Lev. 12. Nondum ergo nati liberi e conjugio Amrami cum Jochabed, pro hujus auctorishypothesibus.Nequidem nata Miriam,quæ, cum nasceretur Moses, erat adolescentula.

(*e*) Benjamin mortuus anno vitæ CXXV. Benj. I, 12. Gr. Oxon. Deest in Latinis codicibus numerus postremus loco tantummodo priori.

(*f*)Anno promissionis340Patriarcharum reliquias in Hebronem transtulerunt Israelitæ, præterquam Josephi : Pro hujus nimirum auctoris rationibus. Moses natus est anno Promissionis 350.Nam annum egit 80 anno promissionis 430, quo dicessit ex Ægypto. Sic fuerit Amramus annorum 121 cum nasceretur Moses, pro hujus auctoris rationibus. Alia omnia de Amramo Demetrius, et profecto verisimiliora.

rum reliquiæ. Reversos enim e Canaam Israelitas habitasse tradit in Ægypto usque ad diem exitus eorum. Ita testamentum ejusdem Benjamini. Tum bello aliquo occupatis Ægyptiis, occasionem captasse refert Israelitas, Patriarchas suos ad Hebronem trasferendi, opera tamen, ut vel ita Ægyptios laterent, clancularia. Ita Test. Simonis loc. cit. : *Et reduxerunt ea clam in bello Ægyptiorum.* Hunc annum cum anno a morte Gadi V committit illius Testamentum. Sic enim habet : Καὶ μετὰ πέντε ἔτη ἀνήγαγον αὐτὸν εἰς Χεβρών. Ita sentire ne quidem potuit Auctor. Sic enim natus fuisset post venditum Josephum, quem talem noster facit Josepho infensissimum. Facile inde constat, deesse numerum majorem. Rescribendum ergo, Μετὰ τεσσαράκοντα πέντε, vel, μετὰ μ' πέντε. Ita procedunt omnia, pro nostris calculis, rectissime. Obierit enim Dan anno Promissionis 225,qui erat annus ante reliquiarum deportationem XLV. Inde situs ille, quem Gado assignavimus, mirifice confirmatur. Ita ergo sentit noster Auctor, si quid senserit sibi consentaneum. Non tamen proinde pro vero mox habendum est, quod verum ipse crediderit.Id potius colligerem, Chronologiam illam de his temporis omnem, quæ sacro Textu non nititur, vel o ratiociniis hominum, vel fide mala oriundam esse. Noster certe alia omnia sentit a Demetrio apud Eusebium lib. IX *De præparat Evangel.* c. 21. Quod sane fieri vix potuit, si fuerint utrivis cœva, quæ nescimus, præter sacras litteras, monumenta. Hoc itaque oneram dedimus, ut Auctori, qualescunque fuerint, suæ saltem constarent rationes ; non autem, ut pro illis fide nostra juberemus. Erit autem ne quidem hoc inutile, ut intelligantur veteres, nostro tamen juniores, si forte venerandis Patriarcharum nominibus hallucinati illum secuti fuerint, etiam errantem.Est autem admodum receptus apud nuperos Chronologos error, errorumque aliorum fons, quod ne quidem in veteribus satis accurate distinguant Historica de rebus sibi exploratis Testimonia ab eorumdem veterum conjecturis atque ratiociniis. Hæc enim si internoscerentur, non quælibet eflata pro Historicis haberent Testimoniis.

# ANONYMI

## VIRI APOSTOLICI

# EPISTOLA AD DIOGNETUM

## DISSERTATIO PROŒMIALIS

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth*, I, Proleg., LXVIII.

I. *De Anonymi viri apostolici* Epistola ad Diognetum *cujus editiones enuntiantur. Minus recte Justino M.ascripta censetur. Idque variis argumentis evincitur,e scriptoris charactere, temporum notatione ac styli discrimine sumptis.*

Dum Epistolæ Ignatianæ prelo committebantur, mentem subiit cogitatio de insignis Epistolæ ad Diognetum auctore, qui sæculo I floruisse comperitur. Verum cum ab Ignatii societate neque Polycarpus neque Papias essent omnino disjungendi, Anonymo demum viro illi apostolico locum dare saltem post sanctum Hierapolitanum episcopum, opportunum daximus.

Præstantissimam itaque hanc Epostolam primus Græce in lucem extulit, Latine vertit notisque illustravit Henricus Stephanus anno 1592, quæ deinceps S. Justini M. operibus addita, prodiit in editionibus Heidelbergensi 1593, Parisiensibus 1615 et 1636, Coloniensi seu Witebergensi 1686, atque in nupera Parisiensi 1742, omnium sane luculentissima, opera et studio V. C. Prudentii Marani con-

A cinnata ; cujus tandem exemplar quinque post annos, sed minus emendate, Veneta expressit : qua proinde posthabita, nostram ad præcedentis normam exegimus ; eaque insuper suis locis restituimus, quæ sive addenda sive emmendanda monuerat doctissimus editor.

Quamvis autem eamdem Epistolam complures haud incelebres scriptores, sæculo in primis superiore, S. Justino absque ulla hæsitatione adjudicarint ; non defuere tamen alii, neque pauci, cum ingenio tum doctrina præstantes viri, qui ejus auctorem Justino multo antiquiorem esse existimarunt. Hoc inter primas tenet Tillemontius (1) ; quem deinde secuti sunt Norrius (2), Baraterius (3) et nuper demum Orsius (4), vir et litteris et dignitate conspicuus.

B

Neque sane levia esse videntur, quæ ad hanc sententiam astruendam in medium proferuntur argumenta, e scribentis potissimum charactere, ac temporum stylique discrimine elicita.

(1) Tillem. *Mém. eccles.*, tom. II, pag. 493, not.1, sur la persécut. de Néron.

(2) Nourr. *Appar. ad Bibl. PP.*, tom. I, pag. 445 seqq.

(3) Barat. *Disquis. chron.*, cap. 6, § 4, pag. 76 seq.

(4) Orsi, *Istor. eccl.* lib. II, § 26, tom. I, pagg. 378-382.

Et primum quidem satis aperte prodit auctor (5), apostolorum disciplinæ sese addixisse, eorumque exstitisse auditorem. Ἀποστόλων γενόμενος μαθητὴς, γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν. « Cum fuerim apostolorum discipulus, fio gentium doctor. » Quod sane non nisi admodum improprie de Justino quis dixerit.

Deinde Christianam religionem recens exortam sæpius inculcat noster Anonymus. Alloquens enim Diognetum sub initium Epistolæ (6) : « Video te, inquit, acerrimo studio teneri discendi, quis sit divinus Christianorum cultus, et cur novum hoc genus aut institutum, in consuetudinem venire nunc cœperit, et non prius... » Τί δή ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν, καὶ οὐ πρότερον . Ex mox in eamdem sententiam (7) : « Postquam factus fueris, velut ab initio, novus homo, utpote sermonis novi, sicut et ipse confessus es, auditor futurus »..... λόγου καινοῦ ἀκροατὴς ἐσόμενος. Nonnullisque interjectis, clarius adhuc idem confirmat his verbis (8) : « Cum superiori tempore Deus nos convicisset, non posse vitam consequi naturam nostram, nunc autem Servatorem ostendisset, qui servare posset ea etiam quæ servari non poterant, etc. » Νῦν τὸν Σωτῆρα δείξας, δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα, κ. τ. λ. Et paulo post (6) : « Hic qui semper, hodie Filius habitus, per quem Ecclesia ditatur. » Οὗτος ὁ ἀεὶ, σήμερον Υἱὸς λογισθείς· δι' οὗ πλουτίζεται ἡ Ἐκκλησία. Quæ quidem omnia rite perpensa, ætati Justini quadrare vix ac ne vix quidem putaverim.

Quid quod, templo Hierosolymitano adhuc stante, hanc ab se scriptam Epistolam auctor haud obscure declarat? De Judæis namque verba faciens, eosque cum ethnicis conferens et Christianis, hæc habet (10) : « Judæi.... qui per sanguinem et nidorem et holocausta, facere se Deo sacrificia putant, nihil mihi differre videntur ab iis, qui sensu carentia eodem honore studiose prosequuntur. » Subditque statim : « At eorum circa cibos meticulosam cautionem et superstitionem circa Sabbata, et jactantiam de circumcisione, et quæ de jejunio ac noviluniis simulant, quæ ridicula sunt et relatu indigna, te a me discere necesse habere non arbitror. » Mox vero : « Communi igitur (*gentium*) vanitate et impostura, et Judæorum curiositate atque jactantia, jure Christianos abstinere, te abunde didicisse arbitror. » Ἰουδαῖοι... ἀπέχονται.... ἀξιοῦσι.... τὴν θρησκείαν προσάγουσι τῷ Θεῷ ταύτην... διαμαρτάνουσι... δοκοῦσι. Viden' hic omnia ita efferri, ut eo tempore quo scribebat Anonymus, cultus Judaicus adhuc viguisse oportuerit ? Loquitur enim haud secus ac Clemens Romanus in Epistola I Corinthiis inscripta (11) ; ut proinde argumentum illud quod ex eo Clementino loco ad temporis notationem definiendam superius eruimus (12), idem quoque, ad nostri Anonymi ætatem quod attinet, urgendum videatur : adeoque ipsius Epistola ut maxime Christi anno 69, illiganda, aut ocius etiam fortasse, quod magis placet, ut ex mox dicendis compertum fiet.

Aliud insuper, et meo quidem animo, haud leve indicium suppetit ex eadem Epistola, nemini quod sciam hactenus animadversum, quo conjectura proposita de ipsius auctore viro apostolico magis magisque astruitur. Belli nimirum quod tunc temporis Judæi simul et Græci adversus Christianos gerebant, meminit noster Anonymus hisce verbis (13) : Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν οἱ μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν. « Adversus eos (Christianos) tanquam alienigenas Judæi bellum gerunt, et Græci eos persequuntur : et osores eorum causam inimicitiarum dicere nequeunt. » Paucisque interpositis (14) ; (Οὐχ ὁρᾷς) παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν Κύριον, καὶ μὴ νικωμένους ; Οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζοντες, τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους : « Non vides objectos feris ; ut abnegent Dominum, et non vinci ? Non vide, quo plures qui suppliciis afficiunt, eo majorem aliorum esse numerum ? » Quibus in verbis duo potissimum notanda putaverim. Et primum quidem loquitur auctor de Christianis exjudæis, sive de iis qui postquam exiissent ad Jesum extra castra, improperium ejus portabant, ut phrasi utar Paulina [1] : testatur namque, adversus eos tanquam *alienigenas* a *Judæis* bellum geri. Scilicet, inquit, qui exagitantur Christiani, *Hebræi sunt, Israelitæ sunt, semen Abrahæ sunt* [2], eodemque sanguine sati quo et eorum persecutores Judæi ; qui tamen eos insectantur ac bello lacessunt, perinde ac si *alienigenæ*, ἀλλόφυλοι, essent. Et hoc sane sensu illam auctoris nostri sententiam esse accipiendam, nemo, ut equidem opinor, inficias ierit. Hic jam quæro, quid aliud iis verbis innuisse putandus noster Anonymus, præterquam turbas illas ac seditiones quas ab Ecclesiæ incunabulis adversus fideles ex circumcisione ciebant incessanter Judæi quemadmodum tum ex Actis apostolorum passim [3], tum ex Apocalypsi [4] plane constat ; quas item deinceps nonnunquam excitasse perhibentur, ut ex Ecclesia Smyrnensis epistola in primis liquet (15) ? Harum igitur Judaicarum persecutionum αὐτόπτης scriptor ipsemet apostolicus, ea litteris consignavit quæ modo retulimus ; quæque proinde haud equidem intelligo qua ratione Justini temporibus aptari possint.

[1] Hebr. XIII, 13. [2] II Cor XI, 22. [3] Act. XIII, 50 ; XIV, 2 ; XVIII, 12 ; XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXV. [4] Apoc. II, 9 ; III, 9.

(5) Anon. *Epist. ad Diognet.*, cap. 11.
(6) *Ibid.*, cap. 1.
(7) *Ibid.*, cap. 2.
(8) *Ibid.*, cap. 9.
(9) *Ibid.*, cap. 11.
(10) *Ibid.*, capp. 3 et 4.
(11) Clem. *Epist. I ad Cor.*, cap. XLI.
(12) *Prolegom.*, cap. 1, § 9.
(13) Anon. *Epist. ad Diognet.*, cap. 5.
(14) *Ibid.*, cap. 7.
(15) Eccl. Smyrn. *Epist. de S. Polycarp. martyr.*, cap. 12, 13, 17.

Alterum vero duobus in locis allatis notatu dignum illud occurrit, quod eodem tempore quo Judæi, Græci quoque adversus Christianos pugnabant; quos et *feris objectos* asserit Epistolæ auctor, et *eo majorem illorum esse numerum* pronuntiat, *quo plures qui eos suppliciis afficiunt.* Ecquis porro persecutionem Neronianam his characteribus apprime designatam non videat? Primum siquidem eamdem persecutionem respiciens Hermas, scriptor alter apostolicus eademque tempestate florens qua scripsisse censetur noster Anonymus, ut superius ostendimus (16), eorum meminit (17) *qui jam meruerunt Deum, et passi sunt causa nominis ejus* feras bestias, *flagella, carceres, cruces.* Deinde ex Tacito eruditur (18), religionem Christianam sub eodem Nerone quo magis vexatam, eo majora in dies incrementa cepisse. *Repressa*, inquit, *in præsens exitiabilis superstitio, rursus erumpebat, non modo per Judæam originem hujus mali, sed per Urbem etiam, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque*: ut proinde locutus esse de illa ipsa persecutione jure ac merito existimetur Epistolæ auctor.

His demum accedit ejusdem Epistolæ stylus, multo floridior eo et elegantior, quo S. martyr in suis quotquot circumferuntur sinceris operibus usus comperitur. De stylo siquidem Justini summus criticus Photius ita censuit (19): Ῥητορικαῖς τέχναις οὐκ ἔστε σπουδὴν ἐπιχρῶται τὸ ἔμφυτον αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας κάλλος. Διὸ καὶ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἄλλως ὄντες δυνατοὶ, καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν διασώζοντες, τῶν ἐκεῖσθεν οὐκ εἰσὶν ἀποστάζοντες ἡδυσμάτων, οὐδὲ τῷ ἐπαγωγῷ καὶ θελκτηρίῳ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀκροατῶν ἐφελκόμενοι. « Rethorico artificio, inquit, nativam philosophiæ suæ pulchritudinem colorare nihil pensi habuit. Quamobrem etiam ejus oratio, pollens alioqui ac valida, scientificumque servans stylum, rhetorica illa condimenta non spirat, nec illecebris et blandimentis vulgus auditorum attrahit. » Quod sane judicium si quis conferre velit cum illa præstanti elocutione qua utitur auctor Epistolæ, quamvis fortasse reliqua deessent argumenta, illam tamen Justino abjudicandam vel invitus fateatur oportet. Et hac quidem difficultate adeo permotus fuit doctus editor Benedictinus, ut inter certissima S. martyris opera eamdem epistolam eo loco haud collocarit, quem alioquin ipsi assignasset, nisi dubitatio pectore infixa viro clarissimo hæsisset (20).

« Neque vero, ut optime Nourrius (21), inde continuo quis arguat, stylum tanto studio elaboratum, ab summa orationis apostolicæ simplicitate magis abhorrere, quam ut alicui eorum discipulo possit attribui. Enimvero post divinos scriptores, a quibus sancto afflante Spiritu edita sunt sacra Scripturarum volumina, ingenio quisque indulsit suo, atque lucubrationes suas stylo alii elegantiori, alii simpliciori exararunt. Fatendum tamen est, eos sæpius simplicitati studuisse; nec auctor noster absque gravi aliqua causa, fortassis ut veritatem Diogneto facilius persuaderet, his eloquentiæ artificiis atque ornamentis usus fuerit. » Hactenus vir eruditus. Qua de re pleraque habes, solertissimo Fabricio scite observata (22).

II. *Nonnullis objectionibus occurritur.*

Quæ autem huc usque animadvertimus, si cui æquo animo expendere libeat, vix dubito quin eorum sententiam amplectatur, qui hujus epistolæ auctorem Justino M. multo vetustiorem esse definiunt. Nonnullis quidem viris criticis ex iis locis unum vel alterum aliter accipere placet, quo Justino epistolam asserant; sed vim inferre verbis videntur, ut ea sensum illum effundant quem intendunt; cum contra æquabilius fluant omnia, ubi ad ea referantur tempora quæ ex ipso contextu extudimus. Neque demum quis jure sibi persuadeat Justinum M. aut alium quemvis ipso recentiorem, eam loquendi rationem in tota illa epistola usurpare voluisse, quæ ultimam antiquitatem sapiat, ut viris eruditis recte notatum (23).

At enim auctor, tacito nomine Pauli, antonomastice Apostoli titulo ipsum designat, quo non nisi post priora Ecclesiæ sæcula insignitus fuisse comperitur. *Quam facultatem*, (24) inquit, *cum perspexisset Apostolus*, ὁ Ἀπόστολος.... *dicit: Cognitio inflat, dilectio autem ædificat.* Atqui ad hanc difficultatem tollendam non eo sane utar effugio, quo extremam Epistolæ partem, ab his verbis οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς ad finem usque, ab alio fortasse assutam cum Stephano et Sylburgio (25) suspicer. Leve namque admodum illud est quod prætexunt, « Epistolæ auctori rem non fuisse cum Christiano, qui εἰς τοιαῦτα τῶν λόγων βάθη penetrare posset; sed cum Diogneto, Christianæ doctrinæ adhuc rudi. » Siquidem viro illi Christianæ religionis cognoscendæ cupidissimo, pleraque iis affinia quæ sub Epistolæ finem occurrunt, in superioribus proponit auctor: cujusmodi sunt ea, quod Deus non rem creatam miserit, sed proprium Filium; quod sero missus fuerit Filius quo cognoscerent homines ex peccatis suis se vita indignos esse; quod in alio quam in Christo justificari homo non poterat, etc., ut proinde hujusmodi mysteria edoctus Diognetus, illisquoque ipsum imbui haud incongruum erat, quæ subdititia gratis existimantur.

His itaque missis, illud potius cum viro docto di-

(16) *Prolegom.* cap. 2, § 4.
(17) Herm. *Past.*, lib. I, vis. 3, capp. 1 et 3.
(18) Tacit. *Annal.* lib. XV, cap. 44.
(19) Phot. *Bibl.*, cod. 125.
(20) Maran. Præfat., part. III, cap. 3, § 5, pag. 75.
(21) Nourr. *Appar. ad bibl. PP.*, tom. I. pag. 446.
(22) Fabr. *Salut. lux Evang.* cap. 9, § 10, pag. 192.
(23) Barat. *Disquis chron.* cap. VI, § 4, pag. 76. Orsi *Istor. eccl.* lib. II, § 26, tom. II, p. 382.
(24) Anon. *Epist. ad Diognet.* cap. 12.
(25) Steph. in not. et Sylburg. in adnot., pag. 43,

cendum putaverim (26) « quod cum in tota Epistola varii occurrant hiatus variæque lacunæ, aliæ breviores, longiores aliæ : propterea non ita certo definiri potest, quænam ibidem desint, quæ aliorum mss. ope poterunt aliquando suppleri. Et vero ibi forsitan abrasa, vel omissa est, aut evanuit vox *Paulus*, quæ omnem procul dubio solvit hujusce difficultatis nodum. » Quibus addas maxime velim, cur demum antonomasia illa uti haud potuerit noster Anonymus? Quod posterioribus Patribus Ecclesiæque scriptoribus sive licuit sive libuit, quidni et viro apostolico? Denique quid obstat quominus ejusmodi loquendi morem ab eo primum invectum reliquos usurpasse putemus? Vere namque ac sapienter Chrysostomus (27) : Ὅταν Ἀπόστολον εἴπῃς εὐθέως πάντες αὐτὸν ἐννοοῦσιν· ὥσπερ ὅταν Βαπτιστήν, εὐθέως τὸν Ἰωάννην. « Quando Apostolum dixeris, statim omnibus ille (Paulus) in mentem venit : quemadmodum si Baptistam, statim Joannem intelligunt. » Quid quod *Apostolum* simpliciter nominat Athenagoras *de Resurr*, § XVIII, pag. 53.

III. *Quis ejusdem Epistolæ auctor fuerit, inquiritur. An Clemens Romanus? Fortasse potius Apollo, vir Alexandrinus, eloquens ac disertus : cujus in Actis apostolorum et in Epistolis Paulinis frequens mentio. De Diogneto cui Epistola inscribitur, deque ipsius Epistolæ præstantia, observatio.*

Hæc vero de quibus hactenus edisseruimus, animum alliciunt et quodammodo impellunt ad inquirendum, quisnam sit auctor Epistolæ : quo semel forte detecto, jam dictis lux major accedet. Unus Baraterius Clementem Romanum hanc perscripsisse conjecit (28), eo potissimum nomine, quod ille iis temporibus vitam egisse compertum sit, quibus floruisse perhibetur noster Anonymus. Vereor tamen, ut illud satis firmum ratumque sit quod censuit vir eruditus, epistolam nempe qua de agimus, stylum Paulinum ita referre ut Pauli esse videatur; adeoque Clementem auctorem præ se ferre, cujus stylum cum Paulino magnam habere affinitatem plane constat. At ego, si quid sapio, in eam potius sententiam iverim, Apollo ejus scriptorem esse agnoscendum, de quo hæc Lucas in Actis[5] : Ἀπολλὼς.... ἀνὴρ λόγιος... δυνατὸς ὢν ἐν ταῖς Γραφαῖς. Οὗτος ἦν κατηχημένος τὴν ὁδὸν τοῦ Κυρίου, καὶ ζέων τῷ πνεύματι, ἐλάλει καὶ ἐδίδασκεν ἀκριβῶς τὰ περὶ τοῦ Κυρίου.... ὃς... συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι.... Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο δημοσίᾳ, ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν Γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. *Apollo... vir eloquens... potens in Scripturis. Hic erat edoctus viam Domini, et fervens spiritu loquebatur, et docebat diligenter ea quæ sunt de Domino... qui... contulit multum his qui crediderant... Vehementer enim Judæos redarguebat publice ostendens per Scripturas esse Christum Jesum.* Itaque si tantus vir erat Apollo, cum adhuc solis Christianæ fidei rudimentis esset imbutus et Joannis baptismate duntaxat intinctus; quantus porro evasisse putandus, postquam deinceps altioribus religionis mysteriis a discipulis Domini, atque in primis ab ipso gentium doctore fuit institutus? De eo sane testatur Apostolus[6], Ecclesiam Corinthiacam a se plantatam, illum copioso sapientiæ ac eloquentiæ suæ imbre adeo irrigasse, ut uberrimam segetem referens, schismatis occasio fuerit, Corinthiorum aliis dictitantibus : *Ego quidem sum Pauli* : aliis vero : *Ego autem Apollo* Quidni ergo luculentissimam scripserit epistolam vir Alexandrinus, *eloquens potens in Scripturis, fervens spiritu et viam Domini edoctus?* Quidni vir ille apostolicus, scientia, fide ac pietate præstans ; qui *ea diligenter docebat quæ sunt de Domino, per Scripturas ostendens ipsum esse Christum;* quique erat λόγιος ὁ ποτιστὴς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν « eloquens rigator discipulorum Christi » ut S. Nili verba usurpem (29) ; sublimia illa mysteria de Filio Dei edisseruerit, quæ suavissimo eloquio Diognetum ea in epistola edocet (30)? Apollo enimvero cætera omnia congruunt, quæ modo ex ipsius Epistolæ contextu deprompta illustravimus; illudque potissimum, quod Paulum suppresso nomine *Apostolum* simpliciter appellarit ; quem unum scilicet Ephesi conveniens[7] cum eoque amicissime agens, illius *sollicitudinem omnium Ecclesiarum*[8] probe tenebat.

Neque illud omittas velim ad temporis notationem magis adhuc astruendam virum hunc apostolicum in vivis egisse anno 64 (31), vel potius 65, desinente (32), quo suam scripsit Paulus ad Titum Epistolam : in ea enim dat ipsi mandatum de Apollo Creta Nicopolim præmittendo, ubi hiemare statuerat; ut proinde ineunte anno insequente 66, comitem sese adjunxerit apostolo ipsemet Apollo, adeoque suam Diogneto Epistolam sub idem tempus aut paulo serius inscripserit.

Quis porro fuerit Diognetus ille, plane incompertum. Neque enim, si quis pretii habeant quæ modo expendimus, fuisse is existimandus quem apud M. Aurelium Antoninum plurimum valuisse testatur Capitolinus (33). Id unum novimus ex Epistolæ auctore (34), illum fuisse virum κράτιστον *præstantissimum*, qui magno Christianæ religionis cognoscendæ desiderio flagrabat. Et plures quidem

[5] Act. XVIII, 24-28 [6] I Cor. I, 12 ; III, 4-6. [7] I Cor. XVI, 12. [8] II Cor. XI, 27 ; Tit. III, 13.

(26) Nourr. *Appar. ad bibl. PP.*, tom. I, pag. 446.
(27) Chrysost. Hom. LV *in Acta*, opp. nov. edit, tom. IX, pag. 415.
(28) Barat. *Disquis. chron.*, cap. 6, §. 5, pag. 77.
(29) Nil lib. II, epist. 43, pag. 140.
(30) Anon. *Epist. ad Diognet.*, capp. 7-12.
(31) Mill. *Prolegom. ad N. T.*, § 122, p. 1.
(32) Pears. *Annal. Paul.*, p. 22, et Opp, posthum, p. 77 seq.
(33) Capitol. *in Antonin. vit.* cap. 4.
(34) Anon. *Epist. ad Diognet.*, cap. 1.

ejusdem nominis viros illustres exstitisse, ex veterum monumentis perspicuum sit, ut videre est apud Fabricium (35); quibus etiam alii duo addendi cognomines, Archontes Athenienses, cl. Corsonio memorati (36). Sed nullum uspiam adhuc detegere licuit, cui tempora et reliqua superius adnotata congruere noscantur.

Cæterum plurimi ducenda potissimum hæc Epistola, quod ejus auctor quisquis demum fuerit, complura loca omni observatione dignissima proferat, quibus haud pauca Christianæ fidei summa capita tradat, illustret atque confirmet; ut viris doctis, Nourrio in primis (37) et Bullo (38), animadversum.

# ANONYMI

VIRI APOSTOLICI

# EPISTOLA AD DIOGNETUM.

*Ex interpretatione Henrici Stephani, pluribus locis emendata.*

(Galland., *V et. Patr. Biblioth.*, I 320.)

Cap. I. *Occasio Epistolæ. Diogneti quæstiones proponuntur: 1. In quo Deo scilicet fiduciam habentes Christiani, mundum et mortem contemnant. 2. Cur Græcorum et Judæorum sacris abjectis, novam religionem sectentur. 3. Unde ille amor, quo se mutuo prosequuntur. 4. Cur tam sero in orbem terrarum inductum sit hoc institutum.*

Quandoquidem video te, Diognete, vir præstantissime, acerrimo studio teneri discendi quis sit divinus cultus Christianorum, ac valde aperte accurateque percontari de illis, in quo Deo fiduciam collocantes, et quam religionem colentes, et mundum ipsum aspernentur omnes, et mortem contemnant; ac neque eos qui a Græcis dii existimantur, pro diis habeant; neque Judæorum superstitionem observent, et quis sit ille amor quo se mutuo prosequuntur, et cur novum hoc genus aut institutum in consuetudinem venire nunc cœperit, ac non prius; acceptum habeo tuum hoc desiderium, et peto a Deo, qui et loquendi et audiendi nobis facultatem suppeditat, ut ab eo detur, mihi quidem, ita verba facere ut in primis contingat, te, postquam audieris, meliorem evadere; et tibi, ita audire, ut tristitia non afficiatur is qui verba fecerit.

Ἐπειδὴ ὁρῶ, κράτιστε Διόγνητε, ὑπερεσπουδακότα (39) σε τὴν θεοσέβειαν τῶν Χριστιανῶν μαθεῖν, καὶ πάνυ σαφῶς καὶ ἐπιμελῶς πυθανόμενον περὶ αὐτῶν, τίνι τε θεῷ πεποιθότες, καὶ πῶς θρησκεύοντες, αὐτόν τε κόσμον (40) ὑπερορῶσι πάντες, καὶ θανάτου κάταφρονοῦσι· καὶ οὔτε τοὺς νομιζομένους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς λογίζονται, οὔτε τὴν Ἰουδαίων δεισιδαιμονίαν φυλάσσουσι· καὶ τίνα τὴν φιλοστοργίαν ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους· καὶ τί δή ποτε καινὸν τοῦτο γένος ἢ ἐπιτήδευμα εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον νῦν, καὶ οὐ πρότερον· ἀποδέχομαί γε τῆς προθυμίας σὲ ταύτης, καὶ παρὰ τοῦ θεοῦ, τοῦ καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ ἀκούειν ἡμῖν χορηγοῦντος, αἰτοῦμαι δοθῆναι, ἐμοὶ μὲν, εἰπεῖν οὕτως ὡς μάλιστα ἂν ἀκοῦσαί (41) σε βελτίω γενέσθαι· σοί τε, οὕτως ἀκοῦσαι, ὡς μὴ λυπηθῆναι τὸν εἰπόντα.

Cap. II. *Exponit auctor Epistolæ, cur Christiani simulacra non colant, ut Græci.*

Age igitur, postquam teipsum a cunctis cogitationibus mentem tuam præoccupantibus purgaveris, et consuetudinem quæ te decepit, tanquam im-

Ἄγε δὴ, καθάρας σεαυτὸν ἀπὸ πάντων τῶν προκατεχόντων σοῦ τὴν διάνοιαν λογισμῶν, καὶ τὴν ἀπατῶσάν σε συνήθειαν ἀποσκευασάμενος, καὶ γε-

(35) Fabric. *Bibl. Gr.*, tom. II. pag. 226.

(36) Corsin. *Fast. Attic.* vol. III, p. 146, et IV, p. 88.

(37) Nourr. *Appar. ad bibl.* PP., tom. I pag. 447.

(38) Bull. *Defens. fid. Nic.*, sect. II, cap. 4, § 8, et sect. III, cap. 2, § 2, pagg. 69, 188.

(39) Ὑπερεσπουδακότα. Ante hanc vocem legebatur ὡς in Beureri exemplari, quod ut prorsus inutile, videtur Stephanus expunxisse.

(40) Αὐτόν τε κόσμον. Mallet Stephanus αὐτόν τε τὸν κόσμον. Sed haud scio an operam ludat doctissimus grammaticus, dum in hoc scripto emendando sic versatur, quasi Platonis esset aut Demosthenis opus.

(41) Ἀκοῦσαι. Legit Stephan. ἀκούσαντα, et paulo post tum ipse tum Sylburgius σοὶ δέ pro σοί τε. Non tamen repugnat illud ἀκοῦσαι, et miror Stepano displicuisse. *Mihi quidem ita detur loqui, ut audiam in primis meliorem te esse factum.* Similis precatio in exordio *Cohortationis* Justini *ad Græcos*.

νόμενος, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ; καινὸς ἄνθρωπος, ὡς ἂν καὶ λόγου καινοῦ (καθάπερ καὶ αὐτὸς ὡμολόγησας) ἀκροατὴς ἐσόμενος· ἴδε μὴ μόνον τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ τῇ φρονήσει, τίνος ὑποστάσεως (42) ἢ τινος εἴδους τυγχάνουσιν οὓς ἐρεῖτε καὶ νομίζετε θεους. Οὐχ ὁ μέν τις, λίθος ἐστὶν, ὅμοιος τῷ πατουμένῳ ; ὁ δ', ἐστὶ χαλκὸς, οὐ κρείσσων τῶν εἰς τὴν χρῆσιν ἡμῖν κεχαλκευμένων σκευῶν ; ὁ δὲ, ξύλον, ἤδη καὶ σεσηπός ; ὁ δὲ, ἄργυρος, χρήζων ἀνθρώπου τοῦ φυλάξοντος (43), ἵνα μὴ κλαπῇ ; ὁ δὲ, σίδηρος, ὑπὸ ἰοῦ διεφθαρμένος ; ὁ δὲ, ὄστρακον, οὐδὲν τοῦ κατεσκευασμένου πρὸς τὴν ἀτιμοτάτην ὑπηρεσίαν εὐπρεπέστερον ; οὐ φθαρτῆς ὕλης ταῦτα πάντα, οὐχ ὑπὸ σιδήρου καὶ πυρὸς κεχαλκευμένα ; οὐχ ὃ μὲν αὐτῶν, λιθοξόος· ὃ δὲ, χαλκεύς· ὃ δὲ, ἀργυροκόπος· ὃ δὲ, κεραμεὺς ἔπλασεν ; οὐ πρὶν (44) ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἣν ἕκαστος αὐτῶν ἑκάστῳ ἔτι καὶ νῦν μεταμεμορφωμένον ; οὐ τὰ νῦν ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ὄντα σκεύη γένοιτ' ἄν, εἰ τύχοι τῶν αὐτῶν τεχνιτῶν, ὅμοια τοιούτοις (45) ; οὐ ταῦτα πάλιν τὰ νῦν ὑφ' ὑμῶν προσκυνούμενα, δύναιτ' ἂν ὑπὸ ἀνθρώπων σκεύη ὅμοια γενέσθαι τοῖς λοιποῖς ; οὐ κωφὰ πάντα ; οὐ τυφλά ; οὐ ἄψυχα ; οὐκ ἀναίσθητα ; οὐκ ἀκίνητα ; οὐ πάντα σηπόμενα ; οὐ πάντα φθειρόμενα ; ταῦτα θεοὺς καλεῖτε. τούτοις δουλεύετε, τούτοις προσκυνεῖτε· τέλεόν τε (46) ἐξομοιοῦσθε· διὰ τοῦτο μισεῖτε Χριστιανούς, ὅτι τούτους οὐχ ἡγοῦνται θεούς. Ὑμεῖς γὰρ οἱ νῦν νομίζοντες καὶ οἰόμενοι, οὐ πολὺ πλέον αὐτῶν καταφρονεῖτε ; οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτοὺς χλευάζετε καὶ ὑβρίζετε ; τοὺς μὲν λιθίνους καὶ ὀστρακίνους σέβοντες ἀφυλάκτους (47), τοὺς δὲ ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς ἐγκλείοντες ταῖς νυξὶ, καὶ ταῖς ἡμέραις φύλακας παρακαθίσαντες, ἵνα μὴ κλαπῶσιν. Αἷς δὲ δοκεῖτε τιμαῖς προσφέρειν, εἰ μὲν αἰσθάνονται, κολάζετε μᾶλλον αὐτούς· εἰ δὲ ἀναισθητοῦσιν, ἐλέγχοντες, αἵματι καὶ κνίσσαις αὐτοὺς θρησκεύετε· ταῦθ' ὑμῶν τίς ὑπομεινάτω ; ταῦτα ἀνασχέσθω τίς ἑαυτῷ γενέσθαι ; ἀλλὰ ἄνθρωπος μὲν οὐδὲ εἰς ταύτης τῆς κολάσεως ἐκὼν ἀνέξεται (αἴσθησιν γὰρ ἔχει καὶ λογισμόν·) ὁ δὲ λίθος ἀνέχεται· ἀναισθητεῖ γάρ. Οὐκοῦν τὴν αἴσθησιν (48). . . . . ἐλέγχετε. Περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δεδουλῶσθαι Χρι-

pedimentum aliquod, rejeceris, et factus fueris, velut ab initio, novus homo, utpote sermonis novi (sicut et ipse confessus es) auditor futurus ; vide non solum oculis, sed etiam prudentia, cujus sint substantiæ, aut cujus formæ, ii quos vocatis et existimatis deos. Nonne eorum alius quidem est lapis, ei qui calcatur similis ? alius autem est æs, nihilo melius quam quæ in usum nostrum fabricata sunt vasa ? alius lignum, et quidem etiam putridum ? alius, argentum, cui opus est homine custodituro, ne furto auferatur ? alius, ferrum rubigine corruptum ? alius testa, nihilo speciosior ea quæ ad abjectissimum ministerium facta est ? Nonne ex materia corruptioni obnoxia sunt hæc omnia ? nonne ferri et ignis ope fabricata ? nonne eorum aliud sculptor lapidum, aliud faber ærarius, aliud argentarius faber, aliud figulus finxit ? minimeque in talem formam unumquodque mutatum erat, priusquam arte alicujus horum hæc impressa ei fuisset ? Nonne quæ nunc eadem e materia sunt vasa, similia his reddi queant, si eosdem artifices nanciscantur ? nonne hæc quæ a vobis adorantur, ab hominibus vasa reliquis similia fieri rursum possint ? nonne surda sunt omnia ? nonne cæca ? nonne inanima ? nonne sensus omnis expertia ? nonne immobilia ? nonne omnia putrescunt ? nonne omnia corrumpuntur ? Hæc deos vocatis, his servitis, hæc adoratis ; et omnino similes istis reddimini. Idcirco sunt vobis odio Christiani, quoniam hos esse deos non arbitrantur. Atqui vos qui esse deos nunc existimatis, annon multo magis quam illi contemptui habetis ? annon multo magis quam illi, irridetis et injuria afficitis ? dum lapideos quidem et testaceos veneramini, custodibus carentes ; argenteos autem et aureos includitis noctu, ac interdiu custodes apponitis, ne furto auferantur. Et vero illis honoribus quibus vos prosequi eos existimatis, potius supplicio afficitis, si quidem sensu præditi sunt ; sin expertes sunt sensus, (hujus rei) convincentes, sanguine et nidoribus eos colitis. Quis vestrum hæc sufferat ? quis hæc sibi fieri patiatur ? sed nullus quidem hominum hoc supplicium nisi invitus, patietur : (sensu enim et ratione est præditus : ) at lapis patitur, sensu enim caret. Quamobrum illos sensus expertes

(42) Ὑποστάσεως. Vertit Stephan. *subsistentiæ* ; sed melius, opinior, reddidisset, *substantiæ*. Paulo post ἐρεῖτε recte dici contendit, videlicet ab ἐρέω ; quo quidem de themate disseruisse se monet in Thesauro suo.

(43) Φυλάξοντος. Sic posuit Stephanus pro eo quod erat in cod. mss. φυλάξαντος.

(44) Οὐ πρὶν, etc. Sic totum hunc locum immutat Stephanus : Καὶ οὐ πρὶν, ἢ ταῖς τέχναις τούτων εἰς τὴν μορφὴν τούτων ἐκτυπωθῆναι, ἣν ἕκαστον αὐτῶν ἑκάστῳ εἶδει ὡς καὶ νῦν μεταμεμορφωμένον. Sed prorsus inutile videtur tot voces addere et immutare, ubi unius litteræ emendatio commodam affert sententiam. Nam si legas ἕκαστον pro ἕκαστος, sic locus reddi poterit : *Nonne prius quam horum artibus in has formas effigerentur, unumquodque ab unoquoque artifice variis modis, idque etiam hactenus, immutabatur ?* Videbantur simulacra stabilitatem quamdam, utpote diis consecrata, acquisivisse. Quare observat auctor epistolæ hoc beneficium esse artificum, quibus quandiu caruerunt simulacra, tandiu iisdem mutationibus obnoxia fuerunt ac aliæ res eadem ex materia constantes.

(44) Τοιούτοις. Stephanus legendum monet τούτοις. Quod quidem minime necessarium existimaverim.

(46) Τέλεόν τε. In Beureri apographo additur αὐτοῖς ; atque ita legit Stephanus, In eodem Beureri exemplari alia manu legebatur τέλεον δέ.

(47) Ἀφυλάκτους. In Beureri apographo ἀφυλάκτως.

(48) Αἴσθησιν. In Beureri apographo αὐτοῦ ἐλέγχετε. Conjicit Stephanus scriptum fuisse, τὴν αἴσθησιν οὐκ ἔχειν ἐλέγχετε.

esse convincitis. Ac de eo quod Christiani diis hujusmodi in servitutem addicti non sunt, multi quidem et alia habeam quæ dicam ; si cui tamen vel hæc ipsa sufficere non videantur, supervacaneum arbitror et plura dicere.

A στιανοὺς τοιούτοις θεοις, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα εἰπεῖν ἔχοιμι· εἰ δέ τινι μὴ δοκοίη καὶ ταῦτα ἱκανὰ, περισσὸν ἡγοῦμαι καὶ τὰ πλείω (49) λέγειν.

CAP. III. *Negat ipsos etiam Judæos e superstitione immunes esse, dum iis Deum indigere putant, quæ ethnici rebus sensu carentibus donabant.*

Deinceps autem de eo quod non est illis idem cultus divinus qui Judæis, te maxime cupidum esse audiendi puto. Judæi igitur, quamvis abstineant eo de quo verba feci cultu, et Deum unum venerari, Dominumque omnium existimare velint ; si tamen eodem quo ii de quibus dictum est modo, cultu illo eum prosequuntur, in errore versabuntur. B Nam quæ Græci sensus expertibus et surdis offerentes, dementiæ dant argumentum ; hi dum se Deo præbere ea cogitant, tanquam iis indigenti, stultitiam potius quam cultum divinum merito existiment (id quod faciunt.) Qui enim cœlum et terram, atque omnia quæ in iis sunt condidit, et nobis omnibus ea suppeditat quibus indigemus, fieri non possit ut ullo eorum indigeat quæ ipse iis præbet qui se illi dare existimant. At ii qui per sanguinem et nidorem et holocausta facere se illi sacrificia putant, atque his eum honoribus ornare, mihi videntur, dum putant se aliqua præbere ei, qui nullius rei indiguus est, nihil differre ab iis qui sensu carentia eodem honore studiose prosequuntur, quæ percipere honorem hunc non C possunt.

Ἐξῆς δὲ περὶ τοῦ μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Ἰουδαίοις θεοσεβεῖν αὐτούς, οἶμαί σε μάλιστα ποθεῖν ἀκοῦσαι. Ἰουδαῖοι τοίνυν εἰ μὲν ἀπέχονται ταύτης τῆς προειρημένης λατρείας, καὶ εἰς Θεὸν ἕνα τῶν πάντων σέβειν καὶ δεσπότην ἀξιοῦσι φρονεῖν (50)· εἰ δὲ τοῖς προειρημένοις ὁμοιοτρόπως τὴν θρησκείαν προσάγουσιν αὐτῷ ταύτην, διαμαρτάνουσιν· Ἃ γὰρ τοῖς ἀναισθήτοις καὶ κωφοῖς προσφέροντες οἱ Ἕλληνες ἀφροσύνης δεῖγμα παρέχουσι, ταῦθ' οὗτοι καθάπερ προσδεομένῳ τῷ Θεῷ λογιζόμενοι παρέχειν, μωρίαν εἰκὸς (51) μᾶλλον ἡγοῖντ' ἄν, οὐ θεοσέβειαν. Ὁ γὰρ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ πᾶσιν ἡμῖν χορηγῶν ὧν προσδεόμεθα, οὐδενὸς ἂν αὐτὸς προσδέοιτο τούτων ὧν τοῖς οἰομένοις διδόναι παρέχει αὐτός. Οἱ δέ γε θυσίας αὐτῷ δι' αἵματος καὶ κνίσσης καὶ ὁλοκαυτωμάτων ἐπιτελεῖν οἰόμενοι, καὶ ταύταις ταῖς τιμαῖς αὐτὸν γεραίρειν, οὐδέν μοι δοκοῦσι διαφέρειν τῶν εἰς τὰ κωφὰ (52) τὴν αὐτὴν ἐνδεικνυμένοις φιλοτιμίαν, τῶν μὴ δυναμένων τῆς τιμῆς μεταλαμβάνειν, τὸ δὲ δοκεῖν (53) τινὰ παρέχειν τῷ μηδενὸς προσδεομένῳ.

CAP. IV. *Cætera Judæorum instituta non aptiora ad Deum colendum evincit.*

At eorum circa cibos meticulosam cautionem, et superstitionem circa Sabbata, et jactantiam de circumcisione, et quæ de jejunio ac noviluniis simulant, quæ ridicula sunt et relatu indigna, te a me discere necesse habere arbitror. Nam eorum quæ a Deo in usum hominum creata sunt, alia quidem tanquam recte creata admittere ; alia vero ut inutilia et supervacanea, recusare, quomodo fas est ? De Deo autem hoc mentiri, eum vetare aliquid quod honestum sit facere die Sabbati, quomodo impium non sit ? jam vero et de carnis imminutione, tanquam electionis testimonium sit

Ἀλλὰ μὴν τόγε περὶ τὰς βρώσεις αὐτῶν ψοφοδεὲς, καὶ τὴν περὶ τὰ Σάββατα δεισιδαιμονίαν, καὶ τὴν τῆς περιτομῆς (54) ἀλαζονείαν, καὶ τὴν τῆς νηστείας καὶ νουμηνίας εἰρωνείαν, καταγέλαστα καὶ οὐδὲν ἄξια λόγου, νομίζω σε χρῄζειν παρ' ἐμοῦ μαθεῖν. Τό τε γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθέντων εἰς χρῆσιν ἀνθρώπων, ἃ μὲν ὡς καλῶς κτισθέντα παραδέχεσθαι, ἃ δ', ὡς ἄχρηστα καὶ περισσὰ, παραιτεῖσθαι, πῶς οὐ θέμις (55) ἐστί ; Τὸ δὲ καταψεύδεσθαι Θεοῦ, ὡς κωλύοντος ἐν τῇ τῶν Σαββάτων ἡμέρᾳ καλόν τι ποιεῖν, πῶς οὐκ ἀσεβές ; τὸ δὲ καὶ τὴν μείωσιν τῆς σαρκὸς μαρτύ-

(49) Πλείω. Hanc vocem addit Beureri apographum, sicque legendum vidit Stephanus ex litteris π et λ, quarum vestigia in cod. mss. supererant.

(50) Φρονεῖν.. Post hanc vocem aliquid deesse existimat Stephanus, vel figuram esse quæ vocatur ἀνταπόδοτον. Sylburgius addendum putat ὀρθῶς φρονοῦσι. Sed nihil desiderabimus si illud εἰ μὲν eodem modo accipiamus, ac εἰ καί, *etsi, quamvis*, ut in interpretatione emendavimus. Similem habemus verborum constructionem initio Apologiæ primæ Justini. Ibidem pro εἰς Θεὸν ἕνα malunt Stephanus et Sylb. εἰ. Sed φρονεῖν hoc loco idem est ac πιστεύειν.

(51) Εἰκός. Legendum censet Stephanus ὡς εἰκός vel εἰκότως Ibidem ἤ pro οὐ legendum conjicit. Sed hæc minime necessaria.

(52) Ἐς τὰ κωφά. Hanc præpositionem addendam monent Stephanus, Beur. et Sylburg. Paulo post legendum, ut iidem monent, ἐνδεικνυμένων et τὰ μὴ δυνάμενα.

(53) Τὸ δὲ δοκεῖν. Frustra hic lacunam suspicantur Stephanus et Sylburgius. Satis est legere τῷ δὲ δοκεῖν, vel subaudire κατά ante hæc verba, quorum is est sensus : æque stultum esse, rebus sensu carentibus sacrificia offerre, et Deo qui nulla re indiget, putare se aliquid præbere. Ipse Stephanus fatetur legi posse τῷ δὲ δοκεῖν, hæc verba conjungendo cum præcedentibus.

(45) Τὴν τῆς περιτομῆς. Stephanus addendum existimat οὐδὲ vel οὐδενὸς ἄξια λόγου οὐ νομίζω.

(55) Ἠῶς οὐ θέμις. Delet οὐ Steph. vel legit ἀθέμιτον.

ριον (56) ἐκλογῆς ἀλαζονεύεσθαι, ὡς διὰ τοῦτο ἐξαιρέτως ἠγαπημένους ὑπὸ Θεοῦ, πῶς οὐ χλεύης ἄξιον; τὸ δὲ παρεδρεύοντας αὐτοὺς ἄστροις καὶ σελήνῃ παρατήρησιν τῶν μηνῶν (57) καὶ τῶν ἡμερῶν ποιεῖσθαι, καὶ τὰς οἰκονομίας Θεοῦ καὶ τὰς τῶν καιρῶν ἀλλαγὰς κατά (58). ... πρὸς τὰς αὐτῶν ὁρμάς, ἃς μὲν, εἰς ἑορτάς, ἃς δὲ, εἰς πένθη· τίς ἂν θεοσεβείας καὶ οὐκ ἀφροσύνης πολὺ πλέον ἡγήσεται τὸ δεῖγμα; τῆς μὲν οὖν κοινῆς εἰκαιότητος καὶ ἀπάτης, καὶ τῆς Ἰουδαίων πολυπραγμοσύνης καὶ ἀλαζονείας ὅτι ὀρθῶς ἀπέχονται Χριστιανοὶ, ἀρκούντως σε νομίζω μεμαθηκέναι. Τὸ δὲ τῆς ἰδίας αὐτῶν θεοσεβείας μυστήριον μὴ προσδοκήσῃς δύνασθαι παρὰ ἀνθρώπου μαθεῖν. A gloriari, et tanquam eam ob rem Deus eximio illos amore prosequatur, quomodo subsannatione non sit dignum? Quinetiam eos, (tanquam) assidentes astris et lunæ, observationi mensium et dierum deditos esse, et Dei œconomias ac tempestatum mutationes ad ea accommodare ad quæ mentes suæ propensæ sint, alias quidem ad festos dies, alias vero ad luctus; quis divini cultus et non dementiæ multo magis indicium existimabit? Communi igitur vanitate et impostura, et Judæorum curiositate atque jactantia, jure Christianos abstinere, te abunde didicisse existimo. Sed divini cultus illis proprii mysterium ne te ab homine ullo doceri posse speres.

## Cap. V. *Christianorum mores graphice depingit.*

Χριστιανοὶ γὰρ οὔτε γῇ, οὔτε φωνῇ, οὔτε ἔθεσι διακεκριμένοι τῶν λοιπῶν εἰσιν ἀνθρώπων. Οὔτε γάρ που πόλεις ἰδίας κατοικοῦσιν, οὔτε διαλέκτῳ τινὶ παρηλλαγμένῃ χρῶνται, οὔτε βίον παράσημον ἀσκοῦσιν· οὐ μὴν ἐπινοίᾳ τινὶ καὶ φροντίδι πολυπραγμόνων ἀνθρώπων μαθήματι (59) τοῦτ' (60) αὐτοῖς ἐστιν εἰρημένον· οὐδὲ δόγματος ἀνθρωπίνου προεστᾶσιν, ὥσπερ ἔνιοι· κατοικοῦντες δὲ πόλεις Ἑλληνίδας τε καὶ βαρβάρους, ὡς ἕκαστος ἐκληρώθη, καὶ ἐν τοῖς (61) ἐγχωρίοις ἔθεσιν ἀκολουθοῦντες ἔν τε ἐσθῆτι καὶ διαίτῃ καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ, θαυμαστὴν καὶ ὁμολογουμένως παράδοξον ἐνδείκνυνται τὴν κατάστασιν τῆς ἑαυτῶν πολιτείας. Πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων, ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι. Πᾶσα ξένη, πατρὶς ἐστιν αὐτῶν· καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη. Γαμοῦσιν ὡς πάντες· τεκνογονοῦσιν, ἀλλ' οὐ ῥίπτουσι τὰ γεννώμενα. Τράπεζαν κοινὴν παρατίθενται, ἀλλ' (62)..... κοινήν. Ἐν σαρκὶ τυγχάνουσιν, ἀλλ' οὐ κατὰ σάρκα ζῶσιν. Ἐπὶ γῆς διατρίβουσιν, ἀλλ' ἐν οὐρανῷ πολιτεύονται. Πείθονται τοῖς ὡρισμένοις νόμοις, καὶ τοῖς ἰδίοις βίοις νικῶσι τοὺς νόμους. Ἀγαπῶσι πάντας, καὶ ὑπὸ πάντων διώκονται. Ἀγνοοῦνται, καὶ κατακρίνονται. Θανατοῦνται, καὶ ζωοποιοῦνται· πτωχεύουσι (63), καὶ πλουτίζουσι πολλούς. Πάντων ὑστεροῦνται, καὶ ἐν πᾶσι περισ- B Christiani enim neque regione, neque sermone, neque politicis vitæ institutis a cæteris hominibus sunt distincti. Nam neque proprias civitates incolunt, neque sermone utuntur qui ab aliorum sermone differat, neque vitæ genus habent quod de re aliqua sibi peculiari sit notabile; neque aliquid a curiosis hominibus excogitatum proponunt sibi discendum: neque alicui dogmati humano patrocinantur, sicut nonnulli: sed incolentes partim Græcas, partim barbaras civitates, prout cujusque sors tulit, et indigenarum instituta sequentes in vestitu victuque, et cæteris quæ ad vitam pertinent, mirabilem et haud dubie incredibilem suæ politiæ statum oculis nostris proponunt. Patrias proprias habitant; sed tanquam inquilini. Omnia cum aliis communia habent, tanquam cives; et omnia patiuntur, tanquam peregrini. Omnis peregrina regio, patria est eorum; et omnis patria, est peregrina. Uxores ducunt, ut omnes, et liberos procreant; sed non abjiciunt fetus. Mensam communem apponunt; minime vero cubile. In carne sunt; sed non secundum carnem vivunt. In terra degunt; sed in cœlo politiam suam habent. Obsequuntur legibus quæ sancitæ sunt, et suo vitæ genere leges superant. Amant omnes, et omnes illos persequuntur. Ignorantur et condemnantur; morte afficiuntur et vivificantur. Mendici sunt, et multos ditant. Rebus omni- C

(56) Μαρτύριον. In cod. ms. erat tantum μαρτύρ, quemadmodum etiam paulo post χλ. Utramque vocem explevit Stephan. legendo μαρτύριον et χλεύης.

(57) Μηνῶν. Sic pro μ Stephanus, Beur. et Sylb. emendant.

(58) Κατά. In apographo Beureri erat καταδιαιρεῖν. Legit Steph. καταῤῥυθμίζειν; ὅτι additum ex Stephano et Beur. Mox Judæorum curiositas intelligenda est: *Curiosum studium varia ad Dei cultum, qualem sibi fingebant pertinentia acervandi:* sic ipse explicat Stephanus.

(59) Μαθήματι. Iidem legunt μάθημά τι, et paulo post εὑρημένον pro εἰρημένον. Non displicet Sylburgio ἠρημένον, *electum*. Legendum crediderim μάθημα τοῦτο. Illud μαθήματι ortum videtur ex simili casu vocum præcedentium.

(60) Μαθήματι τοῦτ'. Legendo μάθημα τοῦτο, ut legendum monui, sic reddendus hic locus: *Neque investigatione quadam et hominum curiosorum sollicitudine hæc disciplina ab eis inventa.* Maran. in *Emendandis*. D

(61) Ἐν τοῖς. Delet Stephan. præpositionem.

(62) Ἀλλ'... Stephanus et Beurerus legunt ἀλλ' οὐ κοινήν. Mallet Sylburgius ἀλλ' οὐ πάντη κοινήν vel ἀλλ' ὁσίως κοινήν. Sed frigida prorsus hæc ejusdem vocis repetitio, et hoc perpolito scriptore prorsus indigna. Quamobrem, ni fallor, legendum ἀλλ' οὐ κοίτην: *mensam communem apponimus, at cubile nequaquam.* Quibus verbis et iniquos de Christianis rumores repellit, et quantum ab ethnicorum moribus discreparent, demonstrat. Simili prorsus sententia Tertullianus: *Omnia*, inquit Apol. 39, *indiscreta sunt apud nos præter uxores. In isto solo consortium solvimus, in quo solo cæteri homines consortium exercent.*

(63) Πτωχεύουσι. Dicere malim de Christianis: *Pauperes sunt et multos ditant*, quam, ut reddidit

bus indigent, et omnia illis redundant. Dedecorantur, et inter dedecora gloria afficiuntur. Eorum fama laceratur, et justitiæ eorum testimonium perhibetur. Maledictis ac conviciis incessuntur, et bonis verbis prosequuntur. Injuria afficiuntur, et honore prosequuntur. Cum se gerant ut probos decet, tanquam improbi puniuntur: dum puniuntur, gaudent tanquam vivificentur. Adversus eos, tanquam alienigenas, Judæi bellum gerunt, et Græci eos persequuntur; et osores eorum causam inimicitiarum dicere nequeunt.

A σεύουσιν. Ἀτιμοῦνται, καὶ ἐν ταῖς ἀτιμίαις δοξάζονται· βλασφημοῦνται, καὶ δικαιοῦνται· λοιδοροῦνται, καὶ εὐλογοῦσιν· ὑβρίζονται, καὶ τιμῶσιν. Ἀγαθοποιοῦντες, ὡς κακοὶ κολάζονται· κολαζόμενοι χαίρουσιν, ὡς ζωοποιούμενοι. Ὑπὸ Ἰουδαίων ὡς ἀλλόφυλοι πολεμοῦνται, καὶ ὑπὸ Ἑλλήνων διώκονται· καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἔχθρας εἰπεῖν μισοῦντες οὐκ ἔχουσιν.

CAP. VI. *Velut animam in corpore, Christianos in mundo versari probat.*

Atque ut semel omnia complectar, quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani. Dispersa est per omnia corporis membra anima; et Christiani per mundi civitates (dispersi sunt.) Habitat quidem in corpore anima, sed non est e corpore: (*sic*) et Christiani in mundo habitant, sed e mundo non sunt [9]. Invisibilis anima in visibili corpore, tanquam in præsidio, constituta est: (*sic*) et Christiani cognoscuntur, dum in mundo commorantur; sed invisibilis est eorum cultus divinus. Odio prosequitur animam caro, et bellum ei movet nulla affecta injuria, quod voluptatibus frui prohibeatur: odio prosequitur et mundus Christianos, nulla affectus injuria, quoniam voluptatibus repugnant. Anima carnem amat, quæ ipsam odit, et (amat) membra: (*sic*) etiam Christiani amant osores. Inclusa quidem est anima corpore, sed ipsa corpus conservat: (*sic*) et Christiani detinentur quidem in mundo, tanquam in custodia, sed ipsi mundum conservant. Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat: et Christiani illa quæ corruptioni sunt obnoxia tanquam inquilini incolunt, incorruptibilitatem cœlestem exspectantes. Anima, dum cibo et potu male tractatur, fit melior: et dum Christiani suppliciis afficiuntur quotidie, numerus eorum crescit. Deus illos tam insignem tenere locum voluit, quem illi nefas est defugere.

B Ἁπλῶς δ' εἰπεῖν, ὅπερ ἐστὶν ἐν σώματι ψυχή, τοῦτ' εἰσὶν ἐν κόσμῳ Χριστιανοί. Ἔσπαρται κατα πάντων τῶν τοῦ σώματος μελῶν ἡ ψυχή, καὶ Χριστιανοὶ κατὰ τὰς τοῦ κόσμου πόλεις. Οἰκεῖ μὲν ἐν τῷ σώματι ψυχή, οὐκ ἔστι δὲ ἐκ τοῦ σώματος· καὶ Χριστιανοὶ ἐν κόσμῳ οἰκοῦσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ἐκ τοῦ κόσμου. Ἀόρατος ἡ ψυχὴ ἐν ὁρατῷ φρουρεῖται τῷ σώματι· καὶ Χριστιανοὶ γινώσκονται μένοντες (64) ἐν τῷ κόσμῳ, ἀόρατος δὲ αὐτῶν ἡ θεοσέβεια μένει. Μισεῖ τὴν ψυχὴν ἡ σὰρξ, καὶ πολεμεῖ, μηδὲν ἀδικουμένη, διότι ταῖς ἡδοναῖς κωλύεται χρῆσθαι· μισεῖ καὶ Χριστιανοὺς ὁ κόσμος μηδὲν ἀδικούμενος, ὅτι ταῖς ἡδοναῖς ἀντιτάσσονται. Ἡ ψυχὴν τὴν μισοῦσαν ἀγαπᾷ σάρκα, καῖ τὰ μέλη· καὶ Χριστιανοὶ τοὺς μισοῦντας ἀγαπῶσιν. Ἐγκέκλεισται μὲν ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, σύνεχει δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα· καὶ Χριστιανοὶ κατέχονται μὲν ὡς ἐν φρουρᾷ τῷ κόσμῳ, αὐτοὶ δὲ συνέχουσι (65) τὸν κόσμον. Ἀθάνατος ἡ ψυχὴ ἐν θνητῷ σκηνώματι κατοικεῖ· καὶ Χριστιανοὶ παροικοῦσιν ἐν φθαρτοῖς, τὴν ἐν οὐρανοῖς ἀφθαρσίαν προσδεχόμενοι. Κακουργουμένη σιτίοις καὶ ποτοῖς ἡ ψυχὴν, βελτιοῦται· καὶ Χριστιανοὶ κολαζόμενοι καθ' ἡμέραν, πλεονάζουσι μᾶλλον. Εἰς τοσαύτην αὐτοὺς τάξιν ἔθετο ὁ Θεὸς, ἣν οὐ θεμιτὸν αὐτοῖς παραιτήσασθαι.

C

CAP. VII. *Hæc religio a Deo instituta, qui non rem creatam, sed proprium Filium misit ut salvaret homines. Manifesta Filii adventus indicia.*

Non enim terrenum, ut dixi, inventum hoc illis traditum est; neque mortalis est commentatio, quam adeo accurate custodiendam sibi censent; neque humanorum mysteriorum œconomia illis commissa est; sed ipse vere Deus, qui est omnipotens, et omnium conditor, ac invisibilis, e cœlis Veritatem et Verbum factum ac incomprehensibile inter homines locavit, et in cordibus eorum firmam habere sedem voluit: non, quemadmodum aliquis conjicere possit, misso hominibus ministro

D Οὐ γὰρ ἐπίγειον, ὡς ἔφην, εὕρημα τοῦτ' αὐτοῖς παρεδόθη· οὐδὲ θνητὴν ἐπίνοιαν φυλάσσειν οὕτως ἀξιοῦσιν ἐπιμελῶς, οὐδὲ ἀνθρωπίνων οἰκονομίαν μυστηρίων πεπίστευνται· ἀλλ' αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ καὶ παντοκτίστης καὶ ἀόρατος Θεὸς, αὐτὸς ἀπ' οὐρανῶν τὴν Ἀλήθειαν καὶ τὸν Λόγον τὸν ἅγιον (66) καὶ ἀπερινόητον ἀνθρώποις ἐνίδρυται, καὶ ἐγκατεστήριξε ταῖς καρδίαις αὐτῶν· οὐ, καθάπερ ἄν τις εἰκάσειεν, ἀνθρώποις ὑπηρέτην τινὰ πέμψας, ἢ ἄγγελον, ἢ ἄρχοντα, ἢ τινὰ τῶν διεπόντων τὰ ἐπίγεια,

[9] Joan. XVII, 11, 14, 16.

Stephanus, *Mendici sunt.* MARAN. *ibid.* — Hæc scribens auctor epistolæ respexit ad II Cor. VI, 10: ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες: quæ verba Vulg. interpres ita reddit: *Sicut egentes, multos autem locupletantes.* Sic mox infra præ oculis habuit idem auctor 1 Cor. IV, 12, λοιδορούμενοι, εὐλογοῦμεν: *Maledicimur, et benedicimus.*

(64) Μένοντες. Steph. mavult μὲν ὄντες.

(65) Συνέχουσι. Eadem habemus in Justini *Apol.* II, n. 7.

(66) Τὸν ἅγιον Monet Stephanus in cod. ms. vix aliud quam primam hujus vocis litteram deprehendi.

ἢ τινὰ τῶν πεπιστευμένων τὰς ἐν οὐρανοῖς διοικήσεις, ἀλλ' αὐτὸν τὸν τεχνίτην καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων· ᾧ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν· οὗ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα· παρ' οὗ τὰ μέτρα τῶν τῆς ἡμέρας δρόμων εἴληφε φυλάσσειν (67)· ᾧ πειθαρχεῖ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι· ᾧ πειθαρχεῖ τὰ ἄστρα, τῷ τῆς σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ· ᾧ πάντα διατέτακται καὶ διώρισται καὶ ὑποτέτακται, οὐρανοὶ καὶ τὰ ἐν οὐρανοῖς, γῆ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ, θάλασσα καὶ τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ· πῦρ, ἀήρ, ἄβυσσος· τὰ ἐν ὕψεσι, τὰ ἐν βάθεσι, τὰ ἐν τῷ μεταξύ. Τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν, ἆρά γε, ὡς ἄνθρώπων ἄν τις λογίσαιτο, ἐπὶ τυραννίδι καὶ φόβῳ καὶ καταπλήξει; Οὔμενουν, ἀλλ' ἐν ἐπιεικείᾳ, πραΰτητι (68)· ὡς βασιλεὺς πέμπων υἱὸν βασιλέα ἔπεμψεν· ὡς Θεὸν ἔπεμψεν, ὡς πρὸς ἀνθρώπους ἔπεμψεν, ὡς σώζων ἔπεμψεν· ὡς πείθων, οὐ βιαζόμενος· βία γὰρ οὐ πρόσεστι τῷ Θεῷ. Ἔπεμψεν ὡς καλῶν, οὐ διωκῶν· ἔπεμψεν ὡς ἀγαπῶν, οὐ κρίνων. Πέμψει γὰρ αὐτὸν κρίνοντα, καὶ τίς αὐτεῦ τὴν παρουσίαν ὑποστήσεται (69); . . . . . .

. . . . . .

παραβαλλομένους θηρίοις, ἵνα ἀρνήσωνται τὸν Κύριον, καὶ μὴ νικωμένους; Οὐχ ὁρᾷς, ὅσῳ πλείονες κολάζοντες (70), τοσούτῳ πλεονάζοντας ἄλλους; Ταῦτα ἀνθρώπου οὐ δοκεῖ (71) τὰ ἔργα, ταῦτα δύναμίς ἐστι Θεοῦ· ταῦτα τῆς παρουσίας αὐτοῦ δείγματα.

A aliquo, aut angelo, aut principe, aut aliquo eorum qui terrena gubernant, aut quopiam eorum quibus commissa est rerum in cœlis administrandarum cura; sed ipso opifice et creatore omnium; quo cœlos condidit, quo mare suis terminis conclusit; cujus mysteria fideliter ab omnibus elementis observantur, a quo certa spatia diurnorum cursuum (sol) observanda accepit, cui paret luna, jubenti eam lucere nocti: cui astra obtemperant, lunæ cursum sequenti; a quo omnia disposita sunt, et suis limitibus circumscripta et cui sunt supposita cœli et quæ in cœlis sunt, terra et quæ in terra sunt, mare et quæ in mari; ignis, aer, abyssus; quæ in altitudinibus, quæ in profunditatibus, quæ in medio (locata sunt). Hunc ad eos misit: an, ut aliquis hominum cogitare possit, tyrannidis exercendæ et terrorem incutiendi causa? Minime vero; B sed in clementia, in lenitate, tanquam rex mittens filium regem, misit; tanquam Deum misit, tanquam ad homines misit, tanquam servans misit: tanquam cum obsequentibus agens, non tanquam violentiam adhibens: violentia enim Deo non inest. Misit ut vocans, non persequens; misit ut amans, non judicans; mittet enim eum condemnaturum; et quis ejus adventum sustinebit?..... Non vides objectos feris, ut abnegent Dominum, et non vinci? Non vides, quo plures qui suppliciis afficiunt, tanto majorem aliorum esse numerum? Hæc non videntur ab homine fieri, hæc sunt Dei potentia, hæc adventus ejus sunt indicia.

## Cap. VIII. *Quam miser hominum status ante Verbi adventum.*

Τίς γὰρ ὅλως ἀνθρώπων ἠπίστατο τί ποτ' ἐστὶ Θεὸς, πρὶν αὐτὸν ἐλθεῖν; Ἢ τοὺς κενοὺς καὶ ληρώδεις ἐκείνων λόγους ἀποδέχῃ τῶν ἀξιοπίστων φιλοσόφων; ὧν οἱ μὲν πῦρ (72) ἔφασαν εἶναι τὸν Θεὸν (οὗ μέλλουσι χωρήσειν αὐτοὶ, τοῦτο καλοῦσι Θεόν·) οἱ δὲ, ὕδωρ· οἱ δ', ἄλλο τι τῶν στοιχείων τῶν ἐκτισμένων ὑπὸ Θεοῦ. Καί τοί γε εἴ τις τούτων τῶν λόγων ἀπόδεκτός ἐστι, δύναιτ' ἂν καὶ τῶν λοιπῶν κτισμάτων ἓν ἕκαστον ὁμοίως ἀποφαίνεσθαι Θεόν. Ἀλλὰ ναῦτα μὲν τερατεία καὶ πλάνη τῶν γοήτων ἐστίν· ἀνθρώπων δὲ οὐδεὶς οὔτε εἶδεν οὔτε ἐγνώρισεν· αὐτὸς δὲ ἑαυτὸν ἐπέδειξεν. Ἐπέδειξε δὲ διὰ πίστεως·

C Nam quis ex omnibus hominibus norat quid esset Deus, priusquam ipse venisset? An vana et nugacia dicta illorum fide scilicet dignorum philosophorum approbas? quorum aliqui ignem esse Deum dixerunt (id ad quod profecturi sunt ipsi, Deum vocantes); alii aquam, alii aliud ex elementis quæ a Deo sunt creata. Atqui si horum dictorum aliquod approbatione dignum est, possint et cæterarum rerum quæ sunt creatæ unamquamque similiter pronuntiare Deum esse. Verum hi sermones sunt prodigiosa mendacia et imposturæ præstigiatorum: ac hominum quisquam neque vi-

(67) Φυλάσσειν. Post hanc vocem vel post εἴληφε non dubitat Sthephanus quin ἥλιος vel ὁ ἥλιος a librario omissum fuerit. Στοιχεῖα hoc loco non quatuor elementa, sed astra intelligi debent, quæ postea enumerantur, nimirum, sol, luna et stellæ. Vid. not. in I Theophili librum, num 44.

(68) Πραΰτητι. Stephanus observat addendum esse καί.

(69) Ὑποστήσεται. Perantiqua hæc lacuna; siquidem librarius, a quo scriptum exemplar Stephani, ad marginem monet se eam in antiquissimo codice invenisse. Non pauca deesse putat Stephanus, quibus et præcedens sermo finiebatur, et alius inchoabatur. Legendum putat οὐχ ὁρᾷς παραβαλλομένους. Hujus loci sensum explere potest decerpta ex Justini dialogo. num. 121 sententia, ubi S. martyr, *ex eo quod inglorio et informi et despecto Christi primo adventu, tantus fuerit illius splendor et tanta potentia, ut nulla in gente ignoretur et ex omni genere homines pœnitentiam agant*, concludit quanta sit futura secundi adventus majestas.

(70) Κολάζοντες. Observat Sylburgius non minus commode dici posse κολάζονται. *Quo plures supplicio afficiuntur.*

(71) Οὐ δοκεῖ. Delet Stephanus οὐ, et sic restituendum hunc locum existimat: *Hæc videntur ab hominibus fieri?* Necesse non videtur quidquam mutare. Hæc quoque in eorum numerum veniunt, quæ Justini sententiis gemella sunt; simillima enim occurrunt *Apol.* II, num. 10.

(72) Ὧν οἱ μὲν πῦρ. Nulla erat in Beureri apographo lacuna, sed Stephanus ait nonnullas litteras in ms. exemplari ante ultimam vocem legi non potuisse. Quapropter scriptum fuisse putat οἱ μέν τινες. Mox Stephanus legit δύναιντ' ἄν.

dit ipsum, neque aliquam ipsius notitiam habuit; sed ipse seipsum ostendit. Ostendit autem per fidem, cui soli Deum videre concessum est, nam Dominus et opifex omnium Deus, qui omnia fecit et suo quæque ordine disposuit, non solum hominum amator, sed patiens etiam fuit. Sed hic fuit quidem semper talis, estque, et erit, benignus et bonus, et iræ expers, ac verax, et solus bonus; concepit autem mente aliquid magnum et ineffabile, de quo cum solo Filio communicavit. Quandiu igitur suum prudens consilium in mysterio retinebat, neglectui nos habere, nullamque nostri curam gerere videbatur; at postquam per dilectum Filium revelavit et patefecit quæ jam inde ab initio erant præparata, omnia simul præbuit nobis : et frui suis beneficiis, et videre. Quæ quisnam nostrum expectavisset? Omnia igitur apud se sciebat una cum Filio, æconomica sua scientia.

A ᾗ μόνῃ Θεὸν ἰδεῖν συγκεχώρηται· ὁ γὰρ Δεσπότης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ ποιήσας τὰ πάντα καὶ κατὰ τάξιν διακρίνας, οὐ μόνον φιλάνθρωπος ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ μακρόθυμος. Ἀλλ' οὗτος ἦν μὲν ἀεὶ τοιοῦτος, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται, χρηστὸς καὶ ἀγαθὸς (73) καὶ ἀόργητος καὶ ἀληθής· καὶ μόνος ἀγαθός ἐστιν· ἐννοήσας δὲ μέγαλην καὶ ἄφραστον ἔννοιαν, ἣν ἐκοινώσατο μόνῳ τῷ παιδί. Ἐν ὅσῳ μὲν οὖν κατεῖχεν ἐν μυστηρίῳ καὶ διετήρει τὴν σοφὴν αὐτοῦ βουλὴν, ἀμελεῖν ἡμῶν καὶ ἀφροντιστεῖν ἐδόκει· ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε (74) διὰ τοῦ ἀγαπητοῦ παιδὸς, καὶ ἐφανέρωσε τὰ ἐξ ἀρχῆς ἡτοιμασμένα, πάνθ' ἅμα παρέσχεν ἡμῖν, καὶ μετασχεῖν εὐεργεσιῶν αὐτοῦ, καὶ ἰδεῖν (75)..... ἦσαι. Τίς ἂν πώποτε προσεδόκησεν ἡμῶν; Πάντ' οὖν ἤδει παρ' ἑαυτῷ σὺν τῷ παιδὶ οἰκονομικῶς.

CAP. IX. *Filius sero missus, quia oportebat ut homines ex peccatis suis cognoscerent se vita indignos esse : nec in alio quam in filio Dei justificari posse.*

Cæterum usque ad superius tempus sivit nos pro libito incertis motibus agitari, dum a voluptatibus et cupiditatibus transversi raperemur; non quidem quod ullo modo peccatis nostris gauderet, sed ea tolerans; neque illud quo injustitia exercebatur tempus approbans, sed mentem justitiæ creans : ut cum eo tempore convicti essemus e propriis operibus, vita esse indigni, nunc Dei benignitas nos ea dignaretur; et cum manifestum fecissemus, non posse ex eo quod in nobis situm est regnum Dei ingredi, per potentiam Dei nobis id posse daretur. Cum autem ad cumulum malitia nostra pervenisset, et plene manifestum factum foret, mercedem peccati esse supplicium, et mors expectatur : advenissetque tempus a Deo præstitutum ad suam deinceps benignitatem ac potentiam declarandam, et quomodo præ immenso quo homines prosequitur amore, nos odio non habuerit, neque rejecerit, neque improbitatis nostræ memorem se ostenderit, sed patienter eam tulerit ac sustinuerit; ipse peccata nostra suscepit, proprium ipse Filium pretium redemptionis pro nobis dedit, sanctum pro iis qui legem transgressi

B Μέχρι μὲν οὖν τοῦ πρόσθεν χρόνου εἴασεν ἡμᾶς ὡς ἐβουλόμεθα ἀτάκτοις φοραῖς φέρεσθαι, ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις ἀγομένους· οὐ πάντως ἐφηδόμενος τοῖς ἁμαρτήμασιν ἡμῶν, ἀλλ' ἀνεχόμενος· οὐδὲ τῷ τότε τῆς ἀδικίας καιρῷ συνευδοκῶν, ἀλλὰ τὸν νοῦν τῆς δικαιοσύνης δημιουργῶν (76)· ἵνα ἐν τῷ τότε χρόνῳ ἐλεγχθέντες ἐκ τῶν ἰδίων ἔργων ἀνάξιοι ζωῆς, νῦν ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ χρηστότητος ἀξιωθῶμεν· καὶ τὸ καθ' ἑαυτοὺς φανερώσαντες ἀδύνατον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ δυνατοὶ γενηθῶμεν. Ἐπεὶ δὲ πεπλήρωτο μὲν ἡ ἡμετέρα ἀδικία, καὶ τελείως πεφανέρωτο ὅτι ὁ μισθὸς (77)..... κόλασις, καὶ θάνατος προσεδοκᾶτο· ἦλθε δὲ ὁ καιρὸς ὃν Θεὸς προέθετο λοιπὸν φανερῶσαι τὴν ἑαυτοῦ χρηστότητα καὶ δύναμιν, ὡς... ὑπερβαλλούσης (78) φιλανθρωπίας μία ἀγάπη..... οὐκ ἐμίσησεν ἡμᾶς, οὐδὲ ἀπώσατο, οὐδὲ ἐμνησικάκησεν. Ἀλλὰ ἐμακροθύμησεν, ἠνέσχετο, λέγων αὐτὸς (79), τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἀνεδέξατο· αὐτὸς τὸν ἴδιον Υἱὸν ἀπέδοτο λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, τὸν ἅγιον ὑπὲρ ἀνόμων, τὸν ἄκακον ὑπὲρ τῶν κακῶν, τὸν δίκαιον ὑπὲρ τῶν ἀδίκων, τὸν ἄφθαρτον ὑπὲρ τῶν φθαρτῶν, τὸν ἀθάνατον ὑπὲρ τῶν θνητῶν. Τί γὰρ ἄλλο τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἠδυνήθη καλύψαι ἢ

(73) Καὶ ἀγαθός. Has voces expungendas putat Stephanus, quia mox sequitur καὶ μόνος ἀγαθός, Sed, ut observat Sylburgius, nihil mutandum.

(74) Ἐπεὶ δὲ ἀπεκάλυψε. E regione horum verborum ascriptum erat ad marginem ms. codicis : Ὅτι ἐκρύπτετο τοσούτους χρόνους τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας Τριάδος μέχρι τοῦ βαπτίσματος τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ.

(75) Καὶ ἰδεῖν. Beurerus legit ἰδεῖν καὶ ποιῆσαι. Melius cum Sylburgio legemus κατανοῆσαι. Ibidem Beureri apographum προσεδόκα, et mox ἐπιθυμίας ἀταλλομένους.

(76) Ἀλλὰ τὸν νοῦν τῆς δικαιοσύνης δημιουργῶν. *Sed mentem justitiæ creans.* Id est, præparans illam justitiam, quæ non littera sed spiritu continetur, quæque est *Justitia Dei* (ut ait Apostolus Rom. III, 22) *per fidem Jesu Christi in omnes et super omnes qui credunt in eum*, MARAN. in *Addend.*

(77) Μισθός. Addit Stephanus τῆς ἁμαρτίας, sed melius in apographo Beureri μισθὸς αὐτῆς nempe injustitiæ, de qua paulo ante locutus est auctor Epistolæ.

(78) Ὡς. . . . ὑπερβαλλούσης. Legit Stephanus ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας καὶ ἀγαπης, melius quam Beureri apographon, ὡς τῆς ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας μία ἀγάπη τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐμίσησεν. Libenter legerem ὧ ὑπερβαλλούσης φιλανθρωπίας οἵα ἀγάπη.

(70) Λέγων. Videtur hoc verbum additum fuisse ab aliquo existimante verba Isaiæ citari ex cap. LIII. Sed manifestum est non de Filio hic agi, sed de Patre, qui peccata nostra ipse suscepisse dicitur, minus accurate id quidem, sed tamen eo sensu, quod Filium suum pro nobis tradendo, ipse nobis victimam suppeditavit qua peccata nostra expiarentur.

ἐκείνου δικαιοσύνη; ἐν τίνι δικαιωθῆναι (80) δυνατὸν τοὺς ἀνόμους ἡμᾶς καὶ ἀσεβεῖς, ἢ ἐν μόνῳ τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ; ὦ τῆς γλυκείας ἀνταλλαγῆς, ὦ τῆς ἀνεξιχνιάστου δημιουργίας, ὦ τῶν ἀπροσδοκήτων εὐεργεσιῶν! Ἵνα ἀνομία μὲν πολλῶν ἐν δικαίῳ ἑνὶ κρυβῇ, δικαιοσύνη δὲ ἑνὸς πολλοὺς ἀνόμους δικαιώσῃ. Ἐλέγξας οὖν ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ τὸ ἀδύνατον τῆς ἡμετέρας φύσεως εἰς τὸ τυχεῖν ζωῆς, νῦν δὲ τὸν Σωτῆρα δείξας, δυνατὸν σώζειν καὶ τὰ ἀδύνατα, ἐξ ἀμφοτέρων ἐβουλήθη πιστεύειν ἡμᾶς τῇ χρηστότητι αὐτοῦ, αὐτὸν ἡγεῖσθαι τροφέα, πατέρα, διδάσκαλον, σύμβουλον, ἰατρὸν, νοῦν, φῶς, τιμὴν, δόξαν, ἰσχὺν, ζωήν· περὶ ἐνδύσεως καὶ τροφῆς μὴ μεριμνᾷν.

A erant: nihil minus quam malum pro malis, justum pro injustis, corruptionis nescium pro obnoxiis corruptioni, immortalem pro mortalibus. Quid enim aliud peccata nostra potuit tegere quam ejus justitia? in quo alio nos iniqui et impii justificari possumus quam in solo Dei Filio? O dulcem permutationem! o impervestigabile artificium! o beneficia exspectationem omnem superantia! ut iniquitas quidem multorum in justo uno absondatur, justitia autem unius faciat ut multi injusti justificentur. Cum igitur superiori tempore (hujus) nos (rei) convicisset, non posse nostram naturam vitam consequi, nunc autem Servatorem ostendisset, qui servare posset ea etiam quæ servari non poterant; utrinque nos benignitati suæ fidem habere voluit, ipsum existimare altorem, parentem, magistrum, consiliarium, medicum, mentem, lucem, honorem, gloriam, robur, vitam: de vestitu et victu sollicitos non esse.

### Cap. X. *Diogneto ostendit auctor, quot et quanta ad eum ventura sint bona, si fidem suscipiat.*

Ταύτην καὶ σὺ τὴν πίστιν ἐὰν ποθῇς (81) καὶ λάβῃς, πρῶτον μὲν ἐπίγνωσιν (82) π. . . . . . ὁ γὰρ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἠγάπησε, δι' οὓς ἐποίησε τὸν κόσμον, οἷς ὑπέταξε πάντα τὰ ἐν . . . . . οἷς λόγιον ἔδωκεν, οἷς νοῦν· οἷς μόνοις (83) πρὸς αὐτὸν ὁρᾷν ἐπέτρεψε· οὓς ἐκ τῆς ἰδίας εἰκόνος ἔπλασε· πρὸς οὓς ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ· οἷς τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν ἐπηγγείλατο, καὶ δώσει τοῖς ἀγαπήσασιν αὐτόν. Ἐπιγνοὺς δὲ, τίνος οἴει πληρωθήσεσθαι χαρᾶς; ἢ πῶς ἀγαπήσεις τὸν οὕτως προαγαπήσαντά σε; ἀγαπήσας δὲ, μιμητὴς ἔσῃ αὐτοῦ τῆς χρηστότητος· καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ δύναται μιμητὴς ἄνθρωπος γενέσθαι Θεοῦ. Δύναται, θέλοντος αὐτοῦ. Οὐ γὰρ τὸ καταδυναστεύειν τῶν πλησίον, οὐδὲ τὸ πλέον ἔχειν βούλεσθαι τῶν ἀσθενεστέρων· οὐδὲ τὸ πλουτεῖν καὶ βιάζεσθαι τοὺς ὑποδεστέρους, εὐδαιμονεῖν ἐστιν· οὐδὲ ἐν τούτοις δύναταί τις μιμήσασθαι Θεόν· ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς (84) τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. Ἀλλ' ὅστις τὸ τοῦ πλησίον ἀναδέχεται βάρος, ὃς ἐν ᾧ κρείσσων ἐστὶν, ἕτερον τὸν ἐλαττούμενον εὐεργετεῖν ἐθέλει, ὅσα παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβὼν ἔχει, ταῦτα ἐπιδεομένοις χορηγῶν, Θεὸς γίνεται τῶν λαμβανόντων· οὗτος μιμητής ἐστι Θεοῦ. Τότε θεάσῃ τυγχάνων ἐπὶ γῆς, ὅτι Θεὸς ἐν οὐρανοῖς (85) πολιτεύεται· τότε μυστήρια Θεοῦ λαλεῖν ἄρξῃ· τότε τοὺς κολαζομένους ἐπὶ τῷ μὴ θέλειν ἀρνήσασθαι Θεὸν, καὶ ἀγαπήσεις καὶ θαυμάσεις· τότε τῆς ἀπάτης τοῦ κόσμου καὶ τῆς πλάνης καταγνώσῃ· ὅταν τὸ ἀληθῶς ἐν οὐρανῷ ζῆν ἐπιγνώσῃ· ὅταν τοῦ δοκοῦντος ἐνθάδε θανάτου καταφρονήσῃς, ὅταν τὸν ὄντως θά-

B Hujus etiam tu fidei si desiderio tenearis, et illam accipias, primum quidem cognosces Patrem. Deus enim homines dilexit, propter quos mundum creavit, quibus omnia subjecit quæ in mundo sunt, quibus rationem, quibus mentem dedit, quibus solis ad ipsum oculos attollere permisit, quos ad imaginem suam formavit, ad quos Filium suum unigenitum misit, quibus cœleste regnum promisit, et dabit, quod ipsum dilexerint. Postquam autem illum cognoveris, quanta te impletum iri lætitia existimas? aut quantum diliges eum qui prior te ita dilexerit? Cum autem diligere cœperis, imitator benignitatis ejus eris. Ac ne mireris posse hominem esse imitatorem Dei. Potest, eo volente. Non enim imperium in proximos obtinere, neque velle potiore conditione esse quam ii qui sunt infirmiores, neque divitem esse, et vim inferre inferioribus, est beatum esse: neque in his Deum imitari quisquam potest; sed hæc extra ejus majestatem sunt. At qui proximi onus in se recipit; qui qua in re superior est, alium qui est inferior, beneficio vult afficere: qui quæcumque habet, a Deo accepta, ea indignis suppeditans, Deus fit eorum qui accipiunt: is Dei est imitator. Tunc perspicies, in terra degens, Deum in cœlis mundum, velut aliquam rempublicam, gubernare, tum mysteria Dei loqui incipies; tunc eos qui puniuntur quod abnegare Deum nolint et diligies et miraberis: tunc imposturam mundi errorem damnabis, cum vere in cœlo vivere didiceris: cum ejus quæ hic mors esse censetur, contemptor esse; et mortem, quæ revera est

(80) Δικαιωθῆναι. Satis apte ad Calviniana commenta reddiderat Stephanus. *pro justis haberi:* et paulo post δικαιώσῃ, *faciat ut pro justis habeantur.*

(81) Ποθῇς. Dubitat Stephanus utrum legatur in ms. ποθῇς, an ποθήσῃς.

(82) Ἐπίγνωσιν. Addit Sylburgius πατρός σοι παρέξει. Mox Stephanus πάντα τὰ ἐν κόσμῳ vel ἐν τῇ γῇ. Sylburgius ἐν τῇ ὑπ' οὐρανόν.

(83) Μόνοις. Post hanc vocem erat in ms. codice littera, quam Stephanus initium esse putat vocis ἄνω aut ἀτενές. Habebat ἄνω apographon Beureri.

(84) Ἀλλὰ ταῦτα ἐκτὸς, κ. τ. λ. *Sed hæc extra ejus majestatem sunt.* Id est, contraria illius ditissimæ beneficentiæ, quam imitari debemus. Maranus, *in Emendandis*.

(85) Ἐν οὐρανοῖς. In hac voce librarios lapsos esse putat Stephanus ob scripturæ similitudinem, et legendum ἐν ἀνθρώποις. Nam brevitatis causa scribi solet ἐν ἄνοις pro ἐν ἀνθρώποις.

mors, formidare cœperis, quæ servatur iis qui ad ignem æternum damnabuntur, qui sibi traditos afficiet supplicio ad finem usque. Tunc admirationi tibi erunt qui pro justitia ignem patiuntur; tunc beatos prædicabis, cum ignem illum cognoveris.

A νατον φοβηθῇς, ὃς φυλάσσεται τοῖς κατακριθησομένοις εἰς πῦρ τὸ αἰώνιον, ὃ τοὺς παραδοθέντας αὐτῷ μέχρι τέλους κολάσει· τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης θαυμάσεις τὸ πῦρ (86), τὸ... μακαρίσεις ὅταν ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐπιγνῷς.

Cap. XI. *Quanti sint momenti ea cognoscere, quæ Verbum incarnatum docuit.*

Non facio verba de rebus peregrinis, neque secus quam rationi consentaneum sit, quæro; sed cum apostolorum fuerim discipulus, fio gentium doctor; quæ tradita sunt (mihi), subministro iis qui discipuli fiunt digni veritate. Quis enim recte edoctus, et ab amico Verbo generatus, non studet dicere aperte quæ per sermonem clare ostensa sunt discipulis, quibus declaravit sermo conspicuus factus: libere loquens, cum ab incredulis non intelligeretur, sed discipulis enarraret: qui fideles ab eo existimati, cognoverunt Patris mysteria. Cujus rei gratia sermonem misit, ut a mundo conspiceretur: qui a populo contemptus, apostolorum præconio promulgatus, a gentibus est creditus. Hic ab initio erat, qui novus apparuit, et. . . inventus, et semper novus in sanctorum cordibus nascens. Hic qui semper, hodie Filius habitus; per quem Ecclesia ditatur; et gratia expansa, in sanctis incrementum accipit, præbens mentem, patefaciens mysteria, annuntians tempora, gaudens super fidelibus, quærentibus donans; quibus limites fidei non perfringuntur neque limites patrum transiliuntur. Deinde metus legis decantatur, et prophetarum gratia cognoscitur, et Evangeliorum fides stabilitur, et apostolorum traditio custoditur, et Ecclesiæ gratia exsultat. Quam gratiam molestia non afficiens, cognosces ea de quibus sermo instruit, per quos vult cum ei libet. Quæcunque enim voluntate jubentis sermonis excitati sumus ad eloquendum, cum labore, ex dilectione eorum quæ revelata sunt nobis sumus vobiscum participes.

Οὐ ξένα ὁμιλῶ, οὐδὲ παραλόγως ζητῶ· ἀλλὰ ἀποστόλων γενόμενος μαθητὴς, γίνομαι διδάσκαλος ἐθνῶν· τὰ παραδοθέντα ἀξίοις ὑπηρετῶ γινομένοις ἀληθείας μαθηταῖς· τίς γὰρ ὀρθῶς διδαχθεὶς, καὶ λόγῳ προσφιλεῖ (87) γεννηθεὶς (88), οὐκ ἐπιζητεῖ σαφῶς μαθεῖν τὰ διὰ λόγου δειχθέντα φανερῶς μαθηταῖς, οἷς ἐφανέρωσεν ὁ Λόγος φανεὶς παῤῥησίᾳ λαλῶν, ὑπὸ ἀπίστων μὴ νοούμενος, μαθηταῖς δὲ διηγούμενος (89)· οἱ πιστοὶ λογισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ἔγνωσαν Πατρὸς μυστήρια (90). Οὗ χάριν ἀπέστειλε Λόγον, ἵνα κόσμῳ φανῇ· ὃς, ὑπὸ λαοῦ ἀτιμασθεὶς, διὰ ἀποστόλων κηρυχθεὶς, ὑπὸ ἐθνῶν ἐπιστεύθη. Οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανεὶς (91), καὶ . . . . . εὑρεθεὶς (92), καὶ πάντοτε νέος ἐν ἁγίων καρδίαις γεννώμενος. Οὗτος ὁ ἀεὶ, σήμερον Υἱὸς λογισθείς· δι' οὗ πλουτίζεται ἡ Ἐκκλησία. Καὶ χάρις ἁπλουμένη, ἐν ἁγίοις πληθύνεται, παρέχουσα νοῦν, φανεροῦσα μυστήρια, διαγγέλλουσα καιροὺς, χαίρουσα ἐπὶ πιστοῖς, ἐπιζητοῦσι δωρουμένη (93)· οἷς ὅρια πίστεως οὐ θραύεται, οὐδὲ ὅρια πατέρων παρορίζεται. Εἶτα φόβος νόμου ᾄδεται, καὶ προφητῶν χάρις γινώσκεται, καὶ Εὐαγγελίων πίστις ἵδρυται, καὶ ἀποστόλων παράδοσις φυλάσσεται, καὶ Ἐκκλησίας χάρις σκιρτᾷ. Ἣν χάριν οὐ λυπῶν, ἐπιγνώσῃ ἃ λόγος ὁμιλεῖ, δι' ὧν βούλεται, ὅτε θέλει. Ὅσα γὰρ θελήματι τοῦ κελεύοντος λόγου ἐκινήθημεν ἐξειπεῖν, μετὰ πόνου, ἐξ ἀγάπης τῶν ἀποκαλυφθέντων ἡμῖν γινόμεθα ὑμῖν κοινωνοί.

Chap. XII. *Vehementer interest hominibus veram scientiam percipere, quæ in Ecclesia non sine vita et charitate comparatur.*

Quæ cum legeritis et audieritis studiose, scietis quæcumque præbet Deus diligentibus recte; facti paradisus deliciarum, lignum genus omne fructus

Οἷς ἐντυχόντες, καὶ ἀκούσαντες μετὰ σπουδῆς, εἴσεσθε ὅσα παρέχει ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν ὀρθῶς, οἱ γενόμενοι (94) παράδεισος τρυφῆς, πάγ-

(86) Τὸ πῦρ. Ad oram codicis, quo usus est Stephanus ascriptum erat: Καὶ ὧδε ἐγκοπὴν εἶχε τὸ αντίγραφον. Sic emendat Stephanus, τότε τοὺς ὑπομένοντας ὑπὲρ δικαιοσύνης τὸ πῦρ θαυμάσεις καὶ μακαρίσεις ὅταν, etc. Legere mallet Sylburgius sine transpositione, τὸ πῦρ τὸ ἐπίγειον καὶ τότε αὐτοὺς μακαρίσεις ὅταν.

(87) Προσφιλεῖ. Sic habebat Beureri apographon: sed qui spatium erat in ms. inter προσφιλ. et εῖ, addendum putat Sylburgius καὶ ἀληθεῖ.

(88) Προσφιλεῖ γεννηθείς. Legi etiam posset προσφιλὴς γενηθείς. *Et Verbo amicus factus.* Maran. in *Addend.*

(89) Διηγούμενος. Scriptum fuisse putat Stephanus ἐκδιηγούμενος in codice ms.

(90) Ἔγνωσαν πατρὸς μυστήρια, κ. τ. λ. Sic etiam videtur scribi et intelligi posse: ἔγνωσαν πατρὸς μυστήρια, οὗ χάριν ἀπέστειλε Λόγον: *Cognoverunt Patris mysteria, nimirum qua de causa sermonem miserit.* Maran. *ibid.*

(91) Οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, ὁ καινὸς φανείς. Legere malim, οὗτος ὁ ἀπ' ἀρχῆς, καινὸς φανείς. *Hic qui ab initio erat, novus apparuit.* Maran. *ibid.*

(92) Εὑρεθείς. Legit Stephanus καὶ ἀρχαῖος εὑρεθείς. Beurerus καὶ παλαιός. Mallem καὶ ἐν χρόνῳ εὑρεθείς *et in tempore inventus*, aut aliquid simile quod naturæ divinæ æternitati opponatur.

(93) Δωρουμένη. Vert etiam posset, *donata*, ut observat Stephanus.

(94) Οἱ γενομένοι. Miror doctissimum interpretem Stephanum reddidisse, *qui fuistis*, et mox *qui produxistis*, cum nihil magis sententiæ contrarium esse possit. Hæc enim ad gentiles dicuntur. Non incommode deleretur articulus ante γενόμενοι.

καρπον ξύλον, εὐθαλοῦν, ἀνατείλαντες ἐν ἑαυτοῖς, ποικίλοις καρποῖς κεκοσμημένοι. Ἐν γὰρ τούτῳ τῷ χωρίῳ ξύλον γνώσεως καὶ ξύλον ζωῆς πεφύτευται· ἀλλ' οὐ τὸ τῆς γνώσεως (95) ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἡ παρακοὴ ἀναιρεῖ. Οὐδὲ γὰρ ἄσημα τὰ γεγραμμένα, ὡς Θεὸς ἀπ' ἀρχῆς ξύλον ζωῆς ἐν μέσῳ παραδείσου ἐφύτευσε, διὰ γνώσεως ζωὴν ἐπιδεικνύς· ᾗ μὴ καθαρῶς χρησάμενοι οἱ ἀπ' ἀρχῆς, πλάνῃ τοῦ ὄφεως γεγύμνωνται. Οὐδὲ γὰρ ζωὴ ἄνευ γνώσεως, οὐδὲ γνῶσις ἀσφαλὴς ἄνευ ζωῆς ἀληθοῦς. Διὸ πλησίον ἑκάτερον πεφύτευται. Ἣν δύναμιν ἐνιδὼν ὁ Ἀποστόλος (96), τήν τε ἄνευ ἀληθείας προστάγματος εἰς ζωὴν ἀσκουμένην γνῶσιν μεμφόμενος, λέγει· Ἡ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ. Ὁ γὰρ νομίζων εἰδέναι τι ἄνευ γνώσεως ἀληθοῦς καὶ μαρτυρουμένης ὑπὸ τῆς ζωῆς, οὐκ ἔγνω, ὑπὸ τοῦ ὄφεως (97) πλανᾶται, μὴ ἀγαπήσας (98) τὸ ζῆν. Ὁ δὲ μετὰ φόβου ἐπιγνοὺς, καὶ ζωὴν ἐπιζητῶν, ἐπ' ἐλπίδι φυτεύει, καρπὸν προσδοκῶν. Ἔστω σοὶ καρδία, γνῶσις· ζωὴ δὲ, λόγος ἀληθὴς, χορούμενος· οὗ ξύλον φέρων, καὶ καρπὸν (99). . . ρῶν, τρυγήσεις ἀεὶ τὰ παρὰ Θεῷ ποθούμενα· ὧν ὅφις οὐχ ἅπτεται, οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται· οὐδὲ Εὔα φθείρεται (99*), ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται, καὶ σωτήριον δείκνυται, καὶ ἀπόστολοι συνετίζονται, καὶ τὸ Κυρίου πάσχα προέρχεται, καὶ κηροὶ (100) συνάγονται, καὶ μετὰ κόσμου ἁρμόζεται· καὶ διδάσκων ἁγίους ὁ λόγος, εὐφραίνεται· δι' οὗ Πατὴρ δοξάζεται. Ὧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A ferens, belle germinans, in vobis ipsis producentes, variis fructibus ornati. In hoc enim loco lignum cognitionis et lignum vitæ plantatum fuit. Verum non quod est cognitionis, id est quod e medio tollit; sed inobedientia e medio tollit. Neque enim ea sunt obscura quæ scripta sunt, Deum ab initio lignum vitæ in medio paradisi plantasse, per cognitionem vitam ostendentem; qua cum pure usi non essent qui ab initio fuerunt, impostura serpentis nudati fuerunt. Neque enim vita sine cognitione, neque cognitio tuta sine vita vera. Ideo in propinquo utrumque plantatum fuit. Quam facultatem cum perspexisset Apostolus, reprehendens cognitionem quæ sine veritate mandati in vitam exercetur, dicit: *Cognitio inflat, dilectio autem ædificat*[10]. Qui enim putat se scire aliquid sine cognitione vera et B cui testimonium perhibetur a vita, non cognoscit, a serpente decipitur, quia vitam non dilexit. At qui cum timore cognitionem est adeptus, et vitam quærit, in spe plantat, fructum exspectans. Esto tibi cor, cognitio: vita autem, sermo verus qui recipitur. Cujus lignum ferens, et fructum, percipies semper quæ apud Deum desiderantur, quæ serpens non attingit, neque impostura se illi applicat; neque Eva corrumpitur, sed virgo creditur; et Salutare ostenditur, et apostoli intelligentia instruuntur, et Domini pascha progreditur, et chori congregantur, et decenter ordinantur: ac docens sanctos sermo lætatur; per quem Pater glorificatur. Cui gloria in sæcula. Amen.

(95) Ἀλλ' οὐ τὸ τῆς γνώσεως, κ. τ. λ. Sic reddendum crediderim: *Verum non cognitionis lignum occidit, sed inobedientia.* MARAN. *in Emendand.*.

(96) Ἣν δύναμιν ἐνιδὼν ὁ Ἀπόστολος. Id est: cum perspexisset Apostolus quam vim habeat illa utriusque ligni, nempe cognitionis et vitæ, conjunctio. Obscura Stephani interpretatio: *Quam facultatem cum perspexisset Apostolus.* MARAN. *ibid.*

(97) Ὑπὸ τοῦ ὄφεως. Præmittit καί Beurerus.

(98) Μὴ ἀγαπήσας. Ita Beurerus et Sylburgius: posterior littera hujus voculæ μή legi non potuit ms. codice, sed tantum μ. Stephanus reddidit *ob amorem vitæ.* Mox idem Beurerus ἤτω οὖν σοι.

C (99) Καὶ καρπόν. Stephanus et Beurerus καὶ καρποῦ ἐρῶν. Melius Sylburgius καὶ καρπὸν ἐκπληρῶν.

(99*) Οὐδὲ Εὔα φθείρεται. Clarior erit interpretatio, si sic reddamus: *Ubi neque Eva corrumpitur.* MARAN., *ibid.*

(100) Κηροί. Vox corrupta, nec evidenter lecta in ms. codice. Non sanabitur vulnus, si legamus cum Sylburgio χαιροί. Sed si ponamus χοροί, nihil puto superfuturum difficultatis. Stephanus voces sequentes sic reddit, *et cum mundo coaptatur.* Videtur legendum ἁρμόζονται.

# PRESBYTERORUM ET DIACONORU ACHAIÆ

## EPISTOLA DE MARTYRIO S. ANDREÆ APOSTOLI

## VETERUM TESTIMONIA.

(Galland., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. I. Venetiis, 1765, in-fol., p. 145.)

I.

Damasus, *vel quisquis auctor sit*, Carm. iv, *ex edit.* Sarazanii, *Romæ* 1638.

Andrea, Christi apostole,
Hoc ipso jam vocabulo
Signaris isto nomine,
Decorus idem mystice.

Quem crux ad alta provehit,
Crux quem beata diligit,
Cui crux amara præparat
Lucis futuræ gaudia.

In te crucis mysterium
Cluit gemello stigmate,
Dum probra vincis per crucem,
Crucisque pandis sanguinem. *Epist. cap.* x.

II.

Hieronymus, epist. lix *al.* cxlviii ad Marcellam, *num.* 5, *tom.* I, *pag.* 328, *edit. Veron.* 1734.

In omnibus locis versabatur (Jesus) : cum Thoma in India, cum Petro Romæ, cum Paulo in Illyr cum Tito in Creta, cum Andrea in Achaia. *Cap.* ii, etc.

III.

Gaudentius Brix., *in serm. habito in* Dedicat. eccles.

Joannes in Sebastena urbe provinciæ Palæstinæ, Thomas apud Indos, Andreas et Lucas apud Pa Achaiæ civitatem, consummati referuntur. *Cap.* xii.

IV.

Paulinus Nolanus, de S. Felice, *Natal.* ix, *vers.* 406, *pag.* 637, *edit. Veron.* 1736.

Ileic pater Andreas, heic qui piscator ad Argos
Missus, vaniloquas docuit mutescere linguas :
Qui postquam populos ruptis erroris iniqui
Retibus explicuit, traxitque ad retia Christi,
Thessalicas fuso damnavit sanguine Patras. *Cap.* x.

Idem, *ibid.*, *Natal.* xi, *vers.* 76-356, *pag.* 440, 468 et 659.

Sic Deus et reliquis tribuens pia munera terris,
Sparsit ubique loci magnas sua membra per urbes.
Sic dedit Andream Patris. . . . . .
. . . . . tunc Andream devexit Achivis.

V.

Petrus Chrysologus, *serm.* cxxxiii.

Crucem quam refugerant (Petrus et Andreas), postea conjunctis viribus ardenter invadunt. — Pet namque crucem, arborem conscendit Andreas. *Cap.* x.

VI.

Auctor Incertus, *lib.* De vera et falsa pœnitentia, *cap.* 8, *num.* 22, *in Append. ad tom.* VI Opp. S. Augustini, *pag.* 236, *edit. BB. Paris.* 1685.

In hoc desiderio erat Andreas, qui in cruce positus a Domino requirebat: *Tempus est ut commendes terræ corpus meum.* Volebat enim eum plebs de cruce deponere. Ipse autem cœpit Dominum rogare: Ne me permittas, Domine, descendere vivum, sed tempus est ut commendes terræ corpus meum: tandiu enim jam portavi, tandiu super commendatum vigilavi, quod vellem jam ipsa obedientia liberari, et isto gravissimo indumento exspoliari. Recordor quantum in portando onerosum, in fovendo infirmum, In coercendo lætum, in domando superbum laboravi. Scis, Domine, quoties a puritate contemplationis me retrahere conabatur, quoties a dulcissimæ quietis somno me excitare contendebat, quantum et quoties dolorem ingerebat. Qui igitur tandiu, Pater benignissime, pugnanti restiti et tua ope superavi, a te pio et justo remuneratore posco,ne mihi ultra commendes,sed depositum reddo. Commenda alii quem illud ultra non impediat, et resurrecturum servet et reddat, ut et ipsum quoque meritum sui laboris recipiat. Terræ me commenda, ut me amplius vigilare non oporteat, et libere ad te fontem indeficientis gaudii tendere anxiantem me non retrahat, nec impediat. *Cap.* XI.

VII.

*Ex lib.* Sacramentorum, *inter opp.* S. Gregorii M. *tom.* III, *pag.* 143, *edit. BB. Paris.* 1705.

Adest nobis (Pater omnipotens) dies magnifici votiva mysterii, qua venerandus Andreas apostolus germanum se gloriosi tui Petri, tam prædicatione Christi tui, quam conversatione monstravit: ut id quod libera prædicaverat voce, nec pendens taceret in cruce. *Cap.* X.

Videsis et *Librum Responsalem*, sive *Antiphonarium*, inter opp. ejusdem S. Gregorii M. *tom.* III, *pag.* 843.

VIII.

*Ex* Missali Gothico *apud Mabillonium* Liturg. Gallic. *lib.* III, *num.* 17, *pag.* 221, 222.

Dignum et justum est, æquum et justum est, pietati tuæ ineffabiles gratias referre, Omnipotens, sempiterne Deus, et inæstimabili gaudio passionem tuorum prædicare sanctorum, per Christum Dominum nostrum. Qui beato Andreæ in prima vocatione dedit fidem, et in passione donavit victoriam. Acceperat hæc utraque beatus Andreas; ideo habebat et in prædicatione constantiam, et in passione tolerantiam. Qui post iniqua verbera, post carceris septa, alligatus suspendio se purum sacrificium tibi obtulit Deo. Extendit mitissimus brachia ad cœlos, amplectitur crucis vexillum, defigit in oculis ora, Agni cognoscit arcana. Denique dum ad patibulum duceretur, in cruce suspenderetur, carne patiebatur et spiritu loquebatur. Obliviscitur crucis tormenta, dum de cruce Christum præconat. Quantum enim corpus ejus in ligno extendebatur, tantum in lingua ejus Christus exaltabatur: quia pendens in ligno, sociari se ei gratulabatur. Absolvi se non patitur de cruce, ne tepescat certamen in tempore. Turba circumspicit, et lamentat; demitti a vinculo cupit, quem Reparatoris mentem intelligit. Laxari postulat justum, ne pereat populus hoc delicto. Interea fundit martyr spiritum, possessurus sempiterni Judicis regnum. *Capp.* IX, X, XI, XII.

IX.

Venantius Fortunatus, *Carmin. lib.* VII, De senatu curiæ cœlestis, *Ex* Biblioth. Patrum. *Paris. tom.* VIII, *pag.* 817, E.

Culmen apostolicum radianti luce coruscum,
Nobilis Andream mittit Achaia suum.

X.

Gregorius Turon., De gloria martyrum, *lib.* II, *cap.* XXXI, *pag.* 754, *edit. Paris,* 1699

Andreas apostolus magnum miraculum in die solemnitatis suæ profert, hoc est manna in modum farinæ, vel oleum cum odore nectareo, quod de tumulo ejus exundat. — Hæc autem aguntur apud provinciam Achaiam in civitate Patras, in qua beatus apostolus sive martyr, pro Redemptoris nomine crucifixus, præsentem vitam gloriosa morte finivit. *Cap.* X.

XI.

Auctor incertus, *lib.* De miraculis B. Andreæ apostoli, *cap.* XXXVI, *in Append. opp.* Gregorii Turon. *pag.* 1264.

Post hæc comprehensus beatus apostolus ab Egea proconsule, positus est in carcere, ad quem omnes conveniebant ut audirent verbum salutis. At ille non cessabat prædicare nocte et die verbum Dei.Paucis vero diebus interpositis, eductus de carcere et gravissime cæsus, cruce suspensus est: in qua cum per triduum vivens penderet,non cessabat prædicare Dominum Salvatorem, donec tertia die populis flentibus spiritum exhalaret: quod lectio Passionis etiam ejus plenissime declarat. Cujus beatum corpus Maximilla accipiens, conditum aromatibus recondidit in sepulcro: assidue autem super illum deprecans Dominum, ut ejus beatus apostolus memor esset, exorabat. *Capp.* VII, IX, X, XII, XIII.

Libellus *De miraculis sancti Andreæ* laudatur in *Chronici Fontanellensis* cap. XIV.

XII.

Menologium Græcorum, *jussu Basilii imperatoris Græce editum*, ad d. XXX Novembris. *Part.* I, *pag.* 221, *edit. Urbin.* 1727.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου ἀποστόλου Ἀνδρέου, ἀδελφοῦ τοῦ μεγάλου Πέτρου.

Certamen sancti et clarissimi apostoli Andreæ, fratris magni Petri.

Οὗτος ἀδελφὸς γνήσιος ὑπάρχων τοῦ μεγάλου ἀποστόλου Πέτρου, μετὰ τὴν Ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκήρυξεν εἰς πᾶσαν τὴν παράλιον τῆς Βιθυνίας, καὶ τοῦ Πόντου, καὶ τῆς Θρᾴκης, καὶ τῆς Σκυθίας. Μετὰ δὲ ταῦτα ἀπῆλθεν ἐν Σεβαστουπόλει τῇ μεγάλῃ. — Εἶτα ἀπῆλθεν ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐα εἰς Πελοπόννησον. Καὶ ἐσταυρώθη ὑπὸ Αἰγέα τοῦ ἀνθυπάτου· καὶ οὕτως ἐτελειώθη. A Hic germanus magni apostoli Petri, post Ascensionem Domini nostri Jesu Christi, prædicavit in tota maritima ora Bithyniæ, Ponti, Thraciæ et Scythiæ: deinde magnam Sebastopolim lustravit. — Postremo Patras Achaiæ in Peloponnesum migravit, ubi ab Ægea proconsule in crucem sublatus est: atque ita mortem obiit. *Capp.* II, X, XII.

XIII.

ETHERIUS Uxamensis et BEATUS presbyter, *lib.* I, adversus Elipandum archiepiscopum Toletanum. *Ex* Bibliotheca Patrum Parisiensi, *tom.* IV, *part.* II, *pag.* 526, A.

Agnus iste prædam quam tenebas, excussit, et argumentationes philosophiæ tuæ, simplicitatis suæ innocentia omnino delevit. Iste est Agnus immaculatus, qui quotidie, ut beatus Andreas ait, in altare crucis sanctificatur: *Cujus carnes posteaquam omnis populus credentium manducaverit et ejus sanguinem biberit, Agnus qui sacrificatus est, integer perseverat et vivus: et cum vere sacrificatus sit, et vere carnes ejus sint manducatæ a populo, et vere sanguis ejus sit hausius: tamen, ut dixi, integer manet, et immaculatus et vivus.* Cap. VI.

XIV.

FLORUS, *in* Auctar. ad Martyrolog. BEDÆ. *Ex* Actis Sanctorum Bolland. *Mart. tom.* II, *pag.* XL,

In Achaia, civitate Patras, passio S. Andreæ apostoli: qui crucifixus pro Christi nomine, suum complevit martyrium. *Cap.* X.

XV.

MILO, monachus Elnonensis, *in* Vita S. Amandi episc. Traject. *lib.* I, *cap.* 1. *Ex* Bolland. *Febr. tom.* I *pag.* 874.

Hinc petit Andreas properando virilis Achaiam,
Ac nomen proprium patrando viriliter implet.

XVI.

WALAFRIDUS STRABO, *Carm.* de S. Audrea. *Ex* Thesauro Canisii *tom.* II, *part.* II, *pag.* 258.

Protinus Andreas compunctus voce Tonantis,
Credidit æternum salvantem sæcula regem:
Pendula capturæ contemnens retia spretæ,
Et dicto citius Christi præcepta facessit.
Quis numerare valet populosis oppida turmis
Illius eloquio, quæ fana profana fricabant,
Credula pandentes regi præcordia Christo?
Nempe vicem Domino solvebat calce cruenta,
Dum crucis in patulo suspensus stipite martyr
Ultima mortalis clausit spiracula vitæ,
Purpureas sumens Christo regnante coronas.

XVII.

RHABANUS, *in* Martyrol. *ad* d. 30 *Nov. Ex* Thesauro Canisii *tom.* II, *part.* II, *pag.* 348.

Natale sancti Andreæ apostoli. — Hic prædicavit Scythiam et Achaiam, ibique in civitate Patras cruci suspensus occubuit. *Cap.* X.

XVIII.

USUARDUS, *in* Martyrologio *ad d.* 30 *Novemb., pag.* 193, *edit. BB. Paris.* 1718.

In civitate Patras provinciæ Achaiæ, natalis sancti Andreæ apostoli, qui etiam apud Scythiam prædicavit. Hic beatissimus ab Egea proconsule comprehensus, primo in carcere est clausus, ac deinde gravissime cæsus; ad ultimum vero in cruce appensus, biduo inibi supervixit. *Capp.* VIII, IX, X, XII.

XIX.

REMIGIUS, monachus ANTISIODORENSIS, Comment. in psalmum XXI. *Exstat* in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, *tom.* XVI.

Quamvis hoc sacramentum a pluribus accipiatur, non tamen, ut videtur, in partes est divisum, sed totum singulis est indivisum, Andrea apostolo sic testante: *Agnus, quanquam sacrificatus est, integer perseverat et vivus.* Cap. VI.

XX.

JOANNES EUCHAITENSIS, *in* Poematibus, *pag.* 70, *edit. Ætonæ*, 1610.

Σταυροῦσί τε τρεῖς ἄνδρες ὁμῶς Ἀνδρέαν.
Tres simul viri crucifigunt Andream

XXI.

MARTYROLOGIUM metricum Ecclesiæ Græcæ, *ad. d.* 30 *Nov.*, *ex edit.* Siberi, *Lipsiæ*, 1727.

Ἀντίστροφον σταύρωσιν Ἀνδρέας φέρει,
Φανεὶς ἀληθῶς, οὐ σκιωδῶς, ὢν μύστης.
Antistrophæ fixus cruci fuit Andreas,
Sacerdos Christi verus, non umbratilis.

XXII.

LANFRANCUS archiep. Cantuar., *lib.* De corpore et sanguine Domini, *cap.* x, *pag.* 239, *Edit Paris.*, 1648.

Est igitur sacramentum et res sacramenti, id est corpus Christi. Christus tamen *resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur* (*Rom.* VI, 9). Sed sicut dicit Andreas apostolus: *Cum vere in terris carnes ejus sint comestæ, et vere sanguis ejus sit bibitus; ipse tamen usque in tempora restitutionis omnium, in cœlestibus ad dexteram Patris integer perseverat et vivus.* Cap. VI.

XXIII.

WOLPHELMUS abbas Brunwillerensis *in Epistola ad Meginhardum abbatem Gladebacensem*, de sacramento Eucharistiæ contra errores Berengarii. *Exstat apud Mabillonium* sæculo VI, Benedict. *part.* II, *pag.* 682.

Hoc autem corpus, post expletam more catholico communionem, sanum et incolume, vivum et integrum se recipit ad Patrem. Sic enim testatur Ecclesia Achaiæ, beatum Andream apostolum dicere: *Postquam omnis populus credentium Agni carnem comederit et sanguinem biberit. Agnus qui sacrificatus est, integer perseverat et vivus; et cum vere sacrificatus sit, et vere carnes ejus comestæ a populo, et vere sanguis ejus sit bibitus, tamen, ut dixi, et integer permanet, et immaculatus, et vivus.* Cap. VIII.

XXIV.

IVO CARNOTENSIS *Serm.* De convenientia veteris et novi sacrificii. *Ex* Biblioth. Patrum Parisiensi, *tom.* X. *pag.* 806, A.

Ecce ad memoriam veniunt verba beati Andreæ apostoli, quibus asserit et in cœlis esse corpus Domini, et de altari posse sumi corpus Domini: *Cujus*, inquit, *carnes cum sint comestæ in terris a populo, et sanguis ejus bibitus; ipse tamen usque in tempora restitutionis omnium, in cœlestibus ad dextram Patris integer perseverat et vivus.* Cap. VI.

XXV.

BERNARDUS abbas Claræ-vall., *Serm.* in Vigilia S. Andreæ apostoli, *num.* 3, *opp. vol.* I. *pag.* 1064. *edit. Paris.* 1719.

Andreas homo erat similis nobis, passibilis, et tam vehementi ardore spiritus crucem sitiebat, tam inaudito a sæculis gaudio tripudiabat, ut cum paratum sibi eminus patibulum conspexisset: *O crux*, inquit, *diu desiderata, et jam concupiscenti animo præparata! Securus et gaudens venio ad te, ita ut et tu exsultans suscipias me.* Et paulo post, num. 4: Terrendum eum putat Ægeas, crucis supplicium minitans: sed non est ita. Accenditur magis in verbo hoc, et libere clamat: *Ego si patibulum crucis expavescerem, crucis gloriam non prædicarem.* At ubi paratum sibi lignum intuitus est, ex hoc jam plane totus ignescens applaudebat, et blandiebatur illi amatæ suæ, officiosissime salutabat, devotissime suscipiebat, magnifice attollebat eam, et in ipsius præconio gloriabatur, clamans magis affectione quam voce: *Salve, crux pretiosa, quæ decorem et pulchritudinem de membris Dominicis accepisti? Salve, crux, quæ in corpore Christi dedicata es, et ex membris ejus tanquam margaritis ornata.* Capp. VIII, X.

IDEM, *serm.* I, in festo in S. Andreæ, *num.* 1, *pag.* 1065.

Cum duceretur ipse beatus Andreas ad crucem, populus qui sanctum et justum dolebat injuste damnari, prohibere voluit ne puniretur; sed magis ipse instantissima prece prohibuit eos, ne non coronaretur, imo ne non pateretur. Desiderabat siquidem dissolvi, et cum Christo esse, sed in cruce quam semper amaverat: desiderabat regnum intrare, sed per patibulum. Quid enim dicit illi amatæ suæ? *Per te*, inquit, *me recipiat, qui per te me redemit.* Cap. VII.

IDEM, *serm.* II, *num.* 3, *ibidem, pag.* 1069.

Audistis certe, cum pervenisset beatus Andreas ad locum ubi crux parata erat, quomodo confortatus sit in Domino, et per Spiritum, quem una cum cæteris apostolis in igneis linguis acceperat, verba vere ignea loqueretur. — Ex abundantia cordis os locutum est; et charitas quæ fervebat in corde, quasi scintillas quasdam ardentissimas emitebat in voce. Quid enim beatus Andreas cum sibi paratam, ut dixi, crucem eminus cerneret, loquebatur? *O crux*, inquit, *diu desiderata, et jam concupiscenti animo præparata! Securus et gaudens venio ad te; ita ut tu exsultans suscipias me, discipulum ejus qui pependit in te: quia amator tuus semper fui, et desideravi amplecti te.* Cap. X.

IDEM, *in serm.* XVI, de diversis, *num.* 6; *ibidem. pag.* 1122.

Nunquid non supra naturam beatus iste Andreas apostolus, cujus solemnitas præ manibus est, transilierat, qui dicebat: *O bona crux, diu desiderata, et jam concupiscenti animo præparata! Securus et gaudens venio ad te.* Cap. X.

XXVI.

GAUFRIDUS abbas, *in Declamat.* LVIII, *exst. in volum.* II *Opp.* S. BERNARDI, *pag.* 324, A.

Gaudium sane non modo in spe gloriæ, sed etiam in tribulationibus. — Hæc virtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem. *Cap.* X.

XXVII.

NICOLATUS Claræ-vallensis, *serm.* in festo S. ANDREÆ. *Exstat in volum.* II. Opp. S. BERNARDI, *pag.* 728, A.

Dominus noster, cujus schola est in terris et cathedra in cœlo, ex his omnibus quos elegit et prælegit, Andream elegit apostolum cujus solemnitatem et vocibus et cordibus inclamamus. O dulcis apostolus, et primitiva vocatio Domini Salvatoris : — cujus passio tanta spiritus devotione distillat, ut mentes audientium adipe et pinguedine replere videatur. Unde non immerito in singularem auctoritatis arcem suscepta est, *quam qui viderunt scripserunt orbi, et ministri fuere sermonis.* Cap. I.

Hic sermo, quem Mabillonius aliique tribuunt NICOLAO *Claræ-vallensi*, occurrit etiam inter sermones B. PETRI DAMIANI, estque num. LVIII, tom. II, pag. 138, edit. Paris. 1642.

XXVIII.

PETRUS BERESENSIS, *serm.* IV, in festo S. Andreeæ, *pag.* 174, *edit. Paris.* 1657.

Andreas quasi suæ conditionis oblitus, summopere prædicabat suavitatem et dulcedinem crucis. — Præ nimio ardore fidei et amoris, crucem salutat et dicit : *Securus et gaudens venio ad te.* Andreas præcipuam reputat voluptatem, si dimittatur in patibulo, donec in eo consummetur : et quod omnem fortitudinem facultatis humanæ transcendit, quasi jam a corpore peregrinans cruciatum in cruce non sentit. — Andreas clamat : *Salve, crux speciosa ! Securus et gaudens ad te venio : suscipe discipulum ejus qui pependit in te magister meus Christus.* — Ardentissime affectat Andreas ascendere crucem : ut intra eam mundum et principem mundi despiciat ; ut inde quasi de eminentissima turre jacula inimici securus excipiat. *Cap.* X.

XXIX.

AUCTOR incertus. *lib.* Soliloquiorum animæ ad Deum, *cap.* XXII. *In Append. Opp.* S. Augustini. *tom.* VI, *pag.* 95.

Ibat Andreas securus ad crucem et gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem properabat. *Cap.* X.

XXX.

LUCAS Tudensis, contra Albigenses *lib.* III, *cap.* XXI. *Ex.* Biblioth. Patrum Parisiensi, *tom.* IV, *part.* II, *pag.* 710, B.

Quamvis multos martyrum legamus in sua passione gaudere, ut legitur de beato apostolo Andrea, qu cum duceretur ad mortem, dicebat : *Securus et gaudens venio ad te ;* hoc de gaudio spiritus intelligendum est, non de gaudio corporeo. *Cap.* X.

XXXI.

THOMAS AQUINAS, *serm.* II, de S. Andrea. *Ex. edit Romana* 1570, *tom.* XVI, *sub finem, pag.* 48.

Septem sunt gradus ascendendi in palmam, id est in crucem. Primus gradus, persecutoris aggressus. Secundus, devota martyrii processio ; de his duobus, in vita sua (S. Andr.). Tertius, devota de cruce prædicatio ; in Legenda, ibi : *O si scires virtutem crucis !* etc. Quartus, carceris toleratio, ibi ; *Jussit eum in carcerem detrudi.* Quintus, populorum eum liberare volentium prohibitio, ibi : *Nolite sanctum,* etc. Sextus, funium procellatio, ibi : *Jussit eum funibus cædi.* Septimus, devota ut pati mereretur oratio, ibi : *O beata crux.* — Circa passionem notandum quod passus est desideranter, ibi : *Jam concupiscenti animo præparata ;* confidenter, ibi : *Securus ;* lætanter ibi : *Gandens venio ad te ;* constanter, quia nunquam a prædicatione cessabat ; longanimiter, ibi ; *Biduo ;* gratanter, gratias agendo ; perseveranter, quia nunquam nisi mortuus descendere voluit. *Capp.* II, VII, IX, X, XI, XII.

XXXII.

BONAVENTURA, *serm.* II, de S. Andrea apostolo. *Ex ejus Opp. edit. Lugdn.* 1668, *tom.* III, *pagg.* 223, 224.

Beatus Andreas, sicut ejus Legenda dicit, materialem crucem in corpore passus fuit. — Sic cum crucem ascenderet, hanc humilitatem sanctus apostolus se habere ostendit, cum Ægeæ de cruce sic ait : *Ego crucis Christi servus sum, et crucis tropæum diligere potius debeo quam timere.* — Unde dictur in Legenda, quod *exspoliavit se, et vestimenta sua tradidit carnificibus.* — Quod apostolus dum attendit, mori pro Christo non timuit, sed pleno gaudio cordis ad crucem accessit. Unde videns crucem non timuit, non fugit, non oculos ab ea avertit, sed exclamavit et dixit : *O bona crux, diu desiderata, sollicite quæsita, et ideo concupiscenti animo præparata ! lætus et gaudens venio ad te, ita ut tu gaudens suscipias me, discipulum ejus qui pependit in te.* Salva me, inquit, crux pretiosa, etc. *Capp.* IV, X.

IDEM, *serm.* III, *ibidem, pag.* 225.

Hac compassione fraterna transfossus apostolus dicebat Ægeæ : *Ego de tuo interitu doleo, non de mea passione conturbor. Meus enim dolor unius dici, vel duorum, vel trium ; sed tuus interitus nec per millia annorum poterit pervenire ad finem.* Cap. IX.

XXXIII.

SOPHRONIUS, *ut fertur*, De vitis apostolorum, *cap.* I. *Apud Fabricium in* Biblioth. Eccles. *pag.* 224.

'Ανδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὡς οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασιν, Σκύθαις καὶ Σογδιανοῖς καὶ Σάκκαις ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν Σεβαστοπόλει ἐκήρυξε τῇ μεγάλῃ, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἀψάρου καὶ Φάσις ὁ ποταμὸς, ἔνθα οἰκοῦσιν Αἰθίοπες οἱ ἐσωτέροι. Θάπτεται ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας, σταυρῷ παραδοθεὶς ὑπὸ Αἰγέα τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν. A

Andreas frater hujus (Simonis Petri, ut majores nostri prodiderunt, Scythis, et Sogdianis, et Saccis prædicavit Evangelium Domini nostri Jesu Christi, et in Sebastopoli prædicavit quæ cognominatur Magna, ubi est irruptio Apsari, et Phasis fluvius : illic incolunt Æthiopes interiores. Sepultus est autem Patris civitate Achaiæ, crucis suffixus ab Ægea præfecta Edessenorum.

Eadem ferme habet Anonymus apud OECUMENIUM in *Acta apostol. et Epistolas Pauli* : apud quem tamen postrema verba rectius sic se habent : ὑπὸ Αἰγέα τοῦ ἀνθυπάτου σταυρωθείς.

XXXIV.

HIPPOLYTUS, *seu quisquis sit auctor*, De duodecim apostolis. *Apud Combefisium*, Auctar. nov. *tom.* II, *pag.* 831.

'Ανδρέας, Σκύθαις, Θρᾴκαις κηρύξας, ἐσταυρώθη ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας ἐπὶ ἐλαίας ὄρθιος, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.

Andreas, cum Scythis ac Thracibus prædicasset, cruci affixus est Patris in Achaia, rectus in olea arbore, ibique sepelitur. *Cap.* x.

XXXV.

PSEUDO-DOROTHEUS Tyrius, *in* Synopsi. etc. *Ex edit. Fabricii De vita et morte Moysis*, pag. 471.

'Ανδρέας... ἐτάφη ἐν Πάτραις τῆς Ἀχαΐας σταυρωθεὶς ὑπὸ Αἰγεάτου.

Andreas... sepultus est Patris Achaiæ urbe, cum ab Ægeate in crucem actus fuisset. *Cap.* x.

Quibus addesis pseudo-Abdiam in *Histor. apostol.* lib. III, num. 39 et seq. pag. 507, edit. J. A, Fabricii in *Cod. apocr. Nov. Test.* tom. II, et ISIDORUM HISPALENSEM *Juniorem*, ut perhibent, apud laudatum Fabricium *De vita et morte Moysis*, pag. 545.

Consulendus item NICETAS PAPHLAGO, *Orat. in* S. ANDREAM, *apud Combefisium, tom.* I *Auctar. noviss.*, pag. 335.

XXXVI.

NICEPHORUS, Hist. Eccles. *lib.* II, *cap.* XXXIX, *pagg.* 199 et 200 *edit. Paris.* 1630.

'Ανδρέας ὁ τοῦ κορυφαίου Πέτρου κασίγνητος... ὑπὸ τοῦ ἀνθυπάτου Αἰγαιάτου τῷ σταυρῷ καὶ οὗτος προσήλωται, ἔγκλημά οἱ ἐπαγαγόντος, ὅτι περὶ τὴν γαμετὴν αὐτοῦ Μαξιμίλλαν καὶ τὸν ἀδελφὸν Στρατοκλέα, Χριστῷ προσαγάγοι, τὴν ἐκείνου βδελυξαμένους δυσσέβειαν.

Andreas, coryphæi Petri frater, ... a proconsule Ægeato in crucem quoque est actus : illo ei crimine objecto, quod conjugem ejus Maximillam fratremque Stratoclem, impietatem ejus detestari docuisset, et ad Christi fidem adduxisset. *Cap.* x.

XXXVII.

LAURENTIUS JUSTINIANUS, *serm.* in festo S. Andreæ apostoli, *ex edit. Venet.* 1606, *pag.* 294, *col.* 4.

Magnanimitatem hujus rubustissimi ducis, imperterritam mentem, passionis desiderium, spiritualeque lumen ipsius, ex sermonibus ejus attende. Cum enim duceretur ut crucis imponeretur patibulo, eamdem a longe prospiciens exclamavit, dicens : *O bona crux, diu desiderata, et jam concupiscenti animo præparata ! securus et gaudens venio ad te, ita ut tu exsultans suscipias me, discipulum ejus qui pependit in te. Salve, o bona crux, quæ in corpore Christi dedicata es, et ex ejus membris tanquam margaritis ornata, accipe me ab hominibus, et redde me meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit.* Cap. x.

DIONYSIUS quoque CARTHUSIANUS, sem. I et IV, *de laudibus S. Andreæ*, plura describit ex *Epistola presbyterorum et diaconorum Achaiæ.*

# GALLANDII PRÆFATIO

In Epistolam Presbyterorum et Diaconorum Achaiæ de martyrio S. Andreæ.

(*Vet. Patr. Biblioth.*, I, Proleg., p. XXXVIII.)

## SYNOPSIS.

I. *Cur huic Epistolæ inter vetusta Ecclesiæ monumenta locus assignatus.*
II. *De variis ejus editionibus, Mombritiana potissimum et Lipomaniana.*
III. *De antiqua ejusdem Epistolæ versione.*
IV. *Hujus Epistolæ sinceritas variis nominibus agnoscenda videtur. Chrysostomi locus expensus.*
V. *Solvitur objectio, ex voce τριάδος desumpta, quam fuisse usurpatam tertio, quin et secundo sæculo, evincitur ex Patrum vetustissimis tum Græcis tum Latinis.*
VI. *Objectus locus de processione Spiritus sancti expenditur. Eadem phrasis in Græca Dialogorum S. Gregorii versione, cujus auctor Zacharias papa. Samuel Basnagius notatus.*
VII. *Quæstio de Ægea memorato in epistola Ecclesiæ Achaicæ discussa. Locus Sophronio ascriptus, vindicatur. Ejus interpres Erasmus defenditur. Duplex Edessa distinguenda ; quarum altera recentior Osrhoenica, antiquior altera Macedonica, primitus Ægea dicta : cujus nominis occasione nonnullæ de Ægea proconsule, ut fertur, Achaiæ, propositæ conjecturæ.*
VIII. *De tempore quo scripta censetur Epistola : simulque varia de Vespasiano persecutore.*

I. Quod superius in præfatione generali antiquitatum ecclesiasticarum studiosis recepimus, Acta martyrum nos esse collecturos, pro temporum ratione digerenda ; id quidem præstare nunc incipimus, *Epistolam* encyclicam *presbyterorum et diaconorum Achaiæ de S. Andreæ apostoli martyrio*, in medium proferentes. Licet enim inter Acta martyrum sincera, virorum eruditorum judicio haud fuerit hactenus hæc Epistola recensita ; eam tamen omnino prætermittere religioni habuimus : sive quod ab antiquis temporibus Ecclesiæ catholicæ sententia, digna fuerit existimata quæ in divinis officiis celebrandis publice usurparetur ; quod in primis spectandum erat : sive quod nuper demum in lucem prodierit textus Græcus, quo magis magisque vetustissima versio, Ecclesiæ jamdiu probata: confirmatur : sive quod tandem viri eruditi studio quamvis a catholica communione alieni, eadem Epistola paucis abhinc annis Græce ac Latine in vulgus emissa, velut sincerus sacræ antiquitatis fetus fuerit propugnata. Quod si vero hanc Epistolam minus recte inter Acta martyrum nobis repositam quis arbitretur ; illam saltem tanquam vetustum opus ecclesiasticum esse habendam, haud ierit inficias : adeoque vel eo nomine in nostram bibliothecam jure inferendam existimavimus.

II. Illam autem primus in lucem emisisse comperitur Boninus Mombritius patricius Mediolanensis, in *Vitis sanctorum*, sub finem sæculi XV typis consignatis ; loci enim ac temporis nota nuspiam comparet. Quandoquidem vero inter rarissima recensetur opus ejusmodi, duobus in-fol. volumi-

A nibus distinctum, haud incongruum putamus, ex eo Epistolæ nostræ initium hic describere, ut quod a reliquis editis, quin et ab ipso Græco exemplari aliquantulum discrepat. Sic autem se habet :

PASSIO BEATI ANDREÆ APOSTOLI.

*Diacones ecclesiarum Acahie* (sic) *scripsimus universis Ecclesiis, quæ sunt in oriente et occidente, et meridie et septentrione in Christi nomine constitutæ : Pax vobis et universis qui credunt in unum eum* (I. *Deum*) *et in Trinitatem perfectam : verum Patrem ingenitum, et verum Filium unigenitum, et verum Spiritum sanctum, procedentem ex Patre et Filio : et hoc esse unigenitum Filium, quod est et ille qui genuit. Hanc fidem didicimus*, etc. Ubi meminerit lector horum verborum, *procedentem ex Patre et Filio*, de quibus inferius disserendum.

B

Sæculo postero XVI currente, eamdem Epistolam iterum evulgavit Aloysius Lipomanus episcopus Veronensis, in opere *Vitarum sanctorum priscorum Patrum ;* sed alio a Mombritiano exemplari usus, ad Epistolæ initium saltem quod attinet. Estque hujusmodi (1) : *Passionem sancti apostoli Andreæ quam oculis nostris vidimus, omnes presbyteri et diacones Ecclesiarum Achaiæ, scribimus universis Ecclesiis quæ sunt in oriente et occidente, et meridiano et septentrione, in Christi nomine constitutis : Pax vobis et universis qui credunt unum Deum in Trinitate perfectum..... verum Spiritum sanctum, procedentem ex Patre, in Filio permanentem, ut ostendatur unus Spiritus esse in Patre et Filio ; et hoc esse*, etc. Omnia pene ad Græci contextus amussim.

C

Eodem sæculo XVI, Laurentius Surius Carthusia-

(1) Lipom. *Vit. SS.*, tom. VI, pag. 197, a tergo edit. Venet. 1581, fol. qua utor. Primæ autem editionis, quam etiam præ manibus habeo, sed mutilam, quinque priora volumina in-4. prodiere itidem Venetiis ad signum spei ann. 1551-1556 tria vero posteriora Romæ apud Antonium Bladum, ann. 1558-1560.

nus, in suis collectis undique *tam ex mss. codicibus quam ex editis auctoribus, probatis sanctorum Vitis*, ut fert operis inscriptio, atque per anni seriem digestis, editionem Lipomanianam secutus est (2). Eamdem quoque typis deinceps consignavit post medium insequentis sæculi XVII, Andreas du Saussay episcopus Tullensis, in opere haud obvio ita inscripto : *Andreas frater Simonis Petri; seu De gloria S. Andreæ apostoli libri* XII (3). Neque tantum Epistolam nostram exhibuit scriptor Gallus, ut reliqui præcedentes editores, sed eam insuper « tam patenter assertam dedit, quam accurate vindicatam adversus varias novatorum argutationes ; quas congessit et auxit Edmundus Aubertinus in libro Genevæ anno 1633, Gallice edito, cui titulus est : *Eucharistia veteris Ecclesiæ.* » Sic in fronte operis auctor.

Tum vero sæculi currentis anno 1731, eamdem Epistolam Romæ recudendam curavit Ludovicus Andruzzi Santandrea (4); qui Lipomaniano exemplari præterito, Mombritianum describere maluit : quin et Saussayum plerumque assectatus, « Epistolæ sinceritatem gravissimis testimoniis comprobavit (5). »

Quinque autem hactenus recensitis editionibus Latine tantum evulgatis, sexta demum accessit G. L., quæ anno 1749 Caroli Christiani Woog cura et studio Lipsiæ lucem aspexit. Textum Græcum descripsit cl. editor e codice Huntingdoniano 457, bibliothecæ Bodleianæ ; cum quo item Grabius *Martyrium S. Theclæ* contulerat, ejusque ope curis secundis perpoliverat, ut ex anonymi præfatione ad novam *Spicilegii SS. Patrum* Oxoniensem editionem erudimur. In hoc porro egregio sacræ antiquitatis monumento edendo atque adornando sedulam operam sibi adhibitam profitetur vir eruditus. Nimirum, ne litteræ quidem apicem mutavit, nisi ubi dicendorum nexus, librarii oscitantia, et recta construendi scribendique ratio id expostularit ; ubi vero vocabulum aliquod unius alteriusve litteræ mutatione, adjectione vel detractione corruptum invenit, suas emendationes in textum intulit, omnes tamen ms. codicis lectiones mendosas subjiciens. Textui Græco novam versionem apposuit, ipsumque notis uberioribus illustravit. Reliqua omittimus recensere, quæ V. C. sive in operis limine, sive in calce reposuit ; ea siquidem ad nostrum institutum haud spectant. Hanc itaque Lipsiensem editionem potissimum secuti sumus. Novo interpreti veterem adjecimus, non Mombritianum quidem, sed Lipomanianum, qui profecto Græcis pressius inhærere comperitur. Nuperi editoris notas textum in primis respicientes selegimus, prolixioresque contraximus ; quibus etiam nonnullas observationes attexuimus, plures fortasse haud contemnendas addituri, si opportunius codicem ms. nobis evolvere licuisset, quem sero tandem deteximus. Est autem codex Græcus Bombycinus num. CLXXV, 4, sæculo XIV exaratus, inscriptusque : *Heortologia, seu Sermones et homiliæ in annua festa ;* quem nobis suppeditavit locuples Bernardi Nani senatoris quondam amplissimi bibliotheca *.

III. Jam vero ut de antiqua hujus Epistolæ versione verba faciamus, nullus profecto suppetit character satis firmus, quo rite definire possimus, quam dudum fuerit illa confecta. At eam esse vetustiorem quam ut vulgo censeatur, quisque arguere valet ex scriptoribus ecclesiasticis, quorum testimonia Epistolæ ipsi præmisimus. Alii enim ex ea vel locum passionis vel genus mortis eruisse haud obscure videntur. Alii vero locum aliquem verbotenus describunt, sive ipsam Actorum historiam excitantes, sive etiam quandoque tacito ejus nomine ad illam respicientes ; quod scilicet tanquam certum et exploratum monumentum passim haberetur, ut recte Saussayus (6). Neque tamen inficiari velim, nonnullos ex allatis scriptoribus Græcum potius textum quam veterem ejus interpretem consulere potuisse. Sed, utut est, eorum testimonia jam inde a sæculo IV usque ad XV, continuo temporis ordine servato deducta, sive ad versionis antiquitatem sive ad ipsius Epistolæ sinceritatem astruendam, haud parum conferre existimantur.

IV. De auctoritate autem hujus Epistolæ, varias esse virorum eruditorum sententias nemo nescit. Alii namque velut supposititiam atque confictam prorsus rejiciunt ; alii vero ejus auctoritatem in dubium revocant : alii denique tanquam sincerum sacræ antiquitatis fetum agnoscunt. Plura sunt enimvero, neque levia, quæ ad infringendam ejus γνησιότητα objici solent. Potiora tamen huc ad examen revocare animus est ; eaque potissimum quæ ab aliis vel omnino prætermissa, vel molli brachio discussa noscuntur.

Primum itaque, an re vera in Achaia et in Patrarum urbe martyrium passus fuerit S. Andreas apostolus, dubitationem movit Florentinius (7); Joannis Chrysostomi nimirum auctoritate permotus, apud quem sic legimus (8): « Petri quidem, et Pauli, et Joannis, et Thomæ manifesta sunt sepulcra;

(2) Sur. *Vit. SS.*, tom. VI, pag. 633, Colon. 1618. Hæc est tertia editio Coloniensis, omnium optima; prima enim prodiit ann. 1569, fol.

(3) Saussay, *De gloria S. Andr.*, post pag. 676, Paris. 1656, fol.

(4) Andruz. *Stater verit.*, pag. 170.

(5) Id. *ibid.*, pag. 190 seqq.

(6) Sauss., *De glor. S. Andr.*, sub fin. in Vindic. pag. 23.

(7) Florent. *Vet. occid. Eccl. martyr.*, pag. 117.

(8) Joan. Chrys. in *Epist. ad Hebr.*, hom. 26, § 2, opp. tom. XII, p. 237.

* Editio nostra novam et auctiorem textus Actorum S. Andreæ recensionem exhibet quam Lipsiæ nuper ex codicibus mss. evulgavit vir cl. Constantinus Tischendorf; sed cum Græce tantum hæc Acta ediderit, versionem Latinam novæ recensioni accommodandam curavimus. EDIT. PATR.

aliorum autem cum sint tam multi, nusquam sunt nota. » Hinc vero quis conjectaret, inquit vir eruditus, festum Andreæ apud Patras fuisse potius ejus prædicationis memoriam, seu episcopatus institutionem aut natale, quam ejusdem martyrii celebritatem in eadem urbe consummati; siquidem Andreæ sepulcrum, quod adeo pervulgatum esset in Achaia, vix ignorare potuisset Chrysostomus, qui non longius a Græcia positus, imo Græcorum fuerit patriarcha. Hæc Florentinius, cujus profecto dubitatio si vim aliquam habeat, corruat penitus Epistolæ nostræ auctoritas necesse est.

Hanc autem difficultatem quam Tillemontium in primis ac Woogum præteriisse mirari subit, facili negotio tolli existimavit Lequienius (9), si dicamus, Andreæ cujus corpus a Constantio imperatore fuerat Constantinopolim translatum, propterea mentionem haud fecisse Chrysostomum, quod utique non in urbe regia, sed Antiochiæ habuerit homilias in Epistolam ad Hebræos. Verum minus apposite id conjecisse vir doctus videtur, adeoque viget adhuc objectio. Has enim homilias Constantinopoli habuisse Chrysostomum, cum jam esset episcopus, post Tillemontium (10) Montfauconius evincit (11). Existimamus itaque potius vel locum esse corruptum, vel memoria lapsum sanctum doctorem. Et prior quidem conjectura in eo innititur, quod eædem homiliæ, ἀπὸ σημείων *ex notis* eductæ, post obitum demum Chrysostomi fuerint evulgatæ : ἐπὸ σημείων, inquam, seu ex ductibus calami brevioribus, quibus voces et verba tachigraphi describebant, ut norunt eruditi; ex quibus ergo notis plano et vulgari modo litteris traditum opus, in lucem exinde fuit prolatum. His accedit, varia fuisse harum homiliarum exemplaria, in quibus colligendis describendisque alii tunc temporis feliciorem quam Constantinus operam posuisse feruntur; qua de re plura doctissimus Chrysostomi operum editor (12): ut proinde haud absona videatur suspicio, textum allatum librariorum culpa in mendo cubare ; eo in primis nomine, quod de Petri quidem et Pauli et Joannis sepulcris dubitet nemo ; de Thomæ autem sepulcro non ita certum, ut ad eum locum recte adnotat Montfauconius.

Quod si cui sententia isthæc minus arrideat, memoria hic lapsum S. Patrem opinari fas erit : cujus rei exempla in aliis ejus operibus haud raro deprehendas (13). Quæ quidem conjectatio magis placet. Quomodo enim Andreæ apostoli sepulcrum potuit ignorasse Chrysostomus; quem nimirum corporis ejus translationem ex Achaia Constantinopolim a Constantio anno 357 peractam, haud latuisse demum liquet ? Sic enim ille (14): « Christi servorum splendida sunt etiam sepulcra, ut quæ urbem præstantissimam ac regiam occuparint; et dies noti atque clari, qui festi a toto orbe celebrentur... Atque id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinopoli. Nam et hic quoque Constantinum Magnum filius (Constantius) ita demum ingenti honore se affecturum existimavit, si eum in piscatoris (Andreæ) vestibulo conderet ; » in vestibulo scilicet ecclesiæ Apostolorum, ubi sanctorum Andreæ, Lucæ ac Timothei corpora recondita perhibentur. Quo sane respiciens vetustus auctor homiliæ in illud, *In principio erat Verbum*, inter opera ipsius Chrysostomi (15), habitæ ut videtur anno 381, hæc habet : « Trinitas apostolorum (Andreæ, Lucæ ac Timothei) testis est cœlestis Trinitatis. » Eodem plane sensu atque in eamdem sententiam, Gregorius quoque Nazianzenus (16):

Μοῦνον δ' ἄλγος ἔμεινεν ἐμοὶ, καὶγῆρας ἀνιγρόν.
Ὤ μοι ἐμῆς τριάδος.

*Ac mihi duntaxat mansit dolor atque senectus molesta.*

*Heu mea trias.*

Qui et alibi (17), ad eorumdem sanctorum corporum translationem digitum intendens, eleganter dixit : « Valete, apostoli, præclara colonia certaminis mei magistri. » Quæ cum ita sint, quis ergo rite dixerit ignorasse Chrysostomum, quod Gregorius Nazianzenus, quod Paulinus, quod Hieronymus, quod reliqui antiqui scriptores ecclesiastici, de S. Andreæ apostoli corpore, Patris Achaiæ in urbem regiam translato, litteris tradiderunt ? Superest igitur, quod modo dicebamus, ut suspicemur vel mendosum esse locum nobis objectum ; vel si mavis, memoria lapsum sanctum doctorem, dum ea verba e suggestu proferret.

V. Inter objectiones vero gravioris momenti ea potior existimatur, quæ ex voce τριάδος desumitur sub Epistolæ initium occurrente ; quam, inquiunt censores, in vetustissimis ecclesiasticis monumentis vix ac ne vix quidem fortasse invenias ; perinde ac si omnia scripta nobis superessent, quæ scriptores apostolici aut ævo apostolico proximi, Papias, Quadratus, Aristides, Agrippa Castor, Aristo Pellæus aliique litteris tradidere. Atqui antiquius est nomen τριάδος, quam ut passim existimetur ; tertio enim, quin et secundo Ecclesiæ sæculo usurpatum comperitur ; quod sane miror fugisse Svicerum (18). Dionysius Alexandrinus (19): Οὕτω μὲν ἡμεῖς εἴς τε τὴν Τριάδα τὴν μονάδα πλατύνομεν ἀδιαίρετον· καὶ τὴν Τριάδα πάλιν ἀμείωτον εἰς τὴν μονάδα συγκεφαλαιούμεθα. *Sic quidem nos indivisibilem unitatem in Trinitatem dilatamus ; et Trinitatem iterum quæ imminui nequit, in unitatem con-*

(9) Lequien., *Or. Christ.*, tom. II, p. 954.
(10) Tillem. *Mem. eccl.*, tom. XI, p. 378.
(11) Montf., *Præfat. ad opp. Chrys.*, tom. XII, p. 5, § 9.
(12) Ibid., § 5 seqq.
(13) Montf., *Præf. ad tom.* X, § 3 et alibi.
(14) Chrys., hom. 26, *in epist. II ad Cor.*, n. 5, tom. X, p. 625.
(15) Chrys. opp. tom. XII, p. 421.
(16) Greg. Naz., carm. 9, tom. II, p. 179.
(17) Id. orat. 32, tom. I, p. 527.
(18) Svicer., *Thes. eccl.*, tom. II, p. 1288.
(19) Apud Athan., *Epist. de sent. Dionys.*, tom. I, p. 255.

*trahimus*. Quo insuper vocabulo apud Basilium (20) iterum atque iterum utitur idem Dionysius. Huic episcopo Alexandrino σύγχρονος Gregorius Neocæsariensis (21) : Τριὰς τελεία, δόξῃ καὶ ἀϊδιότητι καὶ βασιλείᾳ, μὴ μεριζομένη, κ. τ. λ. *Trinitas perfecta, quæ gloria et æternitate ac regno non dividitur*, etc. Origenes utroque antiquior (22) : Τάχα γὰρ καί τισι τῶν μακαρίων δυνάμεων, καὶ ἐπανάβεβηκυιῶν, συγκρίσει τῶν πολλῶν γενητῶν, τὰ κάτω τῆς ἀρχικῆς Τριάδος, λόγον ἔχει ὅλος ὁ ἐνεστὼς αἰὼν ὡς πρὸς τὴν ζωὴν αὐτῶν, ὃν λόγον ἔχει ἡ παρ' ἀνθρώποις ἡμέρα πρὸς ὅλον τὸν δυνατὸν ἀνθρώπῳ ζῆν χρόνον. *Siquidem præsens ætas eamdam fortasse rationem habet ad vitam beatarum quarumdam potestatum, quæque genitis compluribus collatæ, superiores his evaserunt quæ infra rerum omnium moderationem Trinitatem posita sunt; quam humanæ vitæ dies ad totum tempus rationem habet, ad quod hominis vita progredi potest.* Neque hic solum, sed alibi quoque vocem eamdem ab eo subinde usurpatam videas (23). Vetustior adhuc Origene Clemens Alexandrinus (24) : Οὐκ ἄλλως ἔγωγε ἐξακούω, ἢ τὴν ἁγίαν Τριάδα μηνύεσθαι· τρίτον μὲν γὰρ εἶναι, τὸ ἅγιον Πνεῦμα· τὸν Υἱὸν δὲ, δεύτερον, δι' οὗ πάντα ἐγένετο κατὰ βούλησιν τοῦ Πατρός. *Equidem ista non nisi de sancta Trinitate accipio : et tertii quidem nomine, Spiritum sanctum; secundi vero, Filium intelligo, per quem ex Patris voluntate facta sunt omnia.* Clementinum hunc locum exscripsit item Eusebius (25). His denique accedat Theophilus Antiochenus, qui cæteros ætate anteit (26) : Ὡσαύτως καὶ αἱ τρεῖς ἡμέραι [πρὸ] τῶν φωστήρων γεγονυῖαι, τύποι εἰσὶν τῆς Τριάδος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ Λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς Σοφίας αὐτοῦ. *Similiter tres illi dies qui ante luminaria fuerunt, imago sunt Trinitatis; Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiæ.*

Quid vero prohibet quin Ecclesiæ Græcæ scriptoribus hactenus recensitis, duos etiam Latinorum Patrum vetustissimos adjungamus? Tertullianus (27) : « Custodiatur œconomiæ sacramentum, quæ unitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens, Patrem et Filium et Spiritum sanctum... Numerum et dispositionem Trinitatis, divisionem præsumunt unitatis : quando unitas ex semetipsa derivans Trinitatem, non destruatur ab illa, sed administretur. » Paucisque interjectis : « Trinitas per consertos et connexos gradus a Patre decurrens, et monarchiæ nihil obstrepit, et æconomiæ statum protegit. » En alterum Ecclesiæ Africanæ lumen, Cyprianus (28) : « In orationibus celebrandis invenimus observasse cum Daniele tres pueros in fide fortes et in captivitate victores, horam tertiam, sextam, nonam; sacramento scilicet Trinitatis, quæ in novissimis temporibus manifestari habebat. » Quibus demum addere libet aliud illustre testimonium ex Actis sinceris sanctorum martyrum Fructuosi, Augurii et Eulogii, ævo Cypriani memoriæ traditis. Sic autem se habet (29) : « Similes Ananiæ, Azariæ et Misaeli exstiterunt, ut etiam in illis Trinitas divina cerneretur. »

Habes igitur tum Græcos, tum Latinos Ecclesiæ Patres quibus τριάδος vobabulum jam inde a sæculo II desinente, usurpatum comperitur. Quod si adhuc superarent vetustiorum scriptorum monumenta, non ad Theophili solum aut Tertulliani ætatem, sed alius etiam assurgendi nobis fortasse facultas suppeteret, ad antiquiorem ejusdem vocis usum asserendum.

VI. Jam vero ad Græci textus integritatem astruendam, illud quoque objectionis genus expendere interest quod ex verbis sub initium Epistolæ constitutis repetitur, prout exstant in versione Lipomaniana quæ hic exhibetur, ubi de sancti Spiritus processione professio enuntiatur. Locum superius § 2 protulimus. Magnus quidem Baronius haud quaquam rem actu tetigisse videtur, dum conjecit in (30) illam versionem Græcismum irrepsisse de Spiritu sancto, *procedente ex Patre et in Filio permanente;* adeoque ei præferendam esse Mombritianæ editionis lectionem, qua effertur Spiritus sanctus *procedere ex Patre et Filio*. Verum hanc in sententiam profecto non descendisset eximius Annalium ecclesiasticorum parens, si oculis lustrare ipsi licuisset duo illa quorum supra meminimus Græca exemplaria, Huntingdonianum et Nanianum, quæ hoc loci corrupta et vitiata, ut asseramus, nulla nobis ratio suppetit. Porro utrumque istud exemplar Lipomanianam lectionem firmat, exhibens Spiritum sanctum, ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς, καὶ ἐν Υἱῷ διαμένον. Quod si Mombritianæ lectioni vetusta exemplaria, eodem Baronio teste, astipulantur, non desunt sane, quibus et Lipomaniana innitatur. Exstat enimvero in nostra bibliotheca (31) insignis codex membranaceus, elegantissime descriptus, atque auro picturisque affabre delineatis exornatus : estque *Breviarium secundum consuetudinem Romanæ curiæ*. In eo autem post medium, ubi incipiunt *festivitates sanctorum*, in festo S. Andreæ apostoli sex lectiones habentur, ex Epistola Ecclesiæ Achaicæ verbotenus desumptæ; in quarum prima, lectio Lipomaniana occurrit.

(20) Basil. lib. *De Spir S.*, cap. 29. Opp. tom. III, p. 61, edit. noviss.

(21) Greg. Neoc., *Expos. fid.*, p. 1.

(22) Origen., *Comment. in Matth.*, tom. XV, n. 31, edit. noviss., tom. III, p. 698.

(23) Idem, hom. 9, *in Exod.*, n. 3, hom. 11, *in Num.* n. 8, *in psal.* CXLIV, et lib. III, *in Cant. cant.*, Vid. Opp. tom. II, p. 163, 310, 843, et tom. III, p. 84.

(24) Clem. Al., *Strom.*, lib. V, p. 710, edit. Oxon. 1715.

(25) Euseb., *Præp. evang.*, lib. XIII, cap. 13, p. 675.

(26) Theoph., *ad Autol.*, lib. II, § 15.

(27) Tertull. *adv. Prax.*, capp. 2, 3, 8.

(28) Cypr., lib. *De orat. Dom.*, pag. 214, 215, ed, noviss. Paris.

(29) Ruinart., *Acta Martyr.*, pag. 192, § 4.

(30) Baron., *ad Martyr.* d. 30 Nov., not. A.

(31) Bibl. PP. *Congr. Orat. Venet.*, plut. V, not. E, 2.

Quid quæris ? Lectio isthæc sensum sanum omnino et catholicum habet : quippe quæ tametsi Latinum de sancti Spiritus processione a Patre et Filio dogma non exprimat ; attamen neque Græcorum errorem de Spiritu sancto a solo Patre procedente ullo pacto insinuat. Quamobrem Patres Græi complures ejusdem modi aut affini loquendi ratione usi quandoque comperiuntur, quorum testimonia pleraque congessit in suis *Epigraphis* Joannes Veccus (32). Neque aliter Græci orthodoxi recentiores, ut ex Constantini Meliteniotæ *Orationibus* vel maxime in promptu est colligere (33). Quin et nonnulli Patres Latini locutionem eamdem usurpasse noscuntur ; ut inter cæteros Gregorius Magnus, qui *Dialogorum* lib. II, cap. 38, juxta Græcam Zachariæ papæ versionem sic ait : Φανερὸν οὖν ὑπάρχει, ὅτι Παράκλητον Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ διαμένει. Id est, si verbum verbo reddatur : *Manifestum est igitur quod Paracletus Spiritus a Patre procedit, et in Filio permanet.* Quæ est ipsissima Epistolæ Achaicæ sententia, de qua agimus : quod quidem nemini hactenus animadversum.

Neque vero ullo modo audiendus hic est (ut id obiter moneam Jacobus Basnagius, qui Zachariam pontificem Latina Gregorii I Græce reddentem, decessoris sui sententiam penitus immutasse contendit ; quique, quod gravius adhuc est, ipsum etiam, si diis placet, Græcorum contribulium suorum opinionem de sancti Spiritus a solo Patre processione, Gregorio Magno contra ejus mentem adjudicasse asseverat (34). At quis demum de sanctissimo pontifice atque gravissimo, sibi hoc in animum inducat? Illud potius dicendum foret, si re vera Græca ejus versio a Latino Gregorii textu discrepasset, eam a Græcorum aliquo fuisse olim corruptam ; præsertim cum eo nomine Joannes diaconus jam dudum conquestus esse noscatur (35). At verisimilior mihi videtur hac de re cl. Lequienii sententia, cujus proinde verba huc afferre operæ pretium duco (36) : « Quod spectat, inquit, ad Gregorii locum, qui habetur lib. II *Dialog.* cap. 38, sincerus dicam, magis arridere lectionem quam præfert Græca translatio. Latinus contextus habet : *Cum enim constet, quia Paracletus Spiritus a Patre semper procedat et Filio ; cur se Filius recessurum dicit, ut ille veniat qui a Filio nunquam recedit ?* Græca vero translatio : Φανερὸν οὖν ὑπάρχει, ὅτι τὸ Παράκλητον Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς προέρχεται, καὶ ἐν τῷ Υἱῷ διαμένει. *Constat igitur quod Spiritus Paracletus ex Patre procedit, et in Filio manet.* Cum Gregorius mox inferendo subjungat Spiritum a Filio nunquam recedere ; ut consentanea sit illatio, videtur omnino dixisse Spiritum manere in Filio ; velut nimirum lib. III, *Moral.*, n. 92, ubi loquitur de modo quo Spiritus sanctus in justis habitat, concludendo ait : *Dissimiliter ergo in illo* (Filio) *manet, a quo per naturam non recedit.* Quodcirca dicendo in *Dialogis*, Spiritum ex Patre procedere et in Filio manere nullatenus dissenserit a Vigilio Tapsensi, qui lib. XI *De Trinit.*, hæc omnia complexus fuerat : *Ego credo Filium in Patre*, inquit, *et Patrem in Filio ; Spiritum quoque sanctum Paracletum qui procedit a Patre, et Filii esse et Patris, quia et a Filio procedit.* Et paulo post : *Quod idem Spiritus Filii sit, multis Scripturarum testimoniis probavimus, et quod totus maneat in Filio ; et sicut procedit a Deo Patre, ita procedit a Filio, ut tota Trinitas unus credatur Deus.* Hactenus vir doctissimus.

VII. Age nunc, ad unam adhuc digrediamur difficultatem enodandam, super Ægeæ officio ac dignitate institutam : qua demum excusa, de reliquis levioribus lector eruditus judicium ferat. Scribit Sophronius (37), ut fertur, S. Andream cruci fuisse suffixum ὑπὸ τοῦ Αἰγέα τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν, *ab Ægea præfecto Edessenorum*, interprete Erasmo. Scaliger, quantus vir ! miratur (38), Ægeam proconsulem Edessenorum regem Sophronio dictum, magnoque miratur βασιλέα prælectum reddii ab Erasmo. Blondellus item in omnimodæ antiquitatis indagatione rimator acerrimus, satis fidenter suggillat auctorem, quem etiam aliud agens putat esse Pseudo-Dorotheum, dum scribit (39) ipsum nugari, Andream Patris ab Ægea Edessenorum rege (quasi ex ultimo oriente in Achaiam momento transvolaverit) crucifixum. Scaligero adhæsit etiam accuratissimus Tillemontius (40) : eoque nomine Woogus insuper eumdem Sophronium ridet (41). Cæteros si qui sunt, idem sentientes, prætermittimus.

Dolet enimvero viros eruditissimos alia multa cum animo agitantes, illud demum quo de agimus, adeo perfunctorie expendisse. Nimirum, una tantum Edessa Mesopotamiæ urbs, haud longe ab Euphrate sita, ipsis obversabatur ; ut proinde Sophronium de illa fuisse locutum existimarint ; neque alterius Edessæ meminere, Macedoniæ regum sepulcris claræ, celebratæque in primis Joanni Cantacuzeno (42). De utraque plura præ cæteris Spanhemius (43), Lequienius (44) et Bayerus (45). Vetustior est autem, saltem nomine tenus, Macedonia Edessa : ex hac enim nuncupata fuit altera

(32) Vecc. apud *Allat. Græc. orth.*, tom. II, pag. 550 et seqq.
(33) Meliten., *ibid.*, p. 786 seqq.
(34) Basnag., in *Observ. ad Canisii Thes.*, tom. II, part. I, p. 88.
(35) Joan. Diac., *Vit. S. Greg. PP.*, lib. IV, cap. 75.
(36) Lequien., *Dissert Damasc.* I, § 23, p. 11.
(37) Sophr. apud Fabric. *Bibl. eccles.*, pag. 225.
(38) Scalig. *Animad. in Chron. Euseb.* ad ann. MMCCCLXXIV, pag. 256.
(39) Blond. *Lib. de episc. et presb.* apud Fabr. *De vit. et mort. Moysis*, pag. 496.
(40) Tillem. *Mem. eccl.*, tom. I, pag. 320, not. 1.
(41) Woog. exercit. II, pag. 101.
(42) Cantac. *Hist.* lib. I, cap. 54, lib. IV, cap. 19 et alibi.
(43) Spanh. *De præst. numism.*, tom. I, cap. 127, 128.
(44) Lequien. *Or. Chr.*, tom. II, pag. 79, 953.
(45) Baver. *Hist. Osrhoen.*, pag. 13 seq,

in regione Osrhoenica posita quæ, teste Plinio (46), quondam Antiochia dicebatur, atque a fonte perlucidis undis illic fluente, Callirrhoe : nomenque Edessæ inditum eidem fuisse perhibetur a Macedonibus postquam ab Alexandri M. temporibus sunt illa potiti. Non est igitur cur in ultimum orientem cum Blondello transmigrare cogamur, ut Sophronii Ægeam Edessenorum regem invisamus. Discimus enim ex Tacito (47) Achaiam et Macedoniam imperio proconsulari fuisse subjectas. Hinc itaque mirari haud subit Ægeam, qui fertur proconsul Achaiæ, censeri et Edessæ Macedonicæ regem ; adeoque ab hac urbe digressum, Patras Achæas perrexisse, ut perhibet Epistola nostra. Proconsulis namque sedes Edessa fortasse fuerit eamque respexerit Sophronius ; Ecclesia vero Achaica in Epistola, non sedis quidem locum, sed munus quo et in Achaiæ provincia fungebatur proconsul, attenderit.

Neque vero quis putet anxio animo nos esse aut sollicito, quod Ægeam βασιλέα Sophronius appellet. Haud enim una esse hujus vocis significatio comperitur ; neque illa demum abutuntur vetusti scriptores, quo *regem* constanter exprimere velint, ut ex antiquis Lexicographis liquet. Hesychius : Βασιλεῖς, οἱ δικασταί· παρὰ Ἡροδότῳ, οἱ βασιλεῖς παράνομον ἐργαζομένῳ ἐναντιούμενοι. Ad quem locum plura erudite Joannes Alberti (48). Phavorinus item : Βασιλῆας λέγει Ἡσίοδος τοὺς δικαστὰς καὶ τοὺς ἄρχοντας. Οὕτω γὰρ αὐτοὺς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ, ὡς Ὅμηρός· Ἀλλ' ἤτοι βασιλῆες Ἀχαιῶν εἰσι καὶ ἄλλοι. Quæ quidem Homeri verba (49) loco de quo agimus, mire quadrare nemo non videt. Eamdem in sententiam Maussacus quoque ad Harpocrationem v. Βασιλικὴ διαδρομή, unum e novem magistratibus Atheniensibus βασιλέα fuisse vocatum, se latius docturum promiserat vv. Θεσμοθέται Πολέμαρχος, quod tamen sui oblitus, haud præstitit. Hinc ergo liquido apparet immerito argui Erasmum eo nomine, quod βασιλέα Sophronii *præfectum* reddiderit.

Verum in isto Sophroniano loco enucleando immorari adhuc parumper liceat. Nobis nimirum discutientibus Sophronii verba, deque Macedonica Edessa illa esse accipienda probe intelligentibus, illud etiam Trogi Pompeii apud Justinum (50) opportune succurrit : « Caranus, inquit, cum magna multitudine Græcorum, sedes in Macedonia responso oraculi jussus quærere, cum in Emathiam venisset, urbem Edessam occupavit. Hanc autem urbem ob memoriam muneris, Ægeas ; populum, Ægeatas vocavit. » Justino concinit Plinius, apud quem occurrit (51) : « oppidum Ægæ, in quo mos sepeliri reges » Macedonum. Edessam itaque habemus in Macedonia sitam, primitusque vocatam Ægeam. Quæ quidem urbs, Vossio monente (52), scriptoribus Græcis dicitur Αἰγαί, Αἰγαία et Αἴγεια : unde ἐθνικόν est Αἰγαιάτης, vel Αἰγειάτης. Hæc vero dum recolo, variæ mihi subortæ suspiciones. Cum enim noverim proprium proconsulis nomen sub quo passus perhibetur S. Andreas, diversimode apud Ecclesiæ scriptores efferri ; aliis namque vocatur Αἰγέας (53), aliis vero Αἰγαιάτης (54) : quid demum ea de varietate augurabar dicere lubet. Sophronium nimirum, sive scriptorem vetustiorem quem ipsemet secutus fuerit, nomine proconsulis proprio præterito, hujusmodi verba, ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἐδεσσηνῶν, tantummodo litteris primo tradidisse putabam ; quem quidem locum ne quis acciperet de Osrhoenica Edessa, vir aliquis eruditus codicis Sophroniani oræ alleverit vetus urbis nomen Αἰγαία, indeque formatum gentile Αἰγαιάτης· quorum unum alterumve postea librarius indoctus e textu excidisse conjiciens, adeoque ipsi intexendum existimans, exscripserit suoque exemplari inseruerit : atque ita deinceps velut proprium præfecti urbis nomen habitum, a reliquis deinceps scriptoribus fuerit subinde usurpatum ; unde tandem in nostræ quoque Epistolæ Achaicæ exemplaria dimanarit.

At hoc demum est hariolari. Illud potius fortasse dicendum, Ægeam quidem fuisse vocatum qui Edessæ ac Patris præfuerit ; verumtamen non ideo statim colligas velim ipsum gente fuisse Græcum, non Romanum ; adeoque proconsulis aut consulis munus eidem rite conferri haud potuisse. Romanos enim quandoque ab urbibus et populis nomina usurpasse, neque etiam a cognominibus Græcis sibi asciscendis abhorruisse, viri doctissimi Ursinus (55), Panvinius (56) et Sigonius prodiderunt : ut proinde ab *Ægea* sive ab *Ægeatis*, Macedonicorum Edessenorum urbe ac populo, Ægeas item noster appellari potuerit. Si quis vero eum fuisse origine Græcum contendat ; quod sane fratris ejus nomen qui Stractocles audit, suadere videtur ; haud equidem repugnaverim. Neque enim demum insolens urbium regimen et Græcis tradidisse Romanos, ut e nummis antiquis liquet : e quibus discimus (57) Aristarchum Damonis, Metrodorum Meneclis, Nicostratum Callistrati et Æschrionem Lysiæ filios, Patrensium prætores fuisse. Qui ergo præerat Edessæ noster Ægeas, Patrarum quoque præfectus fuerit, non

(46) Plin. *Hist.*, lib. IV, cap. 25.
(47) Tacit. *Annal.*, lib. I, capp. 76, 80.
(48) Alb. *ad Hesych.*, tom. I, pag. 699.
(49) Hom. *Odyss.*, A, 394.
(50) Justin. *Hist.*, lib. VII, cap. 1.
(51) Plin. *Hist.*, lib. IV, cap. 9.
(52) Voss. *ad Pomp. Mel.*, lib. II, cap. 3, pag. 140, edit. 1.
(53) Sophron., apud Fabric. *Bibl. eccles.*, pag. 225, alii.
(54) *Menol. Græc. Basil.*, part. I, pag. 221 ; Pseudo-Doroth. apud Cang., *Chron. Pasch.*, pag. 435 ; Niceph. *Hist. eccl.*, lib. II, cap. 39,
(55) F. Ursin. *De famil. Rom.*, v. *Pinariam gent.*, tom. VII *Thes. Antiqq. Rom.*, pag. 1297.
(56) Panv. et Sigon. *De nom. Rom.*, tom. II, *Thes. Antiqq. Rom.*, pagg. 976, 1013.
(57) Hard. *Opp. select.*, pag. 132.

dignitate proconsulari, sed consulis titulo insignitus, ut ex nostra Epistola constat : ubi non ἀνθύπατος, sed ὕπατος tantum vocatur : quo quidem nomine viri primarii et proceres quandoque designantur : hisque passim, maxime urbium et civitatum præfectis,consularis dignitas ab imperatoribus concessa legitur, ut videre est apud Cangium in utroque Glossario (58). At de his hactenus. Cætera enim leviora quæ sive ad minuendam Epistolæ nostræ auctoritatem,sive ad ejus integritatem evertendam objici solent, consulto præterimus ; ne scilicet minutiora persequi, neve nihil omittere velle videamur : si quis autem ea nosse cupit, nuperum editorem Lipsiensem adeat.

VIII. Quod superest, in tempus inquisituris quo scripta fuit hæc Epistola Ecclesiæ Achaicæ, nobis primum esset definiendum, quo demum anno B. Andreas apostolus martyrium passus censeatur;hoc enim semel explorato, illud etiam levi negotio statui posse intelligitur :siquidem ex eadem Epistola constat ab Achaiæ presbyteris et diaconis illam fuisse perscriptam, qui sancti apostoli certamini spectatores interfuisse perhibentur. Verum deficientibus penitus solidioris antiquitatis monumentis, conjecturis tantum rem transigunt criticorum filii. Alii siquidem (59) anno æræ Christianæ 66, aut 70 B.Andream passum existimant. Alii vero(60) anno imperii Vespasiani primo, vel saltem ipso adhuc imperante.Alii demum (61) sub Domitiano. Cum autem omnino inexplorata res habeatur, recentioresque pro animi arbitrio huic vel illi sententiæ adhæreant: nos itaque, donec in obscuro tramite dux tutior præeat, cunctabundi licet, circa Christi annum 80 cruci affixum S. Andream apostolum martyrium consummasse,adeoque mox fuisse perscriptam circumlatamque Ecclesiæ Achaicæ Epistolam existimamus.

Mirabitur fortasse quispiam nos vel longius quam par sit B. apostoli vitam protrahere, vel potius ipsum imperio Vespasiani desinente,martyrio sublatum asserere, quem tamen Christianorum persecutorem fuisse nemo dixerit. Ad primum vero quod attinet,objectioni occurrimus magnum Baronium assectati ; qui de novissimo lustro,et quidem sub Vespasiano peracto verba faciens (62), locum ex Plinio recitat ex quo plane comperimus,his ipsis temporibus complures ultra centesimum annum vitam duxisse ; ut proinde pro monstro haberi nequeat, si ea tempestate nonnulli ex apostolis, ut de Joanne evangelista deque aliquot apostolorum discipulis saltem liquet, longæva ætate decessisse dicantur : eo in primis nomine, quod divina etiam agente dispensatione id accidisse potuerit ; ut scilicet Evangelii præcicatio latius pateret in dies,Christianaque fides in animis credentium altiores ageret radices, atque ita demum nascenti Christi Ecclesiæ satis consultum foret.

Neque magis urget altera objectio, ab imperio Vespasiani nomini Christiano haud infesto petita. Nullum quidem in Ecclesiam ab eo latum edictum uspiam occurrit, accedente in primis teste locupletissimo Tertulliano (63) : « Quales, inquit, leges istæ quas adversus nos,soli exsequuntur impii ?... quas nullus Vespasianus, quanquam Judæorum debellator... impressit ? » quo sane sensu accipiendus etiam videtur Eusebius, ubi scribit (64) « *Vespasianum* μηδὲν καθ' ἡμῶν ἄτοπον *animo agitasse.*» Hinc tamen haud colligendum arbitror nunquam infenso atque inimico animo in Christianos fuisse Vespasianum, neque ulla omnino injuria eos aliquando affecisse. Contrarium docet Hilarius (65) : « Anne, ait... Paulus... Nerone se, credo, Vespasiano aut Decio patrocinantibus tuebatur, quorum in nos odiis confessio divinæ prædicationis effloruit?» Hilario astipulatur Theodoritus (66) : Τῶν δὲ ἁλιέων καὶ τελωνῶν καὶ σκηνορράφου τοὺς νόμους, οὐ Γάϊος ἴσχυσεν, οὐ Κλαύδιος καταλῦσαι, οὐ Νέρων ὁ μετ' ἐκείνους· καὶ ταῦτα, δύο τῶν νομοθετῶν τοὺς ἀρίστους κατακοντίσας· καὶ γὰρ τὸν Πέτρον ἐκεῖνος καὶ τὸν Παῦλον ἀνεῖλεν· ἀλλ' οὐ ξυνανεῖλε τοῖς νομοθέταις τοὺς νόμους, οὐκ Οὐεσπασιανὸς, οὐ Τίτος, οὐ Δομετιανὸς, καὶ ταῦτα, πολλοῖς κατ' αὐτῶν, καὶ παντοδαποῖς χρησάμενος μηχανήμασι. Id est : *Piscatorum autem et publicanorum tentoriorumque sutoris leges, non Caius, non Claudius dissolvere potuerunt, neque illorum successor Nero : hic enim tametsi duos optimos legislatores sustulerit ; Petrum namque ac Paulum interfici jussit ; at certe leges cum legislatoribus haud sustulit. Non Vespasianus, non Titus, non Domitianus ; quanquam multis ac omnigenis machinationibus eas opugnare contenderit.*

Neque demum putes laudatos Patres sibi invicem adversari;convenient enim,ut recte Havercampus(67) si dixeris id quod res est,Ecclesiæ persecutores ab Hilario ac Theodorito memoratos, tecte quidem omnes, non vero aperta vi,ut Nero, ut Domitianus, fuisse grassatos. Ad Vespasianum sane quod attinet, magis adhuc in ea sententia confirmor ex Hegesippo ; qui apud Eusebium testatur (68),eumdem imperatorem « post expugnatam Hierosolymorum civitatem, eos qui a Davide genus ducerent perquiri jussisse,ne quisquam apud Judæos ex regia stirpe superesset,eaque ex causa gravissimam rursus persecutionem Judæis illatam fuisse.» Quod

(58) Cang. *Glos. Græc.*, v. Ὕπατοι, et Latin. v. *Hypatus.*
(59) Tillem. *Mem. eccl.*, tom. I, pag. 593,
(60) Baill. *Vies des Saints.* tom. III, pag. 461 ; Woog., exercit. II, pag. 109.
(61) Florentin. *Vet. occid. eccl. Martyr.*, pag. 119.
(62) Baron. ad ann. 76, § 2.
(63) Tertull. *Apolog.*, cap. 5.
(64) Euseb. *Hist. eccl.*, lib, III, cap. 17.
(65) Hilar. lib. *contr. Arian.*, n. 3.
(66) Theodor. *Græc. affect. curat.*, dial. IX, tom. IV, p. 611.
(67) Havere. *Ad Tertull. Apolog.*, pag. 62, not. 30.
(68) Euseb. *Hist. eccl.*, lib. II, cap. 12.

quidem iterum atque iterum a Domitiano atque Trajano factitatum scribit idem Eusebius (69). Cum autem persecutio contra Judæos sub his duobus postremis imperatoribus, in Christianos etiam invaserit; quidni porro in Vespasianea quoque id acciderit? In primis vero si attendas, tunc temporis et deinceps, Judæorum nomine fuisse vocatos qui Christiana professione censerentur. Quibus addas maxime velim, Vespasianum propterea de Davidis progenie tollenda cogitasse, ut cum Baronio loquar (70), quia ex Josepho aliisque resciret, oracules prophetarum fuisse prædictum, ex illius regis familia hominem regnaturum, cujus imperium esset æternum. Hinc ergo sibi suisque prospiciens idem imperator, ex Davidica stirpe prognatos fuit persecutus: adeoque ne apostolis quidem qui ex Judæa erant, quique Christum regem a prophetis prænuntiatum prædicabant ubique, ipsemet pepercisse putandus.

Quid quod nonnulla in vetustis monumentis supersunt adhuc vestigia, unde conjicere jure liceat, a Vespasiano aliquando in Christianos sævitum? Exstat apud Gruterum (71) inscriptio hujusmodi :

IMP. VESPASIANO. AVG. PONT. MAX. TRIB. POT.
III I, COS. VIII. DESIG. VIII. I. P. P.
SACRARVM AEDIVM
RESTITVTORI
ET. RITVVM. ANTIQVOR
CONSERVATORI
SODALES. TITI I

Huic geminæ ibidem aliæ duæ occurunt (72). « Quarum inscriptionum sententia ut pateat, verbis utor eruditi Walchii (73), probe sciendum est, veteres plurium numinum cultores eam potissimum ob causam de strage cruenta Christianorum gloriatos fuisse, quod illa patriam religionem optime conservari sibi persuadebant; ut, si majorum sacra ab injuria et contemptu defendere eorumque dignitatem tueri quis vellet, id sine Christianorum oppressione eorumque religionis eversione, nullo modo rite fieri posset..... Hæc vero cum ita sint, qui non videat, arbitror, fore neminem, saxa in quibus propter conversationem antiqui numinum cultus, gratiæ imperatoribus ea tempestate peractæ sunt, ab illis quæ diserte de deleto nomine Christiano loquuntur, quatenus eorum argumentum ac sententiam cogitamus, nulla ratione diversa fuisse; quoniam ipsa hæc profanæ religionis defensio, in oppugnatione Christianæ maxime posita erat. — Quare licet Vespasianus in lapide modo adducto non Christianorum hostis, sed antiquorum rituum conservator fuerit appellatus; attamen tantum abest ut saxum hoc ad Christianos haud respiciat, ut potius ob eamdem causam propter quam et Neroni et Diocletiano tropæa posita sunt, ob conservationem nimirum superstitionis numinum cultus, insculptum illud esse definiam. » Hæc aliaque plura in eamdem sententiam V. C. Quæ quidem magis magisque confirmat iste sepulcralis lapis, a nostro Aringo evulgatus (74) :

SIC PREMIA SERVAS VESPASIANE DIRE
CIVITAS UBI GLORIE TUE AUTORI
PREMIATUS ES MORTE GAUDENTI LETARE
PROMISIT ISTE DAT KRISTUS OMNIA TIBI
QUI ALIUM PARAVIT THEATRUM IN CELO.

Ubi consulesis eruditum editorem. Neque fortasse alienum erit, aliud in hanc rem testimonium petere ab Actis S. Apollinaris, non illis quidem interpolatis aut confictis, sed iis quæ medio sæculo VII, Maurus archiepiscopus Ravennas laminis argenteis inscribi curavit, ut refert Agnellus (75). Rem enarrat anonymus auctor *Spicilegii Revennatis historiæ* hisce verbis (76) : « Duæ in eodem sepulcro inveniuntur argenteæ laminæ (anno 1173 detectæ)..... In prima legebantur ista : ORTUS AB ANTIOCHIA BEATUS APOLLINARIS. — HIC FUSTIBUS CÆSUS EST. DIUTIUS SUPER PRUNAS STETIT NUDIS PEDIBUS EQUULEO APPENSUS, DENUO VERBERATUS, SUPER PLAGAS AQUAM RECEPIT FERVIDAM.... DEFUNCTUS EST SUB VESPASIANO CÆSARE AUGUSTO X KALENDARUM AUGUSTARUM. »

Haud equidem nescio Mamachium V. C. cum apud Hilarium loco superius adducto, tum in his S. Apollinaris Actis, Vespasiani vocabulo Domitianum designatum censere (77); quem quidem persecutorem fuisse, non item Vespasianum constat : eo vel maxime, inquit, quod in antiquis monumentis Domitianus quandoque Vespasianus etiam vocitetur, ut patet ex inscriptione apud Hermolaum Barbarum *Ad Plinii præfat.*, quæ sic se habet : IMP. CÆS. DOMITIANUS VESP. AUG. GERM. JOVI. VICTORI. Ejusdem item sententiæ sectator fuerat Aringus, titulum sepulcralem modo allatum exponens. Quid loquar? Esto : patris nomen assumpserit suoque addiderit Domitianus, adeoque Domitianus Vespasianus fuerit aliquando appellatus; quod sane tum ex marmoribus, tum ex nummis de Tito etiam liquet. Verum ut rem tandem conficiat vir doctus, vimque auctoritatum atque inscriptionum quas in medium modo protulimus prorsus infringat, monumentum aliquod meo quidem judicio excitet necesse est indubitanter Domitianeum ; quo nimirum compertum fiat Domitianum, proprio nomine

(69) Euseb. *Hist. eccl.*, lib. II, capp. 19, 22.
(70) Baron ad ann. 75, § XI.
(71) Grut. p. CCXLIII, inscript. 5.
(72) *Ibid.* p. CCLIV. inscript. 7, et p. CCLXX, inscript. 2.
(73) Walch. *Explan. persec. Neron.*, cap. 3, § 6, pag. 77 seqq.
(74) Aring. *Rom. subterr.*, I. III, c. 22, p. 602.
(75) Agnell. *Lib: pontif.* inter *Sriptor. rer. Ital.*, tom. II, part. I, p. 144.
(76) Anon. *Spicil. Ravenn. hist., ibid.*, tom. I, part. II, p. 541. Videsis quæ de Vespasiani jussione refert idem auctor. I. c. pag. 533.
(77) Mamach. *Origin. et antiqq. Christ.*, tom. I; p. 421, not. 6.

omisso, Vespasianum simpliciter fuisse vocatum. Interim vero donec id præstet. Vespasianum patrem allatis in locis accipere nobis per ipsum liceat.

Vix dum hæc scripseram, cum elegantem Laurentii Pataroli epistolam legere contigit (78), qua vir eruditus singulare numisma illustrans hujusmodi inscriptione signatum, ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΣ ΝΕΩΤΕΡΟΣ, Tito Vespasiani filio ipsum asserit. Aliter tamen statuerat doctissimus Harduinus, qui primus idem numisma vulgavit (79); cautius vero Frœlichius, vir in re nummaria facile princeps (80). Verum utcunque demum res se habeat, hujusce numismatis auctoritate neque sententiam nostram de Christianorum persecutore Vespasiano everti, neque oppositam Mamachii conjecturam fulciri nemo non videt : siquidem in monumentis quæ attulimus, nullus character nullaque peculiaris nota perhibetur, ut hic sane vox ΝΕΩΤΕΡΟΣ, cujus vi alium a Vespasiano patre agnoscere jure cogamur.

Sed ecce tibi alium obicem, hunc ipsum locum attingentem de quo agimus, haud sane prætergrediendum. Observat nimirum Florentinius (81), quem deinde secutus est Tillemontius (82), Ægeam proconsulem ita sanctum apostolum fuisse allocutum (83) : « Tu es Andreas, qui.... suades hominibus superstitiosam illam sectam quam nuper detectam Romani principes exterminari jusserunt? » Unde viro erudito verba illa in numero multitudinis *Romani principes*, Domitianum respiscere omnino videntur, qui secundam, post Neronem persecutionem movit : cumque haud verisimile censeat ad tam longævam ætatem pervenisse sanctum apostolum, ut sæculo I exeunte, sub eo imperatore passus existimetur : hinc Epistolæ Ecclesiæ Achaicæ sinceritatem in dubium revocandi occasionem captat. At isthæc demum objectio tanti non est, ut negotium nobis facessere videatur. Quod enim verbis illis « Romani principes, » sive ut in textu οἱ ἄρχοντες, sua veritas constet; nihil nos cogit, ut ad Domitiani usque tempus excurramus. imo vero nihil nos prohibet quin eadem verba sive de Vespasiano ejusque filiis Tito et Domitiano accipiamus; quorum hic usque ab anno 69 imperio Cæsarea exornatus, ille vero ann. 71 imperii collega fuerat renuntiatus; quosque præterea junctim inter persecutores a Theodorito rescensitos superius vidimus : sive illa, quod fortasse magis placet, de præfectis in urbe intelligamus, quorum summa erat auctoritas. Qua de re locus exstat insignis apud Clementem Romanum (84), qui Paulum apostolum ἐπὶ τῶν ἡγουμένων martyrio sublatum memoriæ tradidit : licet ex vetustis monumentis eum sub Nerone passum certo constet. Neque aliter S. Cyprianus (85) : « Huic, inquit, persecutioni quotidie insistunt præfecti in urbe, ut si qui sibi oblati fuerint, animadvertantur, et bona eorum fisco adjudicentur. » Quibus insuper addere libet Dionis verba, digna plane quæ in eamdem sententiam pensitentur. Sic autem ille (86) : Οὕτω μὲν δὴ τότε ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ δύο αὐτοκράτορσιν ἅμα ἐδούλωσε, Νέρωνι καὶ Ἡλίῳ. Viden' Helium sive summa potestate, sive nominis dignitate Neroni comparatum? Quorsum vero hæc, inquies? Nimirum, ut evincamus, ex Epistolæ nostræ verbis, *Romani principes jusserunt*, minus recte colligi Neronem et Domitianum iis necessario indicatos, cum et præfecti urbis in primis significari posse videantur; qui vel ab uno imperatore de vexandis Christianis latas leges edictis suis exsecutioni mandandas indicerent, vel novas etiam ferendi potestatem sibi sumerent, ut de Helio compertum. Cætera præterimus quæ alias præsto essent ad sententiam nostram magis magisque astruendam; ne videlicet Tullianum illud nobis jure fortasse quis objiciat (87) : « Utitur in re non dubia testibus non necessariis. » Et hæc quidem de Ecclesiæ Achaicæ Epistola satis sunto.

(78) *Diar. erud. Ital.*, tom. XXVIII, pag. 310 seqq.
(79) Hard., *Hist. Aug.* inter *opp., sel.*, pag. 733.
(80) Frœl. *Quat. tentam. Dissertat. de utilit. rei numm. vet.*, cap. 3, pag. 15.
(81) Florent. *Vestut. occid. Eccl. Martyr.*, pag. 119.
(82) Tillem., *Mém. eccl.*, tom. I, pag. 591.
(83) *Epist. presb. Ach.*, cap. 2.
(84) Clem. R. *Epist. I ad Cor.*, cap. 5.
(85) Cypr. epist. 80, pag. 238, edit. Oxon. 1682.
(86) Dio lib. LXIII, pag. 720.
(87) Cic. *De offic.*, lib. II, cap. 2.

# EXCERPTUM

Ex Præfatione clarissimi viri Constantini TISCHENDORF.

*(Acta apostolorum apocrypha*, Lipsiæ 1851, in-8).

*De nova recensione textus Actorum sancti Andreæ*

*Fluxit editio nostra ex duobus potissimum codicibus Græcis Parisiensibus. Alter (qui nobis est* A) *Regius est, nunc nationalis, num.* 881, *sæculi undecimi, fol.* 282-291; *alter (apud nos est* B). *Coislinianus num.* 121, *anno* 1343 *scriptus, fol.* 37-41.

*Huc accedit tertius (nobis est* C) *codex Baroccianus num.* 180, *quem ex Woogio, qui eo solo usus est, hausimus. Quanto vero opere codicum nostrorum Parisiensium textus Oxoniensi codici Woogii præstet, nemini*

*potest dubium esse: quod cum de toto libello, tum maxime de ultimis partibus valet, quarum in eo codice imperfectissima ratio est. Qua in re videndum est ne quis fallatur brevitate textus in cod. Barocciano conspicua. Illud enim plerumque in hujus generis scriptis accidit ut a pleniore textu, in quo hæreticæ originis frequentiora vestigia esse solent, ad breviorem procederet catholicorum emendatorum studium. Præterea Woogius Græco suo textui versionem Latinam a se factam addidit, subjectis insuper in fine extremis iis quæ apud Surium leguntur inde a verbis:* Et subinde alii et alii ingerentes se, *quippe quibus in Græcis suis nihil plane respondere vidisset. Commentarius historicus criticus, quem præposuit editioni suæ, egregie facit ad cognoscendas atque illustrandas traditiones quæ de Andrea apostolo apud antiquos circumferebantur. Explanavit vero etiam ipsum textum adnotatione uberrima varii generis.*

*Denique ad editionem nostram adhibuimus Latinum textum a Laur. Surio editum, apud quem legitur in Vitis SS. Colon.* 1617, *tom.* VI, *pag.* 653 *sqq., ad diem* 30 *mens. Novembris* (88)*; nec non ex Pseudo-Abdiæ historiis contulimus, si quid apte cum Græcis componi poterat. Ibidem præterea plura inde a sectione* XXXV (*apud Fabric.* Cod. apocr. II, *p.* 502), *aliquem cum nostrorum Actuum historiis nexum habent.*

(88) Laur. Surius (primum prodiit opus ejus 1569, quartum 1617) secutus est Alo. Lipomannum in Vitis SS. 1551 sqq. tom. I, p. 1, pag. 567. Editio vero princeps Latini textus debetur Bonino Mombritio in Legendario s. Actis SS. 1474.

# ΠΡΑΞΕΙΣ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

## ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΑΝΔΡΕΟΥ[1]

—

# ACTA ET MARTYRIUM S. ANDREÆ APOSTOLI

(TISCHENDORF, *Acta apost. apocr.*, Lipsiæ 1851. in-8, p. 105.)

Ἅπερ [2] τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἐθεασάμεθα [3] πάντες οἵ τε [4] πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι τῶν Ἐκκλησιῶν τῆς [5] Ἀχαΐας, γεγραφήκαμεν [6] πάσαις [7] ταῖς Ἐκκλησίαις ταῖς [8] ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ ὀνόματι καθισταμέναις [9] ἔν τε [10] τῇ ἀνατολῇ καὶ δύσει, ἄρκτῳ [11] καὶ μεσημβρίᾳ. Εἰρήνη ὑμῖν καὶ πᾶσιν [12] τοῖς πιστεύουσιν εἰς ἕνα θεὸν, Τριάδα τελείαν [13], ἀληθινὸν [14] Πατέρα ἀγέννητον [15], ἀληθινὸν Υἱὸν μονογενῆ, ἀληθινὸν Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον καὶ ἐν τῷ Υἱῷ διαμένον [16], ὅπως δειχθῇ [17] ἓν Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐν τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ [18] ὑπάρχον ἐν θεότητι τιμίᾳ [19]. Ταύτην τὴν πίστιν μεμαθήκαμεν παρὰ τοῦ μακαρίου [20] Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου τοῦ [21] Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτινος [22] καὶ τὴν πάθησιν [23] κατενώπιον ἡμῶν προκειμένην ἑωρακότες [24] καθ' ὅσον δυνάμεως ἔχομεν ἀναγράψασθαι οὐκ ὠκνήσαμεν [25].

A Quæ oculis nostris vidimus omnes presbyteri et diaconi Ecclesiarum Achaiæ, scripsimus cunctis Ecclesiis in oriente et occidente, in septentrionali et meridionali plaga, in nomine Christi constitutis. Pax vobis et omnibus qui credunt in unum Deum, perfectam Trinitatem, verum Patrem ingenitum, verum Filium unigenitum, verum Spiritum sanctum procedentem ex Patre, et in Filio permanentem, ut monstretur, unum esse Spiritum sanctum in Patre et Filio in veneranda divinitate. Hanc regulam fidei didicimus a beato Andrea, apostolo Domini nostri Jesu Christi, cujus passionem, quam astantes vidimus, pro posse nostro scriptis recolere non hæsitavimus.

### VARIÆ LECTIONES.

[1] Πα A ; B : Περιωδοι (sic) καὶ τελείωσις τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ πρωτοκλήτου Ἀνδρέου. C : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου. D : *Passio S. Andreæ apostoli, per presbyteros et diaconos Ecclesiarum Achaiæ scripta.* [2] Ἅπερ cum AB ; C Ἃ. [3] ἐθεασάμεθα cum AB (item Leone Allatio) ; C ἴδωμεν. [4] οἵ τε cum B ; A εἵ τε ; C οἱ. [5] τῆς : BC om. [6] γεγραφήκαμεν cum AB sed B add. καὶ ἀποστέλλωμεν. C γεγράφαμεν. [7] B ἀπάσαις. [8] ἐκκλησ. ταῖς : B add. οὔσαις. [9] ἐν τῷ τοῦ Χρ. ὀν καθισταμέναις : b. l. cum A ; BD (*in Christi nomine constitutis*) post μεσημβρίᾳ. C post μεσημβρ. habet ἐν ὀνόματι Χριστοῦ διακειμέναις. [10] ἔν τε : BC om. τε. [11] ἄρκτῳ : C ἀρκτῳ, A ἄκτρῳ, B ἀρίκτῳ. Præterea C præm. καί, B καὶ τῇ . [12] καὶ πᾶσιν cum BCD ; A om. καί. [13] Τριάδα (B εἰς τρ.) τελ. cum AB· CD τέλειον ἐν Τριάδι, *in Trinitate perfectum.* [14] ἀληθινόν ter : C bis ἀληθῆ, tertio loco ἀληθές. [15] ἀγέννητος (D *ingenitum*) : C γεννήτορα, B μονογεννῆ. [16] τὸ ἐκ usque διαμένον (AC -ναν) : C ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς καὶ ἐν Υἱῷ διαμ. [17] B ὅπως δειχθείη, C ἵνα γνωσθῇ. [18] τὸ (B ἔσεσθαι, C εἶναι) ἐν τῷ (C om.) Πατρ. καὶ B add. τῷ) Υἱῷ. [19] ἄπάρχον (codex-ρχων) ἐν θε. τιμ. cum A. BCD καὶ ταῦτον (C τοσοῦτον, D *hoc*) εἶναι τὸν (B om.) μονογενῆ (B-γεννῆ) υἱὸν ὅπερ ἐστὶν ἐκεῖνος ὁ γεννήσας (D *quod est et ille qui genuit* ; C ὅσον ὁ γεννήσας οἶδεν [Woog emendat εἴη]). [20] μακαρίου : CD ἁγίου. [21] B παρὰ τῷ μακαρίῳ Ἀνδρέᾳ τῷ ἀποστόλῳ τοῦ. [22] οὗτινος : C οὗ. BCD om. καί sequens. [23] πάθησιν cum ABC (*passionem*) : C μαρτυρίαν. [24] κατενώπ. usque ἑωρακότες cum A : B ἥνπερ κατεν. ἡμ. προκειμένων ἑωράκαμεν : C παρόντες ἴδωμεν : D *quam coram positi vidimus.* [25] καθ' ὅσον usque ὠκνήσαμεν : B καθ' ὅσον δυνησώμεθα ἐκπληρώσωμεν : C ἔνοι (Woog vertit *in annuam commemorationem*) καὶ ἀφηγούμεθα : D *prout possumus* (Woog ἐνόν his expressum putat) *explicamus.*

Proconsul itaque Ægeates, Patras civitatem ingressus, cœpit compellere credentes Christo ad sacrificia idolorum. Cui occurrens beatus Andreas dixit: Oportebat ut tu, qui judex esse hominum comprobaris, judicem tuum qui est in cœlo cognosceres, et agnitum coleres; et colendo eum qui verus Deus est, ab his qui veri dii non sunt, animum revocares.

Cui Ægeas dixit: Tu es Andreas, qui destruis templa deorum, et suades hominibus illum cultum, quem nuper exortum Romani principes exterminare jusserunt?

Beatus Andreas dixit: Romani principes nunquam cognoverunt veritatem; et hoc pro salute hominum veniens Dei Filius manifeste docuit, ista scilicet idola non solum deos non esse, sed esse dæmonia pessima et inimica humano generi quæ hoc docent homines, unde offendatur Deus, ut, dum offensus fuerit, avertatur et non exaudiat: et cum aversus fuerit et non exaudierit, habeantur a diabolo ipsi captivi, et adeo eos deludat, ut, quando exierint de corpore, inveniantur deserti et nudi, nihil secum præter peccata portantes.

Ægeates dixit: Ista superflua et vana verba sunt. Jesus enim vester dum talia prædicaret Judæis, illum crucis patibulo affixerunt.

Ὁ ἀνθύπατος τοίνυν Αἰγεάτης εἰς Πάτρας τὴν πόλιν εἰσεληλυθὼς [26] ἤρξατο [27] συνωθεῖν [28] τοὺς πιστεύοντας τῷ Χριστῷ [29] εἰς τὴν τῶν εἰδώλων θρησκίαν [30]. Ὡτινι ὁ μακάριος [31] Ἀνδρέας προσδραμὼν εἶπεν [32]. Ἔδει σε κριτὴν ὄντα ἀνθρώπων [33] τὸν κριτὴν σοῦ ἐπιγνῶναι τὸν ὑπάρχοντα ἐν τῷ οὐρανῷ [34], καὶ ἐπιγνόντα [35] σεβασθῆναι [36], σεβόμενον δὲ [37] αὐτὸν [38] Θεὸν ὄντα ἀληθινὸν [39] ἀπὸ τούτων τῶν μὴ τυγχανόντων ἀληθινῶν θεῶν [40] τὸν λογισμόν σου ἀναστεῖλαι [41].

Πρὸς ὃν ὁ Αἰγεάτης εἶπεν [42]. Σὺ εἶ Ἀνδρέας ὁ [43] καταλύων [44] τοὺς ναοὺς τῶν θεῶν [45] καὶ ἀναπείθων [46] τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν θρησκίαν [47] ἥνπερ ἔναγχος [48] φανεῖσαν [49] οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς [50] ἐξαφανίσαι [51] ἐκέλευσαν;

Ὁ μακάριος [52] Ἀνδρέας εἶπεν· Οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς οὐδέποτε ἐπέγνωσαν [53] τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῦτο σαφῶς διδάσκει ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων ἐλθών [54], ταῦτα τὰ εἴδωλα οὐ μόνον μὴ εἶναι θεοὺς [55], ἀλλα καὶ [56] δαιμόνια αἴσχιστα καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει [57] ἐχραίνοντα, διδάσκοντα τοὺς ἀνθρώπους [58] προσκρούειν τῷ Θεῷ [59], ὡς ἐν τῳ προσκρούεσθαι αὐτὸν ἀποστρέφεσθαι καὶ μὴ εἰσακούειν [60]· ἐν τῷ οὖν ἀποστρέφεσθαι καὶ μὴ εἰσακούειν [61] ἐχέσθωσαν αὐτοὶ τῷ διαβόλῳ [62] αἰχμάλωτοι, καὶ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτοὺς διαπαίξοιεν [63] ὥστε, ἐξερχομένων τοῦ σώματος, εὑρεθῆναι ἐρήμους καὶ γυμνοὺς [64], μηδὲν μεθ' ἑαυτῶν πλὴν τῶν ἁμαρτιῶν βαστάζοντας.

Ὁ Αἰγεάτης [65] εἶπεν· Ταῦτα περιττὰ καὶ μάταια ῥήματα [66] τυγχάνουσιν. Ὁ γὰρ ὑμέτερος Ἰησοῦς [67] ἐν τῷ ταῦτα κηρύττειν [68] τοῖς Ἰουδαίοις, τῷ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ αὐτὸν προσήλωσαν [69].

## VARIÆ LECTIONES.

[26] Ὁ ἀνθ τοίν. Αἰγεάτης usque εἰσεληλυθώς cum AB; C Αἰγαίας (sed alibi semper Αἰγέας) οὖν ὁ ὕπατος τῆ τῶν Πατρῶν πόλει εἰσελθών. D *Proconsul itaque Ægeas Patras civitatem ingressus.* [27] B ἤρξαντο. [28] συνωθεῖν; C κρατεῖν καὶ συνωθ. [29] C τοὺς τῷ Χρ. πιστ. [30] τὴν τ. εἰδώλ. θρησκίαν cum A; B τὰς τ. εἰδ. θρησκείας: C τὰς θυσίας τ. εἰδ.: D *sacrificia idolorum.* [31] μακάριος: CD ἅγιος. [32] προσδραμών: B εἰσδραμών, D *occurrens*, uterque post ᾧτινι: C om. [33] κριτὴν ὄντα ἀνθρώπων cum CD: B ὡς ἄρχοντα τῶν ἀνθρώπων ἵνα (corrige ὄντα) καὶ δικαστήν: A ἄρχοντα ὄντα. [34] τὸν κρ. σοῦ ἐπιγν. usque οὐρανῷ cum A: B τὸν κρ. σοῦ τὸν ὄντα ἐν τῷ οὐρ. ἐπιγινώσκειν: C τὸν ἐπουράνιον κρ. σοῦ ἐπιγν. [35] ἐπιγνόντα (codex -γνῶντα) cum A; B ἐπιγνούς; C ἐγνωκότα. [36] C σέβεσθαι. [37] σεβόμενον δέ cum A; BC καὶ σεβόμενον (B -νος). [38] αὐτόν: C om. [39] Θεὸν ὄντα ἀληθ. cum A; B ὡς (currige ὃς) ἐστιν Θεὸς ἀληθινός; C τὸν ἀληθιν. Θεόν. [40] ἀπὸ τούτων usque θεῶν cum AB; C ἐκ τῶν μὴ ὄντων ἀληθινῶν. [41] τόν λογ. σ. ἀναστεῖλαι (B ἀνανεῶσαι) cum ABD (*animum revocares*): C ἐπιστρέψαι. [42] Πρὸς ὃν (B ᾧτινι. D *cui*) ὁ Αἰγ. A (*Ægeas*) εἶπ. cum ABD: C Αἰγέας εἶπεν. [43] B ὁ Ἀνδρέας. [44] καταλύων: C καταστρέφων. [45] τοὺς να. τ. θε. cum CD (*templa deorum*): AB τὰ ἱερὰ τῶν εἰδώλων. [46] ἀναπείθων: C πλανῶν. [47] περὶ τ. θρ. cum A; C πρὸς ἀναιδὴ θρησκείαν; D *superstitiosam illam sectam*: B καταλιπεῖν τὴν θρησκ [48] ἔναγχος (A-γχῶς) cum AB, C ἀρτίως. [49] φανεῖσαν cum AD (*detectam*): B θρησκεύειν: C om. [50] C οἱ τῶν Ῥωμ. ἄρχοντες. [51] ἐξαφανίσαι (C ἐξαλειφθῆναι) ἐκέλ. cum ABCD; sed B præm. προσέταξαν, τὴν δὲ σὴν [52] μακάριος: C ἅγιος; D om. [53] C Οἱ τῶν Ῥωμ. ἄρχοντες ουπω (B οὐδέπω) ἔγνωσαν. [54] καὶ τοῦτο usque ἐλθών cum A: B καὶ τοῦτο ὅπερ διὰ τὴν των ἀνθρώπων σωτηρίαν ἀνῆλθεν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς διδάσκων: C καὶ ὅτι ὑπὲρ σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων ἐλθὼν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ἐδίδαξεν, item D sed om. τὴν ἀλήθειαν καί. C οὐχὶ μόνον. [55] C θεοὺς μὴ εἶναι, B μὴ εἶναι αὐτὰ θεούς. [56] ἀλλὰ καί: BC om. καί. [57] C δαιμόνια ὀλέθρια, ἐχθραίνοντα (A ἐκθραίν.) τῷ ἀνθρ. γέν. [58] διδάσκοντα τ. ἀνθρ. cum A: C οἳ τοιαῦτα διδάσκουσιν τ. ἀνθρ.: B ὅπερ τοῦτο διδάξωσιν (corrige ὑφ' ὧν τοῦτο διδαχθῶσιν ?) οἱ ἄνθρωποι. [59] προσκρούειν τῷ Θεῷ cum A: B ὅθεν προσκρούεται Θεός: C ὅπως τῷ Θεῷ προσκρούσωσι. [60] ὡς (uterque codex ὁς) usque εἰσακούειν cum AB: C ἵνα ἐν τῷ προσκροῦσαι αὐτοὺς αὐτῷ ἀποστραφῇ καὶ μὴ εἰσακούσῃ. [61] ἐν τῷ οὖν usque εἰσακούειν cum A (B per incuriam om.): C καὶ ἀποστραφέντος αὐτοῦ καὶ μὴ εἰσακούοντος. [62] ἐχέσθωσαν αὐτοὶ τῷ διαβ. (B τῷ διαβ. αὐτοὶ) αἰχμ. cum AB: C καταχεθῶσιν (Woog emendat κατασχεθ.) ὑπὸ τοῦ διαβόλου αἰχμ. [63] διαπαίξοιεν (A-ξυεν) cum AB: C ἐμπαίξι (Woog emendat -ξῃ). [64] ὥστε usque γυμνούς cum A: BC ἐφ' ὅσον (C ἕως οὗ) ἐκ τοῦ σώματος ἐξέλθωσιν ἔνοχοι (C κατακεκριμένοι) καὶ γυμνοί, iidem postea βαστάζοντες. D sic: *Ista idola non solum deos non esse, sed esse dæmonia pessima et inimica humano generi: quæ hoc docent homines unde offendatur Deus, ut, dum offensus fuerit, avertatur et non exaudiat; et cum arersus fuerit et non exaudierit, habeantur a diabolo ipsi captivi, et tandiu eos deludat quandiu de corpore exeant rei et nudi*, etc. [65] Ὁ Αἰγεάτης: CD Αἰγέας. [66] B περιττ. κ. μάτ. εἰσιν ῥήματα, C ὑπέρογκα ῥήμ. καὶ μάτ. εἰσιν. [67] ὁ γὰρ (B ἐπεὶ ὁ) ὑμέτ. Ἰησοῦς (A Θεός) cum AB (D); C ὁ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑμῶν. [68] C κηρύσσειν. [69] C (D) οἱ Ἰουδαῖοι αὐτὸν ἐν τῷ σταυρῷ προσήλ.

Ὁ μακάριος [70] Ἀνδρέας ἀποκριθεὶς εἶπεν [71]· Ὦ [72] εἰ βούλει ἐπιγνῶναι [73] τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ, ποίᾳ εὐλόγῳ [74] ἀγάπῃ ὁ ἀρχηγὸς τῆς ζωῆς [75] τοῦ ἀνθρωπίνου γένους [76] ὑπὲρ τῆς ἀνακλήσεως [77] ἡμῶν τοῦτο τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ [78] οὐχὶ ἀκουσίως ἀλλ' ἑκουσίως [79] ὑπεδέξατο [80];

A Beatus Andreas respondit: O si velles scire mysterium crucis, quam rationabili charitate auctor vitæ humani generis pro restauratione nostra hoc crucis patibulum non invite, sed sponte suscepit!

Ὁ Αἰγεάτης [81] εἶπεν· Ὁπόταν παρὰ τοῦ ἑαυτοῦ μαθητοῦ προδοθεὶς καὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων συσχεθεὶς τῷ ἡγεμόνι προσήχθη καὶ πρὸς τὴν αἴτησιν αὐτῶν ὑπὸ τῶν τοῦ ἡγεμόνος στρατιωτῶν προσηλώθη [82], ποίῳ [83] τρόπῳ σὺ λέγεις ἑκουσίως αὐτὸν ταῦ σταυροῦ τὸ ξύλον ὑποδέξασθαι [84];

Ægeates dixit: Cum traditus a suo discipulo, et a Judæis tentus præsidi adductus sit, et ad petitionem Judæorum a militibus præsidis crucifixus: quomodo tu dicis eum sponte crucis suscepisse patibulum?

Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας εἶπεν [85]. Διὰ τοῦτο ἐγὼ [86] λέγω ἑκουσίως [87] ἐπειδὴ σὺν αὐτῷ ἤμην [88] ἐν τῷ παραδίδοσθαι αὐτὸν παρὰ τοῦ αὐτοῦ μαθητοῦ· πρὶν γὰρ παραδοθῆ εἶπεν ἡμῖν [89] ὡς οἷα παραδοθήσεται καὶ σταυρωθήσεται ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, καὶ [90] τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστησόμενον ἔσεσθαι προείρηκεν [91]. Πρὸς ὃν [92] ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς Πέτρος [93] λέλεχεν [94]· Ἵλεός σοι ἔσται [95], Κύριε· οὐ μὴ γένηται τοῦτο [96]. Καὶ ἀγανακτήσας οὕτως ἔφη τῷ Πέτρῳ· Ὕπαγε ὀπίσω μου [97], Σατανᾶ, ὅτι [98] οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ [99-100] Καὶ ἵνα πληρέστατα ἐξαρτίσει [1] ὅτι ἑκουσίως [2] τὸ πάθος ἀνεδέξατο, ἔλεγεν ἡμῖν [3]· Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι [4] τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν [5] αὐτήν. Ἔσχατον δὲ [6] ἐν τῷ δειπνῆσαι αὐτὸν [7] μεθ' ἡμῶν εἶπεν [8] ὅτι [9]· Εἷς ἐξ ὑμῶν παραδώσει με. Πρὸς ταύτην οὖν τὴν φωνὴν πάντων περιλύπων γεγονότων [10], ἵνα ἡ ὑποψία ἀναμφίβολος γένηται [11], ἀπεφήνατο εἰπών [12]· Ὧτινι ἐπιδώσω τὸ κλάσμα τοῦ

Sanctus Andreas dixit: Ideo ego dico sponte, quoniam simul cum ipso fui, cum a suo discipulo B traderetur; antequam enim traderetur, dixit nobis quod *tradendus esset, et crucifigendus* pro salute hominum, *et die tertia resurrecturum se esse* prædixit (*a*). Cui frater meus Petrus dixit: *Propitius erit tibi, Domine; non fiet istud:* et indignatus sic ait Petro: *Vade retro, Satana, quia non sapis ea quæ sunt Dei* (*b*). Et ut plenius demonstraret quod sponte passionem susciperet, dicebat nobis: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* (*c*). Ad ultimum, dum cœnaret nobiscum, dixit: *Unus vestrum me traditurus est;* igitur ad istam vocem cum omnes contristaremur, ut suspicio omni dubio vacaret, revelavit, dicens: *Cui dedero panis fragmentum de manu mea, ipse est qui tradit me* (*d*). Cum igitur dedisset uni ex condiscipulis nostris, et futura quasi jam præterita

(*a*) Matth. xx. 17, 18; Marc. x, 32, 33; Luc. xviii, 31, 32. (*b*) Matth. xvi, 22, 23; Marc. viii, 33, 35. (*c*) Joann. x, 17. (*d*) Matth. xxvi, 2; Marc. xiv, 18; Luc. xxii, 21; Joan. xiii, 21, 26.

## VARIÆ LECTIONES.

[70] μακάριος : C ἅγιος, D om. [71] ἀποκριθεὶς (C om.) εἶπεν : B ἀπεκρίνατο. [72] Ὦ cum AD; B add. Αἰγεάτα, C ἄνθρωπε. [73] εἰ βούλει ἐπιγν. cum AB. C εἰ ἤθελες εἰδέναι. [74] ποίᾳ (B ὁποίᾳ) εὐλόγῳ (D *quam rationabili*) cum ABD; C ὃν [τρόπον, ut videtur] ἐπιθυμητῇ. [75] ὁ ἀρχηγ· τῆς ζωῆς (B om. τ. ζω.) cum AB; C ὁ κτιστής, D *auctor*. [76] C τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. [77] ὑπὲρ τῆς ἀνακλήσ. (B ἀνανεώσεως) ἡμῶν cum AB : C ὑπὲρ συστάσεως ἡμετέρας : D *pro restauratione nostra*. [78] B τούτῳ τοῦ σταυροῦ ξύλῳ, C τοῦτον τὸν σταυρόν. [79] C οὐκ ἄκων (in margine ἴσως ἀκούσιος) ἀλλ' ἑκών. [80] ὑπεδέξατο (cum A; C ἐδέξατο; B προσηλώθη) : B add. ἐγώ σοι ἐρῶ, C ἐπίστευσας ἂν αὐτῷ : sed AD nil add. [81] Ὁ Αἰγεάτης : CD Αἰγέας. [82] Ὁπόταν παρά usque προσηλώθη ex A : B Ἐν τῷ παραδίδοσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ ἰδίου μαθητοῦ καὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων συσχεθῆναι καὶ τῷ ἡγεμόνι προσαχθῆναι καὶ πρὸς τὴν αἴτησιν τῶν Ἰουδαίων παρὰ τῶν τοῦ ἡγεμόνος στρατιωτῶν σταυρωθῆναι : C Τοῦ παραδοθῆναι αὐτὸν παρὰ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ καὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων κρατηθῆναι καὶ τῷ ἡγεμόνι προσενεχθῆναι καὶ τῇ αἰτίᾳ τῶν Ἰουδαίων παρὰ τῶν στρατιωτῶν τοῦ ἡγεμόνος σταυρωθῆναι κελεύσαντος : D *Cum traditus asseratur a suo discipulo*, etc. [83] ποίῳ (B ὁποίῳ) : C πῶς. [84] B ἑκουσίως τῷ τοῦ σταυροῦ αὐτὸν ὑποκεῖσθαι ξύλῳ : C αὐτὸν προθέσει (codex προσθέσει) ὑπομεῖναι σταυρόν. [85] Ὁ ἅγ. Ἀνδρ. εἶπεν (B ἀπεκρίνατο) : C nil nisi Ἀνδρέας. [86] ἐγώ cum BCD; A om. [87] ἑκουσίως : C αὐτὸν προθέσει. [88] ἐπειδὴ σὺν (B ἅμα) α. ἤμην : C ὅτι μετ' αὐτοῦ ἤμην. [89] ἐν τῷ παραδίδοσθ. (B -διδῶναι, corrige -δοθῆναι) α. π. τοῦ (B τῷ) αὐτοῦ μαθητοῦ (B- τῇ). Πρὶν γὰρ (sic B : A πρινὴ τοιγαροῦν. D *et antequam*) παραδ. εἶπεν ἡμῖν : C καὶ μέλλων παραδίδοσθαι (codex διδῶσθαι) ὑπὸ τοῦ ἰδίου μαθητοῦ καὶ σταυροῦσθαι, προεῖπεν ἡμῖν. [90] C om. ὡς οἷα παραδ. καὶ σταυρ. ὑπὲρ τ. τ. ἀ. σωτηρίας, καί. [91] τῇ τρ. ἡμ. ἀναστ. ἔσεσθ. προείρηκεν cum B (D) : A ὅτι τῇ τρ. ἡμ. ἀναστήσεται. Ταῦτα πάντα προείρηκεν ἡμῖν : C ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι. [92] πρὸς ὃν ; B ᾧτινι. [93] B om. Πέτρος. [94] λέλεχεν cum B; A ἔλεγεν (sic). [95] B om. ἔσται. [96] B οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο [97] C post ἐγείρομαι sic pergit : ὅθεν (codex ὅτεν) τῷ ἀδελφῷ μου Πέτρῳ εἰπόντι Ἵλεώς σοι κύριε, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο, ἀγανακτῶν εἶπεν Ὀπίσω μου [98] ὅτι : B διότι. [99-100] τὰ τοῦ Θεοῦ cum BCD : A add. ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων. [1] ἵνα πληρέστ. (B add. μὴ) ἐξαρτίσει (A add. μοι) cum A; B ἵνα πλ. μὴ ἐξαρτ.; D *ut plenius nos instrueret*; C πῶς τελείως ἡμᾶς ὑπεστήριξεν. [2] ὅτι (B διότι) ἑκουσίως : C εἰ ἀκων. [3] ἔλεγεν ἡμῖν cum ABD : C præm. οὐκ ἄν. [4] θεῖναι : ita ABC. [5] λαβεῖν : C ἆραι. [6] ἔσχατον (B præm. εἰς) δὲ, D *aa ultimum* : C τέλος οὖν. [7] ἐν τῷ δι' αὐτόν : C ἐν ὅσῳ ἐδείπνει. [8] εἶπεν : B καὶ λέγει. [9] BC om. ὅτι. [10] B καὶ πρὸς ταύτ. τ. φωνὴν πάντες συμπερίλυποι γεγονότες : C καὶ ταύτῃ τῇ φωνῇ θλιβῆναι πάντας ἐποίησεν. [11] ἵνα ἡ ὑπ. ἀναμφ. γεν. cum A; B ἵνα παμφίλος (sic corrupte) γέν. ἡ ὑπ.; D *ne suspensos cogitatio trucidaret* : C om. [12] ἀπεφήν. εἰπών cum A; B ἀποτεμὼν ἔφη; C καὶ εἴρηκεν παλιν.

narraret, docuit se voluntarie tradendum fore; cum non traditorem fugiendo deseruit, sed in locum ubi illum sciebat esse, veniens permansit.

A ἄρτου ἐκ τῆς χειρός μου [13], αὐτός ἐστιν ὁ παραδιδούς με [14]. Ἐν τῷ οὖν ἐπιδοῦναι ἑνὶ τῶν συμμαθητῶν ἡμῶν [15] καὶ τὰ μέλλοντα ὡς ἤδη παρῳχηκότα διηγησαμένου [16] ἐδίδαξεν [17] ἑκουσίως ἑαυτὸν [18] παραδοθησόμενον· [19] οὐδὲ γὰρ τὸν προδότην ἀποδράσας ἐγκατέλειπεν [20], ἀλλ' ἐν τῷ τόπῳ ἐν ᾧ [21] αὐτὸν ἐγίνωσκεν εἶναι παραγενόμενος [22] διέμεινεν [23].

Ægeates dixit: Miror te prudentem virum, istum velle quocumque pacto tueri; sive enim sponte sive invitum, cruci tamen confiteris affixum.

Ὁ Αἰγεάτης [24] εἶπεν· Θαυμάζω σε, ἄνδρα φρόνιμον ὄντα [25], τοῦτον ἐθέλειν σε ἐρείσασθαι [26] τῷ οἰῳδήποτε [27] συμφώνῳ· εἴτε γὰρ ἑκουσίως εἴτε ἀκουσίως [28], ὅμως καθομολογεῖς αὐτὸν τῷ σταυρῷ προσπαγέντα [29].

Beatus Andreas dixit: Hoc est, quod dixi, si jam memor es, nempe quod magnum est mysterium crucis; quod si forte volueris audire, resume mecum.

Ὁ μακάριος [30] Ἀνδρέας εἶπεν [31]. Τοῦτό ἐστιν ὅπερ λέλεχα, εἰ ἤδη κατέχεις [32], ὅτι [33] μέγα ἐστὶν τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ [34] ὅπερ εἰ θέλεις ὡς εἰκὸς ἀκοῦσαι, ἐπανάλαβέ μοι [35].

B

Ægeates dixit: Mysterium non potest dici, sed supplicium.

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν· Μυστήριον οὐ δύναται λέγεσθαι, ἀλλὰ κόλασις [36].

Beatus Andreas dixit: Ipsum supplicium, mysterium redemptionis humanæ, si patienter audias, comprobabis.

Ὁ μακάριος [37] Ἀνδρέας εἶπεν· Αὐτὴ ἡ κόλασις [38] μυστήριόν ἐστιν τῆς ἀνθρωπίνης ἀνακτήσεως· εἰ σοφωτέρως ἀκούσῃ, συνδοκιμάσεις [39].

Ægeates dixit: Ego quidem patienter te audiam: sed tu si me obtemperanter non audieris, ipsum crucis mysterium in te ipso excipies.

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν· Ἐγὼ μὲν [40] μακροθύμως [41] ἀκούσωμαι· σὺ δὲ [42] εἰ μὴ ἐμοὶ πειθαρχῶν [43] ὑπακούσῃς [44], αὐτὸ τὸ τοῦ σταυροῦ μυστήριον [45] ἐν σεαυτῷ ἀναδέξει [46].

Beatus Andreas respondit: Ego si crucis patibulum expavescerem, crucis gloriam non prædicarem.

Ὁ μακάριος [47] Ἀνδρέας ἀπεκρίνατο· [48] Ἐγὼ εἰ [49] τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ [50] ἐδεδοίκειν [51], τὴν δόξαν τοῦ σταυροῦ οὐκ ἂν [52] ἐκήρυττον.

Ægeates dixit: Insanus sermo tuus, quia prædicas crucem non esse supplicium, et per audaciam, pœnam mortis non times.

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν· Μανιώδης ὁ λόγος [53] σου, ὅτι κηρύττεις τὸν σταυρὸν μὴ εἶναι κόλασιν καὶ διὰ τῆς θρασύτητός σου τὴν τιμωρίαν οὐ δέδοικας τοῦ θανάτου [54].

C

Sanctus Andreas dixit: Non per audaciam, sed per fidem, pœnam non timeo mortis; *mors* enim

Ὁ ἅγιος [55] Ἀνδρέας εἶπεν· Οὐχὶ [56] διὰ τῆς θρασύτητος, ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως οὐ δέδοικα τοῦ θανάτου [57]

## VARIÆ LECTIONES.

[13] ᾧτινι usque ἐκ τῆς χειρός (B ἐπὶ τῶν χειρῶν) μου: C ὅτι μεθ' οὗ ἐγὼ βάψω ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρά μου. [14] B om. ὁ παραδιδ. με. [15] ἐν τῷ οὖν (B καὶ ἐν τῷ) ἐπιδ. ἑνὶ (B add. ἐκ) τῶν συμμ. ἡμῶν: C om. [16] ὡς ἤδη παροχηκ. διηγησ. cum A; B ὡσεὶ παρεσχηκότα ἤδη διηγεῖσθαι; C καθάπερ παρελθόντα εἰπών. [17] ἐδίδαξεν (C ἔδειξεν) cum BCD; A præm. σαφῶς. [18] ἑκουσ. αὐτ. (B α. ἑκ.): C ἑαυτὸν προθέσει. [19] παραδοθησόμενον cum A; B ἔσεσθαι παραδιδόμενον; C παραδοθέντα. [20] B ὁπόταν οὐδὲ τὸν προδ. ἀποδιδράσκων ἐνεγκατέλοπεν (sic); C οὔτε γὰρ τὸν προδ. ἔφυγεν. [21] C ἀλλ' εἰς τὸν τόπον ὅπου. [22] B αὐτ' ἐγνώκει εἶναι παραγενόμενον, C ἐγίνωσκ. αὐτὸν ἐληλυθέναι. [23] C ἐπέμεινεν. [24] Ὁ Αἰγεάτης: CD Αἰγέας. Ita ubique. [25] σε ἄνδρα (A ἀνδρέα) φρ. ὄντα cum (A) BD: C τὸν φρόνιμον ἄνδρα. [26] τοῦτ' ἐθ. σε (B σε θέλειν) ἐρείσασθ. (sic B; A ορήσασθαι) cum AB; D *istum velle sectari*: C τοῦτον ὃν λέγεις. [27] C ἐν οἱῳ δήποτε. [28] εἴτε γὰρ (B om.) ἑκ. εἴτε ἀκ.: C ἢ ἑκόντα ἢ καὶ μὲ ἑκόντα. [29] B ὅμως τῷ στ. καθομ. αὐτ' προσπαγ.; C ὅμως δὲ τῷ στ. ὁμολογεῖς προσηλῶσθαι. [30] CD om. Ὁ μακάριος. [31] εἶπεν: BD ἀπεκρίνατο. [32] Τοῦτό ἐστ. usque κατέχεις cum A; BD T. ἐστ. ὅπερ καὶμὲ λελεχέναι ἤδη κατέχεις (*Hoc est quod etiam me dixisse jam retines*); C Τοῦτό ἐστιν ὃ προεῖπον· [33] BC (D) om. ὅτι. [34] C μέγα μυσν. τὸ τοῦ σταυροῦ [35] ὅπερ usque μοι cum AB (D *quod si forte volueris audire, retexam*): C ὃ ἐὰν θελήσι (θελήσει; Woog θελήσῃ) ἀκοῦσαι, λέξω. [36] κόλασις: C τιμωρία. [37] Ὁ μακάριος: C Ὁ ἅγιος: D om. [38] Αὐτὴ (uterque codex αὕτη) ἡ κόλασις (*Ipsum supplicium*) cum ABD: C Αὐτὴν τὴν τιμωρίαν. [39] μυστήριον usque σοφωτέρως (B -ώτερος) ἀκούσῃ (B -σαι, A -σας) συνδοκ. (A οὖν δοκ.) cum AB: C μυστήριον οὖσαν καὶ ἀνάπλασιν τῆς ἀνθρωπότητος, ἐπιγινώσκωμεν ἐὰν νῦν ἐγῶς ἀκούσας (Woog emendat ἐπιγνωσόμεθα, ἐὰν νουνεχῶς ἀκούσῃς). D *mysterium restaurationis humanæ, si patienter audias comprobabis.* [40] B om. Ἐγὼ μέν. [41] μακροθύμως: C νουνεχῶς (codex νῦν ἐχῶς). [42] σὺ δὲ: B ἀλλὰ σύ. [43] C ἐὰν μὴ συγκαιρίως (ita Woog; codex συνκεραστικῶς) ἀκούσῃς. [44] B ἐπακοῦσιας (sic). [45] A αὐτὸ τοῦ στ. τό μυστ. [46] ἀναδέξει cum AB: C -ξῃ. [47] Ὁ μακάριος: C Ὁ ἅγιος: D om [48] ἀπεκρίν.: C εἶπεν. [49] Ἐγὼ εἰ: C ἐγώ, Woog emendat εἰ (scribe ἐγὼ εἰ). [50] C τὸν σταυρόν. [51] ἐδεδοίκειν (B δείκειν): C ἐδειλίουν. [52] οὐκ ἂν h. l. cum BC; A ante τὴν δόξαν. [53] C Ἀσαφής σου λόγος. [54] ὅτι κηρύττεις usque δέδ. τ. θαν cum A (sed ponit τ. θαν. δέδ.): B ἐστὶν ὃν κηρύττεις, καὶ τὸν σταυρὸν μὴ εἶναι κόλασιν, ὅτι διὰ τῆς θρασύτ. σου τὴν τιμωρ' οὐ δέδεικας τοῦ θανάτου: C κηρύττει σοι σταυρὸν κολάσεως, ὅτι διὰ κακοτεχνίας κόλασιν οὐ φοβεῖσαι θανάτου: D *prædicat gloriam supplicii, qui per audaciam pœnam non times mortis.* [55] Ὁ ἅγιος: CD om. [56] Οὐχί: A Οὐ. [57] C διὰ κακοτεχνίας ἀλλὰ διὰ πίστεως οὐ φοβοῦμαι κόλασιν θανάτου.

τὴν τιμωρίαν· ὁ γὰρ τῶν ἁμαρτιῶν θάνατός ἐστιν πονηρός [58]. Καὶ [59] διὰ τοῦτο ἀκοῦσαί σε βούλομαι [60] τὸ τοῦ σταυροῦ [61] μυστήριον, ἵν [62] ἴσως ἐπιγινώσκων πιστεύσῃς, πιστεύων δὲ εἰς ἀνανέωσιν τῆς σῆς ψυχῆς ὁποιῳδηποτοῦν τρόπῳ καταντήσῃς [63].

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν· Εἰς ἀνανέωσιν τοῦτο ὑπερ ἀπόλλυσθαι διδάσκεται [64]. Μήτιγε ἡ ψυχή μου ἀπόλλυται ἵνα πρὸς τὴν αὐτῆς [65] με ἀνανέωσιν ποιεῖς [66] ἐλθεῖν διὰ τῆς, οὐκ οἶδα ποίας, πίστεως ἧς σὺ ἔρῃς [67].

Ὁ μακάριος [68] Ἀνδρέας ἀπεκρίνατο [69]. Τοῦτό ἐστιν ὅπερ σε [70] μαθεῖν ἐπεθύμουν, ὃ καὶ διδάξας φανερώσω, ὅτι ἐν τῷ ἀπολέσθαι τὰς ψυχας τῶν ἀνθρώπων διὰ τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ ἀνακαινισθήσονται [71]. Ὁ γὰρ πρῶτος ἄνθρωπος διὰ τῆς τοῦ ξύλου παραβάσεως [72] τὸν θάνατον [73] ἐπήγαγεν [74]· καὶ χρεία ἦν τοῦτο τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει ἵνα διὰ τῆς τοῦ ξύλου παθήσεως [75] ὁ θάνατος ἐξωσθῇ [76] ὁ εἰς τὸν κόσμον εἰσεληλυθώς καὶ ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἀμωμήτου γῆς ἐγεγόνει ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ὁ διὰ τῆς τοῦ ξύλου παραβάσεως τὸν θάνατον εἰς τὸν κόσμον εἰσαγαγών, ἀναγκαῖον ὑπῆρχεν ἵνα ἐκ τῆς ἀμωμήτου παρθένου ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς τέλειος ἄνθρωπος γεννηθῇ [77], ζωὴν αἰώνιον [78] ἥνπερ ἀπολωλέκεισαν [79] οἱ ἄνθρωποι διὰ τοῦ Ἀδὰμ [80] αὐτὸς ἀνακαινουργήσῃ [81] καὶ διὰ τοῦ [82] ξύλου τοῦ σταυροῦ τὸ ξύλον τῆς ἐπιθυμίας ἀποκλείσῃ [83]. κρεμάμενος ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰς ἀμωμήτους χεῖρας ἐξέτεινεν ὑπὲρ τῶν χειρῶν τῶν ἀκράτως ἐκταθεισῶν [84], ὑπὲρ τῆς ἡδυτάτης βρώσεως τοῦ κωλυτικοῦ δένδρου χολὴν εἰς βρῶσιν ἐδέξατο [85], καὶ τὸ ὀνητὸν τὸ ἡμέτερον [86] εἰς ἑαυτὸν ἀναδεξάμενος τὴν αὐτοῦ ἀθανασίαν ἡμῖν, ἐδωρήσατο [87].

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν· Ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκείνοις

*peccatorum pessima* (*e*). Et ideo audire te volo crucis mysterium, ut agnitum forsitan credas, et credens ad restaurationem tuæ animæ quocunque modo pertingas.

Ægeates dixit : Restauratur hoc, quod periisse docetur : nunquid anima mea periit, ut ad ejus me restaurationem venire facias per fidem nescio qualem, quam tu asseris ?

Beatus Andreas respondit : Hoc est, quod te discere desiderabam, quodque docens demonstrabo animas hominum perditas per mysterium crucis esse reparandas. Primus enim homo per ligni prævaricationem mortem induxit : et necessarium hoc erat generi humano, ut per ligni passionem, mors quæ ingressa fuerat in mundum, pelleretur (*f*). Et quoniam de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per ligni prævaricationem mundo mortem intulerat : necessarium fuit, ut de immaculata Virgine nasceretur, perfectus homo, Filius Dei, vitam æternam quam per Adamum perdiderant homines, repararet, ac per lignum crucis lignum concupiscentiæ excluderet ; suspensus in cruce immaculatas manus extendit, pro manibus incontinenter extensis ; pro suavissimo cibo arboris vetitæ, escam fellis accepit ; et in se suscipiens mortalitatem nostram, suam nobis immortalitatem donavit.

Ægeates dixit : Ista verba illis narrare poteris

(*e*) Psal. xxxiii, 22. (*f*) Gen. iii, 19 ; Rom. v, 12, 14, 17, 21.

VARIÆ LECTIONES

[58] ὁ γὰρ usque πονηρός cum A ; BG ὁ γὰρ θάν. τῶν ἁμαρτωλῶν πονηρός (B add. ἐστίν) : D *Mors enim justorum pretiosa est, mors vero peccatorum pessima.* [59] G om. καί. [60] B ἀκουστόν σοι θέλω ποιῆσαι. [61] B βούλωμαι et τὸ μυστ. του σταυρ. [62] ἵν' : A om. (sed postea habet et πιστεύσῃς et καταντήσῃς) ; C ὅπως. [63] B ἐπιγνοὺς ἴσως πιστ., καὶ πιστεύων εἰς ἀνακεφαλαίωσιν τ. σ. ψ. οἱῳδήποτε συμφώνῳ καταντ. : C διορθωσάμενός σε (Woog τε) καὶ πιστεύσας πρὸς οἰκοδομὴν τῆς σ. ψ. οἵῳ δήποτε τρόπῳ καταλάβῃς τοῦτο. [64] C om. Εἰς ἀναν. τ. ὅτ ἀπόλλυσθαι (B ἀπολεῖσθαι) διδ. : D. *Restauratur hoc quod periisse docetur.* [65] αὐτῆς : AB αὐτοῦ. [66] B om. ποιεῖς, et post ἐλθεῖν pergit corrupte τίς οὐκ οἶδα ποίας πίστεως παρασκεύασεν ἧ σὺ ἔρῃς (A υφης corrupte). [67] C μὴ γὰρ ἡ ψ. μ. ἀπώλετο ἵνα πρὸς οἰκοδομὴν αὐτῆς ἐλθεῖν πειρασθῶ διὰ πίστεως ἧς λέγεις ; D *periit ut ad ejus me restaurationem venire per fidem nescio quam tu asseras.* [68] Ὁ μακάριος : CD om. [69] ἀπεκρ. : C εἶπεν. [70] C ὅ εἰρηκέναι σε (Woog σοι) : D *quod te discere.* [71] ὃ καὶ διδάξας usque ἀνακαινισθήσονται cum A : B ὥστε ἀπολεῖσθαι τὰς ψυχὰς πάντων ἀνθρώπων διδάξω, καὶ τὸν ἀνακαινίσαι αὐτὰς μέλλοντα διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ σταυροῦ φανερώσω : C ἵνα ἐν τῷ ἀπολωλεκοίας (ita vel-κέναι Woog. codex ἀπολελοκῦας) τὰς πάντων ἀνθρώπων ψυχὰς διδάξω δικαίαν τὴν οἰκοδομὴν αὐτῶν καὶ διὰ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ ἐφαπλώσω ταύτην : D *ut dum perditas animas hominum docuero, istam restaurationem earum per crucis mysterium pandam.* [72] C διὰ τοῦ ξύλου τῆς παραβ., D *per lignum prævaricationis.* [73] τὸν θάνατον : G om. τόν. [74] ἐπήγαγεν cum BC ; A εἰσήγαγεν ; D *induxit.* [75] C καὶ ἀναγκαῖον ἦν ἵνα διὰ τοῦ ξύλου τοῦ πάθους, D *et necessariorum hoc erat generi humano ut per lignum passionis.* [76] B ὁ θάνατος εἰσεληλυθὼς ἐξωσθείη (codex-σθήει) : C ὁ εἰσελθὼν θάνατος ἐκβληθῇ : D *mors quæ ingressa faerat pelleretur.* [77] καὶ ἐπειδὴ ἐκ... ὁ (B ὃς) διὰ τῆς.. τὸν θάν. εἰς τ. κόσμ. (B τῷ κόσμῳ τὸν θάν.) εἰσαγαγὼν (B εἰσήγαγεν), ἀναγκ. ὑπ. ἵνα ἐκ usque γεννηθῇ (B ἀναγκαίως διὰ τῆς ἀμωμ. παρθ. γεννηθεὶς τέλειος ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θε. Υἱὸς ὁ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον πεποιηκὼς) cum A (B) : C καὶ ὅτι ἐξ ἀμώμου γῆς γέγονεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἀναγκαῖον ἦν ἐξ ἀμώμου παρθένου κυηθῆναι τὸν τέλειον ἄνθρωπον, ἵνα ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ὁ πρώην ποιήσας τὸν ἄνθρωπον : D *et quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus, qui per lignum prævaricationis mundo mortem intulerat, necessarium fuit ut de immaculata Virgine natus Christus perfectus homo, qui est Dei Filius, qui primum hominem fecerat* [78] BG ζω. τὴν αἰώνιον. [79] C ἣν ἀπώλεσαν. [80] B ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ οἱ ἄνθρ. [81] B ἀνακαινουργεῖται, C ἑτοιμάσει, D *repararet.* [82] καὶ διὰ (B ἀπὸ) τοῦ : C εἶθ' οὕτως διὰ τοῦ. [83] C ἀποκλείσει, B ἐνεποκλεῖσαι. [84] B κρεμάμενος (sic) ἐπὶ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ τὰς ἀμ. χεῖρας ὑπὸ τῶν χειρῶν τῶν ἀκράτως ἐκταθεισῶν : C ἐκτείνει ἐν τῷ σταυρῷ τὰς ἀχράντους χεῖρας ὑπὲρ χειρῶν ἐκουσίως ἐκτεταμένων. [85] ὑπὲρ τῆς... κωλυτ. δένδρου (B ξύλου)... ἐδέξατο· (B δέξασθαι) cum AB : C ἀντὶ ἡδυτάτης τροφῆς τροφὴν χολῆς ἔλαβε. [86] B καὶ εἰς ἑαυτὸν δεξάμενος τὸ θανατηφόρον ἡμῶν : C καὶ ἐν ἑαυτῷ δεξάμενος τὸ ὀνητὸν ἡμῶν. [87] ἐδωρήσατο cum A : B προσκομίσει ; C ἐχαρίσατο ; D *repararet... excluderet... pandaret... acciperet... offerret.*

qui tibi credent : mihi autem nisi hoc consentias, ut sacrificium diis omnipotentibus offeras, in ipsa cruce quam laudas,te fustigatum affigi præcipiam.

Beatus Andreas dixit : Omnipotenti Deo qui solus verus est, ego omni die offero hostiam, non thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorum sanguinem,sed immaculatum agnum quotidie in altare crucis sacrificans ; cujus corpus posteaquam omnis populus credentium manducaverit, et ejus sanguinem biberit : agnus qui sacrificatus est,integer perseverat et vivus. Vere igitur sacrificatur, et vere corpus ejus manducatur a populo, et sanguis ejus similiter bibitur ; tamen, ut dixi, integer permanet, et immaculatus, et vivus.

Ægeates dixit : Quomodo potest hoc fieri ?

Beatus Andreas dixit : Si vis discere, assume formam discipuli, ut possis doceri quod quæris.

Ægeates dixit : Ego a te tormentis exigam hujus rei notitiam.

Beatus Andreas regessit : Miror te hominem prudentem, eo usque insipientiæ delapsum esse,ut credas te mihi per tua tormenta persuadere posse ut tibi exponam divina sacrificia.Audisti mysterium crucis, audisti mysterium sacrificii. Si credideris in Christum Filium Dei qui crucifixus est, pandam tibi quo ordine occisus vivat agnus : qui cum sacrificatus fuerit et comestus, integer tamen et immaculatus in suo regno permanet.

A ἀφηγεῖσθαι δυνήσει οἵνινές σοι πιστεύσουσιν [88]. ἐμοὶ δὲ εἰ μὴ τοῦτο συναινέσαι ἐλθῆς ὅπως [89] τοῖς παντοδυνάμοις θεοῖς τὰς θυσίας προσενέγκῃς, ἐν αὐτῷ τῷ σταυρῷ ὅπερ ἐπαινεῖς μαστιχθέντα σε προσπαγῆναι προστάξω [90].

Ὁ μακάριος [91] Ἀνδρέας εἶπεν. Ἐγὼ τῷ παντοκράτορι Θεῷ τῷ μόνῳ ἀληθινῷ ὑπάρχοντι καθ' ἑκάστην ἡμέραν θυσίαν προσκομίζω [92], οὐ λιβανου καπνὸν [93] οὐδὲ μυκωμένων ταύρων τὰς σάρκας οὐδὲ αἷμα τράγων, ἀλλ' ἄμωμον [94] ἀμνὸν καθ' ἑκάστην [95] ἡμέραν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ [96] τοῦ σταυροῦ [97] ἱερουργῶν [98]· οὕτινος τὸ σῶμα πᾶς ὁ τῶν πιστῶν λαὸς μεταλαμβάνων καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ πίνων, ὁ ἱερουργηθεὶς ἀμνὸς μετὰ τοῦτο ὁλόκληρος διαμένει καὶ ζῶν [99-100]. Ἀληθῶς οὖν ἱερουργεῖται, καὶ ἀληθῶς τὸ σωμα αὐτοῦ παρὰ τοῦ λαοῦ βιβρώσκεται, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὁμοίως πίνεται, ὅμως καθὼς ἔφην ὁλόκληρος διαμένει, καὶ ἀμώμητος καὶ ζῶν [1].

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν. Ποίῳ τρόπῳ [2] τοῦτο δύναται [3] γενέσθαι ;

Ὁ μακάριος [4] Ἀνδρέας εἶπεν [5]. Εἰ βούλει [6] γνῶναι [7], ἀνάλαβε μορφὴν [8] μαθητοῦ ὅπως δυνήσει [9] μαθεῖν ὅπερ ἐπεζήτεις [10].

Ὁ Αἰγεάτης εἶπεν· Ἐγώ σε [11] διὰ βασάνων [12] ἀπαιτήσω χάριν [13] τῆς τοιαύτης γνώσεως.

Ὁ μακάριος [14] Ἀνδρέας ἀπεφήνατο [15]. Θαυμάζω σε ἄνδρα φρόνιμον ὄντα [16] εἰς [17] τοσαύτην μωρίαν [18] προσκυλινδούμενον ἵνα δυνηθῇς [19] με διὰ τῶν βασάνων σου πεῖσαι τὰ θεῖά σοι ἐκφάναι ἱερουργήματα. Ἀκήκοας τὸ μυστήριον τοῦ σταυροῦ [20], ἀκήκοας τὸ μυστήριον τῆς ἱερουργίας [21]. Εἰ [22] πιστεύεις εἰς Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν σταυρωθέντα [23], ἐκφανῶ σοι πάντως [24] ὁποίᾳ τάξει [25] σφαγιασθεὶς ζήσει ὁ ἀμνὸς ὁ μετὰ τὸ ἱερουργηθῆναι καὶ βρωθῆναι αὐτὸν ὁλόκληρος καὶ ἀμώμητος ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ [26] διαμένων.

## VARIÆ LECTIONES.

